IULIANI

EPITOME LATINA NOVELLARUM IUSTINIANI

AD XX LIBRORUM MANUSCRIPTORUM ET PRINCIPALIUM EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT PROLEGOMENIS ADNOTATIONE ADDENDIS QUIBUS COMPENDIA EPITOMES A BOHERIO SENNETONIIS FRATRIBUS PESNOTO EDITA TABULAE SYNOPTICAE CAPITULORUM OMISSORUM ET TRANSLATORUM CONTINENTUR

INSTRUXIT

GUSTAVUS HAENEL

Reimpressio phototypica editionis 1873

OSNABRÜCK
OTTO ZELLER
1965

FRIDERICO BLUHME

CAROLO BAUDI A VESME

CAROLO WITTE

FONTIUM IURIS SCRUTATORIBUS

COLLEGIS AMICIS

D D

Iuliani Epitomae Novellarum Iustiniani operam daturus non ignoro quidem, *Hauboldum, Bienerum* et *Carolum de Savigny*, triumviros illos iuris celebratissimos, docte disseruisse de hac Epitome, qua sagaciter perspexerant illustrari historiam Iuris Iustinianei renascente eius in Italia studio, simulque diiudicari posse controversias de compluribus dubiae interpretationis Novellis inter iurisconsultos ortas, quandoquidem *Haubold* [1]) Epitomes codices tunc cognitos et editiones accurate descripsit, *Biener* [2]) habitum et conditionem concise delineavit, *Carolus* denique *de Savigny* [3]) de usu et auctoritate eius ingeniose disputavit. Verum, quamquam industrii illi viri multum profecerant ad cognoscendam historiam et rem literariam Epitomes, tamen ii non poterant rem ad finem perducere, codicibus et partim primoribus editionibus destituti, ideoque non parare novam, quam *Hauboldus* intenderat, editionem; satis habuerunt, utilitatem Epitomes iuris romani cultoribus demonstrasse hosque excitasse ad eam denuo edendam. Quod quum intellexissem, constitui hortatu *Hauboldi* [4]) nec non aliorum iurisconsultorum suscipere laborem novae editionis. Et feliciter quidem mihi contigit, ut in itineribus meis omnes quum integrae, tum decurtatae Epitomes editiones veteres, quae rarissimae sunt, acquirere possem, et codices, quoscunque in bibliothecis hac aetate exstare *Haubold* demonstraverat, aliosque a me demum inventos ipse excutere, tribus exceptis, quorum comparationem cum editis debeo amicis. Itaque magna copia rerum ad Epitomen pertinentium instructus non inutilem laborem suscepisse mihi videor, qui librum trecentos fere annos critice neglectum iterum edendum curaverim, optimos saeculi XVI. iurisconsultos, inprimis Franco-Gallos imitatus. Neque enim dubito, quin, quae a viris doctis scripta sunt de Epitome Iuliani, partim erroribus purgaverim, orationem Epitomes multis in locis emendaverim, tum etiam explanaverim codicum ope notabilem illam perturbationem ordinationis capitulorum, quae offendit in editionibus ante Miraeum divulgatis [5]), in universum autem Epitomen ita dotatam in publicum emiserim, ut eam appetant veteris iuris studiosi. Sed antequam accedo ad Epitomen ipsam, necessarium esse puto disserere de subsidiis ad adornandam eam a me comparatis, de codicibus igitur deque editionibus, his vero absolutis de rebus, quae ad historiam et habitum Epitomes spectant.

Codicum autem, ad quos transeo, tres classes sunt. Et prima quidem classis comprehendit Epitomen integram, nec divisam in duas partes, sed sine nomine Iuliani; altera integram praemisso nomine Iuliani et divisam in duas partes; tertia denique truncatam, omissis plus minusve capitulis, quorum codicum iterum duas classes distinxissem, prout originem ducunt e codicibus aut primae aut secundae classis, si quidem librarii certa ratione egissent. Sunt autem:

Primae Classis

1) Codex San Gallensis 1395 [1]). Constat inter doctos, *Ildephonsum ab Arx*, venerabilem illum doctissimumque S. Gallensis Capituli bibliothecae quondam praefectum, vetustissimorum eiusdem Capituli codicum fragmenta, quae adglutinata erant diversorum codicum tegumentis, caute et maximo conservandi ea studio a tegumentis detraxisse detractaque in duobus voluminibus collegisse, quibus inscripsit: *Veterum Fragmentorum Manuscriptis Codicibus Detractorum Tom. I. et II.* [2]). Iam inter fragmenta tomi secundi sex sunt in formam quadri plicatae vetustissimi alicuius codicis Iuliani saeculo VII. scripti membranae, quas *Arx* designavit verbis: „*Constitutionum Romanorum Impp Epitome.*" Iis, ne tritura afficerentur, interposuit bibliopega folia chartacea, quibus connumeratis efficiuntur quidem paginae 392—410 codicis, demtis autem paginae 394, 395; 396, 397; 400, 401; 402, 403; 406, 407; 408, 409 sive sex eiusdem quaternionis, sed inverso ordine collocatae membranae, capitula 346—362 Epitomes comprehendentes, maximam vero partem misere detritae, in iis potissimum paginis, quae tegumento codicis olim adglutinatae erant. Literae quadratae sunt intermixtis semiuncialibus, nec multum differunt forma ab eis, quibus codices Bobienses excellunt. Singularum paginarum integre conservatarum sunt 28 versus, singulorum versuum non ultra 35 literae. Primam quamque Constitutionum literam forma quasi lapidariam et erectam pinxit miniator. Interpungendi signa et compendia pauca deprehenduntur eiusdemque generis, quod in usu erat eo tempore, quo codex scriptus est [3]). Idem cadit in orthographiam [4]). Linea vero curvata supra ultimam alicuius versus literam posita verbum divisum eiusque reliquas literas in

---

1) Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissensch. T. IV. Berlin 1818. p. 137 sqq. et 491. 2) Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. 8. 3) Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter, in Appendice potissimum II. Tomi. 4) In literis paullo ante decessum eius ad me datis. 5) Sunt editiones Boherii, fratrum Sennetoniorum, Pesnoti; accessit post Miraeum editio Antonii Augustini.

1) *Haenel*: Catalogi Librorum Manuscriptorum etc. Lipsiae 1830. 4. col. 729, nr. 1395; et Zeitschrift cit. T. VIII. p. 359. 2) Cf. *Weidmann*: Geschichte der Bibliothek von St. Gallen. 1841. 8., in quo libro bene quidem agitur de historia bibliothecae, verum non item de codicibus eius. Indicem librorum manuscriptorum edidi ex catalogo, quem mercede constituta transmiserat mihi ad describendum a. 1828. Lipsiam *Ildephonsus ab Arx*. — *Monumenta* Germaniae Histor. (Legum T. IV.) Hannov. 1868. fol. pag. XII. 3) Nota signum . in fine Constitutionum et signum ζ, praeterea signa *q;*, *q'* pro *que*. Lineis supra vv. ductis significantur compendia syllabarum; compendium syllabae *rum* est *r* cum linea traiecta. 4) *e* pro *ae*; *i* pro *e* d*i*scriptio, d*i*cennium; *e* pro *i* mag*e*stratus; *o* pro *u* console, consoles, proconsolem, mano, enontiatione; *u* pro *o* filios; *b* pro *v* certiora*b* (erit); *u* pro *b* pro*u*averit; *ch* pro *qu* *ch*erimonia; dee. *u* *a*gusti et

sequentem versum translatas esse significatur. Inscriptiones et subscriptiones Constitutionum, quatenus tritura non evanuerunt, adsunt[5], item numeri et rubricae capitulorum. Propter vetustatem codicem, quantumvis exigua pars eius reliqua sit, ad primam classem referendum esse arbitror; nec movent me, ut aliter sentiam, numeri Constitutionum capitulorumque dissonantes ab editionibus ad vetustos codices paratis; offendunt enim etiam in codicibus 2 et 3; maxime vero memorabile est, Constitutionibus in codice superstitibus praescripta esse lemmata a *Fr. Pithoeo* primum edita[6].

2) Codex Bibliothecae Nationalis Parisiensis 4568[1], olim Regius 5187[2] et 546[3], constat, non computatis tribus foliis a bibliopega codici praefixis, ex 183 membranis[4] in formam quadri plicatis. Iis comprehenduntur: 1) fol. 1a Constitutio Apostolorum, saec. X. 2) fol. 1a—fol. 2a Pragmaticum Tiberii de Confirmatione Constitutionum Iustini imp. 3) fol. 2b—fol. 165 Iuliani Epitome, sed sine inscriptione eius et nomine Iuliani, praemisso contra usque ad fol. 16a indice rubricarum[5]. 4) fol. 166—171a v. 16 duo et quadraginta scholia ad Constitutiones aliquot Epitomes. 5) fol. 171a v. 17—172b Novella 143 de Raptu virginum. 6) fol. 172b—177b v. 12 Sanctio vulgo Pragmatica dicta, pro petitione Vigilii. 7) fol. 177b v. 13—fol. 178a v. 23 Constitutio Iustini imp., ut possit ex consensu matrimonium dissolvi s. Nov. 140. 8) fol. 178b Constitutio Iustiniani de Adscripticiis et colonis. 9) fol. 179a v. 19—fol. 179b Iustini imp. Constitutio de Filiis liberarum in Africam directa et 10) Pragmaticum Tiberii Aug. de confirmatione constitutionum Iustini imp. de filiis colonorum et liberarum. 11) fol. 180, 181 vacant. 12) fol. 182—183a secundum Catalogum: „A. epistola ad B. abbatem, qua hunc in peregrinationibus suis consulit et Abbonis Floriacensis abbatis ad L. Abbatem epistola in Baluzii Miscellaneorum tomo secundo edita.“ Involucrum codicis tectum est corio rubro et ornatum auro scutoque regio. Lineae graphio trans membranas ductae sunt, non ultra 30 in quaque pagina.

Librarius artis suae gnarus usus est ad transscribendum archetypum eo genere literarum, quae minusculae vocantur et propriae sunt vetustis in Lombardia scriptis codicibus, nam crebro cum iis commixtae sunt literae semiunciales *D*, *F*, *G*, *R* et literae *h*, *i*, *f*, *l* in longum productae[6], saepe quoque arcte inter se colligatae sunt[7]. Recte igitur *Miraeus* in praefatione codicem appellat „*Iuliani Novellarum exemplar vetustissimum*“; utrum vero id iam saeculo VIII. scriptum sit, quod *Savigny* et *Haubold* putant, moti auctoritate Catalogi bibliothecae Parisiensis, an prioribus demum lustris saeculi IX., id mihi non liquet. Orthographia concinit cum aetate et patria codicis[8]. Compendia verborum librarius significavit virgulis plerumque curvatis; puncto divisit vocabula in fine versuum sine ullo alio signo. Item verba accurate reddere quidem studuit, etsi haud raro, labore fortasse defatigatus, erravit[9], sed magis in inscriptionibus et subscriptionibus Constitutionum, quam in capitulis eorumque verbis. Scholia indiligenter scripta esse, queritur *Miraeus*. Graeca latinis literis reddita sunt et rubricae capitulorum minio pictae. Capitulo 124 inditus est numerus Const. XXXV, quo intercedente series Constitutionum ab hinc uno numero differt ab editionibus Miraei et Pithoei[10]. Codicem olim Aymari Ranconeti fuisse cognoscitur ex nota manu Ranconeti in extremo folio 179 scripta: „*Aem. Ranconeti.*“ Codicem maximi habendum esse, cuius ope lacunae superiorum editionum explerentur et divisio Epitomes in duas partes sive libros tolleretur *Miraeus* sagaciter intellexit. Is vero utrum accurate usus sit codice nec ne, quaeritur. *Haubold* negat, et negari quidem nequit, multas scripturas codicis a *Miraeo* silentio praeteritas esse. Fortasse consulto egit Miraeus, ne contextus verborum annotationibus maximam partem inutilibus oneraretur, praesertim quum praeter hunc codicem alios quoque codices ad emendandam Epitomen adhibuerit[11]. Scholia contra et Pragmaticam Sanctionem inconsiderate tractavit. *Pithoeum* hoc codice usum esse apparet ex nota, quam ad codicis 4 sive Berolinensis 269 fol. 149b post Const. de Mandanda Iurisdict. adscripsit: „*In veteri codice, qui fuit Aymari Ranconeti nunc regis, sequitur Const. CXXVII.*“ Contuli hunc codicem cum Miraeo Parisiis a. 1828.

---

h abeat; add. *h herarium*, *hegrediatur*, *honere*: duplicantur literae vel*l*it, inclu*ss*imus. Scriptum est fide*m* iubeat. 5) Vid. Const. 92, 93. 6) Cap. 346 literis minusculis franco-gallicis adspersa est nota: „*ad hebreos epist. Pauli.*“

1) Catalogus Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae Par. III. T. III. p. 607. Nouveau Traité de Diplomatique par deux Benedictins etc. T. III. Paris. 1757. 4., ubi p. 288 in tab. L. no. III. specimen scripturae aeri incisum. *Haubold:* Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft. T. IV. Berlin 1818. 8. p. 137. *Biener*: Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. 8. p. 73, 79, not. 116. p. 229, 234, 240, 242, 385 sq., 482, 604. 2) Hunc numerum profert *Io. Pet. de Ludewig* in Vita Iustiniani cap. 8. §. 74, not. 368. p. 361. Vid. *Haubold.* l. c. p. 138, not. 11. 3) In superiore margine primae paginae ad latus numeri 546 conspicitur numerus DXIII., sed postea deletus. 4) Fol. 5 falso loco positum est a bibliopega, debebat poni inter secundum et tertium folium. 5) *Haubold* inter indicem et scholia adiectam esse scribit clausulam: *finiuntur nobellae constitutiones quem post codicem divi nominis Iustiniani promulgatae sunt. Expliciunt Constitutiones. Secundū. Capīl. Suprus Designata.* An ita sit, non recordor. 6) In ultimis membranis scriptura magis fracta est, quam rotunda. 7) *Miraeus* de his ita in praef.: „Erant enim in eo dictiones uno eoque sinuoso calami ductu, Gothicisque characteribus exaratae, cuiusmodi in tiliaceis chartis apud Dn. Stephanum Carpinum, ecclesiae Lugdunensis symmistem vidi.“ 8) Crebro ponitur *b* pro *v*: ci*b*ilibus, pri*b*atis, bo*b*em, ca*b*etur, muta*b*erit, gra*b*ant, no*b*ellam, conhi*b*entia; vice versa *v* pro *b*: *v*ilisario, pro*v*atio, pro*v*a*v*ile, retine*v*it, exi*v*ere, de*v*itum, de*v*itor, li*v*ellenses, vale*v*it; *h* om. in vv. e*x*ibere, e*x*auriant, xenodo*c*ium, tessalonicensis, elenoponti, tracia, s*c*ola, *c*artis, mi*c*anicorum, ordeum, ma*c*inatio, incoare, ypoteca, addit. in vv. *h*iis, *h*orta, ex*h*istere, *h*isauria, arc*h*a, *h*arena, *h*usus, nichil*h*ominus. Praeterea scriptum est conse*g*rata, conse*g*ratio, vi*g*arios; *s*traneos (extraneos), *s*colendum (excolendum), *sp*ectabilis (exspectabilis), *sp*ectetur (exspectetur), re*tt*ulit, de*ff*raudetur, o*p*tinere, a*m*mittere (admittere), coniun*c*xit, pu*p*lico, pu*p*licis, reliqui*d*, ad*u*lescenti, t*u*nsura. Pro *ph* ubique fere est *f*, veluti frigia, paflagonia, infanisticorum, ptochotrofium etc. 9) De erroribus *Miraeus* l. c.: „resederunt tamen in eo librariorum culpa aliquot naevi citra collationem aliquorum veterum exemplarium — insanabiles.“ Nonnullos locos recens aliqua manus, fortasse Ranconeti correxit. 10) Miraeus codicem non est secutus, nec mutavit numeros sequentium Constitutionum. 11) Cognoscitur hoc ex lacuna Constitutionis 50, quam explevit.

3) Codex Bibliothecae Nationalis Parisiensis 4418 [1]), olim *Thuani*, tum Colbert. 82, postea Regius 4496, saeculo X. scriptus [2]) et ex 292 [3]) membranis formae maximae in 37 quaterniones distributis constans, comprehendit Legum antiquarum quasi Corpus. Insunt enim fol. 1—37a col. b v. 7 Legis Romanae Visigothorum Epitome Aegidiana cum capitulorum indice, sed sine Commonitorio; fol. 38—142a col. a v. 17 praemisso indice Iuliani Epitome Novellarum; fol. 143—154 col. b v. 14 Lex Ribuariorum cum notis recenti aetate adiectis; fol. 155—171a col. a v. 11 Lex Salica Emendata [4]) cum glossis inter versus positis, quibus *Franciscus Pithoeus* et *Bignon* usi sunt; fol. 171—190 Lex Burgundionum, cui nescio quis haec vv. subiunxit: „*In exemplo Tilii addita sunt Capitula XX*"; fol. 191a Chronica Regum Visigothorum; fol. 191—292b col. a Lex Visigothorum. Librarius codicis, qui artem suam bene callait, verba legum per duplicem versuum seriem in quaque pagina disposuit. Codex nitore excellit et literarum formositate, quae minusculae sunt, nisi quod prima quaeque capitulorum litera uncialis est et, pariter atque rubricae, minio picta. Verum prima cuiusque Constitutionis litera prae ceteris magnitudine et forma quasi lapidaria conspicua eminet ex versuum ordine in margine. Compendia librarius non admisit, nisi pauca et sua aetate usitata, multum autem studuit correctae orthographiae, inprimis vero indici Constitutionum atque capitulorum fol. 38—48 Epitomae praemisso; nam non solum numeros et lemmata multa emendavit, sed etiam seriem capitulorum quam per totam Epitomen, tum per singulas quasque Constitutiones artifice distribuit eodem modo, quo Index a *Miraeo* editus est. Peculiaris denique est titulus uncialibus minioque pictis literis breviter ita conceptus, praetermisso nomine Iuliani: „*Lex Iustiniani* | *I. Constitutio* [5])." Desinit Epitome in cap. 559, sive col. a v. 17 adversi fol. 142; reliqua pars folii vacat; unde imperfectum aut mutilum aliquem codicem a librario transscriptum fuisse manifestum est [6]). Subscriptiones Constitutionum plerumque desunt, nonnumquam etiam desiderantur integri capitulorum versus, desideratur etiam cap. 199. Cap. 124 mutatum est in Const. XXXV. et cap. 417 in Const. CXIII, series igitur Constitutionum, relata in editionibus *Miraei* atque *Pithoei*, a capitulo 124 uno numero et a capitulo 417 duobus numeris deinceps aucta. Verba origine graeca latinis literis scripta sunt. Codex, qui Epitomen continuis numeris scriptam continet, magni faciendus est: num vero idem sit exemplar Iuliani, quod *Ludovicus Russardus* commemorat in praefatione Corporis Iuris Civilis, non perspicitur ex Russardi verbis [7]). Contuli hunc codicem cum Miraeo Parisiis ann. 1828.

3a) Codex Mediolanensis, olim Bibliothecae domus Belgioioso, quae hereditario iure nuper transiit in Bibliothecam Marchionum Trivultiorum, ubi detexit eum Carolus *Baudi di Vesme*, Comes, fontium veteris iuris sagacissimus indagator. Quaerenti mihi, qualis esset codex, non solum eum simillimum esse codici Ranconeti respondit vir humanissimus, sed etiam misit Non. Octobr. MDCCCLXX. descriptionem, cuius summa haec est: „Codex est seculi IX. formae in 4., initio mutilus: index enim capitulorum incipit a cap. CLXXXVIII „De his qui ex livera matre et ascriptio patri nati sunt." — Desinit hoc modo. Fol. 10 —CXXVI Constitutio | I. DXLI. De exactionibus sive de legationibus et tributorum | II. DXLII. Idem .... VII. DXLVII. Quando steriles agri fertilibus impenantur | VIII. DXLVIII. — DLXIV. Idem. Dicunt | CXXVII Constitutio. Reliqua folii pars a scriptura vacat, itemque prior pagina sequentis folii. Secunda folii pagina incipit: Et in Digestis etc. Nulla inscriptio, quae procul dubio fuit ante indicem titulorum. Epitome explicit hoc modo: DLXIV. Idem | Omnes supradictas — indict. octave | CXXVII Constitutio | Quam iam videor conscripsisse in regia | civitate et eadem constitutionem finiunt | nobelle constitutionis; quae post codicem | divi nominis. Iustiniani promulgatae sunt | Expliciunt Constitutiones | Secund Capitl Supras Designata | I. Vicariis Asianae et subsequuntur 1) Scholia; 2) Constitutio de Rapto Virginem [1]) Viduarum Et Matrimonialium; 3) Sanctio Pragmatica pro Petitione Vigilii cum subscriptione ultimi capituli: Explicit *Iust. sc. Nani* Imp. Constitutio [2]) *Incp. Iustini* etc.; 4) Nov. 140 latina (Iustini imp. Nuptiis decentius); 5) *Iustiniani* Const. de Adscripticiis et Colonis; 6) Iustini Const. de Filiis liberarum in Africam directa; 7) Sacrum Pragmaticum Tiberii imp.; 8) In priore pagina folii ultimi clausula: *Exple Romanas Leges Quas Novella* | *Vocant Iustiniani Imps*; 9) Tum, maioribus literis, fulvo et nigro colore, exceptis verbis „Vocatus Eps", quae atramento postmodum adiecta sunt: „SUMMUS ET ALMI | FICUS DOM. ET UB. TITO [3]) PRAESUL [4]) HUNC | LIBR SUO PRAECEP | FIERI TEMPORE." Reliqua eius paginae, tum pagina aversa, et codicis postrema a scriptura vacant." Codicem simillimum esse Ranconeti codici recte asserit *Vesme*, eadem enim est in utroque compositio Epitomes et Appendicis eius, quare non dubitavi Trivultianum primae classi adscribere. Me non potuisse per senectutem literam conferre cum editis doleo quidem, attamen, ea, quae Italorum propria est liberalitate, subvenit mihi *Vesme* in Appendicibus, quarum maxime mea intererat impetrare cognitionem. Contulit enim in meum usum Pragmaticam Sanctionem, Scholiorum autem apographum accuratissime peractum accepi

---

1) Catalog. Codd. Mss. Bibl. Reg. P. III. T. III. p. 591. *Haubold:* Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. IV. p. 140 et Opp. T. II. p. CX. n. 23. *Haenel*: Zeitschr. cit. T. VIII. p. 358; *Pertz*: Archiv T. VII. p. 48, 728. *Pardessus*: Loi Salique p. XV, n. VI, p. 269, 274. *Haenel:* Lex Romana Visigothorum p. LXXVI, n. 49. *Bluhme*: Leges Burgundionum p. 516, n. VIII (cf. *Pertz*: Monumenta Germ. Hist. T. XV. s. Legum T. III. p. 516). 2) *Pertz* et *Pardessus* eum saec. IX. tribuunt, catalogum secuti. *Haubold* fluctuat et vel saec. XI. accipit. Mecum consentit *Bluhme.* 3) In codice numerantur 290. sed folia 129 et 132 bis numerata sunt; e contrario quatuor folia ex quaternionibus exemta. Prima et ultima codicis folia humor plus minusve corrupit. 4) Edidit eam ex hoc codice *Pardessus* l. c. p. 277. Huc videtur referenda nota primae paginae a rec. manu adscripta: *Salica lex. Liber de Iurisdictione et Ubi Quis Conveniri Debeat.* 5) *Haubold* l. c. p. 140. 6) Vid. infra Varias Lectiones cap. 559, not. *x*. 7) Vid. infra codices deperditos no. 11.

1) Corr. *Virginum.* 2) In codice supr. *n* litera *s* addita est. 3) De quo Vesmius literis ad me datis: „Id unum Te adhuc monitum velim: *Titum* Episcopum, cuius iussu codex descriptus est, Novariensi ecclesiae praefuisse postremis octavi et primis saeculi noni annis." 4) Supr. lin. *Vocatus eps.*

intercedente eo a *Iulio Porro-Lambertenghi*, Comite generosissimo et Consuetudinum Mediolani Anno 1216 Collectarum doctissimo editore [5]).

Secundae Classis.

4) Codex membranaceus Regiae Bibliothecae Berolinensis Access. Latin. 877, nunc Ms. Lat. fol. 269 [1]), olim *Petri Pithoei*, deinde *Le Peleterianae* familiae, tum *Le Peleterii Rosanbó*, marchionis et *Petri Pithoei* abnepotis, postea una cum compluribus codicibus Pithoeanis a marchione, Ducissae Bituricensis sectatore, in Ducissae bibliothecam, quae Rosniensis nomine cognita est, publice vendendam relatus [2]), denique vero anno 1837 in constituta bibliothecae Rosniensis auctione publica ab *Haenelio* 621 solidis argenteis gallicis emtus Regiae Bibliothecae Berolinensi, insignis est diversis iuris romani libris et fragmentis, ex quibus constat. Inesse etiam Iulianum cognoscitur ex titulo, quem nescio quis, sed fortasse *Pithoeorum* fratrum alteruter, in tergo tegumenti, cui corium suillum inductum est, posuit ita conceptum: „Nouellae Iustiniani | Imperatoris | de graeco in latinum | translatae per | Iulianum antecessorem | Constantinopolitanum." | Num idem homo adscripserit numeros 51, IX^c et 81, quater infra hunc titulum in tergo exstantes, incertum est, videtur autem numerus $\frac{81}{4}$ referendus esse ad veterem illum Bibliothecae Peleterianae catalogum [3]), quem *Bened. Hase* in bibliotheca Rosanbina invenit [4]). Repetitur hic numerus in aversa prioris operculi pagina, ubi insuper quot sint totius codicis membranae verbis „Foll. 202" recentissimo tempore notatum est et scutum bibliothecae Rosniensis i. e. Ducissae Bituricensis, nec non numerus 115 cernitur. Inter tegumentum et codicem glutinator inseruit quinque chartas, quarum quinta, in cuius superiore margine conspicitur Berolinensis bibliothecae numerus, eundem fere eademque manu exaratum habet titulum, quem in tergo esse dixi, sed paullo post ab alia manu his vv. auctum: „*quae quidem novellae editae sunt a Petro Pithoeo | I. C. et glossario illustratae a Francisco fratre*". In sexta denique charta anonymus quidam, quem vero *G. E. Heimbachium* fuisse arbitror, notavit fragmenta Codicis ab eo „*Acc. Cat. Lat.* 877" designati, quam quidem notitiam, sed correctiorem hic repeto [5]): 1) fol. 1a sex versus theologici argumenti; 2) fol. 1b—fol. 17a vers. 10 Index capitulorum Iuliani, quorum ultimum est DXCII. de Episcopis et monachis, additis igitur titulis nonnullarum Iustiniani Novellarum, sed absente Const. CXXV. „Quam iam videor"; 3) fol. 17a vers. 11 — fol. 19a vers. 17 Index Capitulorum Legis Dei, hac de causa memorabilis, quia ut in Vercellensi codice, capitula Legis Dei continuis numeris, quasi pertinerent ad Iulianum, signata sunt, numeris scilicet DXCIII—DCCXXXII; 4) reliqua pars fol. 19 post vers. 17 vacat; 5) fol. 20a—fol. 149b Iuliani Epitome, usque ad cap. 564. 6) Eam sequuntur Novellae aliquot Iustiniani, videlicet a) fol. 149b Epit. Novellae 134 de Vicariis; b) Novella 34 „Const. CXXIX. kap. DLXXXIV. Ut nulli liceat mutuanti"; c) fol. 152b Summa Novellae 65 „Const. CXXX. kap. DXXXV (sic) de Terris vel Domibus"; d) fol. 153a Novella 114 „Const. CXXXI. kap. DLXXXVI de sacris divinis subscriptionibus"; e) fol. 153b Novella 143 „Const. CXXXII. kap. DLXXXVII. de Raptu mulierum et sponsatae"; f) fol. 155a Nov. 138 (ap. *Pithoeum* Const. CXXVI. kap. DLXXXVI.) „Const. CXXXIII. kap. DLXXXVIII. De Usuris supra duplum non computandis"; g) fol. 155b vers. 3 Summa Novellae 121: „Const. XXXIV. (sic) kap. DLXXXIX. de Partiariis solutionibus," apud *Pithoeum* Const. CXXVII. kap. DLXXXVII.; 7) Dictati de Consiliariis particulae: a) fol. 155b vers. 17 kap. DXC. de Consiliariis Domini Iuliani ant Dictatum. „Si merserit — consecratione eorum" sive principium Dictati. Vid. infra p. 198; b) fol. 155b vers. penult. — fol. 156a vers. 7 kap. DXCI [6]). Item de Episcopis et monachis sive continuatio Dictati a verbis: „Si qua emerserit — relatas." 8) Reliqua pars folii 156 vacat; vacat etiam adversa pagina folii 157; 9) fol. 157b vers. 1 Incipit Lex Dei kap. DXCII. — fol. 182 in f. vv. „libertinus est vel li" capituli DCCXXXI. s. Legis Dei Tit. XVI. kap. VIII. §. 2 [7]); 10) fol. 183—190 a) §. 5—12 Instit. de Publicis Iudiciis (4, 18) et

---

5) Augustae Taurinorum 1869. 8.

1) *Index librorum Manuscriptorum et Impressorum*, quibus Bibliotheca Regia Berolinensis aucta est annis 1837 et 1838. Praemissa est historia Bibliothecae Regiae A. 1828—1839 vernaculo sermone scripta (21. Oct. 1839) a *Fr. Wilken*. Berolini 4. Typis Petschii p. XXXI. n. 3 *Mommsen*: Praefatio Digest. p. XXXIV sq. et LXII. 2) *Catalogue* de la riche *Bibliothèque de Rosny*, dans laquelle se trouvent Quatre-Vingt-Six Manuscrits très précieux et de la plus haute antiquité — dont la vente aura lieu le lundi 20 Février — Tous les livres sont, en général, richement reliés, avec les armes comme ci-dessous, ou avec le chiffre couronné de *Madame La Duchesse de Berri* (sequitur scutum Ducissae). A Paris. Annus deest, sed vendita est bibliotheca mens. Mart. a. 1837.) *Haenel*: Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft, herausgegeben v. *A. L. Richter*. Leipzig 1837. 8. p. 375 sqq. — In catalogo codex notatus est num. 2395. Is quin *Petri Pithoei* fuerit, quamquam ab eo absit nomen, quod *Petrus Pithoeus* codicibus suis inscribere solebat, tamen hac de causa dubitari nequit, quia codex, antequam delatus est ad bibliothecam Rosniensem, exstitit in bibliotheca generosissimae gentis *Le Peletier-Rosanbó* in castro au Ménil prope ab oppido Meldensi sito asservata, ex iis igitur libris est, quos *Petrus Pithoeus* ultima voluntate in familia sua retineri iusserat. Cf. *Boivin*: vita, elogia, operum catalogus et bibliotheca. Paris. 1711. 4. *Grosley*: Vie de Pierre Pithou. Paris 1756. 8. T. II. p. 63. 3) Inscriptus est: *Catalogue des Manuscrits* de la Bibliothèque *de Monseigneur le Premier Président* (Claudii Le Peleterii) 1737. fol. min. 4) De hodierno statu bibliothecae Rosanbinae vid. *Ben. Hasii* literas in *Richteri* et *Schneideri* Kritischen Jahrbüchern für deutsche Rechtswissenschaft. Leipzig 1840. 8. p. 933 sq. a me editas. 5) Similem, sed breviorem notitiam dederunt *Haenel* in *Richteri* Kritischen Jahrbüchern 1837. p. 381, et Berichte der Königl. Sächs. Gesellschaft der Wissenschaften 1850. p. 77. *Blume*: Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft. X. Bd. Berlin 1842. p. 300 sq. *G. E. Heimbach*: Authent. Par. Prior. p. LXXXV. *Huschke*: Iurisprudentiae Anteiustinianae Quae Supersunt (ed. 2). Lipsiae 1867. 8. p. 547 sqq. 6) In Indice est cap. DXCII. 7) *Blume* l. c. p. 298, cui adstipulantur *Huschke* et auctor notitiae modo commemoratae, eundem esse codicem existimat,

subscriptio Institutionum; b) Primi libri Digestorum usque ad l. 3 tit. de Adoptionibus (1, 7), fragmentum igitur primae partis Legum, quae Prota nuncupatur [8]); 11) fol. 191a reliqua pars Legis Dei; 12) fol. 191a vers. 15 „Si autem quaeratur apud te de custode“ sive continuatio Dictati de Consiliariis; 13) fol. 193a vers. 15 „Item Collectio Domini Iuliani Antecessoris. Tutores vel qui divisam etc.“ ap. *Pithoeum* p. 207; 14) fol. 194a vers. 17 Nov. 134 (Authent. ed. Heimbach. 127) „Ut nulli iudicum liceat“; 15) fol. 199b vers. 20. „CXC. kap. De Diversis Capitulis“ sive Nov. 117 (Authent. ed. Heimb. 112) cap. 1 et 2; 16) fol. 200b vers. 8: „Passio Sci Gorgonii Martiris“ usque ad vv. „colligenda canes et lupi“, quibus terminatur vers. 21 fol. 202a, reliqua membranae parte vacua. Constat igitur codex 202 membranis maximam partem crassis, quarum viginti circiter in summa et in ima margine humore adfectae plus minusve iacturam integritatis fecerunt, nec tamen scripturae, paucis exceptis, in quibus aliquot verba evanuerunt aut interciderunt [9]). Quaternaria forma membranarum perspicitur ex literis in fine [10]) nonnullorum quaternionum adhuc superstitibus. Lineae graphio ductae sunt et ubique fere inclusae duabus aliis in margine a summo ad imum descendentibus. Quantitas versuum variat numero, nam initio codicis habentur 35 versus in singulis paginis, postea 25 aut 33. Iulianus in duas partes divisus est. Eum a diversis et tribus quidem hominibus scriptum esse cognoscitur ex differentia scripturae; etenim is, qui ad folium 20 exarando textui operam dedit, videtur rudis in arte fuisse, quippe qui versus, quos confertim congessit, complevit literis minutis quidem et rectis, attamen parum eleganter vel potius admodum leviter ductis, nec alter, qui opus continuavit usque ad folium 40, multo exercitatior illo fuit, tertius autem e contrario melius rem gessit, etsi vacillante quasi manu literas, altiores potissimum a dextra ad sinistram flexit [11]). Rubra capitulorum minio picta exstant modo in margine membranarum modo intra media spatia versuum usque ad folium 82, post quod miniographus cessavit officio pingendi et in averso demum folio 155 rubra Dictati de Consiliariis et de Episcopis et monachis adiecit. Idem cadit in numeros et Constitutionum et capitulorum hac, differentia, ut numeri Constitutionum XCI, XCIII, XCVI et CIV capitulorumque eo pertinentium et prima quaeque horum capitulorum litera viridi colore excellant. In subsequenti-

ex quo *Pithoeus* 1573 Legem Dei sive Mosaicarum et R[illegible] Legum Collationem [illegible] in lucem protulerat, illum igitur, qui anno 1570 pervenerit ad Pithoeum ex antiquissima Sequanorum [illegible] bibliotheca, quae quidem sententia, an vera sit, dubitari potest. Nam, praeterquam quod capitula Legis Dei continuis numeris cohaerent in codice cum Iuliano, notabilis est lectionum diversarum et errorum multitudo, quam *Blume* collegit. Petrum autem Pithoeum diligenter et accurate versatum esse in divulgandis veteris iuris Romani reliquiis a se detectis, demonstravi p. IX. Praefationis Novellarum Theodosii etc. a me editarum. Nec Blumii sententia corroboratur vv. epistolae *Francisci Pithoei* ad Petrum fratrem editioni Iuliani a. 1576 praemissa: „ut vix ac ne vix quidem ab exemplaris *tui scriptura discesserim* [illegible] *codices vetustos et bonitas* hoc postulabat.“ nam Berolinensis [illegible] mendis abundat. Petrum autem non unum solum, sed plures possedisse Iuliani codices apparet, ut [illegible] Berolinensem Ms. lat. 271 intra sub numero 16 explicandum, ex nonnullis notis secundae Pithoeanae Iuliani editioni a. 1689 a *Desmaresio* adiectis. Notavit enim ad v. *Iuliis* cap. DXLI. „*Sic manuscrip. exempl. 5.*“ et ad cap. DLXXV „*In exempl. Petri P*[illegible] *p.* 197 [illegible] *Basil.* [illegible] *Franciscum fratrem habuisse veterem Codicem eiusdem Petri.*“ Eo quoque pertinent, nisi fallor, verba epistolae *Desmaresii* editioni a. 1689 praemissae: „*Manuscriptus Liber Pithoeanarum Observationum Varias Legum Lectiones continet ex quinque antiquissimis codicibus excerptas, quas edere visum non est*“; ex quorum codicum aliquo sine dubio *Desmaresius*, non solum ex duobus illis Pithoeanae editionis exemplaribus manu Pithoeorum fratrum secundum *Chuppium* locupletatis, hausit variam scripturam, quae primum exstat in editione eius. Deinde secundum indicem in primo folio editionis a. 1576: *variae lectiones ex manuscript. libris* desumptae sunt, quibuscum vv. consonat titulus secundae editionis, ubi haec: „*Nunc primum ad manuscriptos codices Petri et Francisci Pithoei* fratrum restituta. Tum Franciscus Pithoeus in Epistola cit., „Quantum, inquit, *in me fuit*, *exemplarium scripturam, nulla coniectura adhibita, bona fide expressi.*“ Porro ex alio, quam ex Berolinensi codice sumptam esse a Pithoeo Sacram Iustini pro Privilegiis Concilii Vizaceni (ad quam vid. Const. IX. cap. 45), necesse est, quippe quae ab eo abest. Denique ex lemmatibus Constitutionum primum a Pithoeo editis plures codices Pithoeo ad manus fuisse intelligitur. Sed sistamus quaestionem ancipitem, etsi is, qui in Pithoeanorum illorum codice aliquo praeter Berolinensem exstitisse Legem Dei a Petro Pithoeo editam contenderit, haud multum a veritate aberrare videatur. Ceterum cf. *Biener*: Geschichte cit. p. 408. *G. Heimbach* in Gersdorfii Repertorio Lipsiensi, 1843. Tom. I. p. 148, ubi doctissime disserit de codicibus Legis Dei. De fragmentis Legis Dei, quae Tilius dicitur detexisse in bibliotheca Dionysiana, cf. *Blume*: Prolegomen. Legis Dei p. XV sq. et *Rudorff* initio tractatus: „Ueber den Ursprung und die Bestimmung der Lex Dei. Berlin 1869. 4.“ 8) Inepte hoc loco plagulas illas interpositas esse, duae vetustae notae significant, altera in superiore margine fol. 183a et altera fol. 191 in fine Legis Dei, quarum prior a recentiore manu, fortasse *P. Pithoei* sic explicatur: „*Respondet hec nota ei que est ad finem Legis Dei*“; haec ita: „*hec nota respondet ei que adiecta est initio quaternionis inserti huic codici qui continet finem Institutionum et initium Digestorum.*“ Descripsit hunc quaternionem et contulit cum editis *Haenel*: Berichte citt. a. 1850. p. 79 sq. Cf. etiam *Th. Mommsen*: Jahrbuch d. gemeinen Deutschen Rechts v. *Bekker*, *Muther*, *Stobbe*. Leipzig 1862. T. V. p. 435 seqq. Idem in fine Vol. I. editionis Digestorum exhibet specimen scripturae arte photolithographica elaboratum. In illo libro *Mommsen* hunc quaternionem saeculi X. esse dicit, in Prolegom. Dig. Vol. I. p. IV saeculi IX., praecedente *Haenelio*. — Ad *Prota*, quorum partem continent, cf. *Rudorff*: Römische Rechtsgeschichte. T. I. Berlin 1857. p. 342, not. 10. 9) Fol. 133—142; 145—167. 10) Has enim literas detexi: *A* f. 24, *B* f. 32, *C* f. 40, *D* f. 48, *E* f. 54, *F* f. 62, *G* f. 70, *M* f. 110, *N* (sed in adversa primae quaternionis membranae pagina) f. 111, *O* f. 126, *P* f. 134, *Q* f. 142, *R* f. 150. Nonnullis etiam numerus additus est. Mirum, literam A inveniri in fine demum folii 24, quum debeat exstare in aversa pagina folii 8. Rem ita explico. Archetypum codicis ab initio mutilum erat, deerant enim sedecim membranae, quae indicem comprehenderant usque ad cap. DLXXXV. „Ut nulli liceat.“ Eae postea ex alio codice restitutae sunt. Hanc esse causam, apparet quum ex membranis, quae proxime sequentibus tenuiores sunt et magis laevigatae, tum ex scriptura, quae a prima parte codicis differt, eidemque causae tribuendam esse arbitror omissionem solennis inscriptionis Epitomes cum nomine Iuliani, quam habent codices 5, 6 cum hoc codice constanter fere congruentes. 11) Vetustatem codicis probant verba in fine versuum discerpta, veluti sua | m, susceperi | t, aliu | s, quand | o, et literae *b*, *d*, *h*, *l* inversi pistilli formam habentes; adde alias semiuncialis quae dicitur scripturae literas, potissimum *e*, *f*, *g*, *n*, neque desunt literae inter se colligatae, veluti *ct*, *et*, *st*, *en*, *ri*, *scr*. Initio verborum litera *i* plerumque in altum ducta est, in formam quasi literae *l*.

[illegible] desunt, [illegible] tamen librarius atramento [illegible] apposuit in margine. Lemmata Constitutionum literarum forma non differunt a contextu. Compendia adsunt, sed haud ita multa aut insolita. Ortographia singularis est [12]), concinit autem in universum cum ea, quae reperitur in codicibus exeunte saeculo IX. et primis saeculi X. lustris in Curiensi Rhaetia aut in Italia superiori scriptis, quare ego codicem eiusdem aetatis [13]) atque patriae esse arbitror. Epitome quodammodo recisa est, quandoquidem subscriptiones Constitutionum crebro desiderantur, desunt etiam aliquot Constitutiones et capitula [14]); alia capitula migrarunt de loco in locum [15]), alia mutata sunt in Constitutiones [16]). Numeri capitulorum crebro falsi sunt aut plane omissi, in altera potissimum Epitomes parte. Textus ingenti multitudine mendorum scatet. Ea quidem vetus aliquis corrector, fortasse magister scribarum, ad archetypum tollere diligenter studuit, delendo, radendo falsam scripturam, veram interponendo intra versus aut addendo in margine, quae eodem verbo recurrente ex antecedente versu librarii transilierant; neque vero contigit ei, ut omnia menda tolleret, quid quod anxie secutus archetypum nonnunquam falso correxit, quae recte scripta erant. At vero non solum ille vetus corrector operam dedit castigando textui, sed alius quoque paullo post eum minutissimis literis gilvi coloris supra versus positis, praesertim si quid vetus corrector radendo deleverat, eidem studio incubuit. Neuter autem eorum addidit subscriptionem Const. 108, quam codex solus habet, sed imperfectam.

5. Codex Vindobonensis s. Imperatoris Austriae Bibliothecae 2160, olim Salisburg. 360 [1]). Primam eius notitiam dedit *Kopitar*, Bibliothecae quondam praefectus clarissimus, *Lancizollio*, Berolinensi antecessori, anno 1822, qua *Biener* et *Savigny* moti, habitum et qualitatem codicis diligenter investigarunt [2]). Tectus est codex duabus tabulis ligneis superinducto corio a fragilitate munitis. Fronti prioris tabulae adglutinatum est membranae segmentum, cui saeculo XV. literis, quae dicuntur, gothicis inscriptum est: „*Constitutiones Novellarum Iustiniani*" et postea ab anonymo quodam subscriptum: „*alias intitulatus extravagantes legum.*" In aversa huius tabulae parte membrana similiter adglutinata est decretales aliquot saeculo XV. scriptas continens, quam, quum primum codicis folium eiusdem argumenti sit, bibliopega videtur arcendi Iuliani a tritura causa adiecisse. Antiquitus codicem in diversis bibliothecis exstitisse cognoscitur ex numeris in adversa parte primae tegumenti tabulae conspicuis et his quidem: 26 (hoc iterum expuncto), 319, 3*ΔΔ*, in aversa autem tegumenti tabula S. 36, denique paullo infra 3744. Numerus 2160 ibidem stilo cerussato recens adiectus est. In altera tabula nihil est, nisi nota: „*G. Dei gratia plebanus in Gözenh.*, saeculo XV. scripta, fortasse a possessore codicis*). Constat codex ex 184 membranis partim albis, partim subfuscis, ad quaternionum numeros plerumque minio pictos ordinatis [3]). Lineis graphio ductis versus paginarum divisi sunt in binas columnas, quarum unaquaeque 31 versus exhibet cum 19 literis in singulis versibus. In ampla margine, olim vacua, scriptae sunt paullo post quam codex confectus est, glossae et notationes diversi generis [4]). Capitum initia rubro vel etiam vario colore insignita

12) *h*usura, *h*uxorem, [illegible], *h*ostio, *h*ostendere, [illegible], *h*absentia [illegible], *h*anus, *h*unusquisque, *h*unde, *h*undique, *h*undecim, *h*astrum, *h*oratoria, *h*omnino, *h*onerandum, cet*h*ero, cart*h*ola, dec*h*oratus, vel*h*uti, co*h*ercere, mat*h*eria, or*h*ientis, Trac*h*ia, cleric*h*orum, diac*h*onus, coerc*h*eantur, c*h*odices, t*h*unc (raro tunc); e contrario nonnunquam omittitur *h* et scribitur abet, abere, trauntur, antiocie, exibere, omo, omines, orum, orti, ypoteca; offendit etiam scriptura *ae*, ubi exspectatur *e* in vv. *ae*ditio, expr*ae*ssa, *ae*cclaesia, *ae*lectio, *ae*repti, *ae*diti, cac*ae*lat, *ae*tiam, atqu*ae*, p*ae*cunia, proc*ae*dere, pr*ae*ces, conqu*ae*sti; similiter habetur *b* pro *u* in vv. proba*b*erit, fa*b*ebit et *u* pro *b* ut [illegible], adparent, [illegible], *e* pro *i* et *i* pro *e* veluti tregenta, inventarium, [illegible], [illegible], [illegible], ypotheca; *o* pro *u*, ut stromentis, proconsolis, pericolum, et *u* pro *o* ad*u*lescentis, in qua vero commutatione librarius sibi non constat, quod dicendum est etiam de geminatione literae *l*, sicubi scriptum est al*l*ienatio, val*l*ebat, tul*l*erit, detul*l*erit, vel*l*it, distul*l*erint, verum etiam simplici litera *l* detulerit, valebit etc. Praeterea syllaba *co* crebro mutata est in *quo* et constanter fere scriptum *quo*gere, *quo*ire, *quo*herede, vice versa *co* pro *quo*, veluti *co*libet, ali*co*. Saepissime quoque positum est *s*ta, *s*te, *s*tam pro ista, iste, istam. Indulsit etiam librarius repetitioni ultimae antecedentis v. literae *s* et *m* scripsitque ipsis si pro ipsi si, summa*m* maxima. Sed supersedeo orthographiae exempla augere, quum ex iis, quae protuli, appareat patria codicis. Ex compendiis notandum est *mīc* pro *misericordia*. 13) *Blume*: Zeitschrift cit. p. 302 codicem saec. nono aut primis saec. X. annis tribuit. *Huschke* l. c. „existimatur saec. octavi vel noni" scribit. 14) V. c. Const. CIII, CIV, sive cap. 365, 366, et cap. 438. Deesse etiam Const. CXXV. „Quam iam videor" (ap. Mir. p. 166) iam supra monuimus. — E contrario codex hic illic habet, quod frustra quaesiveris apud Pithoeum, veluti lemma Const. LXXIX., nec non ex Indice huc translatas clausulas „Novum est, Innovatum est, Lib. Codicis." 15) V. c. Const. CXVII. cum cap. 497—499 translata est post cap. 505 sive Const. CXVIII. 16) E. c. cap. 495 in Const. CXVIII.; cap. 508 in Const. CXXII.; cap. 509 in Const. CXXIII.; cap. 511 in Const. CXXV.; cap. 512 in Const. CXXVI.; cap. 514 in Const. CXXVII.; cap. 527 in Const. CXXVIII.; cap. 532 in Const. CXXIX.; cap. 534 in Const. CXXXV.; ex quibus et aliis exemplis Constitutionum seriem incredibiliter turbatam esse intelligitur. Negari contra nequit, esse apud Pithoeum subscriptiones Constitutionum, v. c. CVIII., quas solus codex Berolinensis habeat, eiusque scripturas a Pithoeo nonnunquam anxie quasi receptas esse, veluti in cap. 483.

1) *Biener*: Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. 8. p. 72. 79, 231, 234, 240, 252, 606 et Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft T. V. p. 338 sqq. *Blume*: Lex Dei. Bonn 1833. 8. p. XXVII. *Haenel*: Zeitschr. cit. T. VIII. p. 359. n. 11. *G. E. Heimbach*: Authenticum. Lipsiae 1851. 8. Part. Prior. p. LXXXVI et in *Gersdorfii* Repertorio literario 1843. p. 148. *Huschke*: Iurispr. Anteiust. cit. p. 547. Tabulae Codicum Manuscriptorum Praeter Graecos Et Orientales in Bibliotheca Palatina Vindobonensi Asservatorum Edidit Academia Caesarea Vindobonensis Vol. II. Vindobonae 1868. 8. p. 19. 2) Petiit *Savigny* a *Kopitario* Collationem Legis Dei cum Pithoeana ed., *Biener* descriptionem indicis capitulorum et appendicis Iuliani. Utriusque desideria *Kopitarii*, viri rarae humanitatis, auspiciis explevit *Pirsner*. Cf. *Blume* l. c. p. XXVIII, ad quem *Kopitarii* chartae *Savignii* beneficio pervenerunt. Ipse contuli Epitomen Iuliani cum Miraei editione anno h. saec. XXXII. *Blume* l. c. in f. editionis exhibet specimen scripturae. *) Recurrit haec nota in extrema codicis pagina cum clausula: *Explicit, Expliceat hndi's* s. *fndi's scriptor est.* 3) Sunt 23 quaterniones: XXII. et XXIII. quaternionum numeri perierunt. Penultimum folium quaternionis XVIII. rescissum est, quod praeter extremam partem Nov. 34 Novellam 65 una cum prima parte Nov. 114 olim comprehendisse *Biener* coniicit l. c. p. 606. 4) Eas partim ipse transscripsi in pugillares meos; reliquas, quas non potui ob temporis rationem transscribere, benevole suppeditavit mihi *D. W. Bernhauer* ann. 1857, vir doctissimus, cui debitas gratias [illegible]

sunt, cetera atramento pallescente scripta. Puncti signo scriba crebro indicavit finem versuum archetypi, quod transscripsit. Scribendi compendia praeter vulgaria raro reperiuntur. Literae minusculae sunt et nitidae, quamquam nonnullis in locis rudes. Scriptus est codex ultimis saeculi X. lustris [5]. Iam, quod ad materiam attinet, codicem eo, quo primum innotuit tempore, reliquis tum cognitis Iuliani codicibus praestare copia rerum, quas continet, viri docti animadverterunt [6]. Comprehendit enim non solum fol. 2—162 Iuliani Epitomen [7] et fol. 162b—183b col. a v. 12 Legem Dei [8], verum etiam Epitomes indicem Constitutionum atque rubricarum continua serie numeratarum nec non largissimam appendicem. Haec autem congesta sunt in appendice [9]: 1) Nov. 34; 2) Nov. 65 (vid. supr. not. 3); 3) Nov. 114; 4) Nov. 143; 5) Nov. 138; 6) Summa Nov. 121; 7) Dictatum de Consiliariis; 8) Collectio de Tutoribus; 9) Const. CXXII. „*Quam iam videor conscripsisse*"; 10) Nov. 134 epit.; 11) Nov. 117 praef. cap. 1, 2 ex vulgata versione: 12) Tractatus infra pag. 202 editus quindecim paginis constans; 13) Iustiniani constitutio pro debitoribus in Italia et Sicilia [10]; 14) Lex 12 D. de Testibus 22, 5; 15) Locus incertae originis de Caecis et Debilibus editus a *Bienero* [11].

Iulianum transtulisse Novellas de Graeco in Latinum asseritur in titulo Epitomes, hic in duas partes divisae et in serie Constitutionum duobus numeris auctae. Numeri Constitutionum saepe desunt, omissae quoque sunt post Constitutionem XVIII. omnes fere subscriptiones [12]. Idem dicendum de rubris capitulorum. Nonnulla capitula transierunt de suo loco in alium, perturbato eorum ordine. Post cap. 163 Constitutiones haud raro prae se ferunt falsos numeros [13], praesertim quum nonnulla capitula mutata sint in Constitutiones, quo referenda sunt inter alia cap. 262, 263, mutata in Const. LXXIV. et LXXV. Rubricae capitulorum auctae sunt in margine codicis summariis ex antiquo codice corrupte scripto sumptis, similiter atque in codice S sive Haenelii I., verum ea differentia, ut in hoc inter rubricas capitulorum et primum eorum versum illa posita sint. Mendis scripturae, quae innumerabilia sunt, corrigendis nemo operam dedit. Monendum denique est, post cap. 532 codicis (edd. 535) duo capita signata numeris DXXXIII et DXXXIV inserta esse, quae non inveni in libris [14].

6) Codex Capituli Maioris Ecclesiae Vercellensis eodem fere temporis momento a *Blumio* [1] inventus est, quo Vindobonensis a *Lancizollio*, Vercellensis enim mense Octobri, Vindobonensis autumnali tempore a. 1822. Quod attinet ad habitum utriusque codicis, nonnulla inter eos communia sunt, quo pertinent: 1) Idem fere numerus membranarum, quarum Vercellensis codex 183 habet, Vindobonensis 184 [2]; 2) Forma maior et quadrata membranarum; 3) Textus binis columnis exhibitus [3]; 4) Divisio Epitomes Iuliani in duas partes; 5) Seriei Constitutionum eadem turbatio, numeris Constitutionum modo demtis, modo auctis; 6) Index rubricarum Iuliani; 7) Adnotationes interlineares et marginales [4]; 8) Appendix Epitomae subiuncta; 9) Lex Dei; 10) Capitulorum Iuliani et Legis Dei continua numeratio; 11) Orthographia et compendia scripturae [5]; 12) Mendorum scripturae ingens copia; 13) Eadem fere aetas, quamquam Vindobonensis codex videtur esse recentior [6]; 14) Partim etiam subscriptiones, quae desunt in reliquis codicibus.

Insunt in codice res diversi generis: 1) Septem folia interiecta in locum primi quaternionis, qui periit et continuerat Indicem rubricarum Iuliani usque ad caput CCX. Primum folium literis quadratis inscriptum est: *Incip Nom Regionum | Et Civitatem In Quibus | Scrum Apostolorum | Corpora Requiescunt | Inc. Iohannis Baptista filius*, quae vv. paullo post sequitur: *Incipit Expositio | IIII evangl'.* At vero iam *Blume* monuit, sub isto titulo pauca tantum varii argumenti tam ex theologia quam ex iurisprudentia contineri [7], quibus iunctum sit prooemium ad Iustiniani Institutiones pertinens. 2) fol. 8 Index capitulorum

---

5) *Blume* l. c. „Saeculo undecimo"; item Academia Caesarea Vindobonensis in Tabulis Codicum Mss. citt. 6) Nondum enim in lucem protracti erant codices Vercellensis et Berolinensis 269, quibuscum cognatus est Vindobonensis. 7) Appellata est ibi ab homine aliquo saec. XIV. vel XV.: „Novella Iustiniani." 8) Cf. *Blume* l. c. p. XXVIII. *Biener*: Geschichte cit. pag. 408 et 606; Zeitschrift cit. T. V. pag. 338. 9) Cf. *Biener* et *Blume* ll. citt. 10) *Biener*: Geschichte p. 483 et Zeitschrift T. V. p. 352—355. 11) Zeitschrift cit. T. V. pag. 355 sq. 12) Sed vid. cap. 394. 13) V. c. a cap. 448, ubi vid. not. sup. 14) Kp. DXXXIII. | Si quis per viam ambulaverit | et illi occurrerit. In loco de | serto caballus aut asinus | aut bos. aut qualiscunque | quadrupedia domestica | et ille adprehensam eam perrexerit cum eam per viam rectam et ille homo cuius animal fuerit [illegible] animal | suum. animal suum recipiat | et ipsi ullam iniuriam non | faciat quia de domo illius neque de illius pascua illum, adprehendit si autem ei in | iuriam fecerit et aliquid illi | abstulerit in quadruplum reddat ei. kp. DXXXIV. Idem, Si quis clericus aut diaconus aut presbyter aut qualiscunque per viam | perrexerint et unus alteru | trum insidianter furtum | fecerit et fugam lapsus | fuerit. et ille cui furtum, fecit per multa temporum (in)tervalla eum invenerit | concessam habet licentiam | adprehendere et tenere eum | usque dum illi satisfactio| nem suae iustitie faciat.

1) Diversis in libris agit *Blume* s. *Bluhme* de cod. Vercellensi, et his quidem: Iter Italicum T. 1. p. 98; Bibliotheca Libr. ms. Italica. Göttingen 1834. p. 7; Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde T. V. 1825. p. 585 sq.; Museum Iurisprud. Rhenan. T. IV. p. 234 sq.: in Monument. German. Histor. s. Legum T. IV. ad Leges Langobardorum p. XVII, not. 47 et p. XIX et inprimis ad Leg. Dei cit. p. XXVIII. Praeterea cf. *Biener*: Geschichte cit. p. 72, 77, 229, 605 sq. et Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissenschaft cit. T. V. p. 339. *Savigny*: Geschichte cit. T. II. p. 195 (ed. 2). *Haenel*: Zeitschrift cit. T. VIII. p. 359. *G. E. Heimbach* in Gersdorfii Repert. liter. cit. 1843. p. 148 et in Auth. Part. Prior. p. LXXXV. *Huschke*: Iurispr. Anteiust. cit. p. 547. Collationem codicis cum Miraei editione debeo G. E. Heimbachio, viro doctissimo mihique amicissimo, sed heu! praematura morte mihi erepto. 2) Quaternionum numeri perierunt. Ultima codicis folia humore in margine superiore affecta sunt. 3) At vero versuum numero codices inter se differunt. nam Vercellensis habet 29 versus in quaque columna. 4) *Blume* ad Leg. Dei p. XXXIII. cuius testimonium sequitur *Biener*: Geschichte p. 229, primae Iuliani parti verborum interpretationes etiam ex Graeca lingua saepius additas esse scribit. *Heimbach*: Auth. p. CCCCXXXVII eas sibi pro Graecis venditari non patitur: potius videntur ei haec libri Vercellensis sigla ad cryptographicam aliquam rationem pertinere. 5) *Blume* l. c. p. XXX, quocum consentit *Heimbachii* collatio codicis. 6) Vid. infra not. 14 et de Vindobonensi codice *Blume* ad Leg. Dei p. XXVII. 7) Pleraque nullius pretii sunt. Ad nos spectat a [illegible] *[illegible] tatio populi*

Iuliani a capitulo CCXI. *de absentatis reis* usque ad cap. DXCII. sic de Episcopis et monachis [8]; 3) fol. 13b Index capitulorum Legis Dei (*Incipit kapitula legis, quod praecepit Deus ad Moysen*); 4) fol. 14b Epitome Iuliani usque ad Const. CXXIV. kap. 564 [9]), cuius initium his vv. notatur: „*Incipit constitutio prima nouellarum Iustiniani pp. aug. De Greco in latino translatas. Per Iulianum virum eloquentissimum antecessorem civitate Constantinopolitane. Cons. prima* [10]);“ 5) fol. 150b Appendix Iuliani sive Const. „Quam iam videor“ usque ad Const. CXXXIII. kap. 596: a) Nov. 34; b) Summa Novellae 65; c) Nov. 114; d) Novella 143; e) Novella 138; f) Summa Novellae 121; g) Dictatum de Consiliariis, usque ad vv.: „*lege iterum Novellas duas constitutionis circa centesima decima relatas*“; h) *Lex IV, DXCIII* sive c. 4 Cod. Iust. de Praediis 5, 71; i) *DXCIIII, Lex* 1. Imp. Antonino Muciano sive Cod. Greg. V, 5, 1, not. (ed. *Haenel.*); k) *DXCV.* de Donation. s. Interpr. c. 1 C. Th. de Donatt. 8, 12; l) *DXCVI.* Paul. Sent. V, 30 B. 2 s. Coll. XIV, 2, §. 3 [11]); 6) fol. 156a Tractatus Theologicus de Incestis, duabus paginis cum quarta parte tertiae constans; 7) fol. 157a tabula graduum cognationis, cui recentior manus ex Langobardorum edicto adscripsit legem Rotharith CLIII. his vv.: „*Omnis parentela . . . quomodo nos dicimus. Ambrosius iudex hunc legē scrisi in hoc libro. SʒS.* [12]);“ 8) fol. 157b Lex Dei sive Collatio Legum Mosaicarum et Romanarum; 9) fol. 182a Nonnulla adversaria ex iurisprudentia morumque disciplina sumta [13]). — Dixi supra multa esse communia inter codicem Vindobonensem et Vercellensem, at alia Vercellensis propria sunt, ut puta a) subscriptiones Constitutionum 85, 86, 89, 90, 92, 101, 102, 119 [14]); b) cap. XI. Decretorum Gelasii P.; c) nonn. cap. Concilii Toletani IV. et Carthaginiensis IV. Epitomae inserta [15]).

7) Codex Archii Ecclesiae Metropolitanae Utinensis, praeterquam quod duas exhibet leges Iustiniani de Colonis Africae antea incognitas, maxime memorabilis est propter Legem Romanam a *Canciano* [1]) ex eo divulgatam, de cuius origine, indole et auctoritate multas inter iuris antiqui peritos controversias habitas esse [2]) notum est, praesertim quum post *Cancianum* omne vestigium codicis evanuerit. Sed feliciter accidit, ut *Bonturini*, Regiminis Patavini Consiliarius, vir quum de historia, tum de antiquitatibus provinciarum Fori Iulii atque Aquileiae optime meritus, codicem, quem in Archio Ecclesiae Metropolitanae Utinensis detexerat, in conventu literario Venetiis 1847 habito in lucem iterum protraheret [3]), quo nuntio accepto confestim profectus sum Utinum, ut codicem viserem et, si liceret, explorarem cumque editis conferrem. Nec fefellit me spes, nam beneficio *Io. Fr. Banchierii*, S. Theologiae Doctoris et Utinensis ecclesiae Canonici atque Archivarii, viri multis titulis insignis, nec minus humanitate quam ingenii acumine doctrinaeque ubertate conspicui, libera facultas mihi data est codicis commode perscrutandi. Tectus est codex corio fusco. Signum sive numerus, ex quo bibliotheca cognoscatur, ubi olim fuerit, deest. Recentissima aetate notatum est in charta post primam tegumenti tabulam interiecta: „*Codex rarissimus et unicus Lex Romanor. inter VIII et IX. seculum exaratus mutilus a principio et in fine constans paginis* 354. *Ita cum Iosepho Doctore Bonturini h.* sive *R.* [4]) *Consiliario Regiminis ... Ioh. Franc. Dr. Banchieri Can*ˢ. *Archiv*ˢ.“ Membranae primo adspectu

et maiorum eaque (ea quae?) *in legibus non invenitur ad* (a?) *memoria dicata.* b) fol. 6b *Glossa*: *Si socrus defunctus fuerit et debitum a suo genere debuerit postea genero dimisit et hereditatem deinde interpellarit genero colo Ego antea accipere de ipsa hereditatem quod mihi debuit. Dixit Imperator Si soccrum successisti malum est ut antea tibi debitum persolvas sed in quantum in hereditate invenisti, et propter debitam et omnia ipsa hereditate computare debes sive minus sive plus fuerit.* (Plura non habet *Heimbachii* apographum.) c) Ex Lege Salica Tit. XVII. De Vulneribus, §. 7 (edit. *Ioa. Merkel.* Berlin 1850. 8. p. 11). Cf etiam Novell. Leg. Sal. l. c. p. 74: *Si quis ingenuus ingenuum fuste percusserit et tamen sanguis non exierit usque ad tres culpos pro unoquoque ictu CXX den qui faciunt solidos III. cul iudic̄. Si vero sanguis exierit ita compona* (t) *veluti eum de ferramento vulnerasset. id est DC den̄ qui fac̄ sol̄ XV cul̄ ind̄.* 8) Vid. Dictatum de Consiliariis princip. p. 198. 9) *Blume* videtur confundere finem Epitomes et Indicis dicens l. c. p. XXXI: *Ipsa Iuliani collectio in Constitutiones CXXXV et in capita DXCVI divisa esse videtur: finitur tamen const. CXXVIII., sive cap. DLXXXV.* Potius, si fides est habenda *Heimbachio*, finitur Epitome cum Const. CXXIV. cap. 564, et subsequitur Appendix continuis numeris cum Epitome coniuncta et comprehendens Const. CXXV—CXXXIII. s. cap. 565—596. Vid. supr. nr. 5. Ceterum cf. de Appendice *Blume* l. c. et *Biener*: Geschichte p. 606. 10) Communem cum Vindobonensi codice habet Vercellensis subscriptionem Const. 115. 11) *datur Explicit* sunt ultima verba Appendicis. In reliqua parte paginae inque margine eius cernuntur glossulae, verum parvi habendae. Cf. *Blume* ad Legem Dei p. XXXII. 12) Cf. *Blume* l. c. et specimen scripturae ibidem post p. 208. *Blume* ad Leg. Langobardorum p. XXI: *Ambrosium*, inquit, *iudicem civitatis Mediolanensis et advocatum monasterii S. Ambrosii habemus anno* 892 *in Fumagalli codice diplomatico* p. 520, 522. 13) Quae secundum *Heimbachium* nihil habent, quod faciat ad Iulianum. 14) Easdem habet codex 8 sive Haenelii I. 15) Vid. cap. 464, 470, 475, 479, 482.

1) *Barbarorum Leges Antiquae.* Vol. IV. Venetiis 1789. fol. p. 463 sqq. Repetiit Legem *Ferd. Walter*: *Corpus Iuris Germanici Antiqui.* T. III. Berolini 1824. 8. p. 691 sqq. Cf. *Haubold* l. c. p. 148. 2) De ea disseruerunt *Car. de Savigny*; *Geschichte d. Röm. Rechts im Mittelalter.* T. I. p. 363—394, T. II. p. 60 et 227—230, T. IV. p. 470 (ed. 1); T. I. p. 426—458, T. II. p. 61 et 240—243, T. VII. p. 27—29 (ed. 2) et *Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissenschaft* T. XI. p. 215. *Car. Baudi a Vesme*: *Annali di Giurisprudenza.* Torino 1838. p. 409—504. *Troya*: *della condizione de' Romani vinti da' Langobardi.* Napoli 1841. 8. §. CCV. ann. 798, p. CCLXXX sq. (ed. 2) con Osservazioni di *Francesco Rezzonico* ed. Appendice dell' Autore. Milano 1845. 8. p. 232 sq. et 386. *G. E. Heimbach in Gersdorfii Repertorio* 1845. T. 1. p. 304 sq. *M. A. v. Bethmann-Hollweg*: *Ursprung der Lombardischen Städtefreiheit.* Bonn 1846. p. 28—60. *C. Hegel*: *Geschichte der Städteverfassung von Italien etc.* T. II. Leipzig 1847. 8. p. 104. *Haenel*: *Lex Romana Visigothorum.* Lipsiae 1849. 4. p. XXXI sq. (*Capei* et *Porri*) Istoria del Gius Romano nel medio evo del Sig. F. C. de' Savigny Ridotta in Compendio. Siena 1849. 8. Praef. p. VIII sq. *O. Stobbe*: *de Lege Romana Utinensi Diss. inaug.* Regimontii Borussorum 1853. 8. et *Geschichte der deutschen Rechtsquellen.* Erste Abtheil. S. 203 sq. Auctam e codd. S. Galli et Fabariensi edidit *Haenel* in Lege Romana Visigothorum, cuius editionem recepit *Planta*: Das alte Rätien. Berlin 1872. p. 452 sqq. 3) *Haenel*: *Berichte der Königl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch. Histor.-philolog. Cl.* 1852. p. 65—89, inprimis p. 82 sq. et 1856, p. 303—305. 4) Hoc siglum parum clare scriptum nescio interpretari.

videntur maximae formae esse, verum eas in formam quadri plicatas esse perspicitur ex numeris quaternionum superstitibus [5], ex quibus apparet, constare codicem ex duabus partibus uno volumine colligatis [6]. Multis membranis sublatis earum non conservatae sunt nisi 177. Desiderantur enim initio duo quaterniones et tria folia quaternionis tertii, tum quatuordecim folia post folium 21, denique quaterniones XVI. et XVII., in universum igitur quinquaginta circiter folia, exeunte autem altera parte codicis novem folia, ad calculum vocato San Gallensi codice, qui eandem Cancianii Legem Romanam habet, sed integram. Neque vero omnes, quae supersunt, membranae cum codice colligatae sunt. Reperit enim *Bonturini* in archio ecclesiae Utinensis 27 membranas separatim depositas, quas iam antiquitus avulsas fuisse verisimile est, propter vv.: *Haec autem omnia tit.* 25. *Lib. II.*, quibus initium codicis anonymus quidam saeculi XVI. in superiore margine primi folii designavit. Quod dixi, comprehendi hoc volumine duos origine diversos, sed postea in unum coniunctos codices [7], apparet non solum ex repetita quaternionum enumeratione, verum etiam ex foliis 98 et 99 sive ultimis primae partis, quandoquidem in illo post quintum decimum versum primae columnae saeculi XI. aliquis homo adscripsit pr. et §. 1 tituli Inst. de Vi bonorum raptorum, quibus §phis absolutis in quarto decimo versu primae columnae folii 99 reliqua huius folii pars scriptura vacat. Constat igitur prima pars 99 membranis, maximam partem crassis et rigidis, saepe quoque gilvis. Lineae versuum graphio obtuso ductae sunt, 31 in quaque pagina, et distributae per duas columnas binis lineis in utroque latere à summo ad imum marginem in perpendiculum directis inclusas. Non amplius viginti literis complentur singuli versus, nonnunquam pluribus quidem, nec vero ultra 24; sicubi autem numeri Constitutionum capitulorumve scribendi erant, non sunt tot literae. Scripturae specimen aeri incisum exhibet *Canciani* *), non satis accurate elaboratum quidem, ex quo tamen cognoscitur, formam literarum eam esse, quae minuscula vocatur immixtis literis semiuncialibus. Infra lineam ductae sunt potissimum literae *g*, *f*, *p* [8]), contra supra lineam literae *b*, *d*, *h*, *i*, *l*, ad imaginem pistilli inversi. Ad interpungendi signa, quibus librarius usus est, referenda sunt, praeter semicolon et punctum supra lineam positum, ⁏ et / in extremis versibus, neque vero haec signa adhibita sunt discerpendi alicuius vocabuli gratia. Etiam comma sine ulla ratione crebro positum est; nec minus arbitraria est virgula inter bina vocabula traiecta et divisio vocabulorum integrorum spatio intra syllabas eorum relicto [9]. Crebro quoque litera uncialis sequitur punctum. Prima Constitutionum capitulorumve litera maior est eminetque ex versuum ordine in margine. Vox *Coñs* et numeri capitulorum, similiterque subscriptiones Constitutionum formae quadratae sunt. Succus ater ad scribendum adhibitus hodie flavus est et evanuit nonnullis in locis tritura membranarum. Viridi colore distinctum est vocabulum *Coñs* eodemque colore subsequens numerus sive Constitutionis sive capituli. Numeri incerto loco positi sunt, aut in fine praecedentis capituli, aut post primum vel secundum vocabulum capituli, ad quod pertinent, aut integram lineam occupant inter hoc et antecedens capitulum. Compendia adsunt, sed pauca, nec insolita. Orthographia proditur patria codicis, quae Rhaetia Curiensis est [10]. Quibus omnibus computatis codicem colorem antiquitatis prae se ferre intelligitur, eumque ultima lustra decimi saeculi aetate superare arbitror.

Iam quod attinet ad partes, quibus codicem constare dixi, prima pars codicibus secundae classis assignanda est. Multis et diversi generis rebus instructa comprehendit ea *A*) Iuliani Epitomen, verum eam ab initio mutilam, quippe quum prima eius verba sint *extra suam ecclesiam degat* capituli 25 [11]. Librarius, etsi non rudis in arte scribendi, tamen nonnunquam negligenter egit, verbis aut male scriptis aut vocabulis et vel versibus omissis [12], quas socordiae maculas eiusdem aetatis homo quidam tollere studuit, corrigendo eas et supplendo [13], sed proposito suo non ita tenaciter inhaerens, ut omnes errores correxerit. Subscriptiones Constitutionum saepe decurtatae sunt, aliae ad integrum quasi restitutae [14], aliae omissae [15]. Quod desunt lemmata Constitutionum et capitulorum, saepe quoque numeri, aut translata sunt nonnunquam capitula de suo loco ad alium, id commune est codici cum aliis Iuliani libris manuscriptis, quapropter numeros Constitutionum capitulorumque cum illis discrepare, qui exstant apud Miraeum et Pithoeum, non mirandum est [16]. Glossulae in margine additae sunt ad latus capitulorum 117, 138, 257, 259, 264, 298, 303, 324, 325, 375; pleraeque rubricarum speciem habent. *B*) Iulianum subsequuntur sex Appendices et hae quidem: I. fol. 85 Octo leges Iustiniani: a) Summa Nov. 134 cum subscriptione; b) Nov. 34; c) Summa Novellae 65; d) Nov. 114; e) Nov. 143; f) Nov. 138; g) Summa Nov. 140 et h) Summa Nov. 121. II. fol. 92 v. 15: Duae leges Iustiniani De Colonis Africae primum ab *Haenelio* editae [17] et Summa Nov. 65, male quidem scripta, sed insignis inscriptione atque sub-

5) Supersunt fol. 5 Quat. III, fol 13 Quat. IIII, fol. 21 Quat V, fol. 35 Quat. X, fol 43 Quat. XI, fol 51 Quat. XII, fol. 59 Quat. XIII, fol. 67 Quat. XIV, fol. 75 Quat. XV, fol. 83 Quat. XVIII, fol. 91 Quat. XVIIII. Proximi et huius partis ultimi quaternionis numerus a bibliopega abscissus est. 6) Incipit enim fol. 99 sive p. 199 altera pars codicis cum his quaternionum numeris: fol. 107 Quat. I, fol. 115 Quat. II, fol. 123 Quat. III, fol. 131 Quat. IV, fol. 139 Quat. V, fol. 147 Quat. VI, fol. 154 (tertium huius folium excisum est, sed illaeso contextu verborum) Quat. VII, fol. 162 Quat. VIII, fol. 170 Quat. IX, quem ultimo loco excipiunt septem folia partim trita et eodem loco desinentia, quo apud Cancianium Lex Romana. 7) Quod etiam *Canciani* observavit scribens: *quem* (codicem) *non uno tempore scriptum fuisse innuit membranarum et scripturae diversitas cuius in fronte specimen exhibemus.* *) In Barbar. Leg. Antiq. Vol. IV. post p. 467. 8) Litera ꝼ crebro exstat in medio vocabulo et scriptum est *orꝼanotrophi*, *interꝼiciendi*, *beneꝼicium.* 9) Exempla sunt *prae fectus*, *ul timo*, *ui ribus*, *quan titate*, *alie noverit* et multa alia. 10) Haud raro occurrit *sto*, *sta*, *stis*, *stas*, pro *isto*, *ista*, *istis*, *istas*. Miro modo constanter fere scriptum est *cauculo* pro *calculo*, *praugma*, *praugmatica* pro *pragma*, *pragmatica*. 11) Berichte cit. p. 72. 12) Ultimae paginae correctius scriptae sunt. 13) Pro supplementis non habeas, quae nonnullis in locis ampliora sunt in codice, quam in editis. Vid. inter al. cap. 300, 302, 521. 14) Vid. inter al. Const. 109, 122. Huius Const. subscriptionem *Pithoeus* habet, nec vero *Miraeus*. 15) Vid. Const. 104, 105, 107. 16) Quod quodammodo apparet ex Const. 72, cap. 256 (Mir. et Pith. Const. LXXI. cap. 257) in specimine scripturae a Canciano l. c. exhibito. 17) Berichte citt. p. 75 sq. et p. 87. Librarius distinxit eas cruce ab antecedentibus legibus.

scriptione, quas habet. III. fol. 93b col. a 1) Praemissa inscriptione: *Ex codice Diue memori Iustiniani Libro VII. Constitutionum titulo secundo* duodecim leges libri VII. Codicis Iustiniani, ut puta c. 9 de Testam. manum. 7, 2 cum subscriptione *P̄P VI. Īd. Noūb Caro et Carino cc* (283); c. 10 e. t.; c. 11 e. t. cum subscriptione *pp sbd. XVI. k̄l Aprilis Sirmia coñl*; c. 14 e. t.; c. 8 de Fideicomm. libert. 7, 4 cum subscriptione *pp XIV kalendas Septembris*; c. 12 e. t. cum subscriptione *S̄BD XVIII k̄l. Maī Sirmia*; c. 1 de Communi servo manumitt. 7, 7 cum subscriptione *Dāt kl Aūg ampl' et Oreste coñl.*; c. 1 de His qui a non dom. 7, 10 cum subscriptione *pp kl. Maias Antonino IIII et ualbino q̃q̃*; c. 4 e. t. cum subscriptione *pp X. k̄l. Aūg Secul' et Donato q̃q̃.*; c. 5 e. t. cum subscriptione *pp. V. k̄l. maias Maximo et Quiliano cc.*; c. 6 e. t. Idem — *Midosi* et cum subscriptione *PP S̄BD Noñ Mart cc q̃q̃*; c. 7 e. t. cum subscriptione *P̄P Īd Iulias Const Aūg et Licinio C̄C q̃q̃*; 2) fol. 96b Locus mihi ignotus, compositus, nisi fallor, ex Novell. 5 et 123, et ita inscriptus: *Beronicianus* [18]) *A Secretis Sacri Consistorii Ex Iussu Principis Recitavit. Eo quod subditi sunt monasteria episcopis. Ne quis monachorum etc.* [19]). 3) c. 2 C. Ne rei dominicae 7, 38 cum subscriptione: *Dat. V. Non. Iul. Ex Libro Sexto Cudicum cap. XXXVIII.* IV. additis numeris VIII, IX, X. mutatisque verbis Iuliani cap. 458, 461, 467; et Rufini Historiae Lib. X. c. 2, addito numero XI [20]). V. fol. 98a *Lex Episcoporum Et Ceteris Clericorum* [21]). a) In Nomine patris et filii et spiritus sancti Lex ut quicunque in clericum cuiuslibet manum miserit austerius condemnetur; b) *Imperatores Theodosius Archadius et Valentinianus augg Albino prefecto pretoriorum* (deest textus); c) (praefixo numero III.) Summa Nov. 123, c. 8 (Iul. cap. 436); d) sub num. IV. Summa principii et c. 8 Nov. 123 [22]) cum subscriptione, quam sine numero subsequitur locus de Accusatione episcoporum; e) sub num. V. de Testamentis clericorum vel monachorum Interpretatio Novellae V. Martiani [23]). VI. Princ. et §. 1 Inst. de Vi bonorum rapt. 4, 2. *Altera Pars* non comprehendit nisi appendicem codicum primae classis, sed eam auctam, quam non avulsam esse a codice aliquo, qui Iuliani Epitomen comprehenderit, patet ex repetitis quaternionum numeris I. II. etc., quapropter eam ad continuandam primae partis appendicem adscriptam esse arbitror. Consonat haec pars codicis cum prima parte et quantitate versuum in quavis pagina et distributione in duas columnas. Literae titubante quasi manu ductae declinant a dextro latere in laevum. Compendiorum et signorum interpungendi magna est abundantia. Lemmata literis uncialibus scripta sunt; capitulorum numeri exstant in margine; ibidem eminent altitudine primae literae capitulorum, estque totus huius partis habitus is, ut eam post priorem quidem scriptam esse existimem, sed non multis lustris interiectis. Insunt autem in ea: 1. Fol. 100 (s. fol. 1 huius partis) Scholia; 2) fol. 104b (s. 5b secundae part.) col. a v. 25 Nov. 143 inscripta *De raptu virginum, viduarum vel matrimonialium — Leoni* et subscripta *Vale Leo parens kme atque amantissime Dat. XII. kal. Iun. Constantinopoli* etc.; 3) fol. 105b (s. part. sec. fol. 6b) col. b v. 11 Sanctio, quae dicitur Pragmatica Iustiniani; 4) fol. 110a (s. part. sec. fol. 11a) col. b vers. penult. Iustini imp. Constitutio Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium; 5) fol. 111a (s. part. sec. fol. 12a) Constitutio Iustiniani de Ascripticiis et colonis; 6) fol. 111b (s. sec. part. 12b) col. a v. penult. Constitutio Iustini imp. de Filiis liberarum in Africam directa; 7) fol. 112a (s. sec. part. 13a) col. b v. 23 Sacrum Pragmaticum Tiberii Augusti de Confirmatione Constitutionis Iustini imp. de Filiis colonorum et liberarum [24]); 8) fol. 113a (s. 14a sec. part.) col. a v. 8 Edicti Theodorici art. 85—87; 9) fol. 113a (s. 14a sec. part.) col. a v. 19 Iustiniani Imp. Sacra *privilegia* Concilii Vizaceni praeter novem rubricarum indicem [25]); a) Sacra Iustini imp. *pro Privilegia* Concilii Vizaceni [26]); b) sub numero II et III duae Iussiones Iustiniani Impr. *pro Privilegia* Concilii Vizaceni [27]); c) Incipit Domino nostro Flavio Aug. Iustino *perpetuo Augusto* anno II. post consolatum eius Primo Die Non. Decemb. IV. Flavius Michelius Petrus Thomas Callinicus Iulianus mente. vir. gloriosissimo prēs. Nullum quemquam oportet etc. [28]); d) Ut in clerum nemo manum mittere presumat; V. Imperator Iustinianus augustus valentiniano viro magni, sive Const. 20 Sirmondi [29]); e) VI. Summa Novell. V. c. 1—5; f) De Libertis VII. Imperator Constantius aug. Hosio ēpo s. c. 2 Cod. de His qui in eccl. manum. 1, 13; g) De secundis nuptiis VIII. Imperator Gratianus augus Floro — Dat. XVI. kal. Ian. etc. sive summa c. 3 C. de Secundis nupt. 5, 9; h) De Fideiussoribus VIIII. Imperator Valencianus Floro perfecto sive summa Iuliani Epit. Const. 3, cap. 10, 11; 10) fol. 116b (s. 17b sec. part.) col. b v. 11 Constitutiones Domni Iustiniani Imp. *Pro Diversis Capitulis Episcoporum* etc. sive Tractatus ex iuris ecclesiastici et diversis Iuliani Constitutionum, potissimum 111, 115, 119, capitulis compositus [30]); 11) fol. 122a (s. 23a sec. part.) v. 8 Lex Romana a *Cancianio* edita.

8) Codicem Haenelii I. [1]), emptum Romae a. 1825 a Petruzzio [2]) bibliopola, fuisse olim bibliothecae S. Crucis de Hieru-

18) *Beronicianus* a secretis sacri consistorii commemoratur a. 451 in Actis Concilii Ephesini. Cf. *Haenel:* Corpus Legum p. 253. 19) Quae sequuntur congesta sunt ex diversis capitibus Epitomes, v. c. 466, 12—14, 434, 437. 20) Cf. Berichte l. c. p. 78, not. 18. 21) Berichte citt. p. 78, not. 20 et Berichte a. 1857. p. 12 sqq. 22) Cf. *P. et Fr. Pithoei* Observationes ad Cod. et Nov. p. 693 et *Heimbach.* Auth. p. 1149. 23) Cf. Novellae Constitutiones Imperat. Theodosii etc. (ed. *Haenel.*) Bonn 1844. p. 289 et Lex Romana Visigothorum (ed. *Haenel.*). Lipsiae 1849. p. 304. 24) Berichte a. 1852 cit. p. 79 sq., quarum Constitutionum inscriptiones et subscriptiones conservatae sunt. 25) *Haenel*: Berichte cit. p. 80. 26) *Pithou* p. 240. 27) *Pithou* p. 237. 28) Berichte a. 1852 cit. p. 80 et a. 1857. p. 2 sq., ubi *Haenelii* editio. 29) *Haenel*: Corpus Legum. Lipsiae 1857. p. 241. 30) Berichte 1852. p. 81 sq. et 1857. p. 12 sqq., ubi tractatus editus est ab *Haenelio*. Cf. *Ae. L. Richter*: Lehrbuch des katholischen und evangelischen Kirchenrechts. VI. ed. *R. W. Dove.* Leipzig 1867. p. 137, §. 42, not. 2*.

1) *Montfaucon*: Bibliotheca Manuscriptorum T. I. p. 193. *Haubold*: Zeitschrift cit. T. IV. p. 148, num. 8 et *Haenel* ibid. T. VIII. p. 358, num. 8. *Blume*: Bibliotheca Librorum Manuscriptorum Italica. Gottingae 1834. 8. p. 155. Iter Italic. T. III. p. 153. *Eugène de Rozière*: Liber Diurnus ou Recueil des Formules usitées par la Chancellerie Pontificale du V. au XI. siècle etc. Paris 1869. 8. p. CLVI, not. 22 et p. CLVIII, not. 32. 2) *Petruzzium* et *de Romanis* bibliopolas multos manuscriptos libros habuisse venales, ex literis meis retulit *Blume* in Itinere Italico. Tom. III. p. 153 et 210.

[illegible] frustra [illegible] *Nicholaus* [illegible] *Blume* [illegible] bibliothecae Chisianae his verbis conceptam: „In fol. parvo pergam. Iustiniani novellae per *Iulianum* civem Constantinopolitanum, sicut impressae reperiuntur. Verum in hoc Codice diversimode disponuntur, et praemittunt prologum: Moyses gentis Hebraeae primus omnium etc. qui in impressis non extat. Codex iste prae nimia vetustate vel hominum incuria valde consumptus est et non parum mutilus. In ultima pag. haec habet, sed diversis caracteribus exarata: Anno Domini 1219. Indictne 7a Mensis Ianuarii die 8a Honorii tertii Papae anno 3o etc. Fuit olim Monasterii S. Mariae de Casamari ord. minim. anno 1579. Habet fol. 72.“, quae quidem descriptio ita concinit cum subnotatione ultimae codicis mei paginae adiecta, ut aliquando non dubitaverim *Blumio* assentiri. Verum nunc aliter sentio. Etenim, quae diversis characteribus in ultima pagina dicuntur exarata, ea paulo aliter habentur in codice meo quam illic et ita quidem: *A. Dnī MCCXVIIII Indic̄oe VII. Msis Ianuarii die VIII. Honorii tertii PP. a. III. hei (?) tradidit uēdidit Iohō, ...l .. sio fatib' (?) tot qd' habebat ī castro pesesoloso* ‡ *XXXXXVIII sol* ‡ *ut Iohes Frictsen (?), Iohes tortas urcin'* [4]). Neque altera, quae illam subsequitur, nota saeculi XIII. commemoratur in Chisianae bibliothecae catalogo, secundum quam „*Iohannes Carfan' ponit institutiones pro oracio pro nouellas pro ieshaias:*“ praeterea fuisse codicem olim Monasterii S. Mariae de Casamari ord. min. a. 1579, eius rei nihil scriptum est in meo codice; denique vero ille codex dicitur 72 folia habuisse, dum meus ex 71 membranis constat maximam partem rigidis et vetustate gilvis: quas ob causas meum codicem germanum quidem illi S. Crucis esse arbitror, neque vero eundem. Membranae 7, 14, 39, 67, 68, 70 foraminibus videntur laesae esse, at vero scripturae quidquam non deest, quum coriarius lavando haec foramina effecerit; praeterea aliarum membranarum, ut puta 7, 12—14, 22, 27, 28, 39, 41—45, 57, 69, margines contractae sunt. Quaternionum signa desiderantur, praeterquam quod in inferiore margine folii 40b conspicitur signum T IV aut potius [5]), TER IV et ultimis versibus fol. 62 paene idem suppositum est. Custodum qui dicuntur, unum solum reperitur exemplum in intima margine folii 33b, ubi notatum est *tam̄*, quocum vocabulo continuatur scriptura folii 34a. Lineas versuum librarius graphio obtuso duxit trans folium, 34 in quaque pagina [6]), easque utrimque lineis ad perpendiculum directis cinxit. Numerus literarum in singulis versibus fluctuat inter 60—64, nisi quando aliquid maioribus literis scriptum est aut sermo medio versu terminatur. Literarum forma ea est, quam minusculam vocant, sed fracta, qua secundum iudicium beati *Koppii*, qui codicem perlustravit, librarii saeculo X. in Longobardia soliti sunt uti. Nihilosecius codex elegantia quadam excellit; nitide enim et literis aequabilibus scriptus est, quapropter facile legi potest, praesertim quum in orthographia difficultatis quidquam non reperiatur. Compendia eadem sunt, quae tunc temporis in usu erant, nec magna est eorum copia. Prima quaeque Constitutionum verba distinxit librarius literis uncialibus minio et viridi colore pictis, at vero primam quamque earum et vel singulorum capitum literam non solum altitudine, verum etiam animalium aliarumque figurarum mirabilibus figmentis eodem modo coloratis; primordia quoque singularum sententiarum capitum literis uncialibus itidemque diversis coloribus discrevit, minio autem rubra capitulorum atque subscriptiones Constitutionum. Iam, si quaeritur, quid comprehendat codex, comprehendit is in primis quatuor membranis Isidori Origin. libri V. cap. 1 et 27 et post ea demum Iuliani Epitomen, sed auctam appendice sive accessionibus, quae hae sunt: 1) Fol. 63a Epit. Nov. 134 de Vicar.; 2) fol. 63b v. 21 Nov. 34; 3) fol. 64a v. 12 Summa Nov. 65; 4) fol. 64a v. 18 Nov. 114; 5) fol. 64b—65a v. 9 Nov. 143; 6) fol. 65a v. 9 Nov. 138; 7) fol. 65a v. 17 Summa Nov. 121; 8) fol. 65a v. 25 Dictatum de Consiliariis; 9) fol. 66a v. 27 Collectio (de Tutoribus); 10) fol. 66b v. 26 rubr. *Const. CXXXVI k̄ DXCV. Quam iam videor conscripsisse in hac regia civitate et cetera;* 11) fol. 66b v. 28 Nov. 134 vulg. usque ad vv. cap. 4 *Officius vero eius et alii qui circa hec*, in quibus vv. desinit fol. 67; 12) fol. 68—71a v. 28 Paratitla (vid. infr. p. 202 sq.), sed initio mutila, cum subscriptione *Explicit. Liber Novellarum*; 13) fol. 71b *Lex Chunradi Regis de Perierantibus* [7]). Consilio, non casu praemissa esse illa capita Isidori, intelligitur ex adnotatione in infimo aversae folii quarti paginae margine literis minutissimis scripta: *Incipiunt Constitutiones Novellarum Iustiniani perpetui augusti de greco in latinum translate per Iulianum eloquentissimum virum antecessore civ constantinopolitane*, quae verba fol. 5 initio Epitomes repetuntur, sed addito verbo *feliciter*, addita quoque in duobus hoc verbum subsequentibus versibus, nisi fallor, explanatione inscriptionis, quae tamen ita palluit, ut legi nequeat. Subscriptiones Constitutionum librarius retinuit, numeros quoque earum et lemmata, quid quod his nova lemmata superstruxit, quae non differunt a glossis in Vindobonensi codice ad lemmata scriptis. Hic et illic in margine membranarum notae positae sunt. Earum ratio duplex est: sunt enim appositae aut corrigendi causa aut restituendae scripturae, quam librarius in codice a se transcripto invenerat. Radendo quoque vocabula nonnullis in locis sublata sunt. Glossarum, quibus inter lineas singula verba contextus explicantur, haud exigua est multitudo, [illegible] vero [illegible] nihili pendendae sunt. Ampliores cernuntur ad latus cap. 324—327, neque vero pro marginalibus glossis habendae sunt notae illae, quibus librarium in margine restituisse, quae scribere neglexerat, supra dixi. Dolenda est iactura complurium membranarum, quam codex fecit. Etenim ab-

---

3) Nuntiavit mihi *R...*, vir humanissimus et [illegible] *H...*, vir clarissimus, literis datis Romae die VII. m. Mart. a. 1870, exstare in bibliotheca Chisiana sub num. R. II. 64 Catalogum Bibliothecae S. Crucis a. 1644 a P. Dom. Hilarione conscriptum, in quo codex S. Crucis iisdem verbis, quae *Blume* hoc catalogo usus protulisset, descriptus sit. *Reiffenscheid*: Berichte der kais. Academie der Wissensch. Histor.-phil. Cl. Wien 1860. S. T. 50 p. 747 [illegible] codicis non facit mentionem. 4) Nonnullae literae tritura evanuerunt. 5) Nam scapo literae T variis coloribus pictae et lapidaria forma in altum erectae innexae sunt literae ER. 6) Fol. 4a sunt 40 lineae et fol. 4b 42. Librarius enim, ut quarta membrana Isidorum absolveret, confertissime scripsit in his paginis. 7) Divulgata a me a. 1851. Vid. Berichte der Königl. Sächs. Gesellschaft der Wissensch. Histor.-phil. Classe. Jahrg. 1851. 8. p. 117 sq.

scissum est [8]) post folium 39 unum folium cum verbo *testatoris* cap. 203 et sequentibus usque ad *pecuniaria vel criminali causa* cap. 209, quo factum est, ut utrum in hoc quoque codice Epitome divisa fuerit in duas partes sive libros, certo affirmari nequeat. Deest praeterea post fol. 48 unum folium [9]), duo autem, nisi plura folia exciderunt post fol. 54 [10]). Multo plura desunt in extrema Epitome, nam fol. 62 terminatur vv. *nulla gratia* cap. 411 et incipit folium 63 in cap. 2 epit. Nov. de Vicar. (566 ed. Pith.) vv. *Nullus iudex civiles* [11]). In appendice loci, quibus constat, continuis numeris subsequuntur Epitomen, quasi librarius appendicem pro integra Epitomes parte habuerit. Quin appendix, quamquam pars eius post folium 67 excisa sit, non differat a Vindobonensis codicis appendice, hanc ob causam dubitari nequit, quia utriusque res fere eaedem sunt et amborum codicum lectiones, quantumvis pessimae, mirabili modo concinunt. Quapropter Iulianum in hoc quoque codice in duas partes divisum fuisse arbitror. Sed satis verborum de codice meo, hoc solum restat ut addam, olim septem ultimos in adverso folio 71 versus nescio quid scripti, quod postea rasura penitus deletum est, continuisse, fortasse Constitutionem Iustiniani pro debitoribus in Italia et Sicilia, quae subnexa est paratitlis codicis Vindobonensis.

Tertiae Classis.

9) De codice civitatis Coloniae Agrippinae X, 8, olim Wallrafii [1]), canonici a. 1824 defuncti, fuse exposuit *Cramer* [2]), ut fere nihil habeam, quod addendum sit. Constat codex 108 [3]) membranis in formam quadri maioris plicatis, non computatis foliis post primum tegumenti operculum a bibliopega insertis. Quaternionum signa sive notas non reperi, sed in prima pagina numeros X, 8 et 741, illum minio distinctum, hunc in scida adglutinata scriptum. Quid significent literae *Q* in adverso folio 63 et *R* in margine inferiore adversi folii 97 conspicuae, denique *I*, quae erecta et belle exornata eminet in superiore aversae folii 62 paginae margine, nescio, neque enim pro numeris quaternionum positae sunt. Trans singulas paginas ductae sunt 25 lineae, inclusae a dextra et sinistra duabus lineis ad perpendiculum directis. Librarios exeunte saeculo XI. aut initio saeculi XII. vixisse *Cramer* [4]) censet, *Krüger* saeculo XII. Equidem propter orthographiam [5]) potissimum assentior *Cramero*. Duos librarios, non unum, codici scribendo operam navasse existimat *Cramer*, mea opinione recte, nam post folium 84 literae graciliores sunt et fugitiva quasi manu cursimque exaratae. Eos rudes artis scribendi fuisse aut oscitanter labori incubuisse [6]), cognoscitur ex mendorum, quibus codex scatet, copia, quorum complura postea sublata sunt literis aut radendo deletis aut corrigendi causa intra versus positis et vel additis a librario vocabulis praeteritis [7]). Quid codex comprehendat, *Cramer* explicavit [8]), verum non admodum perspicue; haec enim sunt: 1) In foliis post primum tegumenti operculum insertis a) ultimae Institutionum §phi a verbis *armis in tertiam bonorum* §. 8 de Publicis iudiciis 4, 18; b) Tractatus anonymi de modo procedendi in iudiciis, editus a *Klenzio* ex apographo *Crameri* [9]). 2) Fol. 1—59a v. 19 Iustiniani Institutiones, de quibus conferatur *Cramer* [10]). 3) Fol. 59a v. 20—60a alter tractatus a *Klenzio* editus [11]), priori similis, sed cautiones et formulas potissimum continens. 4) Fol. 61 — fol. 107a v. 12 Iuliani Epitome [12]). 5) Fol. 107a v. 13 Supplementum capitulorum Epitomes Iuliani a librariis praeteritorum. Epitome, de qua nunc dicendum est, divisa est in duas partes [13]). Iulianus nusquam appellatur auctor Epitomes. Litera *S* vocabuli *Si*, Epitomes primi, viridi colore et minio in formam quadri maioris artificiose picta est. Divisionis Epitomes in Constitutiones, quarum numeros et subscriptiones notare librarii neglexerunt, pauca sunt vestigia, desunt etiam capitulorum continuo scriptorum numeri. Prima quaeque capitulorum litera aut milto aut fusco colore picta est confusionis §phorum evitandae causa [14]). Rubricae capitulorum saepe desiderantur post cap. 33, nec miniator [15]) explevit earum intervalla; nihilosecius aliquod codex rubricas habet pro v. *Idem* apud Miraeum. Deesse multa capitula demonstravit *Cramer*, qui haec enumeravit [16]): cap. 45, 47, 48, 49, 52, 53, 55, 57, 59—67, 69, 73, 80 part., 81—88, 90—108, 111 part., 115, 125—131, 167, 168,

8) Est etiam abscissum unum folium post fol. 6, sed deest nihil. 9) Ultima vv. folii 48 sunt *C. solidos* cap. 291, prima fol. 49 *[illegible] faciunt* lemmatis cap. 301. 10) Vv. *reversa filiae [illegible]* cap. 344 ultima sunt fol. 54, prima autem folii 55 vv. cap. 384 *fuerit et marito suo*. 11) Desunt etiam nonnulla capita, v. c. cap. 46, consilio an negligentia librarii, non patet.

1) Scribendum esse *Wallraf* literis me docuit *Ellen*, tabularius civitatis Coloniae Agrippinae. Falso *Cramer* l. c. et *Krüger* p. VI edit. Institutionum *Walraff*: falso quoque *Huschke* p. XVI ed. Institutionum *Wallraff*; recte *Baedeker* in Itinerario Rhenano *Wallraf*. 2) *Cramer*: Sendschreiben. Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. VIII. p. 132 sqq. et *Haenel* eod. l. p. 359. 3) Sec. *Cramer*. p. 134 constat 107 membranis. 4) *Cramer* p. 133. 5) Litera *h* posita est, ubi hodie reiicitur: v. c. ex*h*oret, *h*edificium, *h*isdem, *h*occasio, *h*ordo, *h*oneranda, *h*onus, *h*onera, *h*occidatur, *h*ubi, *h*adeo, r*h*eclamaverit; e contrario omissa est, ubi nostra aetate ponitur, v. c. *a*buit, *a*bet, *a*bere, *o*rtus, exibere, periber, apocas, *a*poteca, ex*a*uriant, *o*mo; accedit, quod mutata est syllaba *co*, *com* in *quo*, v. c.: *quoheredes*, *quoaumerare*, *quonsol*, *quorinatio* et syllaba *quo* conversa in *co*, v. c. *coruandam*. Crebro quoque offendit duplicatio consonantium, cuius exempla sunt: *Aff*rica, a*mm*ittere, re*dd*eant, re*dd*itus, detu*ll*erit, re*ff*erat, di*ff*inire, o*pp*inio; denique, ut mittam alia, constanter fere scriptum est reliqui*d*, qui*t*, aliqui*t*, apu*t*, o*p*tinere, o*p*temperare, coniun*c*xit, sanc*t*imus, locuple*x*, pra*c*matica, ma*g*estas, ob*i*cere, sub*i*cere, pro*i*cere, ne*ph*arium, ni*ch*il, ni*ch*ilominus. 6) Eiusdem sententiae est *Cramer* l. c. p. 138, 142. 7) In aliquot locis se codicem ex alio codice correxisse et supplevisse significat librarius nota *al'*. 8) l. c. p. 134 sqq. 9) Zeitschrift cit. p. 238 sq. Nonnullae §phi sumtae sunt ex Iuliano. 10) l. c. p. 135, et si placet *Krüger*, vituperandus propter levitatem, qua vilipependit hoc Institutionum exemplar. Stemma cognationum belle delineatum exstat fol. 31 ad §. 9 Inst. de Gradib. cognat. 3, 6. 11) l. c. p. 250 sqq. Aversa folii 60 pagina vacat. 12) *Cramer* l. c. p. 136. 13) De qua re multis verbis *Cramer* l. c. 14) Nihilosecius nonnunquam capitula conflata sunt, v. c. cap. 76 et 77; cap. 431 et 432; cap. 465 et 466; cap. 476 et 477 et cap. 506 et 507; alia discerpta in duo, veluti cap. 392. Cf. *Cramer* l. c. p. 139. 15) Miniatoris igitur desidia, non librarii, ut *Cramer* putat l. c., desunt. 16) *Cramer* l. c. p. 139, not. 1. quem tamen nonnunquam tacite correxi.

177, 186, 191, 197, 200—204, 208, 216, 231, 243, 246, 249, 254, 262, 263, 268, 271, 279, 283, 301—306, 310—315, 337, 343, 351—360, 364, 365, 371, 382, 387, 413, 420, 448, 450, 469, 470, 496, 500—505, 508, 509, 525, 531—564. Terminari codicem putat *Cramer* [17]) capitulo 530, quum absint cap. 531—564 et appendicis instar subsequantur cap. 19—21 epitomes Nov. de Vicariis [18]), haec autem Nov. 34 et 143 cum clausula *Explicit Dō Gras. Amen.* Sine dubio perierunt nonnullae membranae, quae comprehenderant non solum capitula 531 sive primam Constitutionis 122 [illegible] sequentia usque ad cap. 564, verum etiam cap. 1—18 Constitutionis de Vicariis. Monendum denique est, subscriptionem Const. 115 exstare in codice post cap. 494, non post cap. 495. De glossis, quas codex habet, meliores edidit *Cramer* [19]).

10) Codex Bibliothecae Nationalis Parisiensis 4714, olim Reg. 5944 [1]), constat 58 membranis quadruplicatis cum 32 versibus in quaque pagina graphio ductis. Olim plures eius fuisse membranas perspicitur ex foliis 10 et 11; illius enim ultima vv. *nam et tributa exigere* pertinent ad cap. 68, huius prima *quod tales insidias ei concitaverit* ad cap. 153; videntur igitur octo, nisi plures membranae excidisse. In prima pagina, olim vacua, diversae res adnotatae sunt a diversis scriptoribus saeculi XIV. [2]); alii extremae codicis membranae notulas adsperserunt [3]). Inscriptio Epitomes deest cum nomine Iuliani. Scriptus est codex minutis sed nitidis literis et saeculo quidem XII., non XIII., quo auctor Catalogi librarium vixisse putat, quae aetas cognoscitur ex forma literarum congruente cum ea, quam eiusdem temporis libri minusculis literis scripti habent, et ex punctis supra lineas positis vocabulisque in fine versuum sine ullo signo diremtis. Rubra post cap. 380 milto pingi desita sunt; non incuria librarii, sed miniatoris. Custodes, non signaturas membranis additas esse scribit *Haubold*. Glossarum duae species inveniuntur in codice, quarum alias, sed non ita multas, ipse librarius adscripsit et in margine et inter lineas, alias quidam homo saeculi XIV. [4]); sunt autem omnes nullius pretii, paucis exceptis inter lineas positis verborum diversitatis indicandae causa. Nec vero cum his glossis confundenda sunt summaria nonnullis Constitutionibus praefixa [5]), quae potius indolem habent lemmatum a *Pithoeo* e codicibus excitatorum, quam glossarum. Lectionum magna est diversitas ab editis. Haud raro concinunt cum lectionibus a *Miraeo* in margine editionis exhibitis, quasi *Miraeus* hunc codicem prae manibus habuisset. Subscriptiones Constitutionum desunt, desunt etiam numeri earum capitulorumque [6]). Divisa est Epitome in duas partes, quarum posterior terminatur cum cap. 523; hoc subsequuntur summae Novv. 34, 143 et secundum *G. Heimbachium* 114. Deesse complura capitula *Haubold* ex *Savignii* schedis demonstravit, verum non omnino recte, quandoquidem immiscuit enumerationi capitula 167, 168, 191, 195, primum quidem omissa, sed postea a librario ipso in margine inferiore restituta [7]), quo insuper pertinent cap. 22, 26, 37, 45—49, 52, 53, 55, 246, 283, 298, 299, 506, 507, 509, 510, quapropter haec sola capitula desiderantur: 62—67, 201—204 [8]), 290, 356—359, 413, 467, 468, 495, 496, 500—505, 508, 513—521 [9]). Transposita esse capitula 230, 231, 232 iam monuit *Haubold;* denique commemoranda sunt rubra capitulorum verbis mutata et quasi nova, quo referenda sunt cap. 6—8, 14—20, 25, 27, 28, 41—43, 170, 183, 217—219, 223, 225—227 etc. Contuli hunc codicem cum *Miraei* editione Parisiis anno 1828.

11) Codex Bibliothecae Nationalis Parisiensis 4566, olim Regius 5183 [1]), antequam in bibliothecam Regiam pervenit, plures habuit possessores; nominantur enim in prima eius pagina: *Brissard* [2]), *Perdrier*, *Antonius Faber* [3]) et prope finem codicis *Germanus Lambinus* [4]). Compositus est ex membranis quadruplicatis, quarum priores 54 [5]) Epitome Iuliani occupat [6]); reliquas Lombarda in tres libros divisa, sed in exordio mutila [7]). Omnia exeunte saeculo XIII. [8]) scripta sunt, elegantiore illo literarum genere, quo discernuntur codices librarum Lombardiae [illegible] Italia [illegible] vel orthographiae neque moris ornandi diversis coloribus primam quamque Constitutionum literam ab illis ulla differentia est. Lineis plumbo ductis contextus Epitomes in duas columnas distributus est, 44 versus comprehendentes. Inscriptio sive titulus et nomen Iuliani desiderantur. Divisa est Epitome in duas partes. Capitula, quae desunt, enumeravit *Haubold* [9]), et ea quidem:

---

17) l. c. p. 141. 18) Vid. infra p. 192. [illegible] 19) l. c. p. 144 [illegible]

1) Catalogus Cod. Ms. cit. P. III. T. III. p. 626. *Haubold* l. c. T. IV. p. 142, [illegible] *Biener*: Geschichte p. 73, 605. *G. E. Heimbach*: Authenticum l. c. p. LXXXIX. 2) Inter alia [illegible] XXXI [illegible] *dem cla* .... *et in quarnello Ioannis XXXI imperiales de quibus dedi ego XI imperiales et ildebrandinus XX imperiales* et paulo infra: *In criminali vel pecuniaria causa,* [illegible] *IIII* [illegible] *nisi cum ex iussione principis vel alias* [illegible] *plum quod exactum est, reddat* [illegible] etc. [illegible] titulus Epitomes literis maioribus scriptus: *Iuliani Antecessoris CP. Novellae.* 3) Eo referenda sunt vv. *De Decimis* et *Summa Antiqua Iuris.* 4) Eis citantur Authenticae potissimum. 5) Vid. not. ad Const. 115. 6) Multi [illegible] margine membranarum. 7) Fortasse ex alio codice. 8) *Haubold* 205: etiam numerus 244 apud *Haub.* est, [illegible] 9) Cum membranis excisis perierunt cap. 524—564, quae *Haubold* memorat inter omissa.

1) Catalogus Codicum Manuscript. cit. p. 607. *Haubold* l. c. T. IV. p. 143, num. 5. *Biener*: Geschichte p. 73, 386, 605. *Heimbach*: Authent. p. LXXXVIII. *Bluhme*: Legum T. IV. p. C. CV et CIX. 2) Hic ita: *Brissard. dii me tuentur. Diis pietas mea et musa cordi est.* 3) Scriptum est: *Codex D. Antonii Favre,* 24, et post haec 5183. 4) Is sua manu in altero tegumenti operculo notavit: *Germanus Lambinus emit* 1630 *kal. Sext.* et subsequuntur aliquot graeca verba. *Biener* l. c. p. 386 et 605 codicem propter res Epitomae utrobique et in codice et apud Miraeum [illegible] et a *Miraeo* ad editionem [illegible] fuisse coniicit. 5) Post folium 48 unum folium excisum est cum vv. *fieri prohibuerit* cap. 498 usque ad cap. 518. 6) Errore Catalogus cit.: *Iustiniani imperatoris novellarum constitutionum collectio* [illegible] 7) *Bluhme* l. c. p. CV. secundum quem [illegible] Iulianum bibliopegae industria adsutum esse contendit. 8) Catalogus saec. [illegible] *Bluhme* l. c. saec. XII. 9) *Haubold* l. c. p. 144, ubi vero cap. 100 et 125 om.

61—66, 82, 83, 85—88, 91—102, 125—130, 167, 168. E contrario nonnulla capitula bis scripta sunt, veluti cap. 73, 77, 78, alia de loco suo in alium remota, ut cap. 117, positum post cap. 118. Saepe quoque exciderunt vocabula desidia librarii, subscriptiones autem Constitutionum videntur consilio omissae esse. Denique verbo *Idem*, quod Miraeus habet, substitutae sunt hic illic rubricae capitulorum haud secus atque in codice 10. Abundat codex usque ad cap. 378 (fol. 36) glossis utriusque generis, et interlinearibus et marginalibus, quarum nonnullas ad Constitutionem primam spectantes *Haubold* divulgavit ex schedis *Savignii* [10]. Romanis numeris designantur in adversis membranarum paginis Collationes Novellarum usque ad sextam Collationem sive cap. 378 (fol. 36a col. a), non ultra [11]. Epitome terminatur cap. 564, cui subiunctae sunt [12] Summae Nov. 134, 34 et 143; eas denique subsequitur clausula: *Iste liber legis non est de nomine regis*, quam clausulam memorabilem me non recordor invenisse in alio codice nisi in Matritensi. Conturi hunc codicem cum *Miraei* editione Parisiis anno 1828.

12) Codex Collegii Orielensis, quod Oxonii est, A. 2.7 [1]) signatus et 217 membranis maioris formae constans, haec habet: 1) Fol. 1a et 3b iuris Iustinianei aliquot capita, a recentioris aetatis homine scripta; reliquum horum foliorum spatium scriptura vacat; 2) fol. 4—46 Institutiones saec. XII., cum glossis partim Anteaccursianis [2], eiusdem aetatis, partim Accursianis saec. XIV. additis [3]); 3) fol. 47—142 Novellas saec. XII., numeris in summa margine membranarum distributas per novem collationes, et pariter atque Institutiones belle scriptas; 4) fol. 143—173 Iuliani Epitomen Novellarum eiusdem aetatis et elegantia literarum excellentem; 5) fol. 174—217 Codicis Iustin. Lib. X—XII. saeculo XIII. scriptos, cum glossis, quarum multae signatae sunt siglis *ab*, *b*, *Io*, *p*, *R*, inprimis autem *h*. Comprehendit igitur codex praeter Iulianum eam partem Corporis iuris civilis, quam Volumen appellamus [4]). Iam quod ad *Epitomen* attinet, nusquam nominatur Iulianus et ne in inscriptione quidem eius his verbis concepta: „*Incipit capitulū codicis Novellaru dn. Iust. Si heres legata solvere noluit.*" Divisa est Epitome in duos libros et distributa per binas columnas in quaque pagina. Pluribus in locis numeri Constitutionum capitulorumque non sunt notati, crebro quoque desiderantur lemmata Constitutionum et rubricae capitulorum [5]), desiderantur etiam illarum subscriptiones, unde, etsi ceteroquin codex diligenter scriptus est, magna capitulorum perturbatio nata est, aliis capitulis in unum conflatis, aliis omissis [6]), quo tamen non referenda sunt cap. 78—170, quae desunt propter iacturam sex membranarum, quam fecit codex, post fol. 148 excisarum. Omissa sunt cap. 45—49, 52, 53, 55, 61—67, 73, 171, 172 [7]), 195, 196, 200—204, 216, 246, 262, 268—279 (haec non librarii culpa, sed quia postrema fol. 154 pars et prima folii 155 pagina scripti nihil habent, quasi librarius significare voluisset lacunam archetypi sui aut verba eius legere se non potuisse), 299—305, 350—360, 364, 365, 420, 450, 468, 496, 501—505, 508, 509, 531 seqq. Ultimum igitur capitulum Epitomes est cap. 530, et videntur nonnulla folia excidisse; nam proximum post cap. 530 folium praemissa litera maiore eaque caeruleo colore picta orditur a capitulis 7, 12—21 Summae Nov. 134, quam subsequuntur Summae Nov. 34, 143, denique etiam Instrumentum litis inter ecclesiam Ravennatensem et homines Firmianos de possessione aliqua Ferrariensi. Contuli hunc codicem cum *Miraei* editione Oxonii a. 1862.

13) Codex Taurinensis quid complectatur et qualis eius habitus sit, cognoscitur ex Catalogo codicum Bibliothecae Athenaei Taurinensis [1]), qui sic: „*Codex CCCXCII. h. VI. 24* [2]). *Membranaceus, saeculi XIV. finem versus, constat fol.* 40. *Sunt ibi Fol.* 1 *Novellarum Constitutionum Iustiniani Epitome atque Compendium. Fol.* 36. *Constitutiones Frederici* [3]) *Imperatoris. Fol.* 37. *Liber Codicis Theodosii primus de Constitutionibus Principum et edictis* [4])." Librarius accurate rem suam egit, etsi vacillantibus literulis. Ducti sunt trans singulas membranarum paginas 37 versus. Iuliani nulla fit mentio, nec in exordio quidem Epitomes, cuius verba haec sunt: *In Christi nomine amen. Incipit liber novelle. In Iure civilli* [5]). *Primum quidem in digestis*

10) l. c. p. 145 sqq. V. *Aut* saepe legitur in marginalibus glossis. 11) Ad idem igitur capitulum, quo glossae desitae sunt scribi, ex quo numeros a posteriore manu additos esse coniicere licet. Quare dubito, an *Boherius*, qui Epitomen in novem Collationes distributam edidit, hoc codice usus sit; nec conveniunt notae marginales Boherii cum glossis codicis. *Haubold* l. c. p. 144 catalogo (vid. not. 6) in errorem ductus Epitomen in novem collationes divisam esse putat. Ceterum in consignandis Collationibus non sibi constitit librarius. 12) Verum hoc modo: (cap. 564) „fisco praestari datur" (deest subscriptio). *Iustiniani pro milites*, post quae vv. 17 lineae scriptura vacant et tum demum pergitur cum cap. 2 „Nullus iudex" Summae Nov. 134.

1) *Catalogi Librorum Manuscriptorum Angliae et Hiberniae in unum collecti.* Oxoniae 1697. fol. Tom. I. Par. alt. p. 27. col. 2. 874 (i. e. totius Catalogi Oxoniensis), 22 (i. e. Collegii Orielensis). *Haenel*: Ephemer. Liter. Lipsiens. a. 1828. Intelligenzbl. Nr. 42 p. 333 et Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. cit. T. VIII. p. 359. *G. E. Heimbach*: Authentic. p. XVII. 2) Quarum multae siglo *Ro.* signatae sunt. 3) Fol. 38 vacuum est; fortasse librarius voluit adiicere stemma cognationum. 4) Cf. infra ad codices in occulto latentes num. 4, not. 7. 5) Ut in cod. 11 sive Parisiensi 4566, ita in hoc quoque codice nonnunquam rubricae commutatae sunt cum novis. Vid. cap. 327 sqq. 6) Ad marginem nonnunquam librarius notavit, quot quaeve desint *Constitutiones*, quasi hiatum ex alio codice cognovisset. Vid. cap. 52, 55, 171, 200, not. sup. 7) Post cap. 184 unius versus spatium est, et a secundo deinde versu, cuius prima litera caeruleo colore distinguitur, interiecta est Ammonitio *iudicialis* Metelli iudicis. Cf. Brachylogus 4, 9, §. 4 (ed. Böcking.); *Fitting*: Ueber die sogenannte Turiner Institutionen-Glosse etc. Halle 1870. p. 78. Glossulis, margini membranarum hic illic adspersis non continentur, nisi loci Institutionum et Authentici breviter adnotati, paucis exceptis, quibus supplentur, quae desunt in capitulis.

1) *Codices Manuscripti* Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei. Taurini 1749. fol. Par. prima p. 95. *Savigny* l. c. T. II. p. 257, not. 135 (ed. 1) et p. 271, not. *b* (ed. 2). *Haubold* l. c. T. IV. p. 148 et Opp. Academica. T. II. p. CXXIV. *Haenel*: Zeitschrift cit. T. VIII. p. 358 et Lex Romana Visigothorum. Lipsiae 1849. 4. p. LXXIII, num. 44. *G. Heimbach*: Authent. p. LXXXVII sq., et inprimis *Bethmann*: Archiv d. Gesellschaft f. ältere deutsche Geschichtsk. T. IX. p. 603 sq. 2) Codex ipse signatus est, nisi fallor, 392 h. H. VI. 24. 3) Quas fuse exponit *Bethmann* l. c. 4) Praeterea interpretationes c. 1 C. Th. de Inoff. dot. 2, 21, c. 2 C. Th. de Secundis nupt. 3, 8, c. 10 C. Th. de Maternis bonis 8, 8 a rec. m. adscriptae sunt marg. infer. fol. 2. 5) Singularis est duplicatio literae *l* in mediis vv., cuius exempla sunt: ma*l*lus (malus), sto*l*lam (stolam), re*l*ligiosi, mo*l*lestia, famu*l*lus, a*l*liae (aliae), civi*l*li, unde codicem ex Italia originem ducere colligi potest, praesertim quum etiam literae *d* et *s* eodem modo bis positae sint in vv. occassio, quassi, re*d*ditus etc.

etc. Orthographia et compendiorum scribendi formae congruunt cum codicibus aetate supparibus. Num Epitome divisa fuerit in duas partes, certo affirmari nequit; folium enim sextum decimum desinit in verbis capituli 164: *ut sit dedecus*, septimum decimum contra incipit cum vv. capituli 260 *cum ea componat*: ex quo unum quaternionem, nisi plures, excidisse apparet. Fol. 34, quo continentur ultima verba cap. 430 et cap. 435—437, transpositum est a bibliopega; debet enim 33. folium codicis esse. Post cap. 437 Epitome iacturam fecit duorum quaternionum cumque iis omnium capitulorum, quae sequuntur. Appendicis loco adiectae sunt Summae Nov. 134, 34, 143, et a recentiore manu particula Dictati de Consiliariis. Ut in reliquis recentioris aetatis codicibus Iuliani, ita in hoc quoque multa aliter se habent, quam in vetustis codicibus primae et vel secundae classis. Desunt enim cap. 22, 26, 45—49, 52, 53, 55, 61—67, 73, 82—88, 91—108, 115, 125—131, 262, 263, 265—279, 283, 284, 288, 289, 299, 301—306, 309—315, 337, 343, 350—360, 364, 365, 371, 382, 387, 397, 407, 409, 413, 418—420, 427; alia capitula decurtata sunt, quo refero cap. 44, 50, 111, 134, 148, 164, 261, 282, 323, 340, 362, 410, 415, 431, 432, 437. Multorum capitulorum rubricae desunt, desunt quoque Constitutionum numeri et subscriptiones, nec vero numeri capitulorum, qui, quum, non vocatis in calculum numeris capitulorum omissorum, continua serie scripti sint, pariter atque in cod. 16, ab illis codicum primae classis, nec non editionum Miraei atque Pithoei valde discrepant. Contuli hunc codicem cum *Miraei* editione Taurini a. 1828.

14) Codex Bibliothecae Municipalis Turonensis 665, olim S. Martini 259 [1], saeculi XIV., membranis formae maioris, sed quadruplicatis constans, complectitur praeter Iulianum *Guilelmi de Mandagoto* Summam de electionibus et Lombardae Librum primum atque secundum, in fine mutilum. Itaque similis est Boheriano codici et Parisiensi 4566. *Rubricae libri Novellarum* primum locum occupant; post quas demum indicatur principium Epitomes his vv.: „*Incipiunt dicta domini Iustiniani imperatoris. Si heres legata solvere noluerit.*" Deest igitur titulus, cum nomine Iuliani. Divisa est Epitome in duas partes atque contextus distributus per duas columnas in quaque pagina. Ultimo capitulo 564, adnexa est Summa Novell. 34. Doleo me propter temporis angustias non potuisse hunc codicem literis Bononiensibus nitide scriptum conferre cum editis. Glossae, quas habet, partim videntur dignae, quae cognoscantur [2].

15) Codex Bibliothecae Municipalis Trecensis, olim Pithoeanus II, 2, tum Oratorii Collegii Trecensis, postea Bibliothecae Municipalis Trecensis Q. XI, nunc 1171 [1]. Codicem, quem inveni anno 1826 [2], conferre cum editis *Huber*, bibliothecae praefectus, mihi non concessit. Pro me suscepit laborem *G. E. Heimbach* anno 1832, quo aliquot hebdomades Trecis commorabatur, usus exemplo Miraeanae editionis, quod olim *Puteani* fuerat. Constat codex ex duabus partibus 317 [3] membranas in formam quadri plicatas comprehendentibus, quarum prima [4] a diversis hominibus scripta Responsoria cum antiphoniis et notis musicis ad cantandum in ecclesia delineatis complectitur, praeterea vitas, passiones et miracula sanctorum; altera in 77 foliis separatim numeratis Iuliani Epitomen, quapropter *Pithoeum* ex duobus codicibus unum volumen effecisse arbitror, praesertim quum Pithoeus utrique parti glossulas et numeros paginarum sua manu adscripserit [5]) et tegumentum idem sit, quo codices Pithoeani discernuntur. Epitome, de qua nunc dicendum est, divisa est in duas partes. Iulianus memoratur in inscriptione Epitomes his vv.: *In Nomine Inc. constitoucio* [6] .. *uella RVPR* ... *A Iustiniani imperatoris de greco | in latinū translat. per Iulianum | virum clarissimum antecessorem civitatis constantinopolitane.* Subscriptiones Constitutionum desunt, desunt etiam paucis exceptis numeri Constitutionum capitulorumque, in quorum tamen locum, praesertim sicubi rubricae praeteritae sunt, initiales, quae dicuntur, literae capitulorum diversis coloribus pictae substitutae sunt ad evitandam confusionem. Similiter longiorum capitulorum §phi distinctae sunt diversis coloribus. Capitulorum omissorum copia non tam magna est, quam in aliis huius classis codicibus; sunt enim omissa cap. 45, 46, 284, 285, 288—290, 309—315, 337, 338, 350—360, 364, 365, 382, 402, 407, 409, 410, 413, 414, 418, 420, 424, 426—434, 494—497, 500—505, 509, 510, 513—515, 518—521; nisi plura defuerunt in membranis ex codice excisis [7]. Orthographia, etsi variat, insoliti quidquam non habet [8]. Radendo haud raro deleta sunt verba et menda correcta. Quin *Pithoeo* hic codex ad manus fuerit, non dubito; nonnunquam enim *Pithoeus* scripturas habet, quae inveniuntur in hoc solo codice [9], quo magis dolendum est post folium 34 exteriores membranarum margines a bibliopega tam inepte resectas esse, ut primae cuiusvis versus literae perierint. Ultimum Iuliani cap. est cap. 523, post quod exciderunt non-

1) *Haenel: Themis* cit. p. 222; Catalogi cit. p. 486 et Zeitschrift cit. T. VIII. p. 359, num. 16. *Bluhme*: Legum Tom. IV. cit. p. C. CV. num. 14 et p. CIX. *Fr. Schulte*: Iter Gallicum Vindobonae 1868 p. 140. — Extraxi hunc codicem a. 1826, quo Turoni commorabar, ex cumulo aliorum super alios sub tecto aedificii bibliothecae coacervatorum librorum. 2) V. c. prima: *Inst. post Codicis et Digestorum et Institutionum Compilationem videns quaedam praetermissa.*

1) *Catalogue Général des Manuscrits Des Bibliothèques Publiques Des Départements Publié Sous Les Auspices Du Ministère De L'Instruction Publique. Tome Second.* 1855. 4. p. 480—484. L'avertissement subscripsit *Harmand*, Conservateur de la Bibliothèque de la ville de Troyes. 2) Cf. *Haenel: Themis ou Bibliothèque du Jurisconsulte.* Tom. VIII. Septième Livrais. Paris 1826. 8. p. 220; Catalogi Librorum Manuscriptorum col. 490 et Zeitschrift cit. T. VIII. p. 360, num. 17. 3) Non computata videtur membrana, quae initio codicis inserta est, si quidem recte interpretor vv. Catalogi: „Au commencement de ce volume un feuillet de vélin, qui sert de garde, contient une partie de la scène VI. de l'acte I. de l'Andrienne avec plusieurs variantes. (V. Le Journal de Savants août 1841. p. 479, ou ce fragment est imprimé.)" 4) Fol. 1 sec. *Heimbach*. rescriptum est et legitur ibi: *Ex libris Oratorii Trecensis.* 5) Cf. Pièces concernantes l'histoire de Troyes. Collection par M. Pithou. 6) Ita *Heimbach*. Nonn. literae situ detritae sunt. Vid. infr. p. 161*, col. *a*. 7) Quot membranae excisae sint, non possum accurate definire. In universum ex *Heimbachii* collatione coniicio, octo circiter membranas excidisse diversis in locis, post cap. 384, 445, 460, 475, 523. 8) Nisi quod constanter scriptum est legiptimus, legiptimo, legiptimos. 9) Cf. int. al. c. 189, not. *t*.

[illegible] interiectae; subsequuntur autem parvo spatio relicto in reliquis membranis Summae Nov. 34. 143 et ultimo loco tractatus anonymi de ignorantia et errore.

16) Codex membranaceus Regiae Bibliothecae Berolinensis Cat. Acc. 879, nunc Ms. Lat. Fol. 271, olim *P. Pithoei*[1]), postea Rosniensis 2394[2]), eadem occasione qua codex 269 transiit in bibliothecam Berolinensem, cura *Haenelii*[3]. Complecti eum fragmenta diversorum codicum in unum quasi Corpus Legum consuta, perspicitur ex iis, quae, nisi fallor, *G. F. Heimbach* in prima post tegumentum inserta charta notavit, copiosius autem explicavit in editione Authentici[4]), ubi septem partes codicis ab eo distinguuntur[5]): 1) Fol. 1—8 Fragmentum Authentici exeunte saeculo XII. sive primis saeculi XIII. lustris scriptum, desinens in vv. Auth. „*quod in via*“ cap. 5 Novellae V. de Monachis; 2) fol. 9—78 pars antiquioris alicuius codicis Authentici, quae incipit a vv. „*fiat et ipse cadat*“ cap. 1, §. 7 Nov. VI. Quomodo oporteat episcopos et propter Novellas extraordinarias, quas habet, memorabilis est[6]); 3) fol. 79—86 ex codice Novellarum manuscripto saeculi XIV. desumpta, quorum initium est a vv. „*aut aliquos tales*“ cap. 13 Nov. VIII. Ut iudices sine quoquo suffragio[7]); 4) fol. 87—91a Appendix Novellarum saeculo XIV. conscripta[8]); 5) fol. 91b—fol. 110 Iuliani Epitome; 6) fol. 111—154 Rogerii Summa Codicis[9]) a titulo de Postulando usque ad vv. „*celestis est figurata minime maculetur*“ tituli de Penis[10]); 7) fol. 155—162 Tractatus de diversis iuris canonici titulis fragmentum exeunte saeculo XII. scriptum. Hactenus de materia codicis. Iam quod ad externum eius habitum attinet, conspiciuntur in summo tergo tegumenti, cui corium suillum inductum est, vv.: „*Novellae Constitutiones Iustiniani Imperatoris*“ et paulo infra numerus 50, in ima autem parte eius supra Berolinensis bibliothecae signaturam, quae rubra est, numerus $\frac{81}{195}$, qui numerus repetitur in averso operculi prioris infra numerum 114 ibidem positum. In eadem pagina adglutinatum est scutum Rosniensis bibliothecae. Membranae formae maioris sunt; ultima signata est 162, quamquam debebat scribi 163, si quidem membranae alicuius frustum post fol. 78 insertum est et distinctum numero 78b. Epitomen mutilatam esse intelligitur ex perexiguo numero foliorum, quae supersunt. Exciderunt enim post fol. 102 sedecim nisi plures membranae cum verbis *scriptus fuisset. Ideoque omnia* cap. 161 usque ad verba *feminis et mino-* cap. 396, terminatur autem codex verbis *officio eius exactor* cap. 528, post quod perierunt tres vel quatuor membranae. Verum non solum integra folia desiderantur, sed etiam in reliquis membranis integra capita, integrae Constitutiones, quod tamen non mirum. Recte enim animadvertit *Heimbach* l. c. p. LXXVI. Iulianum ab eadem saeculi XIV. manu scriptum, quae exaraverit Appendicem sub numero 4 a se collocatam, manifesto argumento, in archetypo, unde Appendix et Epitome Iuliani desumptae sint, Epitomen cum Authentico coniunctam fuisse. Est igitur codex eius codicum classis, quorum scribae praeeuntibus sine dubio interpretibus Iuliani deleverunt[11]), quidquid sua aetate inutile indicaverant, et proinde reliqua capita aliis, sed continuis numeris instruxerunt; quapropter etiam subscriptiones, paucis exceptis, et numeri Constitutionum desunt, similiterque rubra capitulorum. Intra capitula saepe quoque desunt singula verba et versus, socordia librarii, nec inscriptio libri integra est. Epitome an bipartita fuerit, certo affirmari nequit propter interitum, quem dixi, membranarum; neque vero dubito, quin fuerit propter habitum totius codicis. Aliquot capitula translata sunt de suo loco in alium[12]). Ceterum codex, quatenus ab aetate eius exspectari potest, correcte scriptus est, textu Epitomes in duas columnas distributo, quarum quaeque 51 circiter lineas comprehendit, nec nitore caret: nam literae initiales vicissim caeruleo et rubro colore pictae sunt, rubro etiam inscriptiones capitulorum. Glossae exstant in primis membranis; sed nullius pretii sunt, praesertim quum bibliopega marginales scalpro amputaverit. Nec vero cum glossis commutandi sunt integri versus, quibus inter media verba aliquot capitulorum suppletum est, quod exciderat[13]).

17) Codex Haenelii II., olim *A. G. Crameri*, Kiliensis quondam antecessoris clarissimi. Fata eius narravit *Cramer* in prima post tegumentum interiecta charta his vv.: *Quae fata fuerint Codicis huius praestantissimi, qui possessorum ordo, etsi scire interesset nonnihil, parum constat. Ad Apostolium quendam olim pertinuisse, in calce ostendit nominis nota*[1]) *et vergente saeculo decimo octavo fuisse* κτῆμα *Barth. Nic. Krohnii, verbi divini quondam ministri Hamburgensis*[2]) *produnt tum in fronte huiusdem viri insignia, tum eiusdem librorum Catalogus, Hamburgi* 1796, 8 *editus pag.* 137 *sq. n.* 1775. *ubi brevis minusque accurata Codicis descriptio legitur. Post mortem Krohnii auctionis lege translatus fuit in bibliothecam V. Cl. Hanckii ICti et Senatoris Hamburgensis doctissimi harumque rerum curiosissimi, cuius beneficio et liberalitate insigni tandem*

1) Adnotavit aliquis saec. XVI. in altera charta codici post tegumentum inserta: „*In hoc codice manuscripto qui fuit Petri Pithoei I. C. continentur Novellae Constitutiones Iustiniani Imperatoris.*“ Priora verba usque ad „*I. C.*“ exstant in aliis quoque codicibus, quos olim Petrus Pithoeus possederat, v. c. in Institutionum codice Authenticis et glossis Accursii recensione antiquioribus insigni, olim Rosniensi, nunc bibliothecae *Haenelii*. Ab eadem manu scripti sunt tituli in tergo codicum Pithoeanorum. 2) *Catalogue de la Bibliothèque de Rosny* cit. p. 213. 3) *Haenel*: Kritische Jahrbücher citt. 1. Jahrg. 1837. p. 381 sq. Emtus est 267 argenteis solidis Gallicis. 4) p. LXXIII sq. num. 109. 5) Repetitur in sqq. *Heimbachii* notitia, sed in breve contracta, excepto Iuliano. 6) In enarrandis huius partis Novellis notitia codici adscripta differt ab ea, quam *Heimbach* dedit in p. LXXIV edit. Authent. 7) Reliqua vid. ap. *Heimbach*. l. c. p. LXXV sq. num. 3. 8) Cf. *Heimbach* l. c. p. LXXVI, num. 4. 9) *Savigny*: Geschichte cit. T. IV. p. 214 et 524 ed. 2. 10) Vid. c. 17 Cod. de Poenis (9, 47). 11) Desunt cap. 45—49, 52, 53, 55, 59—67, 69, 73, 74, 81—88, 90—104, 108, 115, 125—131, 347, 398, 402, 409, 413, 420, 427, 428, 431, 450, 468, 494—496, 501, 508, 509, 525. 12) Cap. 497—499 post cap. 505. 13) Vid. cap. 1, 10, 11, 17, 79, 123, 132, 134, 137, 140, 144, 146, 160.

1) Sive monogramma fol. 39b et fol. 40b. Illo loco infra monogramma legitur *Ioannes L'apostole et sič pagina sequens versa.* Vereor, ne *Cramer* apostoli nomen male interpretatus sit, praesertim quum in aversa penultima membrana v. *Iohannes* maiusculis et eleganter delineatis literis scriptum sit. Sine dubio hoc monogramma significat monasterium, cuius olim erat codex. 2) Insigni in averso tegumenti operculo adglutinato haec vv. subdita sunt: „*Bibliotheca Bartholdi Nicolai Krohn. Past. ad D. Mar. Magdal. Hamburgi.*“

ad me pervenit Andr. Guil. Cramerum Ictum et Antecessorem Kiliensem[3]. Habitum codicis descripsit *Cramer* in prima[4] eiusdem chartae pagina: „Inscriptio ita habet: *Incipit liber primus novellar. domini Iustiniani imperatoris de greco in latinum translatus per Iulianum virum eloquentissimum et censorem civitatis Constantinopolitanae.* Est codex membranaceus ms. in folio magno, saeculi XIII.[5] charactere gothico[6] pereleganti, et, ut videtur etiam ex lectu difficili ἐπιγραφῇ, a recentiori sec. XV. manu addita, coniici posse, in Lombardia exaratus[7]. Initialis nominis Iustiniani Imperatoris, charactere maiusculo in ipso novellarum introitu expressi, litera depicta auroque exornata est. Constitutionum, quae sequuntur, tituli ad unum omnes minio sunt scripti; reliquae autem Constitutionum ipsarum[8] literae initiales alternis rubro et aethereo coloribus distinguuntur. Complectens codex quinque quaterniones, omnino XL foliis constat[9], quorum utraque pagina, binis columnis divisa, versus XLVIII, exhibet. Utraque, prima pariter atque secunda quaternionum in imo aversae partis ultimi sui folii margine, quae dicuntur, signatura et custode ipsius librarii manu instructa est. In summo autem folii cuiusvis eiusque adversae faciei margine per integrum librum primum, sed recentiori, ut videtur manu, scripta, tanquam columnae titulus nota *no. I'* (i. e. novellarum liber primus) deprehenditur addito signo I numerico rubro ad librum primum etiam indicandum. Liber secundus in summo margine solo signo II. minio scripto indicatur[10]. Folii XV. parte adversa columna altera legitur: *explicit pars I. novellar. incipit II. de iurisdictione praesid. provinciar.* In calce autem Codicis, quae finitis codd. subiici solebant, verba *explicit* etc. desunt. Offert autem sese *monogramma* addito, ad illud explicandum, nomine *l'Apostole*, quod non Librarii sed possessoris nomen (recentiori enim manu subscriptum est) esse videtur. Codici huic novellarum omnino insigne pretium statuendum est; non propterea solum quod inter mss. codices, qui in praestantissimis Bibliothecis publicis asservantur, *versio* Novellarum Iustiniani Imp. *Iuliana* rarius offenditur, sed potissimum ob lectionis, quae hoc codice cum versionis Iulianae ex P. Pithoei Bibliotheca edito textu collato, saepius sese offert, varietatem. Quorsum pertinet in ipsa iam libri primi inscriptione, quod *Iulianus censor civitatis* CP. dicitur*), quum vulgatus textus ex exemplari altero, cuius copia a *Cuiacio* facta fuerat *Ludov. Miraeo* (v. Praef. ad eius editionem), illius loco *Antecessorem* habet[11]." Hactenus *Cramer*. Reliqua, quae dat, huc non pertinent. Pro iis commemorabo, quae, etsi levioris momenti sunt, tamen praestat in accuratam codicis descriptionem recipere, quam silentio praeterire. Ac primum quidem membranae, excepta ultima, laevigatae sunt et molles, nec tamen tenues. Custodes, qui dicuntur, exstant in aversis foliorum 8, 16, 24 paginis quaternionum loco. In conservandis Constitutionum numeris earumque subscriptionibus librarius sibi non constitit, haud secus atque in conservandis numeris capitulorum[12]: quae res videtur *Cramerum* movisse, ut post cap. 43 numeros ex Pithoeana editione in margine adscriberet titulorum nomine. Paragraphorum signa alternis vicibus rubro et caeruleo colore picta sunt usque ad capitulum 410, post quod amplius non reperiuntur. Rubricae capitulorum saepe discrepant ab editionibus Miraei et Pithoei. Nonnunquam novae positae sunt pro *Idem*. Subscriptiones, quatenus librarius eas retinuit, decurtatae sunt. Mendorum non admodum magna copia, nisi circa finem Epitomes, quo vero non referenda sunt capita transposita[13] nec omissa. Desunt enim capitula 45, 47—49, 52, 53, 55, 62—67, 82—88, 91—102, 104, 125—130, 179, 186, 191, 195, 197, 199—204, 208, 246, 255, 262, 268—273, 275—277, 279, 283, 284, 288, 299, 301—306, 310—315, 326, 337, 343, 351—360, 364, 387, 420, 450, 485, 487, 492, 493, 496, 500—505, 508, 509, 522, 525, 534, 536—538, 541—545, 549, 553, 557, 560. Haec consilio omissa sunt, verum etiam negligentia librarii nonnunquam exciderat versus inter media capitula[14]. Glossae, quae conspiciuntur in margine, omnes fere non constant, nisi locis parallelis iuris Iustinianei, reliquae brevibus notationibus ad interpretanda verba adiectis[15], similiter etiam nonnullae glossae interlineares. Finitur Epitome verbis: *Quam iam videor — promulgatae sunt*, attamen sine inscriptione: „*Constitutio CXXV*," nec aliter haec verba discreta sunt ab antecedente capitulo 564 nisi prima litera *Q* v. „Quam" caeruleo colore picta. Similiter appendix, quae subsequitur, sola litera initiali *N* v. „Nullus" caeruleo colore itidem picta, non alio modo, excellit. Constat appendix a) summa cap. 2 sqq. Nov. 134; b) summa Nov. 143 de Raptu mul.; c) cap. 15 Ed. Theodorici; d) l. 2, §. 6, 7 C. de Iurei. pr. cal. 2, 59; e) l. 1 C. de Pactis int. emt. et vend. 4, 54; f) sententia: „Duo genera testium aut dicendo quod viderunt aut proferendo id quod audierunt. Duobus autem modis testes delinquunt, cum aut falsa praemittunt aut vera silentio opprimunt;" g) l. 9 C. de Rescind. vend. 4, 44; h) l. 6 C. de Pactis 2, 3. Sed satis dictum est de ipsius Epitomes in hoc codice habitu; iam videamus, quae ultimis codicis foliis saeculo XV. s. XVI. adscripta sunt. In averso enim folii 39

3) Catalogus Bibliothecae defuncti *A. G. Crameri* die XVIto mensis Iunii a. 1834 publica auctionis lege Kiliae dividendae. Hamburgi. 8. „Rubr. B. Fontes Iuris Divini et Humani In Fol. p. 5. no. 30." ubi. praeter titulum codicis literis inclinatis brevis descriptio addita est et *Hauboldi*, hunc codicem eundem fuisse, quo *Barth* usus sit, existimantis error corrigitur. Vid. etiam *Crameri*: Kleine Schriften. Leipzig 1837. 8. p. 63. Emi codicem auctionis lege 26 thaleris. 4) Quinque chartae insertae sunt, omnes praeter primam et secundam scriptura vacantes: duae adiectae in extremo codice. 5) Catalogus bibliothecae Crameri cit. saeculi exeuntis XII. aut incipientis XIII. Rectius XIII. 6) Potius eo, quo in scholis Italiae librarii illius aetatis scripserunt libros iuris, quare codex cum his convenit et orthographia et compendiis verborum. 7) Fortasse *Bononiae*, quippe quum in cap. 324 pro *bonae* scriptum sit *Bononiae*. Ceterum nota v. *camerulae* in glossa. 8) Potius capitulorum. 9) Potius 41. Epitome autem Iuliani explet folia 39; in fol. 40, 41 scripti quidquam non invenitur, praeter nonnullas notulas recent. aetatis et absunt ab ultimo folio lineae graphio ductae. 10) Fol. 16a *L. II.* Insuper ibi minio scriptum est *Incipit ps. II. Novellar.*). *I.* *) Vid. infra codices incognitos, not. 18 (Barthii codicem). 11) De qua re infra dicendum erit ad *Barthii* codicem. 12) Vid. int. al. cap. 7, 8. 13) Veluti cap. 476 post cap. 516. 14) Vid. int. al. cap. 75, 108, 111, 408. 15) Quo faciunt glossae marginales cap. 184 ad v. *subscribat*: „quia in libello conventionis subscribit contradictionis libellum" et paulo post ad v. *libello*: „Istum libellum amonitionis reperi in antiquissimis novellis." Porro ad cap. 11 in f. v. *actionem*: „Ex contractuvel quasi loquitur hic de actione ex maleficiis licet idem sit in novis digestis."

haec leguntur, post quatuor versus rásura sublatos: *lex lōbardoru'* | *sive Lombarda quae continet tres libros* | [16]) *continentur constitutiones novelle* | *federiciiq* . . . . [17]) *continentur constitutiones* | *novelle Iustiniani.* Simile quid videtur exstitisse in ima pagina aversi folii 40, nam, quamquam longinquitate temporis prorsus fere evanuit, tamen adhuc legi possunt vv. *libros cū lūbarda* | . . . . *federici Novelle,* quibuscum fortasse cohaeret illud *IIII. lb. pars,* quod ad dextram cernitur, quasi noster codex quarta pars amplioris alicuius codicis fuisset, qui praeter Constitutiones Frederici et Iulianum *Lombardam* quoque comprehenderit. Eodem tempore inscriptum est codici nomen *Ioannis.* Cernitur enim in aversa folii 39 pagina syllaba *Io.* et in extrema pagina post locum de Lege Lombarda modo descriptum vox *lapostole* praefixo monogrammate *Ioannis* [18]), praeterea in averso folio 40 nomen *Iohes* lapidariis maximae formae literis artificiose delineatum, denique vero ibidem lusus calami gallico charactere distichum quoddam conceptus [19]).

18) Codex Nationalis Bibliothecae Parisiensis 4713 [1]), olim Colbertinus 3528, Reg. 6942, in fine mancus, con-

2.2

stat 140 membranis in formam quadri plicatis, maximam partem crassis, gilvis et rigidis, quibus Epitome Iuliani sine glossis continetur. Eam saeculo XII. scriptam esse existimant *Haubold* et *Heimbach,* rectius Catalogus Parisiensis saeculo XIII., propter rudem literarum formam et interpungendi signa codicibus saeculi XIII. propria. Ducti sunt 28 versus trans singulas membranarum paginas et quaterniones distincti custodibus. Divisam esse Epitomen in duas partes perspicitur ex inscriptione, quae secundum *Hauboldum* haec est: „*In nomine dni nri I. xpi incipit liber I. constitutionum novellarum dompni Iustiniani sacratissimi imperatoris incliti vittoris semper aug.*“ et ex clausula post cap. 207 inserta: „*expl. pars prima, incipit pars secunda nov. capitulis. C. CX. de iurisdictione praesidum.*“ Constitutionum numeri saepe desunt, item subscriptiones et capitulorum rubricae, unde effectum est, ut multa capitula continuo scripta et in unum commixta sint. Ut in plerisque codicibus, ita in hoc quoque Graeca latinis literis reddita sunt. Capitula, quae desunt, enumeravit *Haubold,* nec vero omnia; exciderunt enim cap. 115, 125—130, 166—168, 170, 171, 186, 191, 195, 197, 199—204, 208, 216, 246, 262, 263, 268—279, 283, 284, 301—306, 309—315, 335, 350—360, 364, 365, 387, 402, partim 409 (videtur unum folium excidisse), 413, 418, 420, 450, 451, 468, 496, 508, 509, 525, 528—559 (videntur duo folia excidisse), 561—564 et Const.: „Quam iam videor.“ Deest unum folium post cap. 560. Ultimum igitur caput Epitomes superstes est caput 560, id sequuntur appendicis loco: a) summa cap. 3 sqq. Nov. 134; b)ʻsumma Nov. 34; c) Nov. 143, denique vero clausula: „*Expliciunt constitutiones novellae domini Iustiniani imperat. de greco in latinum translate per Iulianum virum eloquentissimum civitatis constantinopolitanae feliciter.*“ Rubro *Idem,* quod Miraeus potissimum habet, pleniores rubricae substitutae sunt in cap. 14—17, 20, 25, 26, 28, 70, 74, 77, 79—81, 85, 99, 220, 225, 327 etc.; aliorum capitulorum rubricae dissonant a Miraeanis. Eo pertinent rubricae capitulorum 21, 24, 27, 30, 31, 33—35, 38—40, 44, 51, 52, 56—62, 94, 110, 133—135, 141, 156, 158, 160, 165, 213, 228, 241, 257, 259, 260, 294, 344, 349, 361, 363, 366—368. Restat ut dicam, haud paucas hoc Iuliani exemplar habere scripturas discrepantes cum reliquis codicibus nec non editionibus. Menda, quorum magna copia est, aliquis corrigendo tollere studuit; nihilo secius remanserunt multa. Contuli hunc codicem Parisiis anno 1828.

19) Codex Bibliothecae Publicae Matritensis I. D. 23 [1]), membranaceus, olim *Antonii Augustini,* constat 32 foliis in formam quadri maioris plicatis [2]). Aetas codicis incidit in ultima saeculi XIII. lustra. Epitome bipartito distributa est in singulis paginis. Prima quaeque capitulorum litera altitudine et variis coloribus prae reliquis excellit, quae minusculae quidem sunt, attamen formosae [3]). Divisa est Epitome in duas partes et partium quaeque in capitula, nec vero in Constitutiones. Constitutioni 124 annexa est appendix comprehendens: a) Epitomen Nov. 134; b) Summam Nov. 34; c) Summam Nov. 65; d) Nov. 143. Primae parti praemissa est inscriptio: *In nomine domini nostri Iesu Christi Incipit liber Constitutionum Novellarum dompni Iustiniani imperatoris de Greco in Latinum translata per Iulianum virum eloquentissimum antecessorem Constantinopolitanae civitatis.* Glossularum magnam copiam posuit librarius quum inter lineas tum in margine [4]); notas quoque adiecit *Augustinus* [5]). Num Matritensis codex sit ille Pallantinae ecclesiae Hispaniensis codex minus vetustus [6]), qui *Augustino* ad manus venit, nequeo affirmare. Recenti aetate in extremo codice adiectum est: „*Iste liber non est de nomine regis,*“ quam notam in Parisiensi quoque codice 4566 exstare iam supra vidimus.

---

16) Erasae sunt tres literae. 17) Erasae sunt quatuor literae. 18) Vid. supra not. 1. 19) *Sunt tria que ullo bū scit ū . . sciat . . scilicet latinum fari bene scribere, versificari* | *In domibus vestris dominorum sunt duo vel tres.* Subscriptum est monogramma apostoli et literis iteratum hoc nomen in adverso folio 41.

1) Catalogus Librorum Mss. cit. Par. III. Tom. III. p. 626. *Haubold*: Zeitschr. cit. T. IV. p. 141, num. 3. *Biener*: Geschichte cit. p. 605. *G. E. Heimbach*: Authentic. p. LXXXVIII.

1) *Haenel*: Catalogi Libr. Manuscr. cit. col. 971 et Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswiss. cit. T. VIII. p. 360, num. 18. Propter tumultum publicum Matriti a. 1822 exortum non potui conferre codicem cum editis. Collationem cum altera Pithoeana editione debeo beneficio *Iulii Kühn,* anno 1842 Matritum profugi. 2) Ultimum folium tineis corrosum est. 3) Eiusdem fere generis, quo multi Institutionum codices hac aetate in Italia scripti sunt. 4) Interque eas Admonitionem Metelli. Vid. supr. cod. 12, not. 7. Plerisque non continentur nisi loci paralleli librorum Iustiniani. 5) Colligo hoc ex nota aversae prioris operculi paginae recenti aetate adscripta: „*Novelas de Iustiniano traducidas de Greco en Latin por Iuliano Antecessor Constantinopolitano con notas, que parecen ser de Antonio Agustino, Arpo de Tarragona.*“ 6) Alciati videtur codice. Sunt ipsius Augustini verba in Praef. edit. Iuliani (fol. 4a). Cf. *Haubold* l. c. p. 151, num. 8, qui codicem olim in ecclesia aut Palacios aut Palencio fuisse putat.

Expositi sunt codices, quos hac aetate exsistere scimus et, tribus exceptis, ipsi pervolutavimus. Iam superest, ut commemorentur codices, qui dicuntur aliquando exstitisse, hodie vero aut in occulto latent, aut interierunt. Diligenter quidem ab *Hauboldo*[1]) consignati sunt, nec tamen inutile erit, eos denuo recensere. Etenim alii, qui in occulto latere dicebantur, post Hauboldum in lucem protracti sunt, alii contra accesserunt, quorum nulla antea erat notitia, alii denique adhuc omnino latent. Referendi igitur sunt in censum: 1) Codex *Montis Cassinensis*[2]) secundum Indicem librorum Montis Cassinensis iussu Desiderii abbatis saeculo XI. scriptum: 2) Codex, quo usus est auctor Legis Romanae Canonice Comptae. Divisus erat Iulianus in duos libros[3]), videtur igitur codex secundae classis fuisse[4]); verum quum Lex Romana praebeat etiam vestigia Scholiorum atque Pragmaticae sanctionis, quin praeter eum alter quoque codex primae classis ab auctore legis adhibitus fuerit, non dubito. 3) Codex secundae classis, ex quo fragmenta supersunt in Excerptis Bobiensibus[5]); 4) Codex *Alberici de Rosciate*[6]); 5) Codex *Nic. Boherii*[7]), quem tertiae classis fuisse, apparet ex capitulis in Boheriana editione omissis et transpositis, truncatum autem, ex ultimo eius capitulo, sive 493; 6) Codex *Andreae Alciati* membranaceus et literis longobardicis scriptus, sed in fine mutilus, quem Antonius Augustinus in praefatione Iuliani pervetustum appellat[8]), commemorat etiam in Paratitl. ad Nov. 123 c. 59 et 60 sive Iuliani cap. 489; 7) Vetus illud exemplar et recenter repertum, sed in fine mancum, quod *Sennetonii* fratres ad edendum Iulianum adhibuerunt[9]); 8) Vetera exemplaria, quae *Pesnot* in fronte editionis commemorat[10]); 9) Duo vetusta Iuliani exemplaria Miraeo a *Cuiacio* commodata[11]); 10) Codex *S. Crucis* de Hierusalem[12]); 11) Codex *Ludovici Russardi*[13]), ex quo Miraeus Scholia edidit. Fuit igitur primae classis. Praeterea *Russardus* anno 1561 in praef. Collationis X. se nactum esse narrat opera *Ioannis Grenetii* librum pervetustum Novellarum Iuliani, ex quo Epitomen nonnullarum Novellarum adhuc desideratarum subiiciendam curaverit. Non dubito, quin hic codex tertiae classis fuerit propter Novellas X. collationi subiectas. Similis igitur fuit codici 12 s. Orielensi. 12) Codex, quem *Antonius Augustinus* invenit[14]) Venetiis apud *Ottonellum* causarum patronum et describi curavit, cumque *Metello*, amico suo, communicavit; 13) Codex ecclesiae *Pallantinae*, qui Antonio Augustino ad manus venerat[15]); 14) Codex, quem *Contius* commemorat in Indice Constitutionum Novellarum Domini Iustiniani[16]); 15) Codex *Petri Pithoei*, ad cuius fidem Franciscus Pithoeus Iulianum edidit[17]); 16) Codex membranaceus *Casp. Barthii*. Eum *Barth* in Adversar. lib. XIII. c. 6 et LVII. c. 8 post Langobardorum Leges Iuliani Epitomen in duos libros divisam continuisse scribit[18]). 17) Codex, quem *Ioannes*

1) *Haubold* l. c. T. IV. p. 149 sq. 2) *Savigny* l. c. Tom. II. p. 225 (ed. 1) et p. 239 (ed. 2). (*Capei* et *Porri*) Istoria del Gius Romano cit. p. 82. 3) *Maassen*: [illegible] 4) [illegible] ex rubris „*De episcoporum ordinatione kaplo XXV. Ex primo legum Novellarum libro Constitutione VI — De clericis kapl. XXVII. ex eodem primo legum novellarum libro constitutione VI.*" etc. 5) Cf. *Maassen*: Bobienser Excerpte des Römischen Rechts. Wien 1864. 8. p. 10, ubi: „libro legum *novellarum primo constitutione septima tit. XXV. et novellarum lib. II. tit. CCCCXI.*" 6) *Weis*: progr. Historiae Novellarum litterariae. Part. prim. Marb. 1804. 4. p. 37 sq. *Haubold* l. c. T. IV. p. 494, not. 36b. *Wenck*: Magister Vacarius. Lipsiae 1820. 8. p. 1832. *Biener*: Geschichte cit. p. 244, 270 sq., 303, not. 42, p. 605. *Savigny* l. c. T. VI. p. 120 sq. (ed. 1), p. 135 (ed. 2). Ita enim legitur [illegible] Commentar. ad [illegible] Cod. Libr. IX Lugd. 1534. fol. 6: „*sed de libro novellarum magis dubitatur. utrum sit liber iuris civilis . et quidam habent coniunctum cum autentico et ita ego habeo . communiter tamen non bene reperitur.*" Eiusdem igitur indolis videtur fuisse Alberici codex atque Orielensis s. codex 12. Vid. not. seq. 7. 7) Vid. infr. p. XXI. *Haubold* p. 149. *Bluhme*: Corp. Legum T. IV. p. CIX. *Biener*: Hist. Auth. Sect. I. p. 13 hunc codicem Corpus iuris Italici, legem scil. Longobardorum et Iulianum exhibuisse censet. Similis sine dubio erat codici 12 et Parisiensi 4566. 8) Descripsit eum *Ioannes Metellus* in epistola Ferrara ad Ant. Augustinum a. 1543 data, de qua *Haubold* l. c. p. 149, not. 24 conferri iubet Epistolas Latinas et Italicas Parmae 1804. 8. ab *Ioh. Andresio* editas num. 87, p. 180 sq. Alterum librum ab Hauboldo allegatum: *Andresische Briefsammlung* (num. 7, p. 22) non vidi. In libro: „*Don Iuan Andres* Reisen durch verschiedene Städte Italiens in vertrauten Briefen an seinen Bruder Don Carlos Andres. Aus dem Italienischen übersetzt von E. A. Schmid. Weimar 1792 sq. nihil inveni, quod spectet ad Alciati codicem. 9) *Haubold* l. c. p. 149, num. 3. In titulo editionis appellatur manuscriptum *exquisitum, elegans et copiosum exemplar* et in privilegio editionis *vieil exemplaire nouvellement trouvé*. Iulianus videtur divisus fuisse in titulos. 10) Huius quoque editionis privilegium iisdem verbis loquitur de veteri exemplari recenter reperto et de uno quidem solo, dum titulus editionis plura vetera exemplaria adhibita fuisse nuntiat. *Haubold* l. c. p. 150, num. 4. 11) *Miraeus* in praef. p. 1. Vid. supr. p. XIII codicem 11 s. Paris. 4566, not. 4. *Haubold* p. 150, num. 5 et 6. 12) Vid. supr. p. X. 13) *Miraeus* in praef. p. 2 et in m. cap. 201, 283. *Haubold* p. 150, num. 7. *Biener*: Geschichte p. 378 et 605. 14) *Haubold* p. 151, num. 9, not. 26 hunc codicem eundem fuisse existimat, qui commemoratur in septima epistola Andresianae collectionis p. 13 sq. sive Opp. T. VII. p. 185, simulque conferri vult Praefationem *Andresii* p. 150 et 152. Frustra quaesivi Andresium; verum quod attinet ad Opp. T. VII. p. 185 cit., res aliter habet. *Augustinus* enim haec scribit *Iacobo Mendozae*: „Per te isthic Iuliani Epitomen a docto quodam viro optimo causarum patrono Lugd. conscriptam consecuti sumus, quam postea ex Andreae Alciati praeceptoris, veteris libri exemplo (quo nos Metellus noster donavit) permultis mendis expurgavimus." Non confundendum est hoc apographum cum eo, quod in Scorialensi bibliotheca asservari diximus in Catalogis Librorum Mss. col. 950. *Haubold* p. 148, not. 20 videtur inductus a *Büschingio*: Magazin f. d. neue Historie u. Geographie T. V. p. 138, hoc apographum pro vero Iuliani codice habuisse. 15) Vid. supr. cod. 19 p. XVIII, et infra Augustini edit. not. 10. *Haubold* p. 151, num. 8. 16) *Haubold* p. 152, num. 10. *Biener* l. c. p. 378, 605. 17) Num Berolinensis 269 sit, de eo supra disputatum est p. IV. 18) *Barth* lib. XIII. c. 6: *Additus est scriptis Longobardorum Legibus Codex Novellarum Iuliani.* Secundum *Barthium* in titulo codicis sive inscriptione Epitomes Iulianus non appellatur antecessor, sed *censor*. Eandem lectionem habet *Crameri*, nunc meus codex II., quae consonantia aliquando movit *Hauboldum* l. c. p. 153, not. 28, ut utrumque codicem unum eundemque esse arbitraretur. At vero postea *Haubold* coniecturam suam revocavit l. c. p. 491, monitus a *Cramero* in epistola: „*quod quam parum conveniat, tum ostendit Barthiani Codicis conditio, quippe scripti in membranis pene exesis, tum ipsa lectionum prolatarum a nostro hoc diversitas, ne illud urgeam Codici Barthiano adhaesisse Legum Longobardicarum Collectionem, cuius in nostro nullum vestigium est.*" Quibus vv. *Cramer* in charta codici inserta addit: „*Id autem, cum Barthius ipse Advers. LVII. 8 non dicat unde sciverit vir eruditissimus nescimus et in medio relinquimus;*" recte, nam Epitomen Iuliani

Wettstein, antecessor Basileensis, dicitur possedisse [19]. Denique *Ioa. Pet. de Ludewig* fertur codicem Iuliani possedisse quem vero codicem non fuisse, sed Pithoeanam Iuliani editionem scripturae diversitate a Stephano Baluzio e codicibus Parisiensibus enotata locupletatam validis argumentis probavit *Haubold* [20].

Hactenus Codices. Iam explicemus

Editiones

Hauboldo duce [1]), qui viginti et unam enumerat, *Weisii* potissimum, Marpurgensis quondam antecessoris, chartis usus, qui plerisque editionibus studiose exploratis tantam inter eas esse differentiam demonstravit, ut vel illam codicum aequare videatur. Omnes enim ante *Miraeum* divulgatae anonymae sunt, excepta Boheriana, simulque ita deformes, ut quamvis aliam, quam Iuliani Epitomen Novellarum Iustiniani latinam a Miraeo demum ad integrum restitutam prodant. Nec post *Miraeum* editiones in concordiam redactae sunt, nam *Antonius Augustinus* in vulgus protulit Epitomen mutata Constitutionum eius serie ad Graecarum Novellarum Collectionis ordinem digestam, *Franciscus* autem *Pithoeus* iterum renovavit et accessionibus dilatavit Miraeum, denique vero *Desmaresius* in nonnullis discessit a Pithoeo, dum reliquae editiones non sunt nisi Miraeanae aut Pithoeanae editionis repetitiones paucis mutatis [2]). Quare fortasse erunt, qui, ut codicum, ita editionum quoque distributionem a me exspectent. Sed eam nullius utilitatis esse, ex iis, quae modo dixi, apparet, quare consultius mihi visum est, editiones *Hauboldo* praecedente ad annorum, quibus divulgatae sunt, seriem disponere, hac tamen differentia, ut eas, quas possideo [3]) aut evolvere mihi licuit, explicate recenseam, reliquarum vero non nisi titulos appendicis quasi loco breviter commemorem [4]).

1) *Leges Longobardo= | rum seu capitulare divi ac sacratissimi Carolima | gni impatoris: et frācie regis ac novelle Ostitutōes | dñi Iustinia. impatoris cū pfaciūcula et ānotatio | nib' in ipsas. ll. et cōstitutiones novellas p claris | simū et spectabilē virum dñm Nicolaum boherii. | I. U. interpretem. sacri regalis cōsistorii ordina= | rium cōsiliariū (vc3 [1]) an sint allegabiles ad causa | rū decisionem et ligent oēs aut solū lōbardos) editis nusq' impresse.* (Scutum regium cum tribus liliis oblatum a duabus personis genu flexis.) *Cū privilegio regio.* In ima frontis parte scutum cum pampino tigno traiecto diffissum et pampinaceis ramis redimitum [2]). Loci et anni, quo liber typis descriptus est, nulla fit mentio in fronte eius, nec typotheta commemoratur sive librarius; sed divulgatum esse librum *Lugduni a Simone Vincentio* librario et verisimiliter quidem anno 1512, cognoscitur ex privilegio regio post Tabulam rubricarum novellarum constitutionum domini Iustiniani exhibito [3]). Formam octonariam esse, non quadri minoris, adversus *Panzerum* et *Spangenbergium* [4]) contendit *Haubold* [5]), quippe qui signaturae plagularum rationem habet, non externi habitus. Literarum typus is est, qui gothicus appellatur. Versus, quadraginta trans [6]) paginas ducti, perexiguo intervallo inter se distant. Signaturae adsunt. Complecti librum Longobardorum leges in tres libros distributas et Epitomen Novellarum Iustiniani apparet ex titulo et exstant quidem, praemissa praefaciuncula in leges longobardorum et novellas constitutiones domini Iustiniani Longobardorum leges fol. IX. usque ad mediam folii CIII. [7]) paginam adversam, non computata tabula rubricarum, quae aversam eiusdem folii paginam et unum folium, quod non numeratum est,

---

in Crameri codice ante Leges Langobardorum exstitisse, si quidem hae cum Iuliano coniunctae erant, intelligitur ex signaturis primi et secundi quaternionis in aversa octavi et decimi sexti folii pagina conspicuis, nec scripturae a Barthio consignatae diversitas ab Goltzii editione, quam Barth adhibuit, concinit cum Crameri codice. Praeterea huius codicis membranae non sunt exesae vetustate, sed bene conservatae. Quae quum ita sint, Barthii et Crameri codices diversos, sed germanos codices fuisse arbitror. 19) *Haubold* l. c. p. 153, num. 13. Cf. *Iac. Christ. Iselius* (Iselin) in epistola ad *Hombergkium de Vach.* quam *Car. Frid. Zepernick* in *Delectum Scriptorum Novellas Iustiniani illustrantium* p. 252 recepit. Quod scribit *Haubold* l. c., sperasse Iselium, se Iuliani codicem cum Hombergkio communicaturum esse, deceptus est vir perillustris verbis Iselii: „*Quod si ope amicorum quos in illa regione* (Italia) *habeo, sed paucos, et in Graeca literatura non valde versatos, Tibi aliquid conficere possem, noli dubitare, quin id cupidissime sim facturus.*“ Habet enim Iselius in mente Graecos Novellarum codices. 20) *Haubold* p. 153 sq., not. 30 conferri iubet „Gelehrte Anzeigen a. 1730, num. 21, p. 79 et num. 29, p. 103 a. 1743 (ed. 2)“ simulque hoc exemplar duobus tantum grossis in publica bibliothecae Ludewigianae auctione venditum fuisse refert ex catalogo librorum *Io. Pet. de Ludewig.* P. II. p. 364, num. 2644.

1) l. c. T. IV. p. 154—186 et p. 491—194. Cum Hauboldo cf. *Biener*: Geschichte p. 362, 366, 385, 387, 391, 403, 407, 411, 415, 416, 417, 419. *Cuiacius* quoque in animo habuit editionem Iuliani (vid. Epistolam Expositioni Novellarum VII. Id. Aug. 1569 praefixam), nec vero paravit. 2) *Chr. Go. Hoffmann*: Histor. iuris Rom. Iustin. Lipsiae 1734. Vol. Prim. Par. Prior. p. 613, not. *b* etiam *Boherii* editionem saepius in editiones Corporis sub titulo *Novellarum* relatam fuisse scribit. 3) Equidem possideo omnes genuinas editiones, Sennetoniana excepta; possideo *Desmaresii* quoque editionem. 4) Omnes nullius pretii sunt.

1) Leg. *videlicet.* 2) *E. Spangenberg*: Einleitung in das Römisch-Justinianeische Rechtsbuch. Hannover 1817. 8. p. 592. *Haubold*: Zeitschr. cit. T. IV. p. 154 sq. *Gengler*: Deutsche Rechtsgeschichte. Erlang. 1850. 8. p. 183. *Bluhme*: (Mon. Hist. Germ.) Legum Tom. IV. p. CX. 3) Receu auons lhūble supplicatiō de nostre aime et feal conseillier en nostre grant conseil maistre Nicolas boyer contenant. Que depuis certain tēps enca il sest appliq̄ a composerung traicte nōme Leges longobardorum et plusieurs autres. esquels il a prins grant cure et sollicitude tant es compositiōs que correctiōs. Et pour estre publie a este īprime par ung libraire nōme Symon vincent. demourant a Lyon. avecques plusieurs grans frais et coustemens tant de la correction: que composition. Parquoy nous — ottroions et permetons — que le dit Simon vincent puisse seul faire imprimer le dit liure dessus declaire — iusques a troys ans prochainement venās. — Donne a Bloys le III. iour de Iuing. Lau da grace mil cinq cens et douze. 4) *Ge. Wolfg. Panzer*: Annal. typograph. Vol. IX. p. 112, num. 65. *Spangenberg* l. c. 5) *Haubold* l. c. p. 155, not. 33. 6) In tabula rubricarum versus non sunt trans paginam ducti, sed divisi in duas columnas. 7) *Haubold*: 100, in errorem ductus a typographo, qui folium, quocum incipit Iulianus, numeravit CI.

complet [8]. Hanc demum tabulam excipit Epitome Novellarum sexaginta folia numeris CI—CLX [9] distincta comprehendens et insuper duo folia, quorum prius „tabulam rubricarum constitutionum domini Iustiniani“ prodit, alterum privilegium regis Galliarum [10]. Epitome, etsi ex 80 *rubricis* [11], non pluribus constat, distributa est in novem *collationes* [12]. Prima eius verba sunt: *„In nomine domini incipit liber iustiniani novellarum imperatoris translatus de greco in latinum per illustrem virum eloquentissimum constantϑ civitatis civem,“* omisso igitur Iuliani nomine, quod casu factum esse putat *Biener* [13]. In margine paginarum ad latus textus adspersi sunt loci iuris Iustinianei sive glossulae [14], sed plures in prioribus quam in posterioribus paginis [15]. Constitutiones appellatae sunt *rubricae* aut *rub.* [16], crebrius autem earum nomen omnino deest. Iis interdum continentur capitula diversarum Constitutionum. Quum destitutae sint numeris, inscriptionibus et subscriptionibus, non distinguuntur nisi lemmatibus et aliquoties maioribus literis in formam quadri artificiose sculptis. Verum etiam lemmata raro consonant cum illis, quae subsequentes editiones, inprimis *Miraei* et *Pithoei* habent. Capitulorum quoque numeri et lemmata desunt, unde incredibilis quaedam confusio capitulorum orta est, praesertim quum interpungendi signa, semicolon dico et punctum, quae signa sola quidem, sed ad editoris arbitrium posita sunt, nihil offerant, ex quo initium sive finis singulorum capitulorum cognoscatur, nisi alicubi litera maiore initium novi capituli post punctum indicatur. Compendia scribendi, quibus abundat Epitome, eiusdem generis sunt, quo saeculo XIII. et XIV. librarii iuris Iustinianei soliti sunt uti, quare codicem *Boherii* exeunte saeculo XIII. scriptum fuisse probabile est. Mendorum ingens est copia; videtur enim typotheta non potuisse legere codicem et saepe confudisse compendia similia cum similibus, syllabarum potissimum *qui*, *quia*, *quod*, *per* et *par*, *nes* et *nem*, *nus* et *num*, *Boherius* autem, quod ad Epitomen ipsam attinet [17], nihil egit, nisi ut codex, qualis erat, divulgaretur; corrigendis mendis aut explicandis compendiis operam non navavit. Nihilo secius *Boherii* editionem iterum ad verbum exprimendam et recipiendam esse putavi. Princeps enim est editio Iuliani, quae permultum discrepat ab editionibus *Miraei* et *Pithoei*, quibus integra et genuina Iuliani Epitome, non truncata et mutata continetur. Praeterea ut mittam verba omissa [18] aut addita [19] aut mutata [20], desunt capitula [21] 45, 47—49, 52, 53, 55, 62—67, 69, 73, 82—88, 91—102, 104, 125—130, 166—168, 186, 195, 200—203, 246, 265, 267, 268, 271—279, 283, 290, 301, 302, 337, 350—360, 424, 434, 437—443, 446—453, 457, 461—474 (videtur defuisse unum fol. in Boherii cod.), 476—483 et post c. 493 omnia (videtur igitur Boherii codex in fine mutilus fuisse): alia capitula migrarunt de suo loco in alium [22], quae quidem res et differentiae animadvertuntur ex totius libri conspectu et quasi imagine, non ex annotationibus, quantasvis Iuliano adieceris, quapropter *Boherium*, utut est, huic editioni subiunxi, sed omissis notis marginalibus et compendiis, quae dissolvi [23].

---

8) Secundum *Haubold* l. c. p. 155 Boherii editio Legum Longobardorum sine Iuliani [illegible] Venetiis 1537, cuius editionis accuratam descriptionem [illegible] *Miscellanea Lipsiensia Nova* Vol. VIII. p. 700 [illegible] *Brunnquell*: Historia Iuris Romano-Germanici. Ienae 1727. p. 374 s. Part. II. cap. XII. §. VI. not. *b*, qui alteram Iuliani editionem Venetiis 1537. 8. citat. Cf. etiam *Gengler* l. c. p. 184 et *Blume* [illegible] 9) Potius CIV—CLXIII, quos numeros typotheta [illegible]. De Boherii codice vid. supra p. XIV not. 11 cod. 11 s. cod. Paris. 4566. — Mirum in altero, quod possideo exemplari correctum esse [illegible] CIII., qui falsus est, in CVIII (vid. infra Addend. p. 8*. not. *), quasi duae sint Boherii editiones. 10) Aversae [illegible] est signum repraesentans Paulum et Petrum apostolos, intermediis literis *P. V.* adiectis salvatoris imaginem in linteo conspicuam ostendentes. 11) *Haubold* l. c. habet 82. 12) Consignatae sunt, una cum rubricis, etiam in summa paginarum margine. 13) Geschichte p. 72. Idem p. 244 corrigit *Boherium*, qui in praefatione novellas ab *Alberico* citatas pro locis ex Iuliano citatis habet. 14) *Augustinus* in praef. (fol. 4a) tribuit Boherio notas, cum dicit: *„scholiis ornavit“* (Iuliani libellum). Paucis exceptis glossulae non constant nisi locis parallelis Novellarum, Authenticarum, Codicis, aliis addita est brevis expositio argumenti §phorum. Illas iam in codice *Boherii* fuisse puto, has saeculo demum XIV—XV. adiectas esse. Memorant enim non solum glossam et Lombardam, verum etiam Cynum, Balduinum et vel Bartolum. Vid. fol. CVIIa, ubi: „et s̄. ī. lombarda Si actor regis l. siquis;“ fol. CXIIIa: „No. q̄d. dn̄t. matre liberi n̄re eorum relicta usufructuaria de qua gl. Cynus. bal. et seq. in aut'. hoc locū. C. si secundo nupser. multum laboraverunt et doc. alibi ut per bar. in suo consi. IX et singl. de belenzinis in addi.“ etc. Omnes illae glossulae nullius pretii sunt, ideoque a me reiectae. Cf. *Biener* l. c. p. 244. Quis earum auctor sit ignoro, nam nusquam se nominat, quamvis nonnunquam se loquentem introducit v. *Dixi*. Ita fol. CVb: „Dixi in addi. ad mandag. in II. parte C. LIX. forma. VII in verb. Honest' etc.;“ fol. CVIIIb: „dixi in §. IV de consue. feu. et i. §. II de cōsue. mat. et alios consului.“ 15) Ambobus quae possideo huius editionis exemplaribus addita est *Solennis repetitio famose. l. consentaneum. C. quomodo et quando iudex. edita Bituris per clarissimum et spectabilem virum dominum Nicolaum Boherii de [illegible] I. V. [illegible] et sacr. Regalis consistorii consiliarium ordinarium* etc. Locus et annus hic quoque desunt; verum secundum privilegium, datum *a Bloys le III. jour de Juing. Lan de grace mil cinq cens et douze*, haec repetitio ab eodem librario, eodem loco et anno edita est quo Iuliani Epitome. 16) *Constitutionis* v. raro retinuit epitomator, et casu potius quam consilio. Vid. Const. 48, 70, 75. *Imp. Iustiniani* nomen non nisi bis inveni, initio Collat. I. et II. (s. Const. 1 et 7). 17) De notis marginalibus vid. not. 14. 18) Int. al. vid. cap. 105, 108, 148, 149, 159, 163, 218, 231, 241, 242, 250, 313, 405, 409, 428. 19) Vid. e. c. cap. 178, cui additum est supplementum, quod similibus verbis exstat ap. *Miraeum* in m. p. 60. 20) De multis exemplis vid. cap. 21, 24, 50, 220, 262, 377, 410, 418, 435, 456. 21) Praeterea nonnullarum Constitutionum rubricae desunt, neque vero capitula earum; e. gr. rubrica Const. 48 deest, capitula autem 189 et 190 continuo scripta sunt. Similiter deest rubr. Constitutionis 62, et cohaerent cap. 207 et 208. — E contrario cap. 140 bis positum est, et primo quidem loco (omissis vv. *Si enim — exstiterint*) cohaeret cum cap. 139 a vv. *liberi eius qui lucri aliquid* usque ad *factam* (antefatam) *divisionem*, post quae vv. cap. 140 repetitur usque ad *donatione propter nuptias*. Repetitur etiam cap. 182 ultima pars post cap. 179. Memoratu denique dignum est, capitulum 113 Iuliani sequi Novellam 34 ipsam. 22) cap. 22, 23 ante cap. 12; cap. 89, 90, 113 et appendix Nov. 34 post c. 163; cap. 110—112 ante cap. 68; cap. 131 post c. 123; cap. 177 post c. 178; cap. 179 et ultima vv. cap. 182 (repetita) post c. 187; cap. 209—215 s. Const. LXIII. post c. 216 s. Const. LXIIII.; cap. 247—250, 252, 251, 253—255 post c. 426; cap. 266 post c. 270; cap. 306 post c. 323; cap. 310—315 post c. 323 et 306; cap. 335 post c. 347; cap. 346, 347 post c. 349; cap. 420 post c. 422; cap. 490 post c. 491; cap. 497—499 post c. 425. 23) Exstat in bibliotheca Paulina Univers. Lit. Lipsiens.

2) *Authentica*[1]) *D. Iustiniani Imp. Aug. Novellarum Volumen eruditis animadversionibus, adscriptionibusque praetextum: a falsis, ad veras allegationes reductum. non praetermissa lectionum legi dignarum varietate. Denique graphica argumenti effigie in singulis librorum prototitlis, per imaginis emblema, oculis subiecta fidelibus. Adiectus est nunc primum libellus Novellarum D. Iust. e graeca epitome, in latinum compendium versus. Et partim ex Iámolim excuso, sed imperfecto atque informi: partim ex manuscripto exquisito, eleganti, et copioso exemplari concinnatus.* (Signum Salamandrae coronatae et ignivomae.) *Lugduni, Ad Salamandrae, Apud Sennetonios Fratres MD.L.*[2]) *Privilegio Regis*[3]). Occupat Iulianus in hoc volumine, quod formae maximae est, nec minus typorum, quam figurarum initio capitulorum pro literis positarum elegantia varietateque excellit, post *Declarationem Arboris Feudorum* 74 columnas separatim numeratas et quatuor columnas non numeratas[4]), quibus Rubricae Novellarum, sub titulo: *Tabula Titulorum Primi Libri* et *Libri Secundi Novellarum* consignatae sunt[5]). Epitomes, divisae in duos libros, habitus et forma plane singularis est. Neque enim libri constant ex Constitutionibus et capitulis, sed, pariter atque codex canonum Bobiensis et Athanasii Epitome, ex *titulis* et primus quidem liber ex 101[6]), secundus ex 135[7]) titulis, remoto omni vestigio Constitutionum, numerorum earum et subscriptionum[8]). Tituli capitulorum quidem locum obtinent et consonant verbis cum Miraei et Pithoei editionibus, nisi quando aliquid adiectum[9]), aut detractum[10]), aut a typographo erratum est[11]), in reliquis autem multum ab his differunt. Et primum quidem haud raro duo et vel plura capitula in unum titulum contracta sunt[12]), hoc plerumque modo, ut pro lemmatibus sive rubricis, quae desunt, distinguendorum inter se capitulorum causa rubro colore v. *Idem* positum sit aut §phi signum[13]), sed ne hoc quidem semper, ubi poni debebat. Deinde desunt multa capitula: 22, 44—50, 52—58, 60—68, 73, 81—88, 91—104, 108, 115, 125—132, 166—172, 177, 179, 183, 185, 186, 191, 195, 197, 199—204, 208, 216, 246, 255, 258, 262, 263, 265—279, 283, 284 pr., 288—290, 299—332, 335, 337, 343, 350—360, 364, 365, 371, 382, 384, 387, 388, 390—392, 398, 402, 407, 409 (partim), 410, 413, 414, 420, 427—430, 437, 439, 440, 442, 443, 445—451, 453, 473, 513 et sqq. Porro alia capitula remota sunt de suo loco[14]). Praeterea nonnulli tituli habent lemmata, quae nec in Miraei nec in Pithoei editione reperiuntur[15]), denique vero lemmatibus harum editionum alia substituta sunt[16]). Ultimum Epitomes capitulum est cap. 512, et subsequuntur cap. 18—21 epit. Nov. 134, et Nov. 34. Mancus igitur erat codex Sennetoniorum, quippe qui amiserat extremam partem Epitomes totamque fere appendicem et vel ante videntur post cap. 298 membranae aliquot excidisse, unde editores errasse palam est, qui in praefatione toti[17]) Volumini praemissa se cum vulgato et excuso, sed longe imperfectissimo libello (*Boherii*) inventum a se novellarum vetustissimum exemplar in pergamena membranarum charta manu conscriptum contulisse atque ita unius (i. e. *Boherii*) lacunas ex alterius plenitudine[18]) explevisse scribunt. In eadem praefatione dicitur „*Constantiensis* quidam haud ineruditus, sed nominis sui dissimulans interpres Novellas ex Graeca oratione in latinum sermonem iam olim vertisse[19])" haecque Epitome Authenticorum a Graecis primum in compendium coacta mox a cive quodam Constantiensi latine transscripta esse, quam ineptam interpretationem compendii *Constant.*[20]) iam dederat privilegium regium Sennetoniis fratribus expeditum. Glossulae conspiciuntur quidem in margine paginarum, sed nonnisi paucae et recentis aetatis, nec dignae quae describantur[21]).

1) *Spangenberg* l. c. p. [illegible], 788. *Haubold*: Zeitschr. cit. T. IV. p. 155 sqq. *Biener*: Geschichte cit. p. 362, num 73. Beneficio *Pertzii*, viri perill., ad manus nobis fuit exemplar Reg. Biblioth. Berolin. 2) Secundum *Spangenberg*. l. c. p. 788 hoc volumen a. 1549 editum esse iam *Haubold* monuit l. c. p. 156, not. 35. Sine dubio Spangenberg in errorem ductus est reliquis eiusdem Corporis Iuris Civilis Voluminibus editis a. 1549 a Sennetoniis fratribus. 3) *Haubold*: „Cum Privilegio." Verum *Cum* abest. *Biener* l. c. Praeterea *Haubold* et *Biener iam olim* pro *Iámolim*. Privilegium datum est d. XII. mens. Sept. 1548. 4) In universum 20 plagulas s. 39 paginas, nam 20. plagula in averso vacua est. 5) Longiores tituli decurtati sunt per compendium *etc.* 6) Potius 102, vid. not. 11. 7) Potius 137, vid. not. 11. *Weis* hanc divisionem Epitomes in duos libros arbitrario factam esse dicit, quod quidem verum est, at vero cuius arbitrio facta sit, quaeritur. 8) Unicum, quod inveni subscriptionis vestigium, est in Lib. II. tit. 69 (infr. p. 86*), ubi: *Data procon. Beli.* 9) Vid. Lib. I, tit. 60 (cap. 142); Lib. I, tit. 66 (cap. 148) et Lib. I, tit. 86 (cap. 178, cui, praemisso v. *Idem*, adiecta est Formula *de Sacramento Calumniae*, quam Miraeus habet, Pithoeus omittit); Lib. II, tit. 89 (cap. 411). 10) Lib. II, tit. 61 (cap. 363); Lib. II, tit. 70 (cap. 378); Lib. II, tit. 83 (cap. 399); Lib. II, tit. 93 (cap. 419); Lib. II, tit. 94 (cap. 424); Lib. II, tit. 135 (cap. 582, 584 Pith.). 11) Errores typothetae non tot sunt quot apud Boherium. Nonnunquam videtur non potuisse legere codicem, quem descripsit. Vid. Lib. II, tit. 60 (cap. 366), ubi *aductionem* posuit pro *adiectionem;* negligenter autem egit in numeris titulorum, si quidem diversis titulis eundem numerum tribuit, aut falsum. Vid. int. al. Lib. I, tit. 87, et lib. II, tit. 78 et 109. In universum inveniuntur 120 circiter menda. 12) Vid. lib. I, tit. 35 (cap. 89, 90); Lib. I, tit. 39 (cap. 110, 111); Lib. I, tit. 80 (cap. 162, 163); Lib. II, tit. 5 (cap. 213, 214); Lib. II, tit. 7 (cap. 218—221, cap. 222, cap. 223, 225—227); Lib. II, tit. 12 (cap. 232, 233); Lib. II, tit. 13 (cap. 234, 235); Lib. II, tit. 15 (cap. 237—240); Lib. II, tit. 18 (cap. 242, 244); Lib. II, tit. 37 (cap. 285 et extrem. cap. 284); Lib. II, tit. 51 (cap. 338, 339); Lib. II, tit. 66 (cap. 373, 374); Lib. II, tit. 83 (cap. 399, 400, 401); Lib. II, tit. 92 (cap. 416—418); Lib. II, tit. 94 (cap. 423, 424); Lib. II, tit. 105 (cap. 444, 452); Lib. II, tit. 119 (cap. 467, 468); Lib. II, tit. 130 (cap. 480—496, 500—505; 497—499); Lib. II, tit. 131 (cap. 506, 507); Lib. II, tit. 132 (cap. 508, 509); Lib. II, tit. 135 (cap. 512, 582—585 sec. Pith., Nov. 34). 13) Longiorum titulorum sententiae §phi signo discretae sunt. 14) cap. 36—39 post cap. 43 (Lib. I, 21—24); cap. 176, 421, 422 post cap. 90 (Lib. I, tit. 35); cap. 242 post cap. 243 (Lib. II, 17 et 18 pr.); cap. 248 post cap. 250 (Lib. II, tit. 21, 22); cap. 249, 251, 252 post cap. 253 (Lib. II, tit. 23—26); cap. 284 post 285; cap. 409 (pars) post cap. 411; cap. 497—499 post cap. 505 (Lib. II, tit. 130 i. f.). 15) Vid. int. al. Lib. I, tit. 26—28 (cap. 70—72); Lib. I, tit. 36, 37 (cap. 106, 107); Lib. I, tit. 49 (cap. 122). 16) Eo int. al. pertinent Lib. I, tit. 45—48, 50, 53, 54 (cap. 118—121, 123, 134, 135. 17) Epitomae Iuliani nulla praefatio praemissa est. 18) Secundum titulum editionis hoc exemplar erat exquisitum, elegans et copiosum. 19) *Haubold* l. c. p. 156 sq., ubi praefatio. 20) *Pareillement hont faict adjouster un petit livret des Novelles constitutions de Iustinian Empereur comme pour acomplissement de Loeuure total. Lesquelles ung Citoyen de Constance, bien sauant certes mais dissimulant son nom iadis translata de oraison Grecque en parolle Latine. Haubold* p. 158. 21) *Haubold* l. c. p. 156 commemorat propter varietatem scripturae glossam Lib. II, tit. 78, col. 56 (cap. 389).

3) *Volumen* [1]) *Hoc complectitur (sic enim peculiari vocabulo vocant) Novellas. Constitutiones Iustiniani Principis Post Repetitam Codicis Praelectionem Aeditas: Authentica* [2]) *vulgo appellant: Tres item posteriores libros Codicis: Feudorum seu Beneficiorum duos: Constitutiones Friderichi Secundi Imperatoris: Extravagantes duas Henrici Septimi Imperatoris* [3]) *et tractatum de Pace Constantiae. Omnia ad vetustissimorum simul et emendatissimorum Exemplarium fidem recognita, emendata. Accesserunt nunc primum, et nunquam antehac aediti, Iustiniani Novellarum Constitutionum libri duo cum multis Annotationibus ex doctissimorum hominum Commentariis, quae non parum lucis ac dignitatis huic Volumini afferunt.* (Signum officinae i. e. Arcus, intra cuius columnas homo loricatus portat fragmenta duarum portarum inscripta: „*Libertatem* meam mecum porto.") *Lugduni apud Hugonem a Porta.* 1553. *Cum Privilegio Regis* [4]). fol. In fine: *Lugduni Excudebat Ioannes Ausultus.* Congruere hanc editionem cum Sennetoniana, ex qua descripta sit, affirmat, praecedente, nisi fallor, *Hauboldo*, *Biener*, non sine veri similitudine, nam, ut mittam textum bipartito in quaque pagina divisum, Epitome apud *Hugonem* divisa est in duos libros, appellantur Constitutiones [illegible] tituli, eadem est [illegible] §phorum, idem praeterea finis totius libri, neque mutatae sunt rubricae, nisi rubrica tituli 105 libri secundi, ubi Sennetoniana editio habet *De episcopis sua manu cedentibus*, Hugo a Porta *Quales Homines Clerici fieri debent* [5]); quod autem attinet ad diversas scripturas, sunt eae maximam partem emendationes erratorum, verum, quod mirum, non omnium, quamvis gravium [6]). Reliquum est, ut breviter dicam de coniectura ab *Hauboldo* l. c. p. 494 proposita. Arbitratur enim vir doctissimus propter *Alberici de Rosciate* codicem [7]), in quo Iuliani Epitome cohaeserit cum Authentico pariter atque apud Hugonem a Porta, similem codicem ab Hugone adhibitum fuisse, quae coniectura an probabilis sit, dubitaverim. Etenim si quo codice Hugo usus est, eum non nisi Sennetoniorum fratrum codice usum esse, cognoscitur ex consonantia utriusque editionis, neque locus, quem Iulianus apud Hugonem post Authenticum occupat, Hauboldi coniecturam adiuvat, quandoquidem libri in diversas Voluminis editiones, praeter Authenticum, Codicem, Institutiones et Feuda, recepti ad arbitrium editorum collocati sunt [8]). De quaestione, an Augustinus hac editione usus sit, vid. infra editionem Augustini ad not. 12.

4) *Novellarum Constitutionum Domini Iustiniani Sacratissimi principis et Imperatoris Libri duo, Epitomis, praeter veterum exemplarium et collationem et emendationem, nove illustrati.* (Insigne Salamandrae coronatae et ignivomae.) *Lugduni, Apud Ludovicum Pesnot.* 1558 [1]). *Cum Privilegio Regis* [2]). 8. Epitome divisa est in duos libros et complet 286 paginas; eas excipit Titulorum Novellarum D. Iustiniani Imperatoris Tabula secundum literas alphabeti disposita et septem paginas sine numeris comprehendens. Liber primus constat 40, secundus 58, sive, Nov. 34 adnumerata, 59 *titulis.* Libri rari [3]), sed a Miraeo parvi habiti, quid proprium esset, instituit *Haubold* explicare ex *Weisii* chartis, quae tamen videntur haud perspicue scriptae fuisse, nam mixta sunt falsa cum veris apud *Hauboldum.* Recte quidem *Haubold* affirmat, Pesnoti notas marginales ex Sennetoniana editione [3a]), aut, quatenus locos parallelos contineant, ex Vulgata, quae dicitur, sumtas esse, recte quoque nuntiat, huius editionis propria esse longiora lemmata titulis et §phis praeposita [4]), sed falso huc retulit divisionem plerorumque titulorum in §phos, quam iam Sennetoniana et Hugonis a Porta editiones habent. Potius, si comparamus Pesnoti editionem cum Sennetoniana, debebat dicere, plures titulos, imprimis eos, qui similis argumenti [illegible] §[illegible] apud Pesnotum in unum titulum coactos esse [5]). Neque *Haubold* enumeravit omnes in Pesnoti editione additos locos [6]); alii contra, qui secun-

---

1) *Spangenberg* l. c. p. 793. *Wenck* in Diariis Liter. Ienens. 1818. num. 7, col. 56. (Opusc. Academ. p. 362.) *Biener* in Indice Editionum Institut. p. XXI. *Haubold* l. c. p. 158. *Biener*: Geschichte cit. p. 366, num. 79. Haubold arguit Spangenbergium Iuliani in hac editione exstantis, silentio praeteriit. Habetur haec editio in Bibliotheca [illegible] Universitatis Literarum [illegible] et Ordinis Iurisconsultorum. Occupat Epitome binis columnis disposita col. 257–276 Voluminis. 2) *Haubold* [illegible]. 3) Apud *Hauboldum* om. *Extravagantes c. H. s. imperatoris.* 4) Privilegium datum est [illegible] 1549. 5) Glossulis marginalibus Hugo [illegible] cum Sennetoniis; inveniuntur enim apud *H*[illegible], ad tit. 8, Lib. I. et ad tit. 13, Lib. I, §. 5, 6, 7. 6) Numeros titulorum Lib. II. post tit. 61 sq. in Sennetoniana ed. turbatos correxit Hugo usque ad tit. 92. 7) Vid. supra codicem p. XIX, not. 6. 8) *Biener*: Geschichte p. 321.

1) *Spangenberg* l. c. p. 593. *Haubold* l. c. p. 160, num. 5. 2) Privilegium Regis in aversa tituli pagina exstans datum est Lugduni d. XII. mensis Septembr. 1548, editio vero apparuit anno demum 1558. Verba privilegii [illegible]: „*[illegible] Imprimeurs et Libraires de non imprimer ou faire imprimer, ny exposer en vente ce present liure intitulé, Novellarum constitutionum D. Iustiniani sacratissimi principis et Imperatoris libri duo, fait de nouueau et reconneu iouxte la teneur d'un viel exemplaire nouuellement trouué: aussi enrichy d'epitomes. Et [illegible] impression du dit liure sera paracheuee d'imprimer: si non par le congé et permission de Loys Pesnot libraire de Lyon sur les peines contenuez es lettres sur ce depechées audit Lyon le douzième iour de Septembre.* 1548. *et de nostre regne le deuzième. Signé par le Roy Iean Iacques maistre des requestes present. Coefier Et seelées de cire iaune à simple queūe.*" Verbis simile privilegium praecedit Pesnotianas editiones Corporis Legum a. 1553 et 1559 secundum *Böckingium* l. c. p. XXIII. 3) Exemplar eius exstare in Bibliotheca Gottingensi notat *Spangenberg*; equidem possideo duo exemplaria, alterum proveniens ex Bibliotheca [illegible] *Vesme*, viri clarissimi. 3a) Nec vero omnes, nam ad penult. §phum tit. 12, Lib. II. citatur *iuris civilis Brachylogus tit. de senten. et provocat. lib. IIII*, quem Sennetoniana ed. ignorat. 4) Lemmata perraro omissa sunt, accidit id nonnisi lib. I. tit. VI. c. 1; lib. II. tit. XVII., LI., LII. et LIV. 5) Sufficit nonnullos commemorare: libri primi tit. II—IV. in tit. II. congesti sunt, tit. XIV—XXIV. (vid. etiam infra not. 7 de tit. XXI—XXIV.) in tit. VIII., tit. XXV—XXXIV. in tit. IX., tit. LII—LXXX. in tit. XXI.; libri secundi tit. I—VI. in tit. I., tit. VIII—XII. in tit. III., tit. XX—XXVII. in tit. VI., tit. XXXVII—XLVI. in tit. XII., tit. LXXVIII—LXXXII. in tit. XXXVII., tit. XCVII—CXXIX. in tit. XLIX. E contrario notatu etiam dignum videtur, duos titulos in plures dissectos esse, scilicet tit. CXXX. et CXXXV. secundi libri. 6) Ex Boherio videtur addita sunt libr. primi tit. IX. cap. 2—4, cap. 5 §. 1, cap. 6, 7 et 10, tit. XI. cap. 1, tit. XXIII. et XXIV., tit. XXX.

dum *Hauboldum* videntur deesse, transpositi sunt [7], non omissi. Equidem Pesnoti editionem cum Sennetoniana concinere censeo titulo in fronte editionis, divisione Epitomes in libros, titulos et §phos, nec non ultimo capitulo, quod idem est atque in Sennetoniana, h. e. 512 et appendice, reliquis vero rebus non item, ordine capitulorum, et lemmatibus titulis et §phis minori literarum forma suprascriptis, dubiae his originis, quae non in codice Pesnoti exstitisse, sed ab editore ipso addita esse arbitror [8]. Utriusque editionis privilegium d. XII. mens. Sept. a. 1548, eodem igitur die et anno datum esse, recte observavit *Haubold*, quare has editiones sub signo Salamandrae diversis annis apparuisse, Sennetonianam anno 1550, Pesnotianam anno 1558 mirum est, quae diversitas quomodo componenda sit, alii videant, equidem nihil statuo [9]. Ut in Sennetoniana editione, ita in Pesnotiana multa capita aut omissa sunt [10] aut translata [11], quare utriusque editionis codices tertiae classis fuisse arbitror, etsi Pesnoti codex antiquus appellatur; verum quis codex fuerit, non est in aperto, praesertim quum *Pesnot* in margine editionis adnotaverit scripturas diversas ad tit. II. libri primi de Lege Falcidia et ad lib. II. titt. 17, 20, 23, 29, 36, 45, 50—52 etc. Denique ambigua sunt verba in fronte editionis: „Libri duo, Epitomis, praeter veterum exemplarium et collationem et emendationem, novè illustrati,“ nisi fortasse ad priores editiones, ad Sennetonianam et Boherianam referenda sunt [12].

5) *Imp. Iustiniani Novellae Constitutiones, Interprete Iuliano Patricio ac Antecessore urbis Constantinopolitanae, hactenus desideratae, inter quas extant multae, quae in Graeco archetypo non habentur. Quibus accesserunt scholia seu notae incerti auctoris in aliquot Constitutiones. His subiunximus ipsius etiam Iustiniani, Iustini iunioris, Tiberii Constitutiones nonnullas antehac typis non excusas.* (Subiectum est scutum serpente caudam in fauces recondente circumvolutum et intus verbis: „*Quod Tibi Fieri Non Vis, Alteri Ne Feceris*“ distinctum.) *Lugduni Apud Ioann. Tornaesium, et Gul. Gazeium. M. D. LXI. Cum Privilegio Regis. Fol.* [1] Voluisse Miraeum prioribus editionibus locupletiorem, immo integram Iuliani editionem parare manifestant verba: „*Novellae Constitutiones hactenus desideratae*,“ quod quum ex sententia successerit ei, partes libri singillatim explicandae sunt. Eae autem sunt: I. Tria folia sine numeris, a) Praefatio, his verbis inscripta: *Ludovicus Miraeus Lectoribus S.* (fol. 1—2b v. 5) et data *Lugduni M. D. LX. Augusti, ex officina Tornaesiana* [2]; b) Errata in quatuordecim versibus collecta fol. 2b; c) fol. 3a *Privilege du Roy* (Charles). *Donné à Orleans le dixhuitieme iour de Ianuier, l'an de grace mil cinq cens soixante* [3]. Fol. 3b vacat. II. p. 1—176 Contextus Novellarum a Iuliano epitomatarum, quarum ultima sive Constitutio 125 [4] nihil habet nisi verba *Quam iam videor conscripsisse in regia civitate*, de qua infra dicendum est [5]; p. 176—180 Scholia anonyma in Constitutiones aliquot [6]; p. 181—183 v. 5 Constitutio 125 de Vicariis etc.; p. 183 a) vers. 6, 7 Rubrum Nov. 34 ita conceptum: „Ut nulli liceat mutuanti agricolae terram ipsius tenere, et quantum usurarum accipiant [7];“ b) v. 9—16 Summarium Novellae 65 [8]; c) v. 17 et 18 Rubrum Nov. 143 subiectis verbis „Legis interpretationem, quae habetur in editione Haloan. numero 143“ [9]; p. 183 v. 15 a f. — p. 189 Pragmatica sanctio [10] Iustiniani Imp. complectens Varia Capitula, cuius subscriptioni

cap. 2 et 4, tit. XXXIV.; libri secundi tit. XIII. ultima particula, tit. XIV—XVIII., tit. XIX. cap. 1, tit. XXXV. cap. 5 §. 2, tit. XXXVI. cap. 1 §. 1 et cap. 3, 4, 6 et 7, tit. XXXVIII., tit. XL. cap. 2, tit. XLV. cap. 3 §. 1, tit. XLIX. cap. 8 §. 2, tit. ultimi initium. Uno etiam loco subscriptio addita est: libr. secundi tit. XXXVII. cap. ult., ut apud Boherium. 7) Hoc inprimis asseverandum est de Senneton. libri primi titulis 12, 21, 22, 23, 24 et secundi libri titulo 95; nam tit. 12 efficit in edit. Pesnot. cap. 7 et 5 tit. VII., tit. 21—24 sunt cap. 8—12 tit. VIII., tit. 95 relatus est in tit. XXXVII. tanquam cap. 6. Sunt et alia quaedam cap. aut paragraphi, quae in alium locum transposita sunt, eorum vero numerus parvus est. Cf. primi libri tit. LI. (Pesn. tit. XVI. cap. ult.) et CI. (Pesn. tit. XXXIII. cap. 3), libri secundi tit. XIV. et XV. (Pesn. tit. III. cap. 7 et 8), tit. LXXXIII. §. 2 (Pesn. tit. III. cap. 6), tit. XCIIII. et XCV. (Pesn. tit. XXXVII. cap. 3 et 6), al. Cf. not. 11 sq. 8) Obscura est nota *Weisii* ab *Hauboldo* recitata l. c. p. 163: „*Die bessern Lesarten der Octavausgabe scheinen aus der Vulgata genommen zu sein;*“ contulerat enim *Weis* Pesnotum cum Pithoeo. 9) Signum Salamandrae habent 1) Corpus Legum sive Brachylogus apud Sennetonios fratres 1548 et 1549 (*Böcking* p. XCIV sq.). 2) Epitome Iuliani Lugduni 1550 apud Sennetonios fratres. 3) Les Ordonnances du Roi 1551 a l'enseigne du Salamandre. 4) Brachylogus Lugd. apud Ludov. Pesnot. 1553 (*Böcking* p. XCVII). 5) Iuliani Epitome Lugduni apud Lud. Pesnot. 1558. 6) Brachylogus Lugduni apud Lud. Pesnot. 1559 (in aliis est 1557. *Böcking* p. C sq.). 10) 22, 44—50, 52, 53, 55, 61—67, 73, 81—88, 91—102, 104, 108, 115, 125—132, 166—168, 171, 177, 179, 186, 195, 197, 199—204, 208, 216, 246, 255, 258, 262, 263, 265—279, 283, 288—290, 301, 302, 335, 337, 343, 350—360, 364, 365, 371, 407, 409 partim, 410, 414, 420, 427—430, 437, 439, 440, 443, 445—451, 453, 473. Ultimum capitulum Epitomes est cap. 512, id subsequuntur cap. 18—21 epit. Nov. 134 et Nov. 34, plane ut in editione Senneton. 11) Transposita haec sunt: 23, 68, 124, 176, 207, 234, 235, 242, 248, 249, 250, 253, 284, 306, 310—315, 348, 400, 421—423, 425, 497—499. 12) Quod attinet ad Boherium, Pesnot consentaneas habet inter al. cum Boherio rubricas titt. 13, 15, 17, 19 libri II. Vid. etiam supr. not. 6.

1) *Brunnquell*: Historia Iuris. Ienae 1727. 8. p. 374. §. VII. *Bach*: Historia Iurisprudentiae Romanae. Ed. VI. Lipsiae 1807. p. 634. *Haubold* l. c. p. 164 sq. *Biener:* Geschichte cit. p. 72, not. 98; p. 80, not. 117, p. 385 sq., 604. *Mortreuil*: *Histoire du Droit Byzantin*. Tom. I. Paris 1843. 8. p. 76 sq. 2) Addit *Miraeus*: *è qua prodibit propediem Deo favente Codex Theodosianus integer, una cum corpore iuris civilis pari integritate et diligentia restituto.* Utinam Codicem Theodosianum integrum in lucem produxisset. Videtur Miraeus propter verba *una — restituto* in mente habuisse Breviarium Alaricianum, sed cognito errore consilium edendi Codicis Theodosiani in tempore deseruisse: alias non potuisset dicere *propediem*. 3) Quum praefatio et privilegium habeant annum 1560, *Brunnquell, Hofmann, Bach, Cramer*, alii hoc anno Epitomen a *Miraeo* in publicam lucem emissam esse scribunt. Coepta est editio strui a Miraeo circiter anno 1558; vid. Praef. vv.: „Cum tribus abhinc circiter annis Lutetiam Parisiorum me contulissem“ etc., ubi de Ranconeti codice loquitur. 4) Apud *Pithoeum* 128. 5) *Hauboldus* verbis: „*Die eigentliche Constitution* 125, *steht weiter unten*,“ videtur intelligere Const. CXXV. de Vicariis, p. 181 exhibitam. 6) Secundum *Miraeum* et *Hauboldum* ad Const. 15—18, 21—24, 27, 32—34. 7) Additur in sequenti versu: „*Rem duram, etc. quae est in editione Holoand. numero* 34.“ 8) In m. adnotatum est: *Haec est constit. ξε. quae desideratur, cuius epitome habetur supra constit.* 59. Vid. infr. cap. 203, not. super., ubi verba. 9) Sub his vv. quatuor versus pampinariis ramis aeri incisis vestiti sunt. 10) E codice Ranconeti hic primum edita.

subposita est clausula memorabilis *Expliciunt Iustiniani Imperatoris Constitutiones*. p. 190—191 v. 27: „Incipit Iustini Imp. novella Constitutio ad Iulianum Praefectum Urbis Data, Quae Ex Graeca [11]) Lingua In Latinum Sermonem Translata Est“ cum rubro: „Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium;“ p. 191 v. 28—192 v. 8 De ascripticiis et colonis; p. 192 v. 9—p. 193 v. 5 Constitutio Iustini Imp. de filiis liberarum, in Africam directa [12]); p. 193—194 v. 18 Sacrum Pragmaticum Tiberii Augusti, de Confirmatione Constitutionum Iustini Imperatoris De Filiis Colonorum et Liberarum; p. 194 v. 19—195 De Privilegio Archiepiscopi primae Iustinianae No. X. quae in aliis exemplaribus deest, ex vetere libro [13]). Postremo exstat in 23 paginis sive undecim foliis et dimidio Index Capitulorum, Quae Sub Unaquaque Constitutione Continentur [14]) et in ultimi denique folii adversa pagina postscriptum: *Excudebat Ioannes | Tornaesius Typographus Regius, | Lugduni Anno Salutis | M.D.LXI.* Editio typorum formis excellit et cuiusvis Constitutionis primi capituli litera prima in aere artifioiose delineata. Locupletatum esse a *Miraeo* Iulianum et abiectis editionibus [15]), quae praecesserant, in integrum quasi restitutum, post alios agnovit *Haubold.* Verum non satis habuit *Miraeus* locupletasse Iulianum, sed etiam emendare eum studuit, in quem finem sustulit divisionem Epitomes in duas partes, continuo numeratis capitulis a primo ad 564., quod ultimum est, simul autem ad quodvis capitulum in margine notavit, quotum sit Constitutionis, cuius pars est; deinde codicum ope, qui ei praesto erant, multos locos supplevit et mendis purgavit, e diverso alios, quomodo scripti essent in codicibus, quorum sinuosos ductus sollerter et perite solvit, ostendit in margine, ubi emendationes quoque suas proposuit; denique vero Scrimgeriana Novellarum Graecarum editione usus pluribus in locis Iuliani versionem contulit cum archetypo graeco, insuperque Graecarum Novellarum numerum, quem a Iuliani ordine discrepare animadverterat, apposuit una cum primis capitum et vel paragraphorum verbis et fontem, unde singula cuiusque Constitutionis capita manarent, nominavit*). Magnam igitur industriam posuit in edendo Iuliano, quae tamen ad irritum cecidisset, nisi *Ranconetus* [16]) et *Russardus* ei commodassent codices et praeterea *Cuiacius* duo [17]), ex quorum alterutro primus nomen Iuliani praeposuit Epitomae [18]). Neque vero eadem laus deferri potest *Miraeo* in rebus ab eo primum editis et minime quidem in Scholiis et in Epitome legum, quibus Iustinianus Italiae a Gothis recuperatae statum ordinavit, quandoquidem Scholia in codice Ranconeti male scripta [19]) emendare quidem studuit, sed infelici successu. Sustulit enim sine ratione eorum in capita continuo numerata distributionem, quam codex habet, nec aliter tractavit Epitomen illam legum, quas amputatis omnium fere, quae eas habent, subscriptionibus in unam legem coegit addita, quam finxit, inscriptione: *Pragmatica Sanctio Iustiniani* et incongruo loco subiunxit Epitomis Novellae 134 de Vicariis, Nov. 34 et 65, quas una cum rubr. Nov. 143 inculcaverat adversantibus codicibus.

6) *Imp. Iustiniani Novellae Constitutiones, Interprete Iuliano Patricio Ac Antecessore urbis Constantinopolitanae, hactenus desideratae, inter quas exstant multae, quae in Graeco archetypo non habentur* (sub his quatuor rosae inter se colligatae). *Quibus accesserunt scholia seu notae incerti auctoris in aliquot Constitutiones. His subiunximus ipsius etiam Iustiniani, Iustini iunioris, Tiberii Constitutiones nonnullas antehac typis non excusas.* (Paulo infra signum officinae repraesentans Floram ex calatho flores spargentem; supra caput eius cernitur v. „*Aurea*,“ ad latus sinistrum v. *Hubertus*, ad dextrum v. „*Saeculi*“.) *Brugis Fland.* [1]) *Excudebat Hubertus Goltzius. Anno M.D.LXV.* 4. Scribit *Brunnquell* [2]): „*Ludovicus Miraeus pleniorem et correctiorem illam* (Iuliani epitomen) *Lugd.* 1560. 8. *et, postquam ab Aemaro Ranconetto duo, a Ludovico Russardo unum exemplar accepisset, Brugis* 1565. 4. *cum praefatione Huberti Goltzii et notis edidit,*“ quod falsum esse perspicitur ex anno 1562, quo *Miraeus* de vita decessit. Potius *Goltzius*, Miraei editionem ad verbum repetens, plagiarii per-

---

11) Ad v. *Graeca* adnotatum est in m.: „Haec Constit. extat p. 121 in exemplari Genebensi τῶν νεαρῶν ἰουστινιανῶν.“ Aliis praeterea notis marg. correctus est sermo ex Graecis. 12) A Cuiacio a. 1559 primum edita in Observ. IV, 28, et subsequuntur iterum pampinarii rami, ut supra not. 9. 13) Est Nov. 11, de qua cf. *Savigny*: Beytrag zur Geschichte des lateinischen Novellentextes (Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissensch. T. II. p. 116 et Vermischte Schriften T. III. (Berlin 1850) p. 114. *Biener*: Geschichte p. 440. 14) In ultima Indicis pagina subnotatum est: „CXXV. Constitutio. | Hanc habes post Scholia. | Scholia anonyma in constitutiones aliquot,“ post quae verba et lineam ductam trans paginam praemissa inscriptione: „Iustiniani Et Nonnullorum Impp. Constitutiones aliquot“ decem Novellarum, quas p. 181—195 Iuliano a Miraeo subditas esse vidimus, lemmata appendicis instar iterum relata sunt. 15) Quod non ita accipiendum est, quasi *Miraeus* prorsus eas ignoraverit. Pesnotum commemorat p. 3 praef. ad Const. XV. cap. 57; formulam Iuramenti de Calumnia sumpsit ex Sennetoniana edit., vid. cap. 178, not. *x*; aliis in locis, maxime in iis, quos cancellis inclusit, videtur respexisse aut Boherium aut Sennetonios aut Pesnotum. Ad cap. 31 in m. legitur: *ita habent omnia vet. exem. impressa*, quare dubitari nequit, quin *Miraeus* cognoverit superiores editiones, sed eas nonnisi obiter et quasi per transennam inspexerit, non amplius. *) Subscriptiones quoque saepe sumpsit ex Nov. Gr., vid. cap. 178, not. *y*, infra p. 195*. 16) Nonnunquam notat in m. scripturam codicis Ranconeti. Vid. cap. 1, 2, 12, 201, 245, 394, 396, 399, 410, 418, 428, 459, 465. E contrario autem tacet eiusdem codicis scripturam valde diversam. Vid. cap. 24, not. *e* init., cap. 115, not. *n* etc. Russardi codicem commemorat c. 1, 201, 547. 17) Num Miraeus alios praeterea codices consuluerit, quaeri potest. Ipse videtur hoc innuere in m. cap. 410, ubi Ranconeti codicem distinxit ab aliis: „*Ran.* archiepiscopi, *alii habent*, alii episcopi“ et in m. cap. 418: „*Ranc. et alterum exemp.*“; similiter ad cap. 13: „*exempl. script.*“ Habet praeterea scripturas, quas nusquam in codicibus reperi; vid. int. al. cap. 117, not. *i*; cap. 139, not. *l*, *s*; cap. 148, not. *q*; alias solus Trecensis, olim Pithoeanus offert. Aliquot uncinis inclusit; nonnunquam quoque suas ipsius coniecturas. 18) *Biener:* Geschichte p. 72, not. 98. 19) De quibus queritur in praef. his vv.: „*Eaque adeo corrupta erant, ut prorsus illa edendi animum saepius desponderim, ni monitore Cuiacio, eiusque discipulo Petro Pithoeo — quatenus fieri potuit, emendavissem.*“

1) *Hoffmann*: Hist. cit. Vol. I. p. 613, not. *b*. *H.* not. *a* ad *Cramerum*: über die im Mittelalter bekannten Novellen (*Hugo*: Civilist. Magazin. T. III. p. 126). *Haubold* l. c. p. 168 sq. *Cramer* adnotavit ad exemplar suum, quod possideo, ex codice suo hic illic scripturas, verum etiam alias, quarum fontem ignoro. Vid. cap. 420, 422, 423. 2) Historia Iuris p. 374, num. VII.

[illegible] 1) ex quatuor foliis, quibus comprehenduntur Titulus, Praefationes Miraei atque Goltzii et „Erratorum Quae Partim a librariis commissa sunt, partim nobis restituenda videntur, correctio;" 2) ex 255 paginis, quarum 230 exhibetur Iuliani Epitome, reliquis a) Scholia anonyma ex Miraei recensione (p. 230—236); b) Constitutio de Vicariis subsequentibus rubris Ut nulli liceat, Rem duram, summa Constitutionis 59 et rubro Nov. de Raptu (p. 237—240); c) Pragmatica Sanctio Iustiniani (p. 240—247); d) Nov. Iustini „Ut possit ex consensu;" e) Iustiniani de Adscripticiis et altera Iustini „de Filiis liberarum" (p. 248—251); f) Sacrum Pragmaticum Tiberii et Constitutio „De privilegio Archiepiscopi primae Iustinianae (p. 252—255); 3) ex una pagina non numerata (256) et 14 foliis sine numeris cum Miraei Indice Constitutionum Capitulorumque, quem subsequitur (in averso folio 13) Privilegium Philippi Hispaniarum Regis *Dat. Bruxellae V. Idus Septemb. Anno a Christo nato M.D.LXIIII. Mesdach.*, denique vero fol. 14a idem signum officinae, quod in titulo exstat, addito *die IIII. Idus Februar.* Neque vero Goltzius substitit in repetenda ad verbum Miraei editione Epitomes, verum etiam notas Miraei capitibus adspersas suas fecit, paucis mutatis. Nihili igitur est haec editio, praesertim quum contaminata sit multis in locis erratis typothetae[3], quare bonum *Barthium* aut ignorasse Miraei editionem aut dormitasse patet, scribentem[4]: *quae prima* (editio Goltzii) *dignum nomine publico Iulianum nostrum exhibuit.*

7) *Ant. Augustini Episcopi. Ilerdensis Constitutionum Graecarum Codicis Iustiniani Imp. collectio, et interpretatio. — Iuliani. Antecessoris. Constantinopolitani Novellarum eiusd. Imp. epitome*[1]. *additis Latinis quibusdam Novellis Constitutionibus eiusdem: — Cum Paratitlis, sive Scholijs. Petrus Roburius.* 1567. *Ilerdae.* 8. cum imagine *Ant. Augustini* aeri incisa. Comprehendi hoc volumine unum tantum, sed in duas partes divisum librum, declarat *Augustinus* ipse his verbis in adversa folii tertii praefationis pagina: „*Addimus* (Graecarum constitutionum Codicis Iustiniani collectioni) *veterem Iuliani Novellarum constitutionum interpretationem multo ceteris, quae circumferuntur, pleniorem, et splendidiorem.*" Quum liber rarus sit in Germania et multipliciter differat a reliquis Iuliani editionibus, non alienum erit a proposito huius editionis eum accurate explicare. Haec enim insunt in I. eius Parte: 1) Fol. 1—11 sine numeris: a) Praefatio fol. 1—4; b) *Matthaei Mancii* prolegomena quaedam, graece et latine (fol. 5—7a); c) Index Constitutionum Graecarum Codicis Iustiniani (fol. 7b—10a, altera pagina fol. 10 vacat); d) Index Librorum ex quibus constitutiones Graecae sumptae sunt (fol. 11a, altera pag. fol. 11 vacat); 2) pag. 1—275 Graecarum illarum Constitutionum contextus cum variis lectionibus a p. 247 et 3) p. 1—192 Latina interpretatio Graecarum Constitutionum: 4) fol. 1—28 sine numeris, a) Paratitla sive Scholia Graecarum Constitutionum Codicis (fol. 1—24a); b) Mendosa Graeca sic mutanda (fol. 24b—26a); c) Mendosa in constit. Latinis sic mutanda (fol. 26b—27a; fol. 27b et fol. 28 vacant). — In II. Parte, in fronte ita inscripta: *Iuliani Antecessoris Constantinopolitani Novellarum Iustiniani Imp. Epitome. — Additis Latinis quibusdam Novellis constitutionibus eiusdem Imp. cum paratitlis, sive scholiis*, insunt: 1) fol. 1—6 sine numeris praefatio, quam sequitur unum folium vacuum. 2) Pag. 1—486 Epitome Iuliani et Tredecim Edicta Iustiniani, quorum solum tertium verbis redditum est, reliqua non nisi numeris relata sunt. 3) Fol. 1—102 sine numeris, a) Tituli Novellarum Constitutionum. 98. quae in libro Authenticorum exstant (fol. 1—2b v. 8); b) Tituli Novellarum Constitutionum. 70. quae non exstant in libro Authenticorum (fol. 2b v. 9 — fol. 4a v. 9); c) Paratitla sive Scholia[2] (fol. 4a v. 10 — fol. 22a v. 12); d) Index. Authenticarum Constit. quas Irnerius inseruit Codici Iustiniani (fol. 22a v. 13 — fol. 25a); e) Iuris pontificii capita ex Novellis (fol. 25b); f) Variae Lectiones, Ex Quibus notatae, A littera magis placent, quam ea, quae edidimus (fol. 26 — fol. 79b v. 21); g) Mendosa sive mutanda (fol. 79b v. 22 — fol. 80a); h) Tituli sive Epitome singulorum capitum Iuliani, quae in veteribus libris inveniuntur, et ut inveniuntur. Adscribitur margini numerus titulorum editionis Lugdunensis, ne quid lector desideret (fol. 80b —89b); i) Verborum Quorundam Iuliani interpretatio (fol. 90—102a v. 13). Sequitur postscriptum *Ilerdae. Petrus Roburius* 1567. Ultima pagina vacat. Mutatam esse formam Epitomes in novam consilio Augustini, *Haubold* recte animadvertit et ipse fatetur *Augustinus* in praefatione, nam, ut mittam Novellarum nomen positum in locum Constitutionum, funditus evertit Augustinus ordinem Constitutionum, quas disposuit ad seriem collectionis Novellarum, quae vulgo dicitur Collectio 168 Novellarum, „ut (Epitome) facilius Novellarum libros subsequeretur[3]". Nec tamen omnium Constitutionum verba servavit, reiecit enim de Novellis a Iuliano epitomatis duodecim[4]) circiter ex Authentico a glossatoribus explosas, nec reliquarum Novellarum capita omnia recepit[5]). E contrario aliquoties inculcavit Iuliano contextum Novellarum, quas invenerat in appendicibus codicum Iuliani aut

---

3) Exemplum negligentiae typothetae praebet cap. 128, ubi post *quae non sunt* omissum est: „*curialibus maritis constitutae*." Falso quoque legitur in summa margine p. 249: *Sanctio Pragmatica* pro *Iustini Novella* etc. et p. 251 *Sacr. Pragm. Tiberii* pro *Const. Iustini de Filiis Liber.* 4) Adversar. lib. XIII. 6.

1) Antonii Augustini Tarraconensis episcopi Opera. Lucae 1766 fol. T. II. Praef. p. VII., eiusdem Vitae Historia per Greg. Mayansium Siscar primum hispanice, postea latine reddita per Fab. Prosp. Cenami[illegible] et Io. Bapt. Montecatinium Vol. II. cit. p. XXXIV. *Haubold* l. c. p. 169 sq. *Biener*: Geschichte cit. p. 391 sq., 359, 563, 605. Duo huius editionis exempla possidet *Haenel*, alterum beneficio *Caroli Baudi a Vesme*. 2) *Haubold* l. c. p. 171, not. 46. Recte *Biener* l. c. p. 392 et 398 his paratitlis multa contineri existimat, quae faciant ad cognoscendas Novellas, quum *Augustinus* ad unamquamque Novellam notaverit, an ea inveniatur apud Haloandrum, Scrimgerum, Iulianum et in Authentico, qua lingua scripta sit etc. Adde, ab Augustino nominari scriptores mediae aetatis, qui Iuliano usi sunt, Anselmum, Bernardum Papiensem, Burchardum, Ivonem, Glossatores, Gratianum, Gregorium, et in iisdem disseri de XIII Edictis. 3) Sunt *Augustini* vv. 4) Vid. int. al. Iul. Const. 11 (Nov. 40); Const. 13 (Nov. 43); Const. 17—20 (Nov. 24—27); Const. 95—97 (Nov. 102—104) etc. 5) Vid. cap. 52, 53, 55, 82. 84—87, al.

Authentici [6]). Neque vero Augustinus in his mutationibus substitit. Sustulit quoque Constitutionum [7]) capitulorumque rubra, praeterea subscriptiones Constitutionum, paucis exceptis [8]), nec continuo numeravit capitula per totam Epitomen, sed intra confinia Novellae, cuius sunt segmenta, porro saepe quoque conflavit duo plurave capitula in unum [9]), denique vero mutandis et transponendis [10]) verbis operam sedulo dedit. Vidimus Augustinum in edendo Iuliano secutum esse Collectionem 168 Novellarum, quare mirum est, Epitomen in duas partes divisam esse, quarum secunda incipit in Novella 69, p. 198. Fortasse induxit eum ad hanc divisionem aut Ante-Miraeana aliqua praeter Pesnotum editio aut codex Matritensis, qui divisus est in duas partes [11]). Cognitas fuisse *Augustino* priores editiones Lugduni divulgatas, intelligitur ex verbis eius [12]): „*Primus Nicolaus Boërius legibus Longobardorum Iuliani libellum coniunxit, scholiis ornavit, et in publicum proposuit. Hunc secuti sunt Lugdunenses librarii, qui minus mendosos libros habuerunt.*“ At vero, num omnes Lugdunenses editiones adhibuerit, quaeritur, nam initio et in fine Indicis titulorum de una tantum Lugdunensi editione loquitur vv. *Adscribitur margini numerus titulorum editionis Lugdunensis, ne quid lector desideret — Superat haec editio Lugdunensem in priori parte Novellarum titulis cap.* 46. *in posteriore cap.* 37, ex quibus verbis *Weis* adstipulante *Hauboldo* [13]) Lugdunensem illam editionem non aliam, nisi Sennetoniorum fratrum aut *Hugonis* a Porta, nec vero Pesnotianam fuisse colligit et propterea quidem, quia apud Augustinum inter titulos silentio praeteritae sint Constitutiones, quae desint in Pesnotiana editione, adsint autem in Sennetoniana, et e contrario commemorentur, quae desint in hac, sed adsint apud Pesnotum. Quae an recte se habeant, in medio relinquo [14]); nihil enim proficiunt ad stabiliendum contextum editionis Augustinianae. Gravior est altera quaestio, an *Augustino*, quum *Miraei* editio anno 1561 apparuerit, *Augustini* anno 1567, illa quoque ad manus fuerit, quod negare non ambigo, quippe quum alias Augustinus non potuisset pergere: „*Ex his omnibus libris — Iulianus noster magis limatus prodit, et plenior. quamvis quaedam adhuc mutila sint, et quae manus aliorum, atque auxilium exposcant,*“ aut editionem suam in loco supra laudato appellare *pleniorem et splendidiorem.* Neutrum enim quadrat in *Miraeum*, qui Augustino et plenior et splendidior est, quare *Augustinum* v. „*plenior*“ non nisi ad editionum ante Miraeum divulgatarum aliquam applicasse manifestum est. Ignorasse igitur videtur Augustinus Miraeum, non vili pependisse, quod, praeeunte *Desmaresio,* censet *Haubold* [15]) miratus, Miraeum nunquam ab Augustino commemorari, praesertim quum Augustinus habeat Constitutiones (v. c. Constitutionem 42, quae est apud Miraeum decima), variasque lectiones in indice, quas unde sumpserit, nisi ex Miraeo, demonstrari nequeat, qua despicientia motus Pithoeus novam editionem Augustino adversantem paraverit: quae quidem rationes primo adspectu verisimilitudinis speciem prae se ferunt, attamen attentius perpensae ad nihilum reducuntur. Passus est vir ceteroquin vigilantissimus se decipi ab auctore vitae Petri Pithoei [16]) eiusque sectatore *Desmaresio* iisdem fere verbis de eadem re disserentibus et ab *Hu-*

---

6) Cf. Nov. 9, 11, 22, 33, 34, 111, 114, 115. *Baro* l. c. p. 244. [illegible] *Constitutiones suo quamque loco inseruimus,* [illegible] *quae de eadem re scriptae sunt.* Mutavit igitur consilium, quod aperuerat in Epistol. lib. I. num. 7. Cf. *Haubold* l. c. p. 171, not. 45, p. 172, not. 47, ubi *Augustini* vv. 7) Suppl[e]vit ea in appendice vid. supra [illegible] 8) Nov. 22 (Iul. Const. [illegible]) [illegible] subscriptio penultimo capiti subiecta est; Nov. 98 (Iul. Const. 91); Nov. 118 (Iul. Const. 109) et aliquot Novellarum, quas not. 6 ab Augustino inculcatas esse diximus. 9) Exempla sunt Const. 4, c. 2 et 3; Const. 7, c. 9 et 10; Const. 15, c. 8 et 9; Const. 21, c. 4 et 5; Const. 24, c. 4—6; Const. 73, c. 2—4; Const. 107, c. 3 et 4. 10) Veluti Const. 2: „Nulla licentia sit mulieri“ pro (sec. Mir.) „Nulli mulieri sit licentia;“ Nov. 6: „Haec constitutio in primo capite de consecratione episcoporum loquitur“ pro (sec. Mir.) „Haec constitutio de consecratione episcoporum in primo capite loquitur“ et ita centies. 11) De codd. ab Augustino tractatis vid. supr. cod. 19, p. XVIII et codd. deperditos num. 12 et 13 ibique not. 14, 15. 12) Praefat. cit. l. c. 13) l. c. p. 163. 14) Nolo tamen tacere, numeros titulorum editionis Lugdunensis eorumque scripturas consonare cum Sennetoniis, non cum Pesnoto. Vid. supr. num. 3, *h.* 15) *Haubold* l. c. p. 167. 16) *Vie de Pierre Pithou avec quelques Memoires sur son Pere et ses Freres.* Paris 17[illegible], 2 Tom. 8. Auctor libri est *Grosley*, ubi Tom II. p. 106 sqq — 243 agitur de Vita Francisci Pithoei (*Memoires sur la vie et sur les ouvrages de François Pithou*) et inter alia p. 111 sq. de Augustini despicientia Miraei, deque Pithöei persequendae iniuriae Gallis illatae studio. Operae pretium erit *Grosleyi* verba referre. Illustrant enim quaestionem in virum eruditione illustrem motam: „Antonio Agustin, célèbre Jurisconsulte Espagnol, venoit de donner une Edition des Novelles de Justinien, traduites par l'Antécesseur Julien: il avoit enrichi cette Edition d'un sçavant Commentaire: il l'avoit ornée de toutes les recherches que comportoit une aussi ancienne et aussi importante Collection. L'objet principal (!) d'Agustin, dans cette Edition, étoit de relever les fautes, que sa profonde sagacité lui avoit fait découvrir dans une Edition de la même Collection, que Louis le Mire en avoit donnée depuis quelques années, sous les auspices, sous les yeux, et, pour ainsi dire, sous la garantie de Cujas. François Pithou, Eleve de ce grand Maître, ne put voir tranquillement un Etranger (!), un Espagnol, s'ériger en Juge, et prononcer contre un François (!), dont l'Ouvrage avoit mérité le suffrage de Cujas. Voici le tour qu'il prit pour venger Cujas et la Jurisprudence Françoise, de cet Acte d'hostilité (!). Il avoit de la Bibliotheque de Pierre Pithou, son frère, un très beau Manuscrit de ces mêmes Novelles, traduites par Julien: il conféra l'Ouvrage d'Agustin avec ce Manuscrit, et se mit en état de prouver, que toutes les conjectures du Commentateur Espagnol, toutes les corrections, qu'il avoit imaginées, toutes les restitutions, qu'il avoit entreprises, dans la vue d'éclipser celles de l'Edition de le Mire, se trouvant contredites par le texte de l'ancien Manuscrit, ne laissoient aucun fondement à sa critique. Il fit donc imprimer à Basle, en 1576, d'après son Manuscrit le Texte des Novelles de la traduction de Julien; et y joignit l'Ouvrage d'Agustin, et celui de le Mire sur ces Novelles; il y ajouta quelques Notes sur les endroits les plus difficiles, que l'Editeur Espagnol avoit passés; il développa ceux, qu'il avoit mal saisis: en un mot, sans paroître attaquer directement Agustin, il mit le Public en état de prononcer contre lui en faveur de le Mire. Tout cela réuni, forma un Volume in folio, qu'il dédia à Pierre Pithou, son frère“ (sequitur Epistola traduite en françois) et p. 120 sq.: „Cette Epître m'a paru intéressante — par la tournure qu'il prend pour rendre à Antonio Agustin la critique qu'il avoit osé faire d'un Ouvrage protégé par Cujas. Pour écarter de cette critique toute idée de récrimination, il suppose, que le Jurisconsulte Espagnol ne connoissait pas même l'Ouvrage du Jurisconsulte François. S'il attaque ensuite l'Ouvrage du premier, c'est sans rien dire de son chef: il ne lui oppose que le manuscrit de son frère: ainsi cet ancien Manuscrit devient le seul Antagoniste d'Agustin. Ce genre de critique con-

gone [17]. At *Augustinum* haud improbabile est, e codicibus, quos consuluit, inprimis ex Alciati codice pervetusto varias lectiones cum Miraeo saepe concinentes deprompsisse, *Pithoeus* autem ne verbum quidem pronuntiat, quod Augustinum furti arguat, potius diligentiam Augustini laudat queriturque magnum Hispaniarum ornamentum de Miraei editione nihil audivisse [18]. Deinde tantum abest, ut Pithoeus adversatus sit Augustino, ut suam editionem ex Augustino locupletaverit atque emendaverit [19]. Quominus autem Augustinum invidiose contra Gallos egisse mihi persuadeam, impedior moribus viri, propter probitatem, qua excelluit, ab aequalibus summe laudati [20]. Quapropter adducor, ut causam silentii Augustini de Miraeo quaerendam esse arbitrer in iniqua temporis, quo Augustinus operam navavit Iuliano, conditione et afflicto statu publico Galliarum Hispaniarumque commercium librorum invicem intercludente.

8) *Volumen Locupletius Quam Antehac. Continet enim praeter posteriores tres libros Codicis, Novellas et Feuda, multa alia pagina sequenti declarata.* (Post haec in media pagina insigne officinae artificiose aeri incisum, iustitiam in arcu sedentem repraesentans et leonem erectum, sed sine apibus, adiecto praeterea ad imam partem rubro colore anno 1575.) *Lugduni.* Forma max., col. 521—635 sub titulo: *Iuliani patritii antecessoris Constantinopolitanae civitatis in Iustiniani Novellas Constitutiones Epitomata* [1]. Propter signum leonis *Haubold* et *Biener* [2] hoc volumine repetitum exemplar editionum Iuliani, quae ex officina fratrum Gabianorum a. 1562 et 1567 in publicum prodierint, contineri existimant. Fundamentum editionis est Miraeus. Sustulit enim editor Miraeum secutus divisionem in duos libros recepitque Constitutiones atque capitula Epitomes eodem sermone et ordine, quo sunt apud Miraeum, et insuper Constitutiones, quas Miraeus post Epitomen primus ediderat. Per contrarium aeque certum est, Sennetoniorum quoque fratrum et Pesnoti editiones promiscue a *Pardulpho Prateio*, qui Gabianorum Corpori Iuris operam dedisse dicitur, adhibitas fuisse [3]. Communes enim cum eis hoc Volumen habet multas scripturas a Miraeo discrepantes [4]; sunt etiam transposita capitula 176, 421, 422 post cap. 90 et deest cap. 73. Praeterea maximam partem omissae sunt notae, graecae potissimum, quas Miraeus margini adposuerat, aliae contra habentur, quae non inveniuntur, nisi in illis editionibus [5]. Multis erroribus inquinata est haec editio. Capitula 36—39 repetita sunt post cap. 47 et cap. illa 176, 421, 422 suo loco rursus exhibita. Proinde numeri quoque capitulorum non ubique concinunt cum numeris, quos Miraeus habet, nam capitibus 36—39, ubi secundo loco exstant, adpositi sunt numeri 48, 49, 50, 51, et proximo capitulo, quod apud Miraeum XLVIII. est, num. LII. Quatuor igitur numeris hoc capitulum auctum est, totidemque numeris sequentia capitula usque ad cap. 72, post quod, quum exciderit cap. 73, uno numero illa enumeratio decrevit usque ad cap. 93 (Mir. et infra 90), ubi cap.

---

vient, à l'égard surtout des Ouvrages des Etrangers: il courte tout seul son de passion, de jalousie, et de préjugé national'. François Pithou en fit usage dans l'occasion [illegible], de manière, que l'on pourroit même douter, qu'il eut eu dessein d'attaquer Augustin, s'il ne disoit lui-même dans le Pithoeana: Mes Notes sur Julien sont faites contre Antonius Augustinus". quae verba [illegible] in *Pithoeanis*, dubitationem de mea sententia inicere [illegible], nisi referenda essent ad *Varias Lectiones*, quas Pithoeus [illegible], correxit, nam in ipsa Iuliani Epitome nullae sunt Pithoeanae notae Augustino adversantes. Quod attinet ad Pithoeana, ea *B*[illegible], *Pet. Pithoei Vita.* Paris 1716. 4. p. 113 in bibliotheca Pelleteriana exstare, sed nondum edita esse scribit. *Grosley* autem l. c. I. I. 29: „*Ces Collections* [illegible]" Exemplum [illegible] in libro: *Scaligerana*, *Thuana*, *Perroniana*, *Pithoeana et Colomesiana*. Tom. I. Amsterdam 1740. 8. p. 489—525, ubi vero Antonius *Augustinus* ne littera quidem commemoratur. Ceterum qui vult scire scriptores de Pithoeanis, inspiciat *Le livret des Ana. Essai de Catalogue Manuel par E. H. L.* (E. H. Ludwig) *Bibliophile.* Dresde 1837. 8. min. Edition tirée à Cinquante Exemplaires, quorum VI. possidet Bibliotheca Lit. Univers. Lipsiensis p. 29, num. 237, „*Pithoeana*". Alterum librum paucis exemplaribus divulgatum: *Namur*, Bibliographie des ouvrages publiés sous le nom *ana*. Bruxelles 1839, non potui impetrare. 17) Civilistisches Magazin. Tom. III. p. 126 et 244, ubi not. *H.* siglum Hugonis est. *Hugo*: Lehrbuch d. Geschichte des Römischen Rechts seit Iustinian. 3. ed. Berlin 1830. 8. p. 232, Miraei editionem ab Augustino vituperatam fuisse scribit, quod unde habeat *Hugo*, equidem nescio. Vacillare Hugonem cognoscitur ex p. 244 paulo ante cit. 18) In epistola ad fratrem: [illegible] *est omnium Iacobus Cuiacius, utriusque nostrum magister: quo adiutore perelegantem illius editionem atque ceteris pleniorem procuravit Ludovicus Miraeus abhinc annis aliquot. De qua aliquid inaudisse magnum Hispaniarum ornamentum Antonium Augustinum pervelim. Accessissent quidem satis multa ad tantam diligentiam, quam in eodem limando eruditissimum adhibuisse virum indicant quae adiecit paratitla, indices, variae lectiones, obscurorum verborum significationes. Nec tamen omnia sine mendis.* 19) Vid. infra ad editionem Pithoei pag. XXX. 20) *Greg. Majansius:* Epistol. Valentiae Edetanorum 1732. 4. p. 256: „*Eruditissimi Augustini diligentiae invidisse* [illegible] *plumis indigerent.*"

1) *A. W. Cramer*: Dispunctionum Lib. Singularis. Suerini et Vismariae 1792. 8. p. 100. *Biener*: Iustiniani Institutiones. Berolini 1812. 8. (Index Editionum p. XXVI) et Geschichte cit. p. 403, num. 113. *Savigny*: Geschichte cit. T. II. p. 241, not. 110 (ed. 1) et p. 256, not. *e* (ed. 2). *Spangenberg*: Einleitung p. 827 sq. *Haubold* l. c. p. 173. *Böcking:* Corpus Legum. Berolini 1829. 8. p. CV, num. X. 2) ll. citt. Prae manibus quidem habeo hanc editionem, verum destitutus editionibus ann. 1562 et 1567 nequeo certum iudicium de hac re facere; quare hoc solum moneo, in aversa tituli pagina inveniri eandem brevem praefationem cum pinace et vulgarium et recens adiectorum, quam eodem loco esse in editione ann. 1562 *Biener*: Geschichte p. 387 dicit. 3) *Hugo*: Geschichte des Römischen Rechts seit Justinian p. 258 (ed. 3). *Biener:* Geschichte p. 387. *Haubold* l. c. p. 168. 4) V. c. Const. 1 pr. Primum quidem *et* in digestis. Cap. 1 [illegible] sententiam — portionem sibi [illegible] — *habuerit*. prius — ex supra scriptis personis [illegible] — honorati sunt. Quod si nemo ex his vel *non* potuerit — *cui primum libertatem* donavit — partem (om. *memoratam*) admittere: tunc — *impleturus ea sit* — *nulla eorum comprehendatur mentio* — *sed et ipso.* Cap. 2 heredibus *trium testium adhibito testimonio* etc. Videtur *Prateius* magis Sennetoniorum editione usus esse quam Pesnoti, qui initio Epitomes contextum ex Sennetoniana ad verbum fere hausit, sed procedente libro ab hac recedens a Prateio semotus est. 5) Hic illic inveniuntur adnotationes, quae desunt apud Sennetonios fratres et apud Pesnotum. Vid. Epit. cap. 4 et 26. al.

176, 421, 422 inculcatis praefixi sunt numeri 94, 95, 96, itaque effectum est, ut capitulum 91 (Mir.) numeretur 97, cap. 92 numeretur 98 et sqq., usque dum post cap. 278 (Mir. et nos 276) editor transit ad numerum 289 (Mir. et nos 277). Sed iam satis dictum est de hac editione, quae meo iudicio nullius pretii est. Praeterea in extrema quoque parte Miraeana editio subiit mutationes, nam Constitutionem „Quam iam videor" illico sequitur, omissis Scholiis, Epitome Nov. 134 de Vicariis (col. 626), hanc Nov. 34 (col. 627), rubrica de *Raptu mulierum*, et infra hanc vox *Finis*. Reliquas denique columnas complent Pragmatica Sanctio et Constitutiones Iustini II., Iustiniani, nec non Pragmaticum Tiberii (Mir. p. 190—195) iterum cum subscriptione *Finis* (Col. 635, v. 27). Index capitulorum Epitomes deest, pro eo excipiunt Edicta Iustiniani Pragmaticum Tiberii.

9) *Imp. Iustiniani Novellae Constitutiones, Per Iulianum Antecessorem Constantinopolit. De Graeco Translatae. Nunc primum restitutae, emendatae et auctae. quibus adiectae sunt eiusdem Iustiniani et Iustini Impp. constitutiones aliquot nunquam antea editae. Ex Bibliotheca Petri Pithoei IC. Accessere praeterea Paratitla sive scholia et verborum quorundam Iuliani interpretatio auctore Antonio Augustino Episcopo Ilerdensi, ut de caeteris taceam quae versa pagina indicabit.* (Sequitur pictura aeri artificiose incisa [illegible] sive [illegible], quasi [illegible] et a quattuor puellis, quarum [illegible] manibus sursum ferunt, sustentatum repraesentans, intra quem, praeter aedes aediumque columnas, mulier conspicitur, quae ante has erecte stans in lapide quadrato et inscripto „Lucerna Pedibus Meis Verbum Tuum" in dextra lampadem accensam tenet, in sinistra baculum.) *Basileae Ex Officina Petri Pernae* CIↃIↃLXXVI. *Cum privilegio S. Caesareae Maiestatis.* fol.[1]) In aversa tituli pagina enumerata sunt „Quae hoc volumine continentur" et haec quidem[2]): Iuliani antecessoris Constantinopolitani Novellarum Iustiniani epitome[3]) (p. 1—199); Scholia in Novellas aliquot (p. 200—205 med.)[4]); Eiusdem Iuliani dictatum de Consiliariis (p. 205 med.—207 v. 8 [illegible]); Eiusdem collectio de tutoribus (p. 207 v. 9 — p. 208 v. 4); Imp. Iustiniani Edictum fidei confessionem continens et refutationes hereseōn. Ex lib. manuscript. (p. 208 v. 5 — p. 229 v. 13)[5]); Eiusdem Iustiniani Imp. pragmatica sanctio[6]) ad petitionem Vigilii Papae continens varia capitula (p. 229 v. 14 — p. 236 v. 15); Eiusdem Iustiniani Constit. tres[7]), quarum II nunc primum eduntur (p. 236 v. 16 — p. 238 v. 16); Iustini Imperator. Constit. tres, quarum I. (i. e. una) nunc primum editur[8]) (p. 238 med. — p. 241); Pragmaticum Tiberii Imp. de confirmatione pragmatici Iustini Imp.[9]) (p. 242); Iustiniani Imp. Novella de Adiutoribus Questoris, non prius edita (p. 243 — p. 245 v. 12); Eiusdem Imp. Nov. de successoribus eorum qui in Affrica degunt, non prius edita (p. 245 v. 13 — p. 246 v. 32); Eiusdem Imp. Novell. de ecclesiis constitutis in Affrica, non prius edita (p. 246 v. 33 — p. 248); Glossarium[10]) sive Interpretatio [illegible] Iuliani (p. 249—258, potius 272); Verborum quorundam Iuliani interpretatio auctore Ant. Augustino Episcopo Ilerdensi[11]) (p. 273—281); Eiusdem Ant. Augustin. Paratitla sive scholia (p. 282—298 med.); Variae lectiones ex manuscript. libris (p. 298 med. — 332 s. finem[12]). *Praeponuntur* Index accuratus (quindecim folia non numerata) in quo singula quaeque capita Novellarum ad librum Codicis competentem referuntur[13]); Authenticarum constitutionum quae inseruntur Codici Iustiniani index, ad interpretationem Iuliani relatus (duo folia non numerata); Capita Novellarum quae ex eiusdem interpretatione in iure pontificio referuntur[14]). Hactenus ipsissima verba editoris sive typothetae, ex quibus hanc editionem copia rerum superioribus praestare, palam est, etsi non omnia enumerata sunt, quae insunt editioni: haec enim accedunt: a) Epistola (Francisci) Petro Pithoeo F.; b) Praefationis Boherianae pars; c) Epistola Ludovici Miraei Lectoribus S.; d) Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis In Iuliani Antecessoris Constantinopol. Novellarum Iustiniani Imp. Epitomen Praefatio; e) Locus ex Andreae Alciati Parerg. lib. 2. c. 46 desumptus et Omissa in p. scil. 266. vers. τοῖς χάρταις; f) Errata graviora[15]), quae res omnes complent quinque plagulas interiectas post primam, in qua frons libri est, et ante plagulam, quacum Index Capitulorum incipit; g) Scrimgerianae Et Huius Editionis in Novellarum constitutionum ordine convenientia; denique h) in aversa ultimae sive 23 plagulae non numeratae pagina ante Epitomen ipsam Epigramma graecum Theaeteti. Multas igitur et diversi generis res complectitur haec editio. Franciscum *Pithoeum* editorem esse intelligitur ex epistola eius *Petro Pithoeo F*(ratri) inscripta, in qua *Franciscus* variis ceterorum lectionibus in cumulum Augustinianarum reiectis, permulta nunc primum restituta, emendata, aucta dari pollicetur — ex fratris — *exempla-*

---

1) *Grosley*, Vie de Pierre Pithou. Avec Quelques Mémoires sur son Père et ses Frères. Paris 1756. 8. T. II p. 111—122. *Haubold* l. c. p. 613. *Spangenberg* l. c. p. [illegible]. *Haubold* l. c. p. 174 sq. *Biener*, Geschichte p. [illegible] sqq. [illegible] *Mortreuil* l. c. T. I. p. 77. Exemplar editionis cum notis Stephani Baluzii possedit Ioan. Petrus de Ludewig. Cf. eius Vita Iustiniani. Halae Salicae 1731. 4. p. 251, not. 208. 2) Ab hoc paginarum editionis numero [illegible] sunt [illegible] 3) [illegible] Indicis auctor [illegible] est, distinguere, quum p. 195 sq. subsequantur nonnullae Constitutiones, [illegible] commemorari. 4) Ex Miraeo. [illegible] Dictatum de Consiliariis et Collectionem de Tutoribus, nec non epitomas Const. de Usuris [illegible] et de Pactis [illegible] sumpsit Franciscus ex fratris Petri editione Legis Dei sive Collationis LL. Mosaic. et Roman. 5) Secundum *Haubold* p. 175 latine primum editum a *Pet. Crabbe* in Collectione Conciliorum Omnium. Colon. Agripp. 1551. fol. T. I. p. 1001 sq. ed. 2. *Biener* p. [illegible] hoc edictum ex collectione aliqua conciliorum sumptum esse putat. 6) Ex Miraeo. 7) Const. De Adscripticiis et Colonis ex Miraeo et duae pro privilegio concilii Vizaceni. 8) Const. a) Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium, ex Miraeo. b) Pro Privilegiis Concilii Vizaceni, c) de Filiis liberarum in Africam directa, ex Miraeo. 9) Ex Miraeo. 10) Quod denuo a Francisco elaboratum laudat *Haubold* l. c. p. 177 et recepit *Hombergk zu Vach* in Append. Interpretationis Novellarum p. 9—52. In exemplari meo Pithoeanae editionis coaetaneus fere Francisco homo notavit post „Glossarium" „*Petri Pithoei,*" quasi Petrus fuerit auctor Glossarii. 11) Hanc quoque interpretationem recepit *Hombergk zu Vach* l. c. p. 53 sqq. et post eam Paratitla p. 66. 12) Eas ex Augustino sumptas esse docent p. 298 verba superaddita: „Ex quibus notatae A littera magis placuere Ant. Augustino Episcopo Ilerdensi, quam ea, quae ediderat." 13) Uberior est hic index indice Miraei. 14) Ea differre ab Augustini relatione recte monet *Haubold* p. 175. 15) Remansit tamen haud exigua multitudo erratorum, quae omissa sunt commemorari.

ris tui dicit — bono et pervetusto codice, a cuius scriptura vix ac ne vix quidem discesserit. In Glossario quoque, quod adiecit, se exemplarium nondum editorum, quae in peregrinatione viderat, scripturam nulla coniectura adhibita bona fide expressisse affirmat. De quaestione, num Pithoei codex idem ille sit, qui hodie Berolinensis 269 est, iam supra disputavimus. *Haubold* Pithoeo industriae laudem tribuit eiusque editionem omnium optimam esse censet, cui laudi ab omni parte adstipulari nequeo. Etenim fundamentum editionis est *Miraeus*, quem secutus *Pithoeus* numeros quidem et versus graecarum Novellarum, quos Miraeus ad marginem capitulorum adnotaverat, servavit, subscriptiones Constitutionum retinuit, nec numeros Constitutionum atque capitulorum mutavit ad CXXIV. usque Constitutionem. Abhinc vero continuis numeris adiunxit trium Novellarum Epitomen, mutata Constitutione, quae apud *Miraeum* CXXV. est, in Constitutionem CXXVIII. cap. 568 [16]. Verbis librorum manuscriptorum auxilio emendandis operam quidem dedit, sed multis in locis haud felici successu, nec silentio praetereunda est divisio Epitomes in duas Partes. De Glossario, quod ad exemplum verborum interpretationis Augustinianae elaboravit deque interpretando Iuliano eum promeruisse concedo; at vero e diverso *Pithoeum*, editione eius accurate perlustrata, in universum mihi persuasum est, magis quidquid ei visum est ad Novellas a Iuliano in breve contractas spectare, e codicibus, qui ei ad manus fuerunt, nec non ex antecedentibus editionibus, Augustini potissimum comportasse, quam critice rem egisse. Unde sumpserit lemmata post Const. XXXVII. primi omnium fere subsequentium Constitutionum capituli rubricae praefixa [17], nescio. Crediderim ex codice 4 sive Berolinensi 269, nisi codex et Pithoeus non solum variis lectionibus inter se discrepent, sed etiam lemmatibus ipsis. Habet enim codex 4 lemmata, quae *Pithoeus* non habet, v. c. lemmata Const. 71, 79, 99.

10) *Volumen Locupletius Quam Antehac: Continet enim praeter posteriores tres libros Codicis, Novellas et Feuda, multa alia pagina sequenti declarata.* (Sequitur signum leonis erecti apumque circumvolantium examine vexati — lion moucheté.) *Lugduni*, 1585. *Cum Privilegio Regis.* Forma maxima. Col. 521—635, praemisso titulo: *Iuliani patritii antecessoris Constantinopolitanae civitatis in Iustiniani Novellas Constitutiones Epitomata* [1]. Hanc editionem propter insigne leonis erecti, quod exstat in fronte, quintam esse Iuliani ex officina Gabianorum in publicum emissam putat *Haubold* [2], approbante *Savignio*, qui inter hanc editionem et primam, quae apparuit anno 1562, nullum discrimen intercedere contendit, scripturas autem diversas margini adspersas ex Augustino, quod opinari videtur *Haubold*, sumptas esse recte negat. Sed mirum, quamquam haec editio cum praecedente anni 1575 omnino consonat ambitu, reiectione divisionis in partes, numeris columnarum, signaturis, transpositis capitulis, tamen haud exigua est earum differentia. Forma typorum maior est, nihilosecius vero capita distant spatiosioribus intervallis aliud ab alio, literae initiales, quae Constitutiones ornant in editione anni 1575, paucis exemtis mutatae sunt in alias aut omissae; porro notarum aliquid hic illic in margine adiectum est [3], praeterea nec tituli columnarum [4], nec custodes, qui dicuntur, ubique congruunt [5]; denique etiam columnae 635, ubi finis est accessionum ad Iulianum, non est idem versuum numerus, nam ultimis sacri pragmatici Tiberii verbis „*effectum perducere non differat*“ terminatur in editione a. 1575 medius versus 26, eisdem autem verbis integer versus 27 in ed. a. 1585. Quae quum ita sint, hanc editionem superioris repetitionem esse concedo quidem, neque vero eandem solo mutato titulo. Erratorum typographi magnam esse copiam iam monuit *Haubold* [6]. Ranconeti codicem consultum esse in utraque editione colligere licet ex scripturis diversis Ranconeti in margine interdum notatis. Vid. c. 411 (col. 602), 429, 430 (col. 607).

11) *Volumen. Venetiis apud Iuntas* 1621. 4. [1] col. 89—214 [2]. *Haubold* recte existimat hoc volumine non contineri nisi repetitam editionem Iuntinam a. 1598; solus titulus mutatus est. Casu amisi notationes meas ad hanc editionem.

12) *Petri Et Francisci Pithoei Iurisconsultorum Observationes Ad Codicem Et Novellas Iustiniani Imperatoris Per Iulianum Translatas. Accedit Legum Romanarum Et Mosaicarum Collatio Notis Illustrata. Ex Bibliotheca Illustrissimi D.D. Claudii Le Peletier Regni Administri, Regii Aerarii Praefecti, Et Supremi Galliarum Senatus Praesidis Infulati. Cura Francisci Desmarés, Domini De Palis, Et De Luyéres, in Curia Patroni, et Facultatis Iurium in Universitate Parisiensi Doctoris Honorarii* (infra haec vv. scutum Regium). *Parisiis, E Typographia Regia.* MDCLXXXIX. fol. max. [1] Iulianus complet p. 403—647 [2] sive mediam quasi partem voluminis inter Observationes ad Codicem et Imperatorum Theodosii — Novellas Constitutiones XLII

16) Eam se errore inscripsisse De raptis mulieribus, quae raptoribus nubunt, ipse fatetur in Epistola ad fratrem vv.: „*De qua codice etsi aliquid desiderari credimus, et indicio sit Novella ultima, cuius inscriptio ex notatione mea nescio quomodo irrepsit.*“ 17) Praefixa sunt apud Pithoeum Constitt. 38—40, 42. 44—47, 51—64, 66, 69, 70, 72—78, 80—98, 100—102. 105 - 115, 125.

1) *Spangenberg* l. c. p. 840, num. 324. p. 813 sq., num. 245. *Haubold* l. c. p. 178, num. 16. *Biener*: Ind. edit. p. XXVII. Geschichte p. 415. *Böcking* l. c. p. CVI, num. XIV. *Biener* recte scripserat in Indice edit. Inst., leonem apibus vexatum (lion moucheté) exstare in fronte libri; errore hoc corrigit Geschichte p. 415. 2) l. c. p. 168, not. 43. 3) Col. 527 ad cap. 25; col. 528 ad cap. 28; col. 531 ad cap. 39; col. 535 ad cap. 60, col. 550 ad cap. 146; col. 610 ad cap. 445; col. 627 ad Const. 126, al. 4) In col. 585, 609, 613 ed. 1575 *Novella*, ed. 1585 *Novel.*, in col. 627, 628 ed. 1575 *Imp. Iustiniani*, ed. 1585 *Imp. Iustin.* 5) Exempla inveniuntur in col. 538, ubi ed. 1575 „De officio proconsulis Cappa- | dociae. MAGI“ (cust.), sed 1585 „De officio proconsulis Cappadociae Magi“ — (cust.); in col. 620 ed. 1575 „INLV.“, ed. 1585 „IN“; in col. 628 ed. 1575 „quibus“, ed. 1585 „Quibns“ —. 6) Vid. col. 529, 530, quarum titulus est: *Novell. Constitutio XII.* pro *VII.*; ultimam col. 635. quae numeratur 535. Alios errores utraque editio habet, e. g. in cap. 24 numerum 23, in col. 543 et 544 numeros 343 et 344. Sumpsi has notationes ex exemplaribus utriusque editionis, quae possideo.

1) *Spangenberg* l. c. p. 877, num. 408. *Biener*: Index cit. p. XXX et Geschichte cit. p. 419, num. 138. *Haubold* l. c. p. 180, num. 19. *Böcking* l. c. p. CX, num. XX. Exstat in Bibliotheca Facultatis Iuridicae Lipsiensis. 2) Iuliano additae sunt appendices; sequuntur XIII Edicta Iustiniani interpr. Agylaeo.

1) *Hoffmann* l. c. p. 612, not. *b*: „*omnium* (editionum) *locupletissima et splendidissima.*“ *Spangenberg* l. c. p. 594. *Haubold* l. c. p. 180 sq. *Biener* l. c. p. 419. 2) Ipse Iulianus aut computata appendice paginas 696.

praeposito hoc titulo: „*Imperatoris Iustiniani Novellae Constitutiones Per Iulianum Antecessorem Constantinopolitanum De Graeco Translatae. Nunc primum ad manuscriptos Codices Petri et Francisci Pithoei Fratrum restitutae et emendatae. Cum Notis Eorundem, et Antonii Augustini, nec non Scholiis et Lectionibus variis. Ex Bibliotheca* etc.[3]“ Quomodo tractaverit Varias Lectiones, Scholia, Glossaria Pithoeanae editionis, *Desmarés* declarat in epistola toti libro praemissa, ubi „*Observationibus*, inquit, *ad Codicem subiunximus Iustiniani Imperatoris Novellas, a Iuliano Antecessore Constantinopolitano in Epitomem redactas, et Latinitate donatas: appositis ad marginem Antonii Augustini Lectionibus variis, eiusque ad singulorum capitulorum calcem Scholiis, nec non Petri et Francisci Pithoei auctioribus Glossariis ex bibliotheca Peleteriana*“, quae verba *Haubold* l. c. p. 181 refert ad duo illa notis mss. fratrum Pithoeorum aucta exemplaria Iuliani a *Francisco* editi, quae *Ioannes Boivin*[4]) in vita *Petri* secundum chartas *Chuppii*[5]) cuiusdam exstitisse scribit: „*Dans ce même, in fol. est le Iulianus Antecessor, augmenté de quelques notes de P. et de F. Pithou, principalement dans le Glossaire,*“ et paulo post: „*Il Desmarés a le Iulianus Antecessor de Pierre*[6]), *où il y a des additions de lui, et il a celui, qui est annoté de la main de François. Monsieur Desmarés les a données dans sa dernière édition à la fin du Code.*“ Differre hanc editionem ex aliqua parte a Pithoeana anni 1576, *Haubold* demonstravit, sed potius ordine accessionum in priore editione distributarum, quam verbis Epitomes. Nam ut mittam suo loco deesse, quae in aversa pagina post titulum prioris editionis in hoc volumine dicuntur contineri[8], translatus est Index Constitutionum et Capitulorum post p. 746[7]), i. e. post Theodosii etc. Novellas repetita in hoc volumine editione divulgatas. E contrario Variae Lectiones, quae ultimas prioris editionis plagulas occupant, in capitulorum margine positae sunt eo, quo pertinent loco[8], sed diversa ratione, nam aliae in breve contractae sunt, aliae omissae, eae potissimum, quae litera *A.* (i. e. Augustini) et Ivonis nomine distinctae sunt in prima editione, novae denique, sed paucae adiectae. Eodem modo editor transferre continuavit, neque vero in margine ponere, sed singulis capitulis submittere has partes prioris editionis: Verborum Interpretationes ex Augustino receptas, vetera Scholia a *Miraeo* edita, Paratitla sive Scholia *Antonii Augustini* et Glossarium una cum additamentis *Pithoeorum* fratrum[9], satis esse putans pro eo ad modum Augustini exhibuisse in quinque Iuliani ultimis paginis „*Indicem Verborum obscurorum Iuliani, quae in scholiis interpretantur,*“ literarum ordine digestum et habita ratione locorum Iuliani, ubi verba illa sunt. Reliquae editionis primae Appendices hic quoque adsunt, sed hac differentia, ut p. 693 accedat initium Novellae 123 et tota Novella 5 ex vetustissimo Codice Canonum Ecclesiae Belvacensis literis Anglosaxonicis scripto, deinde p. 695 post Novellam 5 vetus interpretatio latina Novellae 65 ex Petri Pithoei ed. pr. Legis Dei huc translata. Quae causa sit, ut Index titulorum una cum reliquis rebus, quae folia tria non numerata initio editionis 1576 occupant, interiectis post p. 696 Novellis Theodosii, Valentiniani, Maioriani et Anthemii, post paginam 746 demum positus sit, explicari nequit, nisi socordia typothetae. Ceterum haec editio non sine erratis est[10], quamquam ea excellit omnibus Iuliani editionibus elegantia, typorum forma et nitore chartae. E diverso editor non omnino neglexit stu- [illegible][11].

13 Repetita editione prodiit *Augustini* Iulianus Lucae 1766. fol. in Operibus eius, Tom. II. p. 255—262 et p. 263—406, titulo praemisso: „*Iuliani Antecessoris Constantinopolitani Novellarum Iustiniani Imperatoris Epitome. Antonius Au-*

[illegible]

nihilosecius autem non inutile esse puto, quum ordo prioris editionis turbatus sit, seriem quoque partium, ex quibus haec editio constat, singil- [illegible] *Pithoei* ad *Petrum Fratrem*, sed hic ita inscripta: „Fratri Piissimo Et Incomparabili Petro Pithoeo I. C. Franciscus Pithoeus I. C.“; c) *Ni-* [illegible] In Biturigum Metropoli Doctoris Ordinarii Praefatio In Librum Novellarum (hic primum inter epistolas editorum Iuliani inserta); g) *Al-* [illegible] Edictum Iustiniani Fidei Confessionem Continens. 5) p. 673—679 vers. 12 a f. Pragmatica Sanctio Pro Petitione Vigilii. 6) p. 679 vers. 11 a f. — 696 Diversae Constitutiones, nimirum a) Iustiniani de Adscripticiis et Colonis; b) p. 680 et 681 Duae Iussiones Iustiniani pro Privilegio Concilii Vizaceni; c) p. 682—685 med. Tres Constitutiones Iustini: α) Ut possit ex Consensu Dissolvi Matrimonium; β) Pro Privilegiis Concilii Vizaceni; γ) De Filiis Liberarum; d) p. 685 med. — 686 vers. 13 a f. Sacrum Pragmaticum Tiberii de Filiis Colonorum et Liberarum; e) p. 686 vers. 12 a f. — 693 med. Iustiniani Constitutiones Tres: α) De Adiutoribus Quaestoris; β) Ut Hi, qui in Africa sunt; γ) De Africana Ecclesia; f) p. 693—696 α) duae illae Novellae ex pervetusto Belvacensi codice divulgatae, de quibus supra sermo fuit; β) Nov. de Alienatione Rerum Ecclesiae Mysiae Relictarum Pro Captivorum Redemptione Et Alimentis Pauperum, quam itidem supra commemoravimus. 7) Post paginam 696—746 Novellae Theodosii etc. 8) Sedecim plagulae non numeratae, quibus comprehenduntur α) Index Capitulorum Novellarum (Iuliani) etc; β) Appendicis ad Iulianum Index; γ) Authenticarum Constitutionum Quae Inseruntur Codici Index; δ) Capita Novellarum, Quae In Iure Pontificio Referuntur ex Iuliani Antecessoris Constantinopolitani Interpretatione; ε) Novellarum Ordo ex Exemplari, quo usus est editor, descriptus, quem, licet omnino non probaverit, studiosos tamen celare noluit; ζ) Scrimgerianae Et Huius Editionis In Novellarum Constitutionum Ordine Convenientia; η) Index Verborum Obscurorum Iuliani Quae In Scholiis Interpretantur. — Ceterum liber signaturas quidem habet, sed raro custodes.

gustinus Archiepiscopus Tarraconensis Emendavit, Et Auxit Additis latinis quibusdam Novellis Constitutionibus eiusdem Imperatoris, cum Paratitlis, sive Scholiis, et Variis Lectionibus, ac Verborum quorundam Iuliani interpretatione. Accedunt nonnulla ex Novellarum earumdem Libro, a Pithoeis Fratribus olim edito [1]." Sequitur Augustini praefationem monitum: „*Ad Lectorem. Verbis Iuliani subiacent Variae Lectiones: his Paratitla, sive Scholia. Paucae a nobis sunt animadversiones ad marginem appositae. Quae vero huiusmodi „ notam adiunctam habent, ea sunt ex Pithoeorum libro adiecta,*" quibus verbis habitum editionis significari *Haubold* opinatur, et meo quidem iudicio recte propter paginam VII. praefationis Tom. II. Operum Augustini, ubi *Iosephus Rocchius* typographus consilium editionis manifestius explicat, et ita quidem: *Nos hoc Basileensi exemplo (Petri et Francisci Pithoeorum fratrum Basileae Anno* 1576 *typis Petri Pernae) usi sumus, ut nostrum Ilerdense exemplar augeremus, atque illustraremus. Nanque Pithoei Frr. nonnullas Constitutiones pleniores ediderunt, quae in Ilerdensi volumine mutilae exhibebantur: Tum etiam aliquot addiderunt, quae nullo modo ab Augustino fuerant editae. Itaque nos quoque et illas expletas, ac perfectas edere; et hasce alias addere voluimus: Atque in margine scripsimus, quomodo eae Constitutiones se habeant in volumine Ilerdensi, aliaque etiam, quae rem explicare ac illustrare visa sunt. Multa etiam alia addiderunt Pithoei Frr. e quibus nos ea omnia, quae nostram possent editionem probatiorem reddere, usurpavimus; atque ad Pithoeana quaevis, ut perspiciantur, notam „*[2] *apposuimus.* Aperte igitur editor se prima Pithoeana editione usum esse dicit, sed ex *Hauboldi* sententia nonnisi in contextu et sine certo consilio. Habitus editionis is est: 1) Pag. 257—261 Praefatio Ant. Augustini et in proxima pag. Monitum Ad Lectorem; 2) p. 263—384 Epitome Iuliani, cum variis lectionibus et Paratitlis Augustini in unaquaque pagina textui subiectis, illis in binas versuum columnas distributis, his, quae *Haubold* ex Pithoei glossario aucta esse negat, trans paginam currentibus; 3) p. 385—391 Augustini Verborum Quorundam Iuliani Interpretatio; 4) p. 392—393 v. 19 Tituli Novellarum Constitutionum 98. quae in libro Authenticorum erant cum haec scriberet Augustinus; 5) p. 393 v. 20—p. 394 [3]) Tituli Novellarum Constitutionum 70. quae non erant in libro Authenticorum cum haec scriberet Augustinus [4]); 6) p. 395—402 Tituli, sive Epitome singulorum capitum Iuliani, quae in veteribus libris inveniuntur, et ut inveniuntur, Additis plerisque ex Pithoeorum libro capitum inscriptionibus: quibus huiuscemodi „ nota apposita est [5]); 7) p. 403—405 Index Authenticarum Constitutionum, quas Irnerius inseruit Codici Iustiniani; 8) p. 406 Iuris Pontificii capita ex Novellis. Eversum igitur esse ordinem appendicis Augustinianeae, apparet, quae mutatio, quatenus constitit in Variis Lectionibus et Paratitlis, non est vituperanda, quum accommodata sit locis, quo adnotationes pertinent. Ceterum Augustini editio accurate reddita est, non deformata typographi erratis.

Expositis editionibus, quas manu tractavi, transeo *Hauboldo* duce ad reliquas, quas non vidi; sunt autem eae: 1) *Volumen hoc complectitur (sic enim peculiari vocabulo vocant) Novellas constitutiones Iustiniani principis post repetitam Codicis praelectionem aeditas: (Authentica vulgo appellant) tres item posteriores Libros Codicis: Feudorum seu Beneficiorum duos: Constitutiones Friderichi secundi Imperatoris, Extravagantes duas Henrici septimi Imperatoris et Tractatum de pace Constantiae. Omnia ad vetustissimorum simul et emendatissimorum Exemplarium fidem recognita, emendata. Adcesserunt nunc primum et numquam antehac aediti Iustiniani Novellarum constitutionum libri duo cum multis annotationibus ex doctissimorum hominum commentariis, quae non parum lucis ac dignitatis huic Volumini afferunt. Lugduni apud Hugonem a Porta* 1558; et in fine: *Lugduni excudebat Bartholomaeus Fraenus.* Fol. max. [1]) Nonnullas huius editionis scripturas diversas a Sennetoniana edit. et edit. anni 1553 notavit *Haubold* [2]). 2) *Volumen locupletius quam antehac. Continet enim praeter posteriores libros Codicis, Novellas et Feuda, multa alia pagina sequenti declarata.* (Signum leonis erecti.) [3]) *Lugduni* 1562. In tergo tituli, praeter brevem praefationem sine die et nomine auctoris, *Pinax et vulgarium et recens adiectorum. Codicis libri X—XII. Novellarum Coll. IX. Earumdem Coll. X. Epitome Novellarum Iuliani Patritii. Edicta XIII Iustiniani. Constitutiones Iustini. Tiberii imperatoris constitutio. Constitutiones Leonis. Zenonis de novis operibus constitutio. Feudorum libri II. Longobardorum legum libri III.* Quid peculiare sit huic editioni, quae prodiit ex *Gabianorum* officina cura *Pardulphi Prateii*, iam supra expositum est ad editiones ann. 1575 et 1585. 3) *Volumen locupletius* [4]) *quam antehac. Continet enim praeter posteriores tres libros Codicis, Novellas et Feuda multa alia pagina sequenti declarata* (signum leonis erecti). *Lugduni* 1567. Forma maximá. Secundum *Hauboldum* sine nomine typothetae, secundum *Spangenbergium*: *excudebat Io. Ausultus* et rectius secundum

1) *Haubold* l. c. p. 183. *Biener*: Geschichte p. 393. 2) Secundum *Hauboldum* l. c. not. 60 ad Nov. 8, c. 2, 3, 5 p. 275; Nov. 11, p. 278; Nov. 13, p. 280; Nov. 16, p. 281; Nov. 20, p. 285; Nov. 24, 25, 26, p. 295; Nov. 27, p. 296; Nov. 30, c. 1, 3—6, p. 296 sq; Nov. 40, p. 304; Nov. 43, p. 305; Nov. 102—104, p. 340. Novellas 35—37, p. 299—303 (in eadem nota uncinis inclusas) *Haubold* in Iuliani Epitome exstitisse easque Iuliano a Pithoeo additas esse contendit. 3) Media pagina 394 vacat. 4) Qui tituli ordine literarum dispositi sunt, aliter atque apud Augustinum. 5) Titulis aucta est haec editio pag. potissimum 402 col. 2 post tit. 227 De aedificatione venerabilium locorum.

1) *Hoffmann* l. c. p. 613, not. *b*. *Spangenberg* l. c. p. 793. *Wenck* in Diariis Literariis Ienens. 1818. num. 7, col. 56 (Opusc. Academ. p. 362). *Haubold* l. c. p. 159, 491 sq. *Biener*: Index editionum cit. p. XXII et Geschichte p. 366. num. 81. *Böcking* l. c. p. IC et supra p. XXIII ad editionem Hugonis a. 1553, not. 2 et 3. 2) l. c. p. 159, 492 sqq. Omnes leviores nec admodum perspicuae sunt; quapropter a me omissae sunt repeti, ne destitutus editione a. 1558 inciderem in errores. Secundum *Böcking.* haec editio paululum differt a superiori a. 1553 nonnisi in inscriptione libri typorum formis, linearum discriminibus atque in numeris annum indicantibus. 3) *Spangenberg* l. c. p. 814. *Biener*: Index edd. cit. p. XXIII. *Haubold* l. c. p. 168, num. 7. *Savigny*: Geschichte. T. II. p. 241, ed. 1, p. 255 ed. 2, inprimis *Biener*: Geschichte p. 387 sq., qui diligenter descripsit hanc Voluminis editionem. 4) *Wenck* l. c. (vid. not. 1). *Spangenberg* l. c. p. 819, num. 259. *Haubold* p. 169, num. 9. *Biener*: Geschichte p. 391. num. 99. *Böcking* l. c. p. CIII. num. VIII.

Böckingium: *Ioannes Ausoult*; praeterea de sententia *Hauboldi* et *Bieneri* mutato titulo editionis a. 1562 accurata repetitio, quae inscripta: „Epitome Novellarum Iuliani Patricii“ inter Collationem X. Novellarum et tredecim Edicta inserta est. 4) *Imperatoris Iustiniani Novellae Constitutiones, Interprete Iuliano Patricio Ac Antecessore urbis Constantinopolitanae: hactenus desideratae, inter quas extant multae, quae in Graeco archetypo non habentur. Quibus accesserunt scholia seu notae incerti auctoris in aliquot constitutiones. His subiunximus ipsius etiam Iustiniani, Iustini iunioris, Tiberii constitutiones nonnullas antehac typis non excusas: Opus novum, omnibus iurisprudentiae studiosis non solum utile, verum etiam necessarium. Brugis Fland. Excudebat Hubertus Goltzius anno* 1570. 4.[5] *Savigny* collata hac editione cum illa anni 1565 nullam esse inter eas gravioris momenti differentiam affirmat[6], nisi quod accesserunt in titulo editionis a. 1570 verba: *Opus novum* etc. et prima plagula[7] typis iterum excusa est. 5) *Volumen. Augustae Taurinorum apud haeredes Bevilaquae* 1576. fol.[8] 6) *Volumen. Lugduni* 1580. fol. cum signo leonis erecti[9]. Liber rarus, cuius primam notitiam dédit *Struv*[10]. Gabianorum videtur quarta editio esse, repetita ex superioribus annorum 1562, 1567, 1575, itaque Iulianum comprehendisse. 7) *Volumen. Venetiis apud Iuntas* 1592. 4.[11] Ibi iterum contineri editionem Gabianorum anni 1562 putant *Haubold* et *Biener*. 8) *Volumen legum tam posteriores tres Libros Codicis, Authenticasque seu Novellas constitutiones D. Iustiniani Imp. quam ceterorum principum edicta et extravagantes, Feudorum consuetudines ac Longobardorum leges continens, cum lectionum varietatibus diligentius, quam antea, in margine adpositis, post Accursii commentarios, Contii scholia, aliorumque Iurisprudentum observationes, intellectus singulares et additiones, nunc recens Iac. Anelli de Bottis ac Augustini Caravitae — adnotationibus illustratum. Leges vero atque constitutiones nunc primum additas versa pagina commonstrabit. Tomus quintus. Cum privilegio. Venetiis apud Iuntas* 1598. 4.[12] Col. 89—207. Dicitur haec editio per omnia Iuntinam anni 1592 sequi et ad exemplar anni 1562 expressa esse. Vid. num. 7 antec.[13]

Sermo erat in superioribus de XXI editionibus Epitomes Iuliani ab *Hauboldo* explanatis, nec videntur plures exsistere, quum *Bienero* non contigerit omni adhibita cura adhuc incognitam aliquam editionem detegere. Itaque nihil superest, quod ad editiones attinet, nisi expositio interpretationis Germanicae Iuliani, quam publicavit *Iustinus Gobler*. Valde inter doctos disceptatum est de huius interpretationis editionibus, quarum plures in libris relatae sunt, equidem vero duas possideo, alteram a. 1564 et alteram a. 1566. Illa in fronte gerit titulum: *Novellae Constitutiones.* **Des Großmächtigsten, Hochberümpten, Heiligen, Christlichen Fürsten und Herrn, Herrn Justiniani Römischen Keysers** &c. Newen Satzungen, Zwey Bücher, Inhaltend die Sum Geistlichs und Weltlichen **Rechtens.** **Von** *Iuliano Patricio et Exconsule (ut putatur)* beschriben, Jetzt aber durch den Hochgelehrten Herrn Justinum Gobler von **S. Gwere**, der Rechten Doctorn, und Burgern zu Franckfort am Meyn, in gemeine Teutsche sprach transferirt und bracht. Allen liebhabern der **Warheit** und Gerechtigkeit furderlich, nutz unnd dienlich. [illegible] Zusampt angehenckter beschreibung vñ erklerung der Canonum und Regulen der heiligen Apostel &c. Auch der vier vornemsten altesten Concilien. nemlich. des Nicenischen, Constantinopolitanischen, Ephesinischen, und Chalcedonischen, mit jren Decreten. Auß dem Latin jetzt newlich verteutscht, durch Herrn Justinum Gobler von Sanct Gwere, Doctor, &c. [illegible] inter binas manus digitum indicem porrigentes.) *Cum Gratia et Privilegio Imperiali novo.* (Ara sacrifica cum flammis.) **Getruckt zu Franckfort am Meyn, Bey Christian Egenolffs Erben.** *M.D.LXIIII.* Fol. Liber constat 1) quatuor foliis sine numeris, in quibus habentur: a) titulus, b) praefatio *Iustini Göbler* **von S. Gewere** inscripta *Danieli*, Moguntinensi archiepiscopo et subscripta: „*Datum Franckfort in Mense Septemb. Anno* 1564 (fol. 2—4), c) Clypeus rotundus cum effigie Gobleri et aetate eius prope caput indicata vv. 1564 *Aetatis LXI* cumque circumducta in margine inscriptione: *Iustinus Goblerus. Goarinus Iuris. Consultus. Doctor* (fol. 4b). d) Quindecim versus latini *de aerumnis vitae* (fol. 4b). 2) Fol. I—LXXXa sequitur Epitome Iuliani inscripta iisdem fere verbis, quibus est in titulo editionis[2] et subscripta in fine: **Ende des Epitomes der Zweyer Bücher Keysers**

---

5) *Spangenberg* p. 593. *Haubold* p. 173, num. 11. 6) *Haubold* l. c. not. 18. 7) Aut primas paginas, non *Bogen*. 8) *Biener*: Index cit. p. XXVI. *Spangenberg* p. 832, num. 295. *Haubold* p. 174, num. 13. *Biener*: Geschichte p. 407, num. 118. *Böcking* l. c. p CVI, num. XII. *Biener* dubitat, utrum haec editio repetita sit ex Sennetoniana an ex Gabianorum aliqua editione. 9) *Spangenberg* p. 833, num. 302. *Biener*: Index, p. XXVI. *Haubold* p. 178. num. 15. *Biener*: Geschichte p. 411, num. 122. 10) Librum rarum descripsit *Struv*: Bibliothec. iur. 1756, p. 46 et Histor. iuris p. 395. 11) *Spangenberg* p. 852 sq., num. 341. *Biener*: Index p. XXVIII. *Haubold* p. 179, num. 17. *Biener*: Geschichte p. 416, num. 132 et inprimis p. 616. *Böcking* p. CVII, num. XVI. 12) *Spangenberg* p. 860, num. 357b. *Haubold* p. 179, num. 18. *Biener*: Geschichte p. 417, num. 134. *Böcking* p. CVIII, num. XVII. Deest in Indice Bieneri. 13) Referunt *Haubold* p. 185 et *Biener*: Geschichte p. 418, num. 136, *Conradum Rittershusium* in animo habuisse novam Iuliani editionem curare aut saltem Epitomen emendatam cum critica Novellarum editione coniungere. *Abraham* quoque *Wieling* dicitur parasse novam prelo submittendam editionem Iuliani, historice explanatam. Fons huius notitiae est: „Juristischer Büchersaal Bd. II. p. 709 una cum *Joh. Friedr. Jugler*: Beyträgen zur juristischen Biographie. Bd. VI. p. 210 sq.“ *Haubold* p. 186 hanc notitiam haud probabilem nec fide dignam esse censet.

1) Nota nomen diverse scriptum; quod h. l. et in Epistola ad archiepiscopum Danielem est *Göbler*, in subscriptione Epitomes et alibi *Gobler*, in scuto cum effigie *Goblerus*, apud *Ioecherum*: Allgemeines Gelehrten-Lexicon *Gobler*, *Goebler*, *Gobel*. *Koch*: Vorrede zur Hals- oder Peinlichen Gerichtsordnung Kaiser Karls V. Giessen 1800. 8. §. 11, p. 46 sq. non vult eum scribi *Göbler*, nec *Spangenbergio*: Iustinus Gobler und seine Uebersetzung der Carolina (Neues Archiv des Criminalrechts B. VII. Halle 1825. 8. p. 438) probatur haec nominis mutatio. Idem Goblerum nec Goslariensem fuisse nec Iustum recte appellari monet. De Gobleri scriptis ad ius criminale et processum spectantibus cf. potissimum *Georg de Waechter*: Archiv des Criminalrechts. 1836. p. 8 et 14 sq. 2) **Des Großmechtigstē — Newe Satzungen, im Griechischen genannt** νεαρῶν. **oder** αὐθεντικῶν, **im Latein,** Novellarum Constitutionum Domini Iustiniani, Sacratissimi Principis et Imperatoris Epitomes Libri duo, a Iuliano Patricio et Exconsule (ut putatur) compendiosè conscripti. **Innhaltendt die Summa Geystlichs und Weltlichs**

Justinians Novell Constitutionen, durch H. Doctorem Justinum Gobler von Sanct Gewere, rc. verteutscht. Fol. XXXVII. [illegible] Pompa triumphalis aeri incisa. Fol. LXXXb vacat. 3) Fol. LXXXI—LXXXVI. Canones oder Regeln der heyligen Aposteln, durch Clementem, so vo Petro dem Apostel zu einem Bischoff zu Rome ordiniert worden, zusamengesetzt, Unnd jetzundt durch Doctorem Justinum Gobler von Sanct Gewere, rc. verteutscht [illegible] *Iohanni* [illegible] *Trevirensi*, [illegible] Franckfurt, den ersten Septembris, Anno, rc. LXIIII. 1564. 4) Fol. LXXXVII—CXII. Beschreibung der Vier vornembsten Concilien, des Nicenischen, Constantinopolinischen, Ephesinischen, und Calcedonischen, sampt jhren Decreten, Auß dem Latein durch Doctorem Justinum Goblerum von S. Gwere, rc. in Teutsch verwandelt. 5) Fol. CXIII—CXLV. Kurtze und gründtliche Außlegung der Artickel Christlichs Glaubens, vor zeiten im Concilio zu Nicena verhandelt und beschlossen, deren sich die heylige Christliche Kirch noch heutigs tags gebraucht, Durch Doctorem Justinum Goblerum verteutscht, [illegible] Franckfurt, [illegible] Septem. 1564. Pompa triumphalis ut supra. 6) Fol. CXLVb et quinque foliis sine numeris, in quibus a) fol. I. Anmerckung und deutung etlicher frembder ungewenlicher wort, so in diesem Epitome befunden werden, nach ordnung des Alphabets, [illegible]. Fol. [illegible] Pompa triumphalis ut supra. b) Fol. II—IV. Register in Epitomen Novellarum Constitutionum Keysers Justiniani. Pompa triumphalis ut supra. c) Fol. IVb [illegible] 133. [illegible] *Liber* [illegible] *Iuliani* [illegible] d) Fol. V. *Christiani Egenolphi* effigies aeri incisa, infra quam: Getruckt zu Franckfort am Meyn, Bey Christian Egenolffs Erben, M.D.LXIIII. Ultima pagina vacat. [illegible] *Boxa* [illegible] *Pesnoti* [illegible] 1. 1578 [illegible], nam eadem est apud Goblerum divisio Epitomes in duos libros atque apud Pesnotum; eadem in unoquoque libro quantitas et series *titulorum*, neque ulla offendit differentia summariorum sive lemmatum titulorum, denique etiam adnotationes marginales editionis Lugdunensis receptae sunt ab interprete. Verum quis glossas et adnotationes nonnullis titulis adiectas conscripserit, ignoratur quidem, sed ipsum Goblerum hoc fecisse haud improbabile est, quia in iis nominantur Alciatus, Budeus, Hermanni Figuli Hirsfeldiani lexicon iuris [4], nec alius videtur insolitorum verborum interpretationis auctor fuisse. — De repetita a. 1566 interpretationis editione haec habeo. Titulus voluminis is est: *Novellae*. Daß ist · Des Allerdurchleuchtigstẽ hactenus rubro colore et floribus artificiose colligatis, Großmechtigsten Keysers Justiniani Newe Satzunge. Welchen deß Fürtrefflichen und Hochgelehrten Herrn Juliani, etwan gewesenes Burgermeisters zu Constantinopel Summarischer und kurtzer Außzug dieser Novellen, bessers, gründtlichers und leichters verstandts halben, dem Leser zu guten, angehenckt. Mit sonderm fleiß auß dem Latein inns Teutsche bracht, und mit etlichen Summarischen Außlegungen erklärt, durch den Hochgelehrten Herrn Justinum Göblern, der Rechten Doctorn und Bürgern zu Franckfurt, dergleichen noch nit außgangen — Getruckt zu Franckfurt am Mayn, bey Christian Egenolffs Erben, im jar unsers Herren, M.D.LXVI. fol. (Constat hoc volumen foliis 338 et 165 Novellis in Germanicum sermonem versis; in adverso sequentis folii, quod sine numero est, conspicitur effigies Gobleri suppositis versibus latinis, in aversa vero pagina insigne officinae et annus edit.) Huic volumini in exemplari meo adiunctus est Iulianus iterum mutato titulo: Außzug Des Allerdurchleuchtigstẽ Großmächtigsten Christlichstẽ Fürsten und Herrn, Herrn Justiniani Römischen Keysers, newer Constitutionen, darinn der Kern Geystlichs und Weltlichs Rechtens auffs kürtzst begriffen, Von Juliano, vor etlichẽ hundert jarn etwan gewesenem Bürgermeyster zu Constantinopel, zu gründtlicherm und bessern verstand vorgehender newer satzungen gemacht und beschrieben, und jetzt durch den Hochgelerten herrn Justinum Göbler der Rechten Doctorn unnd Bürgern zu Franckfort am Meyn, den liebhabern der Warheyt unnd gerechtigkeyt zu gutem in gemeyne Teutsche sprach gebracht. Zusampt — Zu Franckfort am Meyn, Bey Christian Egenolffs seligen Erben, Im Jar M.D.LXVI; inscriptio autem ipsi Epitomae post praefationem praefixa concinit cum editione a. 1564 [5]. Quod attinet ad Epitomen Iuliani, concinit haec editio cum illa anni 1564 charactere typorum, quantitate et numeris foliorum, custodibus qui dicuntur et signaturis, quantitate versuum in quaque pagina et literarum in quoque versu, nec quidquam mutatum est in editione a. 1566, nisi ultimum sive tertium praefationis folium, hic vero signatum a. 1564, in quo inveniuntur diversae scripturae, et, quod offendit, non solum effigies Gobleri mutata, sed etiam versus huic subditi alio typorum charactere expressi. Ceterum in exemplari meo a. 1566 desunt omnia, quae Epitomen subsequuntur in ed. 1564, Canones dico Apostolorum, Concilia etc., reliqua igitur huius editionis folia signata litteris O—Aa, quod casu an consilio bibliopolae, ne volumen in molem accresceret, acciderit, incertum est. Ceterum videtur *Haubold*, qui scripsit [6], auctorem incognitum esse, sed Goblerum secundum *Ioecherum*, non vidisse editionem anni 1566.

Sed affatim dictum est de Codicibus et Editionibus Epitomes; sequitur ut contemplemur vitam Iuliani, auctoris eius. Multi quidem docti delineandae ei operam dederunt, at omnes fere sine successu et adhuc ignoratur, ubi et a quibus parentibus Iu-

---

Rechten. Das Erst Buch. Jetzundt durch den Hochgeleerten Herrn Justinum Goblern von Sanct Gewere — Franckfurt, in gemeyn Teutsche sprach gesetzet, unnd inn Truck geben, Allen liebhabern — dienlich. 3) Deinde in Praefat. fol. 1a: „wiewol der Latinisch Text, so voriger jaren zu Leon im truck außgangen, an vielen orten corrupt, mangel, und bresthafft befunden wirdet“ et fol. 3a: „wiewol der Latinisch text, wie oben gedacht, an vielen Orten corrupt und mangelhafft.“ 4) Vid. e. c. fol. 2b in Glossa et Annotatione Tit. I: „Budaeus exemplis probat in suis Commentariis Linguae Graecae, quemadmodum et amicus noster D. Hermannus Figulus Hirsfeldianus in suo Iuris Lexico annotavit.“ 5) *Spangenberg* l. c. p. 560 et Neues Archiv des Criminalrechts. T. VII. p. 448 et *Haubold* l. c. p. 186. *Biener*: Geschichte p. 71, not. 94. *Stobbe*: Geschichte cit. T. I. Abth. 2. p. 166, not. 7; p. 175, not. 35. *Spangenberg* et *Haubold* dant titulum editionis a. 1566, sed neuter accurate. 6) Fortasse vir, in re litteraria diligentissimus, in errorem ductus est libris, quos profert l. c. not. 63: „Nachrichtungen von den deutschen Uebersetzungen der Anfangsgründe des römischen Rechts: in den Leipziger Beyträgen zur kritischen Historie der deutschen Sprache. T. III. p. 137. *Joh. Friedr. Degen*: Versuch einer vollständigen Litteratur der deutschen Uebersetzungen der Römer. Abth. 1. (Altenburg 1794. 8.) p. 259 f.“ Quintam Gobleri editionem a. 1674, quam *Spangenberg* refert ab *Hökio* citari, non vidi.

lianus natus sit. Eum *Alciatus*[1] patricium et exconsule fuisse putat, negat contra *Mortreuil*[2], quum catalogi consulum ad eius usque aetatem non extendantur. Nec *Antonius Augustinus*[3], etsi ab Alciato intelligi existimat Iulianum illum, quem eisdem titulis *Priscianus* ornaverit[4]), assentitur Alciato, et recte quidem, nam *Theodorus* descripserat Prisciani Grammaticam Mavortio consule*), hoc est, ultimo Iustini I. imperatoris anno (527), itaque triginta circiter annis ante Iuliani versionem Novellarum. Alius eiusdem nominis exstitit Praefectus Praetorio, cui de quinquaginta Iustiniani Decisionibus intra a. 530—532 publicatis triginta, nisi plures inscriptae sunt. Verum nec is propter temporum rationem admitti potest[5]), nam nusquam in veteribus monumentis Iulianus noster appellatur patricius, praefectus praetorio aut consularis, sed potius in vetustis codicibus antecessor Constantinopolitanus similiterque antecessor in inscriptionibus Dictati de Consiliariis et Collectionis de Tutoribus. Propius quidem hunc attingere videtur *Theaetetus* scholasticus vv. Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικὸν φάος etc.[6]), sed vixit *Theaetetus* primis saeculi sexti lustris[7]), tempore igitur, quo Iulianus docendo aut scribendo excellentis iurisconsulti famam nondum sibi comparaverat. Nullum igitur Iulianorum, quorum mentio saeculo sexto fit et aetate Iustiniani, pro Iuliano antecessore Constantinopolitano habendum esse, recte censent *Bach*[8]) et *Biener*[9]). Neque illi audiendi sunt, qui eum *Constantiensem* fuisse dixerunt[10]) et Epitomen scriptam temporibus Irnerii; refelluntur enim vetustissimorum codicum et scriptorum aetate Irnerio superiorum testimoniis. Denique fictum esse *censorem*, quem *Crameri* codex, nunc meus, habet, ex decurtato vocabulo „*antecessore*", iam monuerunt *Cramer* et *Haubold*[11]). Itaque secundum ea, quae exposuimus, hoc solum certum est, Iulianum fuisse antecessorem, in quo munere tanta arte docendi claruit, ut eloquentissimus honorifice in codicibus appellaretur[12]). Eum in liberalibus quoque artibus et linguae graecae cognitione multum profecisse existimant *Miraeus*[13]) et *Zachariae*[14]) propter epigrammata, quae in Anthologia graeca Ἰουλιανοῦ Ἀντικηνσορος nomine referuntur[15]). En variae sententiae de aetate, qua vixerit Iulianus, deque dignitate eius: quibus propositis ponderanda est altera haud minus gravis quaestio, an Iulianus ille, qui dicitur Novellas in breve contraxisse et graecas in latinum sermonem convertisse, verus huius Epitomes auctor sit? Etenim iam *Biener* animadvertit[16]), de quatuor codicibus, quibus Miraeus usus sit, tres sine nomine Iuliani esse, interque eos Parisiensem 4568, omnium vetustissimum, quibus adnumerandi sunt, praeter Trivulzianum eodem tempore scriptum, codices Parisienses 4418, 4714, 4566, Oriclensis, Wallrafiensis, Taurinensis, Turonensis, undecim igitur de viginti, quos exsistere scimus, codicibus aut potius de octodecim, quippe quum San Gallensis codex nec non Utinensis initio mutili sint. Praeterea videtur a codicibus Sennetoniorum fratrum atque Pesnoti nomen Iuliani afuisse[17]). Et variae quidem huius praetermissionis causae cogitari possunt, ut puta habita ratione Con-

1) *Andr. Alciatus*, Parerg. Lib. II. c. 46 translatum librum novellarum graecarum latine a Iuliano Patricio et exconsule fuisse respondit. Alciatum sequuntur *Gothofredus* l. c. in praef., *I. M. Suaresius*: Notit. Basilicorum § 21. Lips. 1804. p. 84 ed. Pohl. *Io. Strauch*: Diss. De metropoli Beryto. Ien. 1675. 4. c. 4. §. 3. alii. Novissime de Iuliani vita egit *Zachariae*: Anecdot. Lips. 1843. §. 15. p. 206, quem exscripsit *Mortreuil*: Histoire du Droit Byzantin. T. I. p. 300 sq. 2) Pag. 2 praefationis. Etiam *Pohl* discedit a Suaresio l. c. not. *q* et auctor Indicis ad *Bachii* Iurisprudentiam Roman. v. [illegible] 3) Praefat. Ed. 2c. Accedunt ad Augustini sententiam *Brunquell* l. c. Part. II. c. 12. § 3. p. 372 et *Hoffmann* l. c. p. 613. 4) In Prooemio Grammat. *Priscianus* „*Te*, inquit, *operis hortatorem sortitus*, [illegible] *dignitate gradus summi acquisivit in omni studio ingenii claritudo*, [illegible] *decoris addens tuo*". Inscriptionem epistolarum Prooemii „*Iuliano Consuli ac Patricio Priscianus S. D.*", quam editiones in fronte gerunt, delevit *Krehl*, doctissimus Prisciani editor, quandoquidem ne unus quidem omnium, quos consuluit, codicum eam habet. *) In cod. Heidelbergensi sub fine libri VIII. consulatus his fere vv. scriptus est, convenienter cum aliis codicibus, quos *Krehl* inspexit, „*Artis Prisciani Viri Disertissimi Grammatici Caesariensis Doctoris Urbis Constantinopolitanae Praeceptoris Mei Lib. VIII. De Verbo Explicit Feliciter. Incip' Eiusdem Lib. VIIII. De Generali Verbo. Declinat̄ Et* (*Krehl* em. *Ego*) *Theodor' Dionysii Memorialis Epistolarū Et Adiutor Viri Magni Quaestor. S. P. Scripsi Artem Prisciani Doctor̄ Mei Manu Mea In Urbe Roma Constantinopolit. Die III. Id. Ianuarias Mavortio Viro Consule Indictione Quarta*" (527). Alia subscriptio legitur in aversa pagina folii primi eiusdem codicis: „*Scripsi Ego Theodorus Dionysii V. D. Memorialis Sacri Scrinii Epistolarum Et Adiutor V. M. Questoris In urbe Roma Constantinopolitana kl. Octob. Indictione V. Olibrio V. C. Coñs.* (526). *Krehl* l. c. p. IX sq. Paulo aliter, sed eodem consule *Jahn*: Berichte über die Verhandlungen d. königl. sächs. Gesellsch. d. Wissenschaften. Histor.-Philolog. Cl. III. B. Leipzig 1851. p. 355 sq. 5) Aliter *Vossius* de Vitiis sermonis Latini. Lugduni 1742. 4. lib. 1. c. 25, quamquam Iulianum antecessorem tempore Iustiniani fuisse asserit, teste *Vincentio* Bellovacensi in Spec. Hist., quem locum frustra quaesivi. 6) Cf. *Reitz*: Theophili Antecessoris Paraphrasis Graeca Institutionum. Hagae Comitis 1751. 4. T. I. p. 5, not. *y*. *Fr. Jacobs* Anthologia Graeca. T. III. Lipsiae 1794. 8. p. 216. 7) *Schoell*: Geschichte der griechischen Literatur, ed. *Pinder*. Berolini 1839. T. III p. 205. 8) Historia Iurispr. Rom. cit. p. 633. 9) Geschichte cit. p. 73 sq. Quid sentiat de codice monasterii S. Crucis Romae, in quo *Haubold* l. c. p. 148 *Ioannem* scriptum esse refert, *Biener* haesitat declarare, monet autem l. c. not. 101, apud *Ambrosium Traversarium*, qui falso dicatur Iulianum in lucem protraxisse, idem nomen legi. Equidem *Hauboldi* assertionem testimonio haud idoneo niti arbitror, nam in codice meo Romae emto, quem germanum esse codicis S. Crucis supra demonstravi p. XI, scriptum est *Iulianum*, non *Ioannem*. Inepte *Huguccio* ad c. 38. C. II. qu. 1: „*Novella dicitur quoddam opus, quod dicitur esse factum a Iuliano Apostata et Monacho.*" Cf. *Savigny*: Geschichte cit. T. III p. 495 sq. not. *e* ed. 2. 10) Error est iam in privilegio et praefatione editionis Sennetonianae (vid. supr. p. XXII), natus ex compendio *Constant*ȝ. quod *Boherius* habet et *Haubold* imitatus est. Similiter v. *civem* ortum est ex compendio *ciū* pro *civitatis*. 11) *Haubold* p. 147, not. 17. 12) *Hoffmann* l. c. p. 613, not. *a*. In cod. Trecensi appellatur *clarissimus*. 13) Praefat. fol. 1b. 14) Anecdot. cit. p. 207. 15) Anthol. Graec. cit. p. 230. Egit de hac re iam *Aeg. Menagius* in Iuris Civilis Amoenit. c. 24. 16) l. c. p. 73. 17) Apud *Boherium* excidit nomen Iuliani, incuria videtur typothetae aut scriptoris codicis Boheriani. Nec Bononienses Epitomen pro Iustiniani opere eam habentes Iuliani nomine nuncupant, sed simpliciter Novellam. *Biener*: Geschichte p. 47. Initio indicis capitulorum appellatur in cod. Vindobonensi *Codex Novellarum omnium Iustiniani* (vid. infra Ind. p. 3, not. 2 et Varias lectiones princ. not. *a*, p. 161 *). De *Paulo Diacono*, Histor. Longobardorum. Lib. 1. c. 25 deque *Wernero Rolfink*, Fascicul. temporum ad ann. 524, cf. *Biener* l. c. In Authentici quoque codice, qui Irnerio ad manus fuerit, nullum fuisse vestigium tituli coniicit *Heimbach* ad

scriptionis ultimae. Iulianum non absolvisse opus suum aut archetypi, unde codices, quos novimus, originem ducunt primum, folium, quod continuerit inscriptionem sive titulum Epitomes, iam antiquitus periisse. At vero omnes illae coniecturae sine fundamento sunt et lubricae. Res in incerto posita est. Nihilosecius non dubito, quin Iulianus auctor Epitomes sit, quandoquidem vetusti aliquot codices secundae classis et illis primae classis aetate suppares in inscriptione sive titulo de Iuliano novellarum graecarum latino interprete tam explicate loquuntur, · ut eos ex exemplari ductos esse necesse sit, quod, nisi discipulus Iuliani, tamen originis Epitomes gnarus homo scripserat. Nec alium scio tunc temporis iurisconsultum aptiorem Iuliano novellis graecis latine interpretandis. Nam, quod nomen eius docet, oriundus ex gente romana calluit sine dubio prae ceteris sermonem latinum. Cognata huic quaestioni, neque vero cum ea confundenda, est altera, nostra aetate nata ex vestigiis graecae novellarum Epitomes, cuius auctor non constat, in scholiis Basilicorum et in codice Bodleiano 3399 superstitibus, de qua acriter disceptatum est inter *Eduardum Zachariaeum* et *Gustavum Ernestum Heimbachium*, duumviros de historia et fontibus iuris Graeco-Romani meritissimos, qui consentiunt quidem de Iuliano Epitomes latinae auctore, dissentiunt autem de Anonymo graeco. Statuit enim *Zachariae* [18]), allectus coniectura *Bieneri* [19]), Anonymum illum et Iulianum non esse diversas personas, sed unum eundemque iurisconsultum, qui bis, tum latine tum graece, eandem Novellarum collectionem in breve contraxerit compendium, sed diversa ratione. Anonymi enim epitomas epitomis Iuliani longe breviores esse et contractiores; deinde Iulianum aliquando *μεταφραστικῶς*, aliquando *κατὰ πόδας* reddere Iustiniani Novellas et praestare epitomas aliquando nimis diffusas, Anonymum autem brevitatis studiosum esse, immo aliquando obscurum fieri, dum brevis esse laboret, et, ut breviter dicatur, Anonymi Epitomen esse quasi Epitomen Epitomae Iuliani [20]), neque vero alteram confectam ex altera. Quam coniecturam vir eruditissimus existimat probari comparatione Novellarum ab Anonymo laudatarum cum Iuliano, ex qua appareat, collectionem Novellarum, quae utriusque epitomes fuerit fundamentum, ab aliis, quae quidem innotuerint, dissentire Novellarum Iustiniani Collectionibus, intercedere autem cognationem aliquam et similitudinem inter Anonymi et Iuliani Epitomen Novellarum, quantum ad oeconomiam et Novellarum epitomarumve ordinem et consequentiam attinet. Et alia praeterea argumenta ad confirmandam sententiam adducit [21]): inprimis Stephanum praeceptorem fuisse utrique et Anonymo et Iuliano [22]), omniumque iurisconsultorum saeculo sexto exeunte viventium, quorum quidem memoria ad nos pervenerit, nomina nobis cognita esse, excepto uno, quem Graeci *Ἀνώνυμον* appellaverint, verisimiliter igitur Iulianum, *τὸ νομικὸν φάος* esse, qui nusquam laudetur. Et speciosa quidem esse haec argumenta agnovit *Mortreuil*, at vero aliter *Heimbach* [23]), qui utriusque epitomatoris cognationem non esse eam contendit, quam *Zachariae* sibi visus sit detexisse, immo potius diversam esse summam collectionis novellarum, quae pro fundamento harum epitomarum a *Zachariaeo* habeatur, et diversam huius apud Anonymum fragmentorum seriem atque interpretationem, diverso denique modo, diversisque nominibus citari designarique singula quaeque, quae supersint in codice Bodleiano, capita. Praeterea de quinque constitutionibus ab Anonymo allegatis unam tantum eodem estare loco, quo apud Iulianum, et quamquam hoc levioris momenti sit, tamen numeros capitum, quibus Anonymus discrepet cum Iuliano, confirmari locis parallelis, ut huius diversitatis ratio quaerenda sit in collectione Novellarum, unde Anonymus rem suam hauserit, non tribuenda socordiae librariorum, quod *Zachariae* putat; porro capita aliquot Anonymi ex codice Bodleiano eruta differre sententia ab interpretatione Iuliani [24]), denique vero tam pauca superesse Anonymi capita, ut omnis ex iis ducta coniectura lubrica sit. Nec se moveri addit *Heimbach* reliquis argumentationibus *Zachariaei*, quae leves sint et vilipendendae, nam multos fuisse Stephani discipulos, Iulianum autem, *τὸ νομικὸν φάος*, iam commemorari in epigrammate Theaeteti [25]): de qua controversia *Heimbachii* cum *Zachariaeo* quid statuendum sit, in ambiguo est. Fluctuatur enim ab utraque parte disceptantium in incertis et aliquanto subtilibus rationibus atque argumentis. Verum, ne quid in medio relinquam, fateor, meo iudicio *Heimbachii* opinionem verisimiliorem esse contraria *Zachariaei*. Nam, ne dicam de capitulorum habitu plane discrepante, quis, quaeso, unquam crediderit, Iulianum, Ictum insignem, tam inconsiderate egisse, ut bis eadem capitula diversa ratione interpretatus sit? Anonymum igitur graecum et Iulianum duas personas esse, alteram ab altera distinguendam arbitror, nec Anonymum illum, qui propter *μονόβιβλον περὶ ἐναντιοφανιῶν*, quem scripserat, *ἐναντιοφανοῦς* nomine in scholiis Basilicorum laudatur, unam eandemque cum Iuliano nostro personam. Sed iam satis de controversia illa, qua critica recensio Epitomes non promovetur, quapropter etiam, ne iusto longior sim, supersedeo diligentius examinare sententiam *Ern. Heimbachii* in Prolegomenis Basilicorum [26]) accurate quidem fratri obloquentis, attamen falso existimantis, recentissimas Novellas, quas Iulianus adhibita aliqua Collectione Novellarum in epitomen redegerit, Novellas esse CXXXIV. et CLIX. Redeundum est ad Iulianum

Authent. p. CXXXIV   18) *Αἱ Ῥοπαί.* Heidelberg 1836. 8. p. 71, not. 19 et p. 77, not. 29; Über *Heimbachs* Anekdota. Wien 1839. 8. p. 50 sq. et inprimis Anecdota. Theodori Scholastici Breviarium Novellarum. Lipsiae 1843. 4. p. 204 sq.   19) Geschichte cit. p. 56: „das aber wäre wohl möglich, dass der Anonymus und Iulian, der Novellenepitomator, dieselbe Person wäre.“ Iam in Indice Bachii Historiae Iurisprudentiae Romanae l. c. Iulianus idem esse dicitur, qui in Basilicis Anonymus et *Ἐναντϊοφανής* sit, quod temere per eum factum esse, qui indicem compilaverit, quum *Bachius* de hoc ne somniaverit quidem, censet *Zachariae* Anecd. p. 196, not. 1, adstipulante *Mortreuilio*, praepropere meo iudicio.   20) Sunt ipsius *Zachariaei* verba l. c. p. 204. *Zachariaeo* assentiuntur *Mortreuil* l. c. T. I. p. 297; *Rudorff*: Zeitschrift f. Rechtsgeschichte. T. VI. (Weimar 1867.) p. 429, not. 3. Cf. etiam *Krüger*: Zeitschrift cit. T. IX. p. 186.   21) l. c. §. 13, p. 205 sq.   22) Servata est responsio Stephani ad quaestionem Iuliani alicuius in scholiis Basilic. ad XVI, 1, 6 (ed. *Heimbach.* T. II. p. 180, num. 2).   23) Kritische Jahrbücher für deutsche Rechtswissenschaft herausgegeben von *A. L. Richter* u. *Robert Schneider.* T. II. (Leipzig 1839. 8.) p. 970 et T. VII. (Leipzig 1845. 8.) p. 321 sq.   24) v. c. Iuliani cap. 379, 380, 424, 425. Vid. Kritische Jahrbücher a. 1845 cit. p. 324 sq.   25) Argumentum, quod *Zachariae* duxit l. c. §. 14, p. 206 ex versione fragmentorum in Modestini libro de Excusationibus (Digest. 27, 1), refutavit *Mommsen* in edit. Digest. T. I. Additam. IV. p. 36.   26) (Basilicorum Tom. VI. Lipsiae 1870. 4.) Proleg. p. 15, 24 et 28.

antecessorem, quo nomine appellatur in inscriptionibus vetustorum secundae classis codicum, congruenter cum formis dicendi, quibus illius aetatis antecessores usos esse ex scholiis Basilicorum intelligitur, cuius generis sunt locutiones *dico*, *dicimus*, *diximus*, *didicimus*, *legimus* in cap. 1, 34, 48, 118, 144, 163, 187, 241, aliis, inprimis formula cap. 163: „Et ideo alias constitutiones legere debes, quas tibi tituli competentes ostenderint;" eo quoque pertinent casus et definitiones, quibus hic et illic sententiae capitulorum dignitatesque magistratuum et similes res explicantur in cap. 118, 144, 163, 216, 241, 307, 332: praeterea relatio ad superiorem aut ad inferiorem Constitutionem in cap. 34, 48, 163, 206, 208 [27]; tum etiam explicatio verborum graecorum latinis discipulis obscurorum in cap. 15, 32, 34, 356, aliis. Et Constantinopoli quidem Iulianus ius docuit [28], quandoquidem in inscriptionibus codicum Constantinopolitanae civitatis civis aut antecessor appellatur, ipse vero pro graecis Novellae vv. ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως posuit in cap. 18 „in maiore ecclesia urbis *Constantinopolitanae*," mutavit etiam in cap. 212 verba τὴν εὐδαίμονα πόλιν in: „in *hanc* regiam civitatem", id est Constantinopolin [29], et designavit in cap. 216 Constantinopolin verbis: „*Praefectos autem praetoriorum quatuor ponimus, id est Orientalis sedis, qui in hac civitate est*"; similiterque scripsit in cap. 246: „*Appellationes, quae in Sicilia porriguntur — apud quaestorem in hac regia urbe exerceri praecipimus*" et in cap. 358: „*Provocationes a Sicilia in hanc civitatem venientes apud excellentissimum quaestorem ventilentur*" — nam anno 536, quo Novella latina, horum capitulorum fons, data est, Iustinianus nondum subegerat Gothos in Italia [30].

Quo tempore Iulianus de vita decesserit, non constat [31]. Eum *Miraeus*, *Brunnquell* circa tempora Iustini II., Tiberii et Mauricii adhuc floruisse putant; *Hoffmann*, *de Winckler*, alii paulo post Iustinianum claruisse, similiter *Zachariae* Iustini II. tempora vivendo attigisse, omnes, opinor, propter Constitutiones illorum imperatorum nonnullis codicibus Epitomes adiectas et receptas a Miraeo atque Pithoeo editoribus, aut propter Enantiophanem, quod *Zachariaeo* placuit [32]. Meo iudicio Constitutiones illae, quippe quae integrae sint, non redactae in epitomen, nihil probant, praesertim quum recentissima Novella a Iuliano epitomata sit Nov. 129 de Samaritis anno 551 data et interpres videatur ignorasse Iustini II. imp. Constitutionem Ut possit ex consensu dissolvi matrimonium, anno 566 datam. Certum igitur est, Iulianum senescente Iustiniano adhuc vixisse, neutiquam vero, an post Iustinianum vixerit.

Dicitur Iulianus usus esse Collectione aliqua CXXV Novellarum, quam publicam sive legalem a Iustiniano ipso institutam fuisse, praeter alios inprimis existimat *C. G. de Winckler* [33], non sine verisimilitudinis specie; redarguit autem eum *Biener* [34] testimonio potissimum *Ioannis Scholastici* intra annos 565 et 578, quo posteriore mortuus est, patriarchae Constantinopolitani, qui in prooemio Collectionis LXXXVII Capitulorum post annum 565 conscriptae [35] Novellas Iustiniani passim dispersas (σποράδην) haberi refert [36]. Privata igitur aliqua Collectione videtur *Bienero* Iulianus usus esse, quae CXXV Novellas comprehenderit [37], et ita quidem, ut eam totam, et eodem ordine, quo facta fuisset, retulerit. Etenim tota Collectione Iulianum usum esse probari scribit consensu vetustissimorum codicum nec non locorum, qui a posterioris aetatis scriptoribus allegantur, convenientia cum editionibus Miraei atque Pithoei; praeterea divisam esse Epitomen in duas ambitu pares partes, quarum prima desinat cum Constitutione LXII. sive totius collectionis media [38]; tum abesse ab Epitome Novellas aliunde, praesertim ex appendicibus Epitomes nobis cognitas, quas Iulianus non omisisset interpretari, si quidem eas in collectione invenisset, e diverso esse in Epitome Novellas, quas Iulianus non dubitasset reiicere, si solum delectum Novellarum in animo habuisset, — ut puta locales, aut sublatas, aut bis in collectionem receptas. Locales enim a Iuliano ipso appellari Const. 57, 58, 59 (Nov. 63—65), sublatas et innovatas Const. 8 per Const. 104 (Nov. 9 et 111), Const. 99 per Const. 103 (Nov. 106 et 110); bis denique positas esse Const. 25 et 120 (Nov. 20), Const. 68 et 97 (Nov. 75 s. 104). Quae argumenta veritatis quidem speciem prae se ferunt, attamen non expediunt quaestionem, utrum Iulianus aliena quadam Novellarum Collectione usus sit, an ipse collegerit Novellas a se epitomatas. Equidem iis accurate perpensis non dubito Iulianum Collectionis auctorem habere, quandoquidem argumenta a *Bienero* prolata pro usu alienae collectionis per Iulianum optime ad hanc sententiam accommodari possunt, et, quid causae fuerit, intelligatur, ut Epitome serie Constitutionum differat a Novellarum Collectionibus eique Constitutio „Quam iam videor" aut solis verbis, non numeris, aut dissonantibus numeris in fine subiuncta sit.

---

27) *Biener*: Geschichte p. 74. not. 108, ex quo *Mortreuil* l. c. p. 299 rem suam hausit. 28) Non assentior Iulianum cum *Bienero* l. c. p. 74 Constantinopolitanum appellare, quasi Constantinopoli ortus sit; nam Civis tantum Constantinopolitanus nuncupatur in fronte codicum. *Menagius* l. c. coniicit eum primum Romae, deinde Constantinopoli ius docuisse, alii contra primum Constantinopoli, deinde Romae. 29) Nota etiam Graeca Nov. 70 ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ καὶ τῇ νέᾳ, quae Iulianus c. 210 interpretatur [illegible] vel urbis (i. e. Constantinopoleos). 30) E contrario e capitulis 26, 56, 57, 60, 431, in quibus Constantinopolis commemoratur et regia urbs, sive civitas, nihil colligi posse arbitror, quippe quum aut generaliter ea loquantur aut reddant ipsa verba Novellarum. De Constitutione „Quam iam videor" (ap. Miraeum CXXV.) infra dicendum est. 31) *Biener* l. c. p. 75. 32) l. c. p. 207, not. 46. 33) In Programmate §. XXVI. Iul. 1788, quo summos in iure honores in *Hauboldum* et huius amicum *Brehmium* collatos indixit, additis eorum vitis. Denuo editum est in *Winckleri* Opusculis Minoribus. Vol. I. Dresdae et Lipsiae 1792. p. 418 sq. 34) Geschichte p. 50 et 76, not. 113. 35) *G. E. Heimbach*: Anecdot. T. II. Lipsiae 1840. 4. p. 202 sq. 36) Ea sunt vv. *Ioannis* l. c. p. 208: μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων καὶ ἐκφωνηθεισῶν ἀπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων. 37) *Biener* l. c. p. 76 sqq. *Böcking*: Institutionen. §. 21, 24, p. 64, 115 et Pandekten. §. 21, 23, 24. I. T. p. 66, 83, 97. *Rudorff*: Römische Rechtsgeschichte. T. I. p. 319, sed *Biener* caute p. 79: „wenn wir annehmen, dass die Const. 125 (Nov. 134) wirklich noch zu der ursprünglichen Arbeit des Julian gehört und nicht ein gleichzeitiger alter Zusatz ist." 38) Quod argumentum meo iudicio nihil probat. Respondet quidem dimidius numerus Constitutionum totius Epitomes numero, verum an respondeat numero dimidio Collectionis, qua Iulianum dicit usum esse, ex eo non apparet. Vid. infra p. XL.

Sed haec, [illegible] Epitomes [illegible], diutius versari in quaestione [illegible] [illegible] Novellarum Collectionis, de qua hactenus a me disceptatum est, aut comparare cum aliis antiquis Novellarum Collectionibus, praesertim postquam *Biener* tam explicate diligenterque de iis rebus exposuit, ut quid novi addam, non habeam. Itaque sepositis iis transeamus ad eas, quae spectant ad habitum Epitomes. Iam vero quod attinet ad rationem, qua Novellae, mutata earum appellatione in Constitutiones [39]), in breve compendium redactae [40]) sunt, primo adspectu palam est, Iulianum non nisi argumentum sive sententiam tam graecarum Novellarum, quas in latinum sermonem converterat, quam latinarum retulisse, amputatis earum inscriptionibus [41]), prologis [42]) atque epilogis, quin etiam nonnullas Novellas quasi per transennam significasse [43]), dum e contrario aliquot Novellas paene integras recepit [44]). Subscriptiones maximam partem adsunt, sed multae misere truncatae in codicibus a librariis, perturbationis quoque numerorum Constitutionum, quae intercedit post cap. 124 et 417, auctoribus.

Stylum magis, ut illis temporibus simplicem et fidelem, quam elaboratum esse, Graeci autem contextus multa expressa ἐκφραστικῶς, quaedam μεταφραστικῶς, sed et plura κατὰ πόδας, et quae merum resipiant Hellenismum, iam observavit et exemplis demonstrare studuit *Miraeus* [45]), a quo iudicio alii docti discedunt. Sermo enim Iuliani secundum *Ant. Augustinum* dilucidus est et secundum *Pithoeum* tersus et elegans, Iustinianeorum temporum redolens antiquitatem. *Alciatus* et *Winckler* eum non inelegantem esse dicunt, *Biener* bonum, *Böcking* denique satis purum [46]). Quibus iudiciis doctissimorum virorum in unum collectis et perpensis mea opinione sermo dilucidus est et in universum bonus, sed redolens Iustinianeorum temporum antiquitatem, nonnunquam etiam Hellenismum; ubique fere imperativo genere dicendi conceptus est, nisi quando sententia legis coepta est referri formula: „*Haec constitutio iubet*", sive: „*Haec constitutio loquitur*." Haec de stylo Epitomes, iam videamus de divisionibus ac primum quidem Constitutionum in capita et §phos. Etenim quid sentiendum sit de divisione in capita sive capitula*, utrum ea proficiscatur a Iuliano an a Iustiniano, qui Novellas secreverit in capita, prima specie non liquido apparet. *Biener* [47]) Novellarum divisionem in κεφαλαια, i. e. capita antiquam, nec vero Iustiniani, sed potius Iuliani esse censet. Equidem in re obscura respiciendum esse arbitror ad diversam rationem, qua capitula in codicibus Epitomes numerata sunt, nam in aliis continuo numerata sunt a primo usque ad ultimum totius Epitomes capitulum, in aliis, veluti in cod. Paris. 4418 [48]) et in Indicibus capitulorum, duplici modo, et continuo et simul loci, quem occupant intra Constitutionem, cuius segmenta sunt, ratione habita. Quae quum ita sint, capitum numeros intra Constitutiones puto referendos esse ad internam Novellarum Iustiniani divisionem a Iuliano servatam, continuos ad Iulianum, eum in finem ab eo positos, quo facilius invenirentur capita, postmodum in scholis aut in libris commemorata, utriusque denique numerorum generis coniunctionem proficisci a librario, qui coniungendis in unum conspectum modis numerandi studens, Indicem ampliavit. Pariter atque de divisione Epitomes in capita, quaeritur, quis longiora capita in §phos diviserit, Iulianus an posterioris aetatis homo? [49]) Res protinus non liquet. Conspiciuntur quidem in vetustis codicibus §phorum signa alternis vicibus caeruleo colore et minio picta, sed, quum interiecta sint incongruis locis, ea potius a librariis videntur inventa esse, quam facta a Iuliano. Verum non solum de divisione Constitutionum in capita et capitum in §phos disputatur, sed etiam de divisione Epitomes in duas partes sive duos libros, quam codices secundae classis et plerique codices tertiae classis habent, habent etiam Lex Romana Canonice Compta, Excerpta Bobiensia, Expositiones Libri Papiensis et Ivo. Vetustam esse hanc divisionem intelligitur ex epistola CLXIII. Ioannis VIII. P. [49a]), anno p. C. 882 defuncti, et ex secundae classis codicibus aetate non multum recentioribus Ioanne. *Augustinus* derivat eam, nisi fallor, ex Graeca Novellarum Collectione; scribit enim in Paratitl. fol. 8b et fol. 11b (Pith. p. 286, 288), similem divisionem in Graecis incipere a Nov. 39 [49b]). *Biener* [49c]) Epitomen in

39) [illegible] in titulis, ut in Bobiensibus Excerptis et in Sennetoniana atque Pesnoti editione. 40) De quo egit iam *Miraeus* in praefat., et novissime *Biener* l. c. p. 82 sq. 41) Exceptis secundum *Bienerum* l. c. p. 83, not. 123 Const. 65, 108, 114, sed delevi eas codices [illegible], excepto cod. 4. Cf. infra p. 204*, 230*, 244*. 42) Exceptis sec. *Bienerum* l. c. p. 82, not. 119 Const. 108, 114, 115, de quibus nunc duos delevi codicum subsidio. 43) Vid. Const. 8—12, 99, 103, 104. *Biener* l. c. p. 83. Casum Nov. 159 resecuit in Const. CXVII., per contrarium apposuit casum in cap. 144 ad interpretandam Nov. 22, c. 26. Eodem modo egit, at brevius, Theodorus Hermopolitanus. Cf. *Zachariae*: Anecdot. p. XXIX. 44) Sec. *Biener* l. c. not. 120. Const. 108, 109, 111, 115. 45) Praefat. fol. 2a: „ceu sunt illa [illegible] versiculo, [illegible] καθεστάναι. quae ad verbum ita effert Iulianus *Constit. XIII. Ita ut octoginta quidem ergasteria corpora personarum praestare, residua autem trecenta ergasteria pecuniam dare*, pro, *praestent*. et. *dent*. Similis est phrasis Dig. de offic. quaest. in Pand. Florent. manu scriptis, [illegible] Anto. Augustino libro Emendationum secundo, capite primo: *Hodieque optinuit, ut indifferenter quaestores creari*. Ubi tamen Taurellius illud *creari*, mutavit, in *crearentur*, in impressis. Infinitus quoque modus more Graeco pro aliis verborum modis saepe ponitur, ut Const. CXI. cap. CCCCX. vers. Et si quidem (ad quem vid. infra Const. 111. cap. 410, not. *o*) et sexcentis fere locis, quibus nonnulli solent addere, *Oportet*, *Necesse est*, *Debet*, aut quid simile." 46) l. c. §. 24. p. 97. Add. *Brunnquell* l. c. n. V. p. 373: „Haec Iuliani Epitome, cuius stilus longe elegantior et purior quam vulgatae illius translationis est." *Hoffmann* l. c. p. 613: „Haec epitome sensum — plerumque nervose et accurate nec incomto dicendi genere exhibet." *Bach* l. c. p. 634: „epitome concinna et elegans est." *Zachariae* l. c. p. 205, ut alios mittam, „Iulianus, utpote qui Iustiniani novellas docte et satis eleganti dicendi genere κατ' ἐπιτομήν verterit." *Stintzing*: Geschichte der populären Literatur cit. p. 551, sermonem non admodum classicum esse censet. Certe Authentico multo praestantior est. *) Iulianus modo *capita* scribit, modo *capitula*. Cf. inter al. cap. 9, 27, 43. 47) *Biener* l. c. p. 60, 83. 48) *Savigny* l. c. T. II. p. 286, not. 67 et p. 292, not. 80 (ed. 1); p. 303, not. *e* et p. 311, not. *e* (ed. 2). Propter hos diversos modos numerandi Iuliani in glossa citatos locos difficulter reperiri queritur *Biener* l. c. p. 301. Eandem ob causam auctor Dictati de Consiliariis Novellas non directe citavit, sed verbo *circa* (circa CXV. Constitutionem). 49) Iam in Sennetoniana inque Pesnoti edit. sunt §phorum signa, sed non tam frequenter quam in Miraei edit. 49a) *Savigny* l. c. T. II. p. 266, not. 15 (ed. 1); p. 280, not. *i* (ed. 2). 49b) Cf. etiam *Gust. Heimbach*: Reiseberichte aus Italien (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. VIII. p. 323). 49c) l. c. p. 77, 237 sq. (p. 84 in *Occidente*). *Hugo*: Lehrbuch d. Geschichte d. Rö-

duas partes iam antiquo tempore in Italia divisam fuisse opinatur, sed post Iulianum, itaque subditiciam esse clausulam „*Explicit Pars Prima Novellarum. Incipit Pars Secunda*,“ praesertim quum pergatur in continuis et intactis numeris capitulorum atque Constitutionum. *Bienero* obloquitur *Cramer* [50]. Censet enim vir clarissimus, quum Epitome iam antiquitus divisa reperiatur in duas eiusdem ambitus partes, Iulianum ipsum non solum fecisse hanc divisionem, sed etiam illico misisse absolutam partem primam in Italiam, quam coniecturam aliquanto artificiosam non dubito, quin alii mecum reprobent. Simplicior est *Bieneri* sententia, quae concinit cum studio interpretandae prae graecis Novellis Epitomes latinae, excitato in Italia post debellatos Gothos. Divisionem denique Epitomes in *Collationes* Italicae et Bononiensis quidem originis esse, omnino certum est [51].

Hactenus de divisionibus Epitomes. Insuper venit in quaestionem, quid statuendum sit de lemmatibus, quae post Constitutionem XXXVII. plerisque Constitutionibus superscripta sunt in nonnullis codicibus, inprimis in codice 4. Haesitat enim *Biener* [52] ea tribuere Iuliano, mea opinione recte, nam barbaro sermone scripta sunt, nec ad omnes Constitutiones. Praeter lemmata attingit *Biener* rubra capitulorum, quae posteriore tempore in Occidente scripta fuisse existimat, non omnino falso, modo discernantur rubra ex vetustissimis codicibus a *Miraeo* edita a reliquis. Etenim illa a Iuliano apposita esse, mihi persuasum est propter aequabilitatem eorum et antiquitatem, inprimis autem propter v. *Idem*, quod in longiorum Constitutionum capitibus crebro repetitum Iulianum quodammodo pepercisse rubris significat; reliqua vero posteriore aetate addita capitulis aut in scholis ab interpretibus aut a librariis inventa sunt, ea potissimum, quae in codicibus Orielensi et Parisiensibus 4566, 4713, tertiae igitur classis codicibus, exhibita, ex primis capitulorum verbis formata sunt. At vero, quidquid est, librarios codicum sibi non constitisse in apponendis rubris, intelligitur ex antiqua Collectione Canonum Canonice compta, quae modo rubra codicum primae classis habet, modo propria et nova.

Supra expositum est de tempore, quo vixerit Iulianus, iam sequitur, ut dispiciamus de tempore, quo facta sit ab eo Epitome. Ante *Bienerum* Iurisconsulti ad unum fere omnes post obitum demum Iustiniani Novellas in compendium redactas esse putant, immemores controversiae, quam habuerunt de honoribus et muneribus Iuliani, interque eos primus *Marquardus Freher* [52a] circiter annum 570, sine dubio propter Novellas Iustini II. et Tiberii a Miraeo divulgatas, quod aperte falsum est, quandoquidem illae leges integrae sunt, non breviatae, neque coniunctae cum ipsa Epitome, sed ei postea adiectae cum aliis rebus. *Biener* regnante adhuc Iustiniano circiter annum 556 Epitomen factam esse censet [53] et propter constantem fere modum dicendi „*noster imperator*“, quo Iustinianus designatur [54]), et propter novissimas ab epitomatore excerptas Novellas, quam temporis definitionem plerique iurisconsulti, qui historiam librorum iuris Iustinianei attigerunt, agnoverunt, paucis exceptis, qui in universum quidem cum *Bienero* congruunt, tamen pro parte ab eo dissentiunt. Existimat enim *Marezoll* [55], aut paulo ante aut brevi tempore post Iustiniani obitum Epitomen conscriptam esse; *Burchardi* [56], non longe a *Wincklero* discedens, Novellas ante annum 556 publicatas pro excerptis habet; *Hugo* [57] ipsum annum 556 accipit; secundum *Ernestum Heimbachium* denique l. c. p. 15 Epitome post annum 556 confecta est. Equidem assentior *Bienero*, quatenus Epitomen post annum 556 factam esse negat, sed partim aliis nitor rationibus. Adnumerat enim vir doctissimus Novellis recentissimis in Epitomen a Iuliano receptis Novellas 134 et 159, anno 556 publicatas [58]), illam, nisi fallor, propter locum, quo eam Pithoeus posuit proxime post Const. 124, hanc propter subscriptionem in Spangenbergii adhuc editione relatam. At vero capitula Novellae 134 non ipsius Epitomes particulam esse, sed additamentum postero tempore ei subnexum cognoscitur ex loco, quem occupant in codicibus, subscriptio autem Nov. 159 ex Athanasio [59]) curis *G. Heimbachii*, quem sequitur *Osenbrüggen* [60]), novissimus Novellarum editor, in lucem protracta, prodit annum 545, non annum 556. Proinde ex neutra Novella aetas Epitomes definiri potest, nam sublatis illis Novellis Novellarum a Iuliano epitomatarum recentissima est Novella 129 (Iul. Const. 116) anno 551 publicata, nec ulla ratio habita est in Epitome Constitutionum anno 554 publicatarum, quas Miraeus Sanctionis Pragmaticae nomine primus edidit. Quae quum ita se habeant, Epitomen intra annos 551 et 554 confectam fuisse censeo. Quaeritur autem, in quem finem latine confecta sit? Et communi quidem opinione destinata erat Italiae a Iustiniano recuperatae, et secundum *Rudorffium* [61]) non solum destinata, verum

---

mischen Rechts. XI. Aufl. Berlin 1832. 8. p. 1101, Iustiniani *posteriores sanctiones* a Iuliano latine redactas fuisse in Epitomen *haud multo* abbreviatam et in plures partes discretam scribit. Cf. etiam *Hoffmann* l. c. p. 613 sq. 50) Zeitschrift cit. T. VIII. p. 136 sqq. Authenticum quoque in nonnullis codicibus divisum esse in duas partes scribit *G. Heimbach* in Proleg. Auth. p. CXX. 51) *Boherii* codex videtur divisus fuisse in Collationes pariter atque codex Parisiensis 4566, sed hic imperfecte. 52) *Biener* l. c. p. 83, not. 124. 52a) In Chronologia praemissa *Leunclavii* Iuri Graeco-Romano, ubi sic ad a. 570: „Gregorius Monachus Episcopus Antiochenus 63. Iulianus antecessor Constantinop. hoc tempore vivit cuius extat versio Novellarum Iustiniani, dictatum de tutoribus et alia.“ *Freherum* secuti sunt *Brunnquell* l. c. §. 1. p. 371, *Glück*: Einleitung in das Studium der römischen Rechtsgeschichte p. 195, *Spangenberg* l. c. p. 592, alii. 53) l. c. p. 74 sq., 525, 529. 54) Quod argumentum miror *Bienero* videri debilitari per Dictatum de Consiliariis et Scholia, nec non per Taurinensem Institutionum glossam, ubi Iustinianus iisdem verbis commemoratur. Sunt enim solemnes locutiones ex Iuliano in hos libellos translatae. 55) Lehrbuch der Institutionen. Leipzig 1869. (ed. IX.) 8. §. 38, p. 96. 56) Lehrbuch des römischen Rechts. T. I. Stuttgart 1841. §. 146, n. 3, p. 327. 57) Lehrbuch der Geschichte cit. p. 1101. 58) Geschichte p. 75, not. 111. 59) Tit. IX. cap. 11 (*Gust. Heimbach*: Anecdot. T. I. p. 106): Ἐγράφει (v. ἐγράφη) καλανδῶν (sic) φεβρουαρ. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιθ' *μετὰ τὴν ὑπατεῖαν Βασιλείου τὸ τέταρτον.* (Scripta est Calendis Februariis imperii Iustiniani anno XIX. post consulatum Basilii anno IV.) 60) In *Kriegeliorum* fratrum ed. Corporis Iuris Civilis ad Nov. 159, not. 1. 61) Geschichte cit. T. I. p. 319 et Symbolae *Bethmanno Hollwegio* oblatae. Berolini 1868. p. 107. Vid. infra p. XL.

etiam missa in Italiam. *Biener*[62]) reliquas quoque provincias latinas intelligit, dum *Zachariae* l. c.[63]) latino potissimum sermone Iulianum usum fuisse putat, quo melius eorum utilitatibus prospiceret, qui legibus Romanis viventes latina lingua tanquam patria uterentur, sive propterea, quod scholae eius praesertim a discipulis ex Occidente adventantibus frequentarentur. Quarum opinionum quaeque habet, quod eam commendet, modo ita distinguatur, ut Epitomen primum Constantinopoli in usum studiosorum iuris, qui ex latinis provinciis in regiam urbem se contulerant, ab antecessore Constantinopolitano susceptam, sed post annum 554 missam esse in Italiam recuperatam[64]) statuamus.

Utrum vero cum Constitutione „Quam iam videor", quae apud *Miraeum* CXXV. est, verum CXXVIII. apud *Pithoeum*, an sine ea, id ambigitur inter doctos, quorum alii verba Constitutionis referunt ad Iulianum, alii ad posterioris aetatis hominem. Etenim *Contius* in fine Indicis Novellarum Lugduni 1571. prima ultimae Novellae Iustiniani verba a Iuliano recepta esse conicit*). *Fr. Pithoeus* videtur Novellarum 143 et 150 anno 563 datarum alterutram meminisse ideoque capitulum pro clausula Iuliani habuisse eique rubrum „*De raptis mulieribus, quae raptoribus nubunt*" apposuisse, errore, quem ipse correxit in epistola ad fratrem. *Winckler* l. c. p. 419 sq., non multum a Contio discedens, prima verba: „*Quam iam videor conscripsisse in regia civitate*" pro epilogo habet, quem Iustinianus collectioni Novellarum, quam paraverat, subiunxerit et Iulianus ex eadem collectione descripserit, posteriora autem verba: „*In eadem constitutione finiuntur novellae Constitutiones*" etc. Iuliani esse censet, quippe qui „dicere non potuisset *videor conscripsisse,* sed dicere debebat: *videtur* (Iustinianus) *conscripsisse,* quemadmodum in altera oratione Imperator dicturus fuisset, *divi numinis nostri*, haud vero *divi numinis Iustiniani.*" *Biener* in Historia Authenticarum cit. Sect. I. p. 17 subscriptionem: „*In eadem constitutione finiuntur* etc." ab eodem scholiasta, qui notas addidit, profectam esse putat, nec vero quid sentiat de praecedentibus verbis: *Quam iam videor* etc., aperit, contra in Historia Novellarum cit. p. 75, not. 111 et p. 79, not. 116, quamquam titubans — perplexa enim verba *Quam iam videor* etc. esse ait — totum capitulum Iuliano adscribit, *Böcking* denique l. c. not. 1 non Iuliani, sed fortasse eiusdem temporis adiectionem esse opinatur. En principales de hac Constitutione sententiae, quarum eae, quae inter positiones eius distinguunt, proxime ad veritatem accedere videntur, quamvis aliis, quam illis viris placet, ex causis. Omnes enim, quas retuli, sententiae nituntur coniectura, collectionem aliquam, quae comprehenderit 125 Novellas, Iuliano in redigenda Epitome ad manus fuisse, quae sententia propter numerum CXXV. apud Miraeum Constitutioni praefixum speciosa quidem est, attamen meo iudicio non probanda, si quidem codicum, in quibus hoc capitulum inest, nullus habet numerum CXXV. et numerus aut omnino deest, ut in Indice capitulorum, cuius ultimum est cap. DLXIV., aut alius est**). Quae quum ita sint, non dubito quin *Miraeus,* duobus numeris suam Constitutionum enumerationem superari videns, conciliandae eius cum antecedente Constitutione CXXIV. causa numerum CXXVII, quem invenerat in codicibus, mutaverit in CXXV, eadem licentia, qua finxit titulum Pragmaticae Sanctionis et Epitomes Novellae 134. Numerus igitur Constitutionis apud Miraeum falsus est. Iam vero quod attinet ad verba ipsa, ea ex tribus positionibus diverso tempore adiectis constare manifestum est. Sunt enim verba: „*Constitutio . Quam iam videor conscripsisse in regia civitate*" ipsius Iuliani; iis postea, fortasse in archetypo, librarius aliquis adiecit: „*In eadem constitutione — promulgatae sunt*"; ultimo denique loco post confectum demum indicem capitulorum codicum primae classis accessit clausula „*Expliciunt* etc." Itaque neminem me, si, habita ratione testimonii *Ioannis* scholastici supra relati, Iulianum nullam collectionem ante oculos habuisse coniecerim et nonnisi singulas quasque diversas, quas fortuito impetraverat aut conquisiverat Novellas interpretatum esse, audaciae accusaturum esse spero. Ceterum quam Novellam Iulianus iam in regia civitate conscripserit, non liquet. Videtur autem Appendicum codicum secundae classis auctor intellexisse Novellam CXXXIV. ideoque eam in compendium redactam capitulo DLXIV. Epitomes subiunxisse. An propter cap. 493 Iulianus significaverit Novellam latinam 143 (150) de Raptis mulieribus in omnibus fere codicibus, etiam primae classis, quatenus integri sunt, Epitomae subnexam, dubium est.

Sed haec hactenus de Epitome ipsa. Sequitur ut exponamus, quam vim et auctoritatem nacta sit. Vidimus enim consilium fuisse Iuliani succurrere latinarum provinciarum studiosae iuris iuventuti et proinde propagare in his provinciis studium et scientiam novissimi iuris Iustinianei, maximam partem Graece scripti. Nec fefellit Iulianum exitus consilii, nam brevi tempore Epitome tantam nacta est auctoritatem in Italia, ut, qui per eam iuris Iustinianei studium in Italia excitatum fuisse dixerit, is non multum a vero aberrare mihi videatur. Nam ut taceam codicum iam antiquitus in Italia scriptorum magnam copiam, non defuerunt iurisconsulti, qui Epitomen Iuliani scholiis et glossis explanare studerent, aut ea uterentur ad componendos breves tractatus iuris, quibus immiscebant reliquorum iuris Iustinianei librorum, Codicis potissimum, locos, quid quod aliis non alienum visum est vim et auctoritatem Epitomes legibus proximorum Iustiniani in imperio successorum et vel ipsius Iustiniani additis munire, itaque Corpus quodammodo novissimi iuris Romani post debellatos Gothos in Italia introducti componere, aliis contra, crescente paulatim iuris cognitione, Epitomen omissis et deletis capitulis, quae inutilia essent et superflua, decurtare, in compendia redigere et sui temporis statui publico adaptare. Quae quum ita sint, dubitari non potest, quin proximis post Iustinianum saeculis commune quoddam studium in Epitomen Iuliani impensum fuerit et schola iuris in Italia exstiterit,

62) *Biener:* Geschichte p. 76. Eum sequuntur *Cramer* l. c. p. 137 et *Reisach* in Tractatu de Iure Civili Romano, quod in antiquis canonum collectionibus aliisque ecclesiasticis monumentis occurrit, qui Tractatus exstat in *Augustini Theineri* Disquisitionibus Criticis in praecipuas Canonum Et Decretalium Collectiones. Romae 1836. 4. p. 219–268. Alio loco *Biener* p. 233 Epitomen Italiae et scholis iuris ibi exsistentibus a Iuliano destinatam fuisse scribit. 63) l. c. p. 207. 64) Sed ante annum 568, quo Longobardi Italiam invaserunt aut saltem ante Alboini mortem (574). *) Verbis: Item Iulianus in Epitome ultimam Novellam sic caepisse „Quam iam videor conscripsisse etc." **) Vid. infra p. 178, not. super.

ubi hoc factum sit. Sed quo loco exstiterit, non liquet; nam nusquam eius mentio fit, nec adhuc consentiunt docti de locis, ubi antiquitus scholae iuris in Italia floruerint. Etenim *Fitting*[65], experientissimus et diligentissimus veterum scholarum iuris investigator, Romae, ubi scriptus sit Brachylogus, Ottonis Imp. III. tempore scholam iuris fuisse contendit; Fittingio obloquitur *Ficker*[66], qui Romanae scholae iuris substituit Ravennatensem; tertiae praeterea scholae iuris, quae Papiae floruit, primam cognitionem debemus industriae *Merkelii*[67]. Quaeritur igitur, quae schola in Epitomen Iuliani operam potissimum contulerit? Equidem quid ipse statuam, haesito, neque enim ita temerarius sum, ut destitutus testimoniis certum iudicium feram. Verum quidquid est, mea opinione consultius est, non certum locum, sed regionem, intra quam schola illa iuris exstiterit, definire, quam Italiam superiorem fuisse puto et hanc potissimum partem eius, quam Carolus M. Pippino assignaverat. Etenim vetustissimi Epitomes codices omnes fere longobardico, qui dicitur, literarum ductu scripti sunt, etiam Trivultianus codex, Titi, praesulis Novariensis, iussu exaratus, praesulis igitur oppidi prope Papiam siti, ubi scholam iuris Iustiniani libros non ignorantem antiquitus exstitisse nunc scimus; porro Utinensis quoque codex provenit ex regione Pippino subdita[68]), neque propter literarum formam dubito, quin omnium antiquissimus codex, cuius fragmenta supersunt in codice S. Galli, originem ducat ex monasterio Bobiensi[69], eodem monasterio, ubi codex canonum locis Iuliani refertus scriptus est, cuius fragmenta detexit *Maassen*; denique vero faciunt pro hac regione Collectio Canonum Canonice Compta et altera Anselmo Dedicata nec non Libellus de Rebus ecclesiae, ut mittam codicem Vaticanum 1349, Vercellis verisimiliter scriptum[70]. Effecit autem ab altera parte hoc studium, ut Epitome quasi pro fonte iuris haberetur et iam nono saeculo, nisi prius, coepta sint capitula ex ea transcribi* in alios libros supplendi vel confirmandi iuris causa, canonici potissimum, sed *Novellae*, non Iuliani nomine, aut distinctius formulis *ex Libro Novellarum* sive *Novellae*, *ex Libro Novellarum Legum*, *ex Novellarum Legis Romanae* sive *Legum Romanarum Libro*, *ex Romana Lege Novella*, *ex Novella Legis Romanae*, *Novella Constitutio* etc., quae *Novellae* appellatio subsequenti tempore non solum mansit in libris iuris canonici, verum etiam transiit in libros iuris civilis, ut puta Brachylogum et Librum Papiensem et usu recepta vel a glossatoribus retenta est ad discernendam Iuliani Epitomen ab Authentico noviter reperto[71]). Testis est *Ioannes*[71a]) glossator, qui initio prooemii *Summae Novellarum* hanc distinctionem sua aetate dudum exstitisse his verbis declarat: *Liber iste, quem Domino donante lecturi sumus, dudum liber* N o v e l l a r u m *dicebatur — Verum quia etiam alius liber est hoc nomine vocatus, qui tractat similem expositionem huius, postea placuit, ut ad eius differentiam huius libri nomen mutaretur, et Authenticum seu liber Authenticorum nominaretur: eo quod prae ceteris legum libris auctorizabilis habeatur.* Accedit ad Ioannem *Huguccio*, qui primus ad c. 38. C. 11. qu. 1. vocem *Novellarum* fertur Iulianum nominasse verbis: „id est *Autenticorum. Novella dicitur quoddam opus, quod dicitur esse factum a* J u l i a n o *apostata et monacho et non est autenticatum: de hac novella non dicitur hic*[72])." Nec silentio praetereundi sunt *Albericus* et *Hostiensis*, quorum ille ad Constit. Cordi nobis haec scribit: „*de libro Novellarnm magis dubitatur, utrum sit liber iuris civilis et quidam habent coniunctum cum autentico*"[72a]), hic vero in prooemio Summae Decretalium: „*Et ut breviter comprehendam*, inquit, *in L libris Pandectarum*, IV Institutionum, XII Codicis, IX collationibus autenticorum, *Novella*, Lombarda et Constitutionibus Feudorum consistit legalis scientia[73])." Denique cum his con-

65) Ueber die sogenannte Turiner Institutionen-Glosse und den sogenannten Brachylogus. Halle 1870. 8. Zeitschr. f. Rechtsgesch. T. X. p. 320 sq. Cf. etiam *Savigny* l. c. T. I. p. 399 (ed. 1) et p. 463 (ed. 2). 66) Ueber die Zeit und den Ort der Entstehung des Brachylogus Iuris Civilis. Wien 1871. 8.; obloquitur etiam Censor in Literarisch. Centralblatt. 1871, num. 7. 67) Geschichte des Longobardenrechts. Berlin 1850. 8. Cf. etiam *Rockinger*: Die Ars dictandi in Italien p. 109 et *Ficker*: Forschungen. T. III. Quod attinet ad Dictatum de Consiliariis, auctorem eius *Savigny* l. c. T. II. p. 198 in graeco imperio vixisse opinatur; *Biener* in Histor. Auth. p. 18 et Zeitschr. cit. T. V. p. 342 in exarchatu s. Italia Graeca; *Spangenberg* l. c. p. 593 in Occidente. 68) *Haenel*: Lex Romana Visigothorum. Berolini 1849. 4. p. XXXVII. 69) De quo vid. supr. p. I. Similiter *Klenze* falsa cum veris miscens (Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft. T. VIII. p. 242: „So scheint mir es sehr wahrscheinlich, dass das Vaterland derselben die Lombardei sei, wo wie *bekannt*, der Novellenauszug Julians seit Ludwigs des Frommen Zeit *gesetzliches* Ansehen hatte und deshalb auch in Handschriften besonders *oft* mit der Lombarda verbunden erscheint." 70) Alia quoque habemus iuris Romani primis post Iustinianum saeculis studii in Italia testimonia, ut puta fragmenta ex palimpsestis Bobiensibus nostra aetate eruta, vetera Summaria Codicis Theodosiani, antiqua Codicis Theodosiani exempla manuscripta, Brachylogi et Petri compendia, hoc Valentiae aut prope ab hac Lombardiae adiacentis provinciae urbe compositum; denique de Collectionibus canonum inprimis nominanda est Collectio Anselmi Lucensis iuris Iustiniani, Codicis potissimum locis referta. *) Quo etiam pertinent Ingelheimensia a. 826 decerpta ex actis conciliorum, iussu Caroli M. a. 813 celebratorum. Vid. *Pertz*: Monumenta. T. I. Legum, p. 253 et infr. Iuliani cap. 32. 71) *Savigny* l. c. T. I. p. 109 ed. 1, p. 135 ed. 2; T. II. p. 145 et 286 ed. 1, p. 151 sq. ed. 2. *Biener*: Geschichte p. 270. 71a) Ioannis Glossatoris Summa in Novellas Iustiniani Imp. Francofurti 1615. 8. p. 1. 72) Eruit *Savigny*: Geschichte. Tom. III. p. 460, not. 101 (ed. 1), p. 498, not. *e* (ed. 2) e cod. Paris. 3892. 72a) *Wenck*: Vacarius p. 132, not. *d*. 73) Adde alterum locum, quem *Wenck*: Magister Vacarius p. 240, not. 152 excitavit ex glossa Vacarii, quae sic: „*Similiter secundum Novellam consularia dignitas ut in Novellis Quomodo ius patriae potestatis dissolvitur in pr.*", quae vv. ex Iuliani Const. 75, cap. 280 sumpta esse putat *Wenck*, nec vero ex Nov. 81. Loci Gratiani cum Novellae inscriptione nihil probant, sunt enim sumpti ex Ivone aut ex Collect. Canonum Anselmo dedicata P. II. XVI, 4, 3; XIX, 3, 10; XXVII, 1, 30; XXX, 5, 9. Quem librum auctor Chronici Urspergensis, qui secundum *Hugonem* (Götting. gel. Anzeigen 1834. num. 200. p. 1997) novellas Constitutiones commemorat, intellexerit, non liquet mihi, nec *Hugoni*. Cf. etiam *Biener*: Historia Authenticarum p. 32. De nomine *Novellae* iam disputavit *Weis* in progr. „Histor. Litt. Novellarum cit. p. 31—39", consentiente *Bienero*: Geschichte p. 270 sq., 303. Praeclare autem de hac quaestione promeruit *Savigny* l. c. Tom. III. p. 389 et 458 (ed. 1), s. p. 420 sq. et 496 (ed. 2), qui non solum dubiae interpretationis locos removit et sententiam eorum, qui aliter statuerent, refellit, verum etiam novis locis, ductis iis ex libris manuscriptis, *Weisii* sententiam confirmavit amplificavitque. Nonnulla habet *G. Heimbach*: Authent. p. DLXVI sq. Praeterea plura de hac re dedit *Biener* l. c. p. 266 sq. et p. 607 sq.

iungendus est *Odofredus*, qui ad Codicis Const. Cordi: „*unde si aliquis*, inquit, *vult scire librum Auth.*, *debet habere librum novellarum et in eo studere*", et ad Authent. Nisi rogati ad Senatusc. Trebellianum: „*Or. Segnori Dns Hugolinus extraxit etiam prolixius, quia ivit ad librum novellarum et sicut ibi invenit, scripsit eam hic.*" Itaque complures docti ad recentissimam usque aetatem Iulianum tam antiquitus summam, quam dixi, in Italia potissimum, auctoritatem nactum esse divinarunt quidem, at probare non studuerunt, etsi *Ant. Augustinus* initium fecerat, usque dum *Saviyny*, vir perillustris, duobus indicibus, secundo volumini celebratissimi operis „Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter" anno 1816 et denuo 1834 subiunctis [74], usum auctoritatemque Iuliani prae ceteris [75] iuris Romani libris ad oculos demonstravit. Sed non omnia Iuliani vestigia, quae ad hanc aetatem pervenerunt, indicibus illis continentur, quippe quum eorum multa postea innotuerint per libros e latebris in lucem recenter protractos. Ut igitur Savigniani indices compleantur, commemorabo unumquodque vestigium in nota superiore capituli Epitomes, unde sumptum est, hoc autem loco libros illos ipsos; et primum quidem iuris canonici, tum civilis, temporis, quo scripti sunt, quantum fieri poterit, ratione habita.

Iam vero librorum iuris canonici huc pertinentium antiquissimus est et prae ceteris locupletatus ex Iuliano: 1) *Lex Romana Canonice Compta*, a *Maassenio* [76] ex codice olim S. Germani de Pratis, deinde Harleiano 386, nunc Parisiensi 12448, eruta diligenterque descripta, ac duplici capitulorum indice instructa. Medio fere saeculo IX. in Italia composita comprehendit ea 210 circiter Iuliani capitula*), quae cum aliis iuris Iustinianei locis seorsum in unum tractatum coniecta esse nec mixta cum iuris canonici capitibus patet ex formulis, quibuscum Lex Romana incipit et terminatur et his quidem: „*Incipiunt Capitula Romanae Legis Ad Canones Pertinentia*" et „*Expliciunt Legis Romanae Capitula Cum Sententiis Suis. Non mireris lector quod huius legis capitula tam ppostere s posita q̄m de legibus diversis s* [77] *atque codicibus sumpta.*" Capitula cum rubris suis ex fonte transcripta sunt, verum non continua serie, sed ad certum quendam ordinem rerum, quo factum est, ut aliquot eiusdem argumenti capitula ex diversis libris et, quod attinet ad Iulianum, ex diversis Constitutionibus collecta cohaereant et vice versa capitula eiusdem Constitutionis per varios locos dispersa sint. Attendit enim auctor non numerorum, sed sententiarum ac rerum ordinem, quem pro consilio suo non admodum inepte peregit, modo ne exspectetur ordo ad regulas artis redactus [78]. — 2) *Collectio Canonum Archipraesuli Anselmo Dedicata* [79]. Scripta intra ann. 883 et 897 in Italia et divisa in duodecim Partes, comprehendit non ultra 132 capitula Iuliani, sed cuncta transcripta ex Lege Romana Canonice Compta [80], neque igitur tot, quot Lex Romana. Omisit enim Collectionis auctor ea capitula [81], quae plus quam semel in Lege Romana de eadem re agunt, aut in locis aliunde receptis exposita erant, aut suo tempore mutata [82]. Capitulorum numeri ubique fere congruunt cum Miraei et Pithoei editionibus; retinuit auctor eos ex Lege Romana, quam secutus tacuit etiam subscriptiones et Constitutionum nomen, eadem formula usus: *ex eadem Novella, ex libro Novellarum.* — 3) Eodem saeculo in Italia scripta sunt *Excerpta* illa, quae *Maassen* Mediolani in codice Ambrosiano G. 58. sup. detexit et quia codex olim bibliothecae Bobii a Sancto Columbano institutae fuerat [83], sub titulo edidit: *Bobienser Excerpte des Römischen Rechts* [84]. Habet codex inter alia praeter 18 constitutiones Libri Primi Codicis Iustinianei 76 capitula Iuliani, de rebus mere ecclesiasticis [85], quae cum Lege Romana Canonice Compta in eo quidem congruunt, quod separatim inter reliquas res, quas codex continet, interiecta sunt, differunt autem ab ea constitutionibus Codicis Iustinianei et nonnullis capitulis Iuliani [86], quae desunt in Lege illa, hic adsunt, ex quo patet, haec capitula pro Epitome Legis Romanae Canonice Comptae non esse habenda. Usus est auctor codice Iuliani in duos libros diviso. Iulianus allegatur verbis: *Liber Legum Novellarum* aut *Liber Novellarum.* Capitula *tituli* appellantur, et numeris hic illic discedunt ab illis editionum. Constitutiones quater nominantur [87]. Nonnullis capitulis addita sunt rubra, quae absunt ab editionibus [88], sed fere omnia ex primis capitulorum verbis constant. — 4) Brevis libellus *de Rebus ecclesiae*, ex codice Ec-

---

74) Inveniuntur in Appendice II. Tom. II. p. 436 sqq. (ed. 1) et p. 515 sqq. (ed. 2); repetiit eos *Reisach* l. c. p. 219 sq. 75) Quod testatur *Savigny* l. c. Tom. II. Praef. p. XI (ed. 1); p. XII (ed. 2). 76) *Friedrich Maassen*: Ueber eine Lex Romana Canonice Compta. Ein Beitrag zur Geschichte der Beziehungen Beider Rechte im Mittelalter. Wien 1860. 8. Liber diligentissime scriptus. *Bluhme*: Zeitschrift für Kirchenrecht. T. IV. p. 176 sq. pro *compta* legi vult *composita*, sine necessitate. *Krüger*: Kritik des Justinianischen Codex. Berlin 1867. p. 241, *Jaffei* iudicio Collectionem saeculo X. scriptam esse nuntiat. *) *Maassen* ea, quo facilius allegarentur, continuis numeris consignavit in primo Indice. Eum secutus sum. 77) *Maassen* l. c. p. 5 om. *s̄*. Ab eadem manu inter vv. „*Capitula* et *Romanae*" interiectum est: *cum sententiis suis* et praeterea prope inscriptionem in margine additum: „*Quod huius Romanae legis tituli preposteri ponuntur et mixti ne studeas lector mirari q̄m n̄ numerorum sed sententiarum ac rerum attenditur ordo.*" 78) *Maassen* l. c. p. 24 sq. 79) De scriptoribus et codicibus Collectionis cf. *Savigny* l. c. T. II. p. 274, not. 32 et Tom. IV. p. 471 (ed 1), p. 289 not. *e* (ed. 2); *Richter*: Beiträge zur Kenntniss der Quellen des canonischen Rechts. Leipzig 1834. 8. p. 36 sq. eiusdemque Lehrbuch des katholischen und evangelischen Kirchenrechts ed. VI. (cur. *Dove*), p. 163 sq. 80) *Maassen* l. c. p. 32 sq., qui tamen p. 33, not. 1 monet, solam l. 3 C. de Liber. causa 7, 16 non exstare in Lege Romana Canonice Compta. 81) *Maassen* p. 6 sq. recensuit capita Legis Rom. Can. Comptae, quae omissa sunt. 82) Ex omissis Iuliani capitibus coniicere licet mutationem status publici Italiae, labefactata Byzantinorum potestate, v. c. ex c. 26 de Clericis sine litteris patriarchae Constantinopolin venientibus; ex cap. 191 de Emphanisticis; ex Const. 123 s. cap. 532—540 de Transitu militum. 83) Cognoscitur hoc ex nota *Antonii Olgiati*, Bibliothecae Ambrosianae primi praefecti, in charta initio codicis interiecta a. 1606. Praeterea in margine superiore primae ipsius codicis paginae scriptum est saeculo undecimo: *Liber Sancti Columbani de Bobbio.* 84) Wien 1864. 8. Cf. etiam *Bluhme* supr. not. 76. *Maassen*: Geschichte der Quellen und Litteratur des canonischen Rechts. Gratz T. I. p. 896 sq. 85) Maximam partem sumpta ex Const. 4, 6, 115, 119. *Maassen* l. c. p. 8 et 12 sq. 86) Quo pertinent Iulian. Const. 6, c. 2, 3; Const. 115, c. 21, 52, 53, quinque igitur capit.; *Maassen* accipit octo, p. 13. 87) *Maassen* l. c. p. 10. 88) *Maassen* l. c. p. 11.

clesiae Metropolitanae Utinensis ab *Haenelio* primum editus [89]. Inscriptus est ei titulus: *Incipiunt Constitutiones Domini Iustiniani Imperatoris Pro Diversis Capitulis Episcoporum Monachorum Clericorum Vel EA Quae Ad Pias Causas Pertinent Ecclesiae.* Videtur libellus compositus esse ultimis saeculi noni aut primis saeculi decimi annis in ea parte superioris Italiae, ubi olim situm erat Forum Iulii et abbatia S. Galli amplissimos fundos possidebat, quandoquidem idem tractatus reperitur in codice S. Galli 722. Collecta sunt in unum tractatum 33 capitula Constitutionum 111, 115, 119. Duo capitula (cap. 478, 479) absunt a Lege Romana Canonice Compta, neque igitur Collectionis auctor sumpsit rem suam ex Lege Romana, sed ex alio libro, fortasse ex Epitome ipsa. — 5) *Codex Vaticanus* 1349, membr. saeculi noni, ab *Angelo Maio* [90]) explanatus, qui codicem pervolvit, nec vero diligenter iudicio *Merkelii* [91]), non amplius habet, quam 19 capitula Constitutionum 4, 6, 115, 119, sub communi titulo: *Ex Lege Iustiniani*, rubris, non numeris inter se distincta. Collectionem propter canones synodorum Vercellis habitarum et partim quidem verbis allegatos in Italia superiore, fortasse Vercellis factam esse, coniicit *Merkel.* — 6) Capitula codicis Vaticani 1349, sed aucta 15 Iuliani capitulis transierunt in memorabilem illam et quinque libris constantem Collectionem canonum, quae in Italia super. ab Hiberniae aliquo monacho dicitur confecta esse et exstat in *codice Vaticano* 1339, saeculo undecimo scripto. Disseruerunt de ea *Theiner* [92]) et *Merkel* [93]). Capitula habitu non differunt ab illis codicis 1349. Auctorem Collectionis usum esse exemplo Iuliani, quocum Lex Dei coniuncta erat, apparere putat *Merkel* ex glossula IV, 106: *De homicidis qui aliquando absolvuntur aliquando damnantur*, quae respondeat kp. VII. tit. 1. *Legis* Dei. — 7) *Codex Vaticanus* 8487 [94]) continet inter res iuris Longobardici ex Registro Farfensi provenientes, nonnullas membranas cum canonibus apostolorum et quindecim capitibus saeculo X. scriptis Epitomes Iuliani. Series haec est: 1) Canones apostolorum Cap. XXVIII. 2) *„Incipiunt iura legalia venerabilibus locis eorumque ministris pertinentia"*, et sequuntur sub titulo: *„Iustiniani regis Ital."* cap. 431, 452, 453, 16, 18, 19, 485, 13, 14, 486. 29. 477, 439, 441. 3) Ex Epist. Canonum *de rebus ecclesiae allatis non subtrahendis.* 4) Cap. 478 Epitomes. Numeri capitulorum, quatenus servati sunt, saepe concinunt cum Miraeo. — 8) Viginti circiter capitula a *Benedicto Levita* ex antiqua aliqua canonum Collectione, non ex Iuliano transcripta et partim repetita in Additionibus [94a]). — 9) *Abo Floriacensis* [95]) († 1004) refert viginti capitula Iuliani ex Constitt. 4, 73, 111, 115, 119. partim inscripta *In Legibus.* Videtur *Abo* propter verba tituli *Canones Abonis Excerpti De Aliis Canonibus* non ex Iuliani Epitome, sed ex Collectione aliqua aut potius ex diversis Collectionibus Canonum capitula illa in suum librum transcripsisse. praesertim quum relata sint modo continuis Epitomes numeris, modo cum numeris, quos habent intra Constitutiones, modo cum rubris, modo sine rubris. — 10) *Burchardus* († 1025) quoque *Wormatiensis* [96]) quinque capitula recepit in suum Decretum. quae hausit ex Epistolis et Decretis Bonifacii P., si fides haberi potest editioni a. 1548. — 11) Nec plura capitula habet Collectio Canonum [97]) *Anselmi* Lucensis († 1086). Ea inscripta sunt: *„Ex nova Constitutione* (s. *ex novella*) *Iustiniani Imperatoris"* [98]), quasi ex Epitome Iuliani, non ex alia Collectione Canonum descripta sint. — 12) *Collectio* quoque *Canonum saeculi XI. in duodecim libros divisa* [99]) nonnisi pauca habet capitula, sed, quod offendit, Theodosio imperatori adscripta. — 13) Eiusdem saeculi est inedita Collectio Canonum *Cardinalis Deus Dedit* [100]) († 1099). Quatuor eius libris inter alia iuris civilis capita inserta sunt ex *Anselmo* quinque capitula Iuliani, inscripta in margine *„ex Libro Novellarum Legum"* s. *„ex Libro Novellarum Iustiniani, Ex Lege Iustiniana."* — 14) Undecimi quoque saeculi est *Collectio Canonum*, quae ab oppido, ubi *Antonius Augustinus* dicitur eam detexisse, *Caesaraugustana* appellata est [101]). Divisa in 15 libros superat copia capitulorum ex Iuliano receptorum reliquas collectiones post Collectionem Canonum Anselmo Dedicatam congestas, nam amplius sex et triginta capitula Constitutionum 4, 6, 7, 14, 15, 32, 36, 48, 61, 67, 72, 83, 115 Collectioni passim inserta sunt, maximam partem transcripta ex Collectione Canonum Anselmo Dedicata. quare mirum est. amplae Constitutionis 115. quae paene tota transierat in Collectionem Anselmo Dedicatam, solum capitulum 67 (Epitomes cap. 493) hic reperiri. — 15) Collectione Caesaraugustana locupletiorem esse *Collectionem* illam [102]), quae ineunte duodecimo saeculo [103]), fortasse in Gallia meridionali confecta tribus partibus constat, intelligitur ex tertia parte eius, quae referta iuris civilis locis continet circiter sexaginta capitula Constitutionum

89) Berichte d. königl. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. (Philolog.-Hist. Cl.) Leipzig 1857. p. 11 sq. Lex Romana Visigothorum cit. p. LXXXIV. 90) In Spicilegio VI, 396 sq. 91) Ad *Savignii* Hist. cit. T. VII. p. 72. 92) In Disquisitionibus criticis cit. p. 271. 93) l. c. p. 73 sq. 94) Debeo notitiam huius codicis liberalitati *Bluhmii*, qui mecum communicavit apographum, quod ei miserat Dr. iur. *Krauel*, Lubecensis. 94a) *Baluzius* ultimas Iuliani Constitutiones notat ad edit. *Ant. Augustini*, non Miraei sive Pithoei, v. c. Lib. V. c. 389: Nov. 131, c. 6 pro Const. 119, 6; Lib. VI. c. 123: Nov. 123, c. 31 pro Const. 115, 33. *Regino* († 915) falso dicitur ex Iuliano hausisse duo capitula. *Savigny* l. c. T. II. p. 278, not. 43 (ed. 1), p. 294, not. *l* (ed. 2). 95) *Canones Domni Abonis Abbatis, Regis Hugonis Et Roberti Filii Eius Francorum Regis Excerpti De Aliis Canonibus* (in *Mabillon: Veter. Analect.* ed. 2. Paris. 1723. fol. p. 113—148). 96) *D. Burchardi Wormatiensis Ecclesiae Episcopi Decretorum Libri XX. — Opus nunc primum excusum — Coloniae ex Officina Melchioris Novesiani* 1548. fol. Possideo hanc editionem liberalitate *Caroli Witte*, viri perillustris mihique amicissimi. 97) Cap. 65 et 23 Const. 115 dicuntur in *Savignii* Indice exstare in Libr. VI. post cap. 209. Potius exstant in cap. 214 cum inscriptione *Cap. CCCCXXXIII* et *Idem in eodem.* In cod. chart. Parisiensi olim S. Germani secunda manus notavit ad capita illa: *In Vat. deest.* 98) *Savigny* l. c. T. II. p. 280, not. 49 ed. 1; p. 296, not. *c* ed. 2. 99) *Savigny* l. c. T. II. p. 282, not. 54 et 55 ed. 1 et p. 298, not. *a, b* ed. 2, ubi codices. 100) *Savigny* l. c. T. II. p. 282 sq., not. 57 ed. 1 et p. 299, not. *d. Merkel* ad *Savignium* T. VII. p. 75 explicate descripsit Cod. Vat. 3833, quo haec collectio continetur. Eum edidit *Pius Martinucci* sub titulo: „Deus dedit Presbyteri Cardinalis Tituli Apostolorum in Eudoxia Collectio E Codice Vaticano edita. Venetiis 1869. 8." 101) *Savigny* l. c. T. II. p. 283 ed. 1; p. 299 sq. ed. 2. 102) *Savigny* l. c. T. II. p. 284 sq. ed. 1; p. 301 sq. ed. 2. 103) Novissimae enim ibi Decretales sunt Urbani P. II., qui mortuus est a. 1099.

1, 3, 4, 7, 21, 24, 31, 32, 34, 36, 41, 44, 47, 48, 54, 65, 66, 67, 69, 72, 73, 76, 77, 82, 83, 87, 91, 102, 107, 108, 115, quapropter *Wasserschleben* recte negat Decretum Burchardi tertiae partis fontem esse, quod *Theiner* existimat [104]); utrum autem capitula illa ex Ivone sumpta sint, an hinc ab Ivone, non liquet. Etenim 16) *Decretum*, quod *Ivo*, episcopus Carnotensis († 1115 s. 1117), dicitur conscripsisse, nonaginta et quatuor capitula Iuliani comprehendit, eodem modo, quo in Collectione Anselmo Dedicata, numerata. Rubra eorum saepe discrepant ab editionibus Miraei et Pithoei, nova accesserunt aliis capitulis [105]), aliis dempta sunt [106]). Divisionis Epitomes in duas partes ibi sunt vestigia. — 17) Eiusdem *Ivonis Pannormia* non habet ultra viginti capitula Iuliani et 18) sex circiter capitula videntur ex Decreto *Ivonis* in *Epistolis* eius locum invenisse. — 19) *Gratianum* capitula in Decretum suum recepisse notum est. Proveniunt autem maximam partem ex Ivone, nec excedunt numero triginta et sex capitula [107]). — 20) Denique inveniuntur in *Bernardi Papiensis Collectione Decretalium* tria capitula, quae transierunt in Decretales Gregorii IX. [108]). Eorum fontem *Burchardum* esse, colligo ex inscriptionibus [109]).

Sed satis dictum est de principalibus Collectionibus Canonum, in quibus capitula Iuliani plus minusve reperiuntur, quare praetermitto commemorare permultos illos Collectionum Canonum atque Conciliorum codices in bibliothecis asservatos, quibus hoc illud capitulum Iuliani, prout res incidit magis, quam consilio, insertum est, et in censum vocare Hincmarum, Polycarpum, Ansegisum [110]). Ceterum ex iis, quae de Collectionibus Canonum relata sunt, apparere arbitror, Collectiones illas saeculi noni, quae prae ceteris locupletatae sunt capitulis Iuliani, incidere in aetatem, qua canonici et civilis iuris confusio in unam materiam nondum perfecta erat, sed diversis partibus continebantur, quae iuris civilis erant, quae iuris canonici [111]), procedente autem tempore, postquam utriusque iuris praecepta, quatenus id expediebat ecclesiae [112]), in unum quasi corpus conciliata erant, usum quoque Iuliani aliorumque iuris civilis librorum in Collectionibus Canonum et Conciliorum paulatim in desuetudinem venisse. Per contrarium evenit, ut decrescente iuris civilis usu in Collectionibus canonum coeptus sit Iulianus consuli in libris de iure civili scriptis, quod quo primum tempore factum sit, certo quidem definiri nequit, tamen in XI. saeculum cadere videtur, itaque paulo antequam Authenticum dicitur pervenisse in notitiam Irnerii [*]). In antiquis quidem formularum post Hincmarum collectarum libris deprehenduntur vestigia iuris Romani, sed nullum, si recte recordor, Iuliani, nec obstat glossa Taurinensis 180 apud *Savignium* [113]), quam *Krüger* undecimi aut duodecimi saeculi esse demonstravit [114]). Itaque de libris iuris civilis non veniunt in censum, nisi 1) *Petri Exceptiones*. In iis crebro Iuliani rationem habitam esse docuit *Savigny* [115]), novissimus earum editor et sexagies quidem circiter in primo potissimum libro, sed ubique fere commixtim cum aliis locis librorum Iustiniani, raro relatis verbis ipsius Iuliani: veluti I, 2 (Iul. cap. 506); I, 26 (Iul. cap. 522, 523) [116]). 2) *Corpus Legum* s. *Brachylogus Iuris Civilis*. Doctissimus huius libri editor *Ed. Böcking* „Novellas, inquit [117]), constitutiones, quibus scriptorem usum esse videmus, omnes ex Iuliani antecessoris epitome aliarum ad verbum transcripsit locos, alias in compendium redegit." Duplicis igitur generis sunt. Ad verbum quinque loci transcripti sunt: 4, 8, 8 (Iul. 115, 38 s. c. 464); 4, 9, 6 (Iul. 15, 8 s. c. 58); 4, 33, 6 (Iul. 76, 13 s. c. 295); 4, 33, 7 (Iul. 24, 1 s. c. 89); 4, 34, 1 (Iul. 76, 5 s. c. 287), quorum denominatio est *novella constitutio* aut *nova constitutio* [117a]); praeterea vicies circiter verba Iuliani plus minusve mutata recepta sunt [118]) omisso nomine fontis; reliquorum locorum in compendium redactorum, quorum magna copia est, forma et habitus haud ita multum differunt ab Exceptionibus Petri. — 3) *Expositiones Libri Papiensis* [119]). Ibi non multo amplius vicies allegatur Epitome Iuliani, eadem

104) Cf. *Richter*: Kirchenrecht, ed. VI. (*Dove*) §. 53, not. 10, p. 164. 105) Inter al. vid. libr. 16, 119, ubi Ivo: *Quid fieri debeat de bonis capitaliter damnatis*, sed Iulianus cap. 77 *Idem*. 106) Inter al. cap. 232 s. Const. 66, cap. 5, ubi Ivo Dec. XVI, 138: *Item de eadem cap.* 5. 107) *Maassen*: Pauca Palea. Wien 1859. 8. p. 49 Iuliani Const. 15, 8 s. c. 58 pro vetustissimo iuris civilis capite, quod in glossa allegatum sit, habet. 108) Bernardus Papiensis 3, 5, 2 (Gregor. 3, 5, 2); 3, 11, 4 (Gregor. 3, 13, 5); 3, 16, 1 (Gregor. 3, 19, 1). 109) Quae sunt: „*In corpore canonum p. u ex novellis*" (Bernard. 3, 5, 2), *Ex concilio apud Silvanum* (Bern. 3, 11, 4 et 3, 16, 1). 110) Quod simul cadit in Addit. Capitul. III, 53, 69, 78, sumpta ex Benedicto. De *Hincmaro* cf. *Savigny* l. c. T. II. p. 267 (ed. 1), p. 281 ed. 2. *Biener*: Geschichte p. 235. Septem et vel plura dicuntur apud *Hincmarum* reperiri capitula. 111) Tripartita est materia Partium Collectionis Canonum Anselmo Dedicatae: 1) Canones; 2) Ex Registro Gregorii P.; 3) Capitula iuris civilis. Cf. *Maassen*: Lex Romana cit. p. 37 sq. 112) Quod posterioris aetatis scriptores iuris ecclesiastici significant: v. c. *Ivo* in Epist. 280: „*Dicunt enim* Instituta Legum Novellarum quae *commendat et servat* Romana Ecclesia" (Iul. cap. 391); Concil. Paris. 833 tempore Ludovici (Decret. Grat. Cau. 24, qu. 3, c. 6): „De illicita excommunicatione lex Iustiniani imperatoris catholici, quam *probat* et *servat* catholica ecclesia constitutione CXXIII. cap. CCCLI. Ut nemo episcopus neque presbyter" (Iul. cap. 441). *Hincmar. Rhemens.* adv. Hincmar. Lugdun. cap. 13: „Sed et leges Romanae a Iustiniano imperatore promulgatae, quas *probat* ecclesia, decernunt de Episcoporum sive Metropolitani sine auctoritate profectione" (Iul. cap. 437) et cap. 30: „Proponam tibi legalem sententiam Iustiniani catholici imperatoris, quam *servat* et *probat* ecclesia catholica, quae constitutio CXVIII. cap. CCCCXLI decrevit, ut nemo episcopus" (Iul. cap. 441). *) De vestigiis Authentici in Epistol. Gregorii M. cf. *Biener*: Historia Authenticarum p. 10 sq. et *Savigny* l. c. T. II. p. 264, not. 7 (ed. 1) et p. 277, not. *f* (ed. 2). 113) *Nota. Constitutionem hanc esse correptam ab alia, quae in Novellis posita est et nuncupatur nemo pater aut mater* (cf. cap. 373 Iul.). *Savigny* l. c. T. II. p. 446 (ed. 2). 114) Quare eam *Krüger*: die Turiner Institutionen-Glosse (Zeitschrift f. Rechtsgeschichte cit. T. VII. p. 50c) omittit. 115) l. c. T. II. p. 297 sqq. (ed. 1), p. 321 sqq. (ed. 2). 116) *Savigny* l. c. p. 144 (ed. 1); p. 152, not. *b* (ed. 2). 117) Notitia Literar. p. CXX. 117a) Brach. 4, 33, 6: Iustiniani imperatoris *novella constitutio* ostendit, *titulo* de appellationibus et retractatione; 4, 33, 7 eius *nova constitutio* praecipit; 4, 34, 1 ait praedicti imperatoris *nova constitutio*. — Etiam 2, 13, 9 commemoratur *nova Iustiniani constitutio*. Vid. etiam 4, 6, 2. 118) Cf. inter al. Brach. 1, 9, 4 (Iul. cap. 388); 1, 9, 13—16 (Iul. cap. 312, 316–318); 1, 12, 2—4 (Iul. cap. 134, 454, 133); 2, 13, 9, 11 (Iul. cap. 340, 181); 2, 23, 2 (Iul. cap. 373); 2, 25, 1 (Iul. cap. 120); 2, 27, 1 (Iul. cap. 1); 4, 9, 5 (Iul. cap. 184); 4, 11, 1 (Iul. cap. 178); 4, 35, 3 (Iul. cap. 176). 119) *Merkel*: Die Geschichte des Longobardenrechts. Berlin 1850. 8. p. 57 sq. *Boretius*: Praefatio ad Librum Papiensem (*Pertz*: Monum. Germ. Hist. cit. Legum T. IV.) p. LXXXIX, et *Ficker*: Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens. Tom. III. Insbruck 1870. p. 66 sq.

Novellae appellatione[120]) qua in Collectionibus Canonum nec non in glossa Bononiensi factum est, nonnunquam coniunctim cum primis capitulorum verbis[121]), sed plerumque simpliciter, quam discrepantiam in allegandis locis *Merkel* ita expedit[122]), ut eam ex diversis diversae classis codicibus ab auctoribus Expositionis adhibitis ortam esse censeat. Divisionis Epitomes in duos libros bis mentio facta est[123]). Numeri capitulorum non sunt relati. — 4) Nec in *schola Bononiensi* usum Epitomes prae Authentico prorsus cessasse, cognoscitur ex glossis et ex scriptis doctorum Bononiensium[124]), ubi *Novellae* sive *Novellarum* nomine saepius, quam vulgo creditur, ad Iulianum provocatur. Glossarum ante Accursium scriptarum aliquot exempla ducta ex libris manuscriptis dedit *Savigny*[125]). De glossatorum scriptis sufficit, ne longior sim in re taedium movente, praeter Placentinum, Azonem, nominasse *Ioannem* Bassianum[126]). Hic quidem non tam crebro et perspicue, quam ab interprete Novellarum Iustiniani exspectandum erat, ad Novellas provocat, attamen non omnino praetermisit eas[127]). Eo crebrius praeter opinionem ratio habita est Epitomes Iuliani in glossa Accursiana, ubi 54 locos, in quibus Epitomes mentio facta sit, *Biener* se invenisse scribit[128]). Eos num Accursius, Iuliani codice destitutus, ex scriptis Alberici et Azonis, qui Iuliano usi sint, sumpse-

120) Inter alia Exposit. ad c. 223 Rothar.: ut *lex Romana in Novellis praecipit* (Iulian. cap. 2). Add. II. ad Lib. Pap. (*Quaestion. ac Monit.* §. 5 *Quia sic praecipit lex Romana in libro qui vocatur Novella, quae egit Iustinianus imperator temporibus suis* (Iul. c. 393). 121) Exempla sunt: §. 2 Expos. c. 169 Rothar. *In hoc quod dicit, nec quod debetur per legem, alii thingare, respexit in Novellam, quae dicit, quod pater filio debet tertiam partem rerum suarum, si unus sit tantum, sive duo sive tres sive quatuor; si plures medietatem* (Iulian. c. 114); §. 4 Exposit. cap. 199 Roth. *Per legem Novellarum — quae est: „Si quis pro filio“* (Iulian. c. 119); §. 5 Exposit. c. 5 Liutpr. *iuxta Novellarum Legem: „Neque pater aut mater, neque avus aut avia, neque proavus vel proavia“* (Iulian. c. 373); Exposit. c. 66 Liutpr. *In qua re lex ista a Novellarum lege, quae est: „Res litigiosas eas volumus“* (Iulian. c. 367); §. 7 Exposit. c. 69 Liutpr. *veluti in Novellis in lege* quae est: *„Iubemus ut negotiis“* (Iulian. c. 366); §. 7 Exposit. cap. 15 Ludovici *per Novellarum legem constitutionum*, quae est: *„Nullius testimonium* etc.“ (Iulian. c. 324). 122) l. c. p. 58. 123) §. 5 Exposit. c. 62 Liutpr. *Si vero Romanus sciens falsa testimonia dixerit, verberatus discedet, quod in Novellarum secundi libri capitulo: „Nullius recipiatur testimonium“ loquitur* (Iulian. c. 324); et §. 4 Exposit. c. 169 Roth. *Et hoc possumus videre in lege posita in secundo libro Novellarum, quae sic incipit: „Sive igitur omnes praedictas causas sive unam ex his parentes in suo scripserint testamento et suos filios exheredaverint“* (Iulian. c. 374). 124) Vid. supra p. XLI sqq. 125) l. c. T. III. p. 460, not. 101 (ed. 1), p. 498, not. *e* (ed. 2). *Heimbach*: Auth. p. XLV sq. 126) *Biener*: Geschichte p. 302, not. 38. 127) Summa Nov. IV. „Si debitor non habet aurum quod reddat, vel alias res mobiles, nam daret de eis prius, ut *in Novellis, tit. eod.* dicitur“ (Iulian. c. 11). — Nov. V. „Et semper interrogatur ab Abbate et Monachis, ut dicitur *in Novellis*, quae causae impulerunt eum ad hanc compunctionem“ (Iulian. c. 13). — Nov. VII. „Sic enim haec verba exponuntur in Novellis“ (Iulian. c. 32). — Nov. VIII. „Quod etiam probatur per litteram illam, nondum autem imposuit secundum legem et omnem etc. Et *in Novellis* dicitur“ (Iulian. c. 51). — Nov. IX. „Et de hac facit illa mentionem, cum dicit: *haec constitutio ita*. Et hoc etiam dicitur *in Novellis* . . . . . contra“ (Iul. c. 44). — Nov. LXXIII. „Et idem potest dici in quolibet instrumento, quod non fit ad memoriam tantum, si (in m. „fortasse sic“) ut contractus dicatur in scriptis, ut dicitur *in Nov. in hoc tit. et in f. de testibus* §. 1“ (Iul. Const. 66 et 83). — Nov. CXXVIII. „Et haec constitutio plene exponitur *in Novellis*“ Iul. Const. 124). — *Placentini* Summa Codicis 1, 5: „sed forte hodie ut *in novellis* legitur) nullus hereticus etc.“ Cf. *Savigny* l. c. T. IV. p. 276, not. *k* (ed. 2). — *Azonis* Comm. ad l. penult. C. de Haereticis: „dicunt *in novellis* haberi,“ monet autem *Biener* p. 302, not. 40, Commentarium illum non esse ἀρχέτυπον Azonis. — De *Vacario* vid. supr. not. 73 p. XLI. *Hugolinum* librum *Novellarum* manibus tractasse cognoscitur ex Odofredo ad Auth. Nisi rogati supr. p. XLII relato, quamquam in Dissensionibus huius rei nullum est vestigium — *Rogerius* in Summa Codicis utitur locutione: *Nova Constitutio.* Cf. *Haenel*: Dissensiones Dominorum. Lipsiae 1834. 8. p. 556, §. 4. Iam *Weis* l. c. p. 31 sqq „Epitomes, inquit, Iulianeae frequens erat apud veterum glossatorum familiam usus, quam in rem ad *Ioannis* summam et glossas infra adductas provoco.“ 128) *Biener* l. c. p. 301, not. 35. Exempla sunt: Gl. *denunciare* Epil. Nov. 7 De non alienandis (Iul. c. 43): scilicet principi: ut in *novel.* eo. tit. — Gl. *loci servatores* id est, vicarios: ut in *novell.* eod. tit. ad c. 4 Nov. 8 Ut iudices sine (Iul. c. 54). — Gl. *Sed neque haec* c. 6 Nov. 17 de Mandatis princ. (Iul. c. 71): quod sit casus ponendus et litera exponenda. probatur ex hoc et sequenti §. in *novella* e. ti. — Gl. *Hoc observando* Nov. 18, c. 1 De triente et semisse et s. (Iulian. c. 114): ut I. eod. §. prohibemus in f. et in *novel.* eod. tit. — Gl. *Conventus* Nov. 18 cit. c. 10 (Iul. c. 123): In *novellis* eo. Tit. Si quis rerum detentator. — Gl. *In omnibus* Nov. 44, c. 1, pr. de Tabellionibus (Iul. c. 169): scilicet hominibus et omnibus terris: ut in *novel.* eod. titu. et sic reproba quorundam opinionem qui dicunt hanc constitutionem localem; sed nos dicimus generalem. — Gl. *Praeter haec* Nov. 44 cit. c. 1, §. 1 (Iul. c. 169): i. e. discipulis suis iniunxerunt documenta componere, ut in *novel.* eod. tit. — Gl. *Hoc agere* (egerit) Nov. 44 cit. c. 1, §. 1 (Iul. c. 169): id est convenire cum eis, qui instrumenta componi desiderant, ut in *novellis* eod. tit. — Gl. *Singulis* Nov. 44 cit. c. 1, §. 4 (Iul. c. 169): scilicet tabellionibus et omnibus et singulis: ut in *novellis* eo. tit. — Gl. *Unum* Nov. 44 cit. c. 1, §. 4 (Iul. c. 169): scilicet tabellionem: ut in *novellis* eo. tit. — Gl. *Cum iureiurando* Nov. 48, praef. De Iureiurando (Iul. c. 175): id est verbotenus, ut I. in *novellis* eod. tit. — Gl. *Gloriosissimorum praefectorum* Nov. 49, c. 2, §. 2 De his qui ingrediuntur (Iul. c. 177): Ut in *novel.* fiat comparatio ex publicis scriniis — quippe cum publico testimonio confirmetur ut in *novellis*. Al. (Nota *Al.*, id est *Albericum.*) — Gl. *Hoc agitur* Nov. 69, c. 2, §. 1 Ut omnes obediant (Iul. c. 210): vel dic hoc agitur ubi absens degit: ut in *novellis*. — Gl. *Mansionibus* Nov. 69, c. 2, §. 1 cit. (Iul. c. 210): id est diebus: vel dic provinciis, quia duae provinciae sunt in medio: ut in *Novellis*. — Gl. *Curatores* Nov. 72, c. 8 De Curatoribus (Iul. c. 226): idem etiam in tutoribus secundum Io., nam sic ponitur in *novellis*. (Nota Io. sc. Ioannem Bassianum.) — Gl. *Attestentur* et *Inter quos* in f. Nov. 73, c. 8 De instrumentorum (Iul. c. 236): nam omnes testes debent subscribere, ut dicitur in *novellis* eo — quia unus nihil scribit, alius parum, forte signum crucis, quod scribit praeponi, ut dicitur in *novellis*. — Gl. *Haec constitutio* Nov. 111, rubr. Haec constitutio innovat (Iul. c. 366): secundum quod est supra: Ut ecclesia romana secundum Ioan. (Ioannem) ut legitur in *novella*. — Gl. *Sub alterno* Nov. 120, c. 1 de Alienatione et emphyt. (Iul. c. 409): id est pari donatione, ut in *novellis* eod. tit. — Gl. *Etiam nostrae* Nov. 124, c. 4 Ut litigantes (Iul. c. 530) Istae leges erant in primo libro C. qui fuit ante illum quem habemus, ut in *novellis* eo. tit. — Gl. *Si quis autem deficiente* Nov. 123, c. 2 De diversis ecclesiasticis capitibus (Iul. c. 429): id est differente usque ad tres menses: nam interim nulla facienda est examinatio, cum accusator desistit. ut in *novellis* eod. tit. — Gl. *Agriculturam* Nov. 123 cit. c. 17 (Iul. c. 455): Sed tu dicas contra, ut in *novel.* eo. ti. ubi dicit, quod domino invito potest. — Gl. *Ingratos* Nov. 123 cit. c. 41 (Iul. c. 488): Sed in *novellis* contra. dicitur enim ibi quod purgatur *in-*

rit, quod *Biener* putat[129]), nolo hic multis inquirere, parvi enim refert, unde Accursius eos hauserit, potius huius loci est commemorare rubricas capitulorum Iuliani in libris manuscriptis Authentici Novellarum capitibus adscriptas, quas *G. Heimbach* admirabili diligentia conquisivit[130]). Testantur enim eae, pariter atque glossae, quibus abundant codices 11, 17, 19 Bononiae scripti, et divisio in Collationes*), denique vero etiam receptio Epitomes Iuliani in Catalogum stationariorum[131]), Iulianum apud Bononienses usu valuisse.

Sed urget copia rerum, ut semotis aliis quaestionibus minutis et paene futilibus ad *Accessiones* et *Appendices* Epitomes transeamus, ac primum quidem ad

Indicem Constitutionum et Capitulorum.

Exstat index in codd. Paris. 4418, 4568, Vindobonensi 2160, Berolinensi 269 et ab initio mutilus in codicibus Trivultiano atque Vercellensi. Plura igitur exempla indicis inveniuntur in libris manuscriptis quam in editis, nam quatuor tantum editiones, *Miraei* dico, *Goltzii*, *Francisci Pithoei* ann. 1576 et altera Pithoeana, quam *Desmarés* divulgavit ann. 1689, indicem habent, aut potius duae, quum *Goltzius Miraeum* et *Desmarés* Pithoeanam editionem ann. 1576 ad verbum reddiderint. *Miraei* igitur et *Pithoei* tantum curis index conservatus est. Iam si quaeritur, quibus codicibus editores usi sint ad constituendum indicem, fateor facilius esse hoc coniectura assequi, quam probare firmis argumentis. *Ranconeti* codicem s. Parisiensem 4568 *Miraeo* ad manus fuisse in edenda Epitome Iuliani, iam supra demonstratum est, probabiliter igitur assumsit eum quoque ad promulgandum indicem. Verum quum in *Ranconeti* codice desint nonnulla, quae habet *Miraeus*, neque index tam artificiose ordinatus sit, quam apud *Miraeum*, alius etiam codex ab eo adhibitus sit necesse est, quem quidem cod. Paris. 4418 fuisse persuasum habeo. Multa enim communia sunt Miraeo cum hoc codice et inter alia quidem index bellissime digestus, simplex v. *Idem* sine lemmate in fronte perplurium capitulorum, porro titulorum Codicis Iustinianei cum singulis capitulis Iuliani concinentium commemoratio. Quod autem attinet ad *Fr. Pithoeum*, descripsit hic in distributione Constitutionum et capitulorum aut *Miraeum* aut codicem Paris. 4418, sed alium quoque codicem *Pithoeum* ad manus habuisse coniicere licet ex iis, quae prae indice *Miraei* plura habet Pithoeanus. Saepissime enim ibi titulis ex Codice Iustiniani excitatis praemissae sunt literae *R. Cod.*, submissae autem capitulorum lemmatibus clausulae „*novum est,*“ „*sed hoc novum est,*“ „*sed hoc innovatum est,*“ denique etiam multa capitula nonnisi v. *Idem* s. *Item* apud *Miraeum* commemorata lemmatibus adiectis locupletata sunt. Quo altero codice usus sit *Pithoeus*, aperte nusquam dicitur, nec certo dici potest, quamquam Berolinensis codicis 269 olim Pithoeani index multis rebus concinit cum Pithoei indice. Etiam quo tempore index congestus sit, incertum est, quem antiquum quidem esse cognoscitur e codice Trivultiano nec non Parisiensi 4568, nec vero Iuliani, ex discrepantia codicum et absentia eius a plerisque libris manuscriptis secundae omnibusque tertiae classis. Primo tempore simplex, ampliatus est, posteaquam codices Iuliani coepti sunt

---

gratitudo per ingressum. — Gl *Hoc amplius* ad Authenticam l. ult C. de Fideicommissis 6, 24: „*Intra annum.*“ Sed in Novella dicitur a tempore quod pronuntiatum est legatum praestandum. — Gl *Tam eas* l. fin. Cod de Agric. 11, 47: Sed dic ut ibi: Item in *novel.* de iis qui ex libera matre. Dic ergo secundum Irnerium et ingenuam ut hic et in *novel.* dicto tit. (Iul. c. 188). — Gl. *Dignitatem* l. 3 C. de Consulibus 12, 3: sed illustribus viris permittebatur patriciatus codicillos accipere: quamvis huiusmodi dignitatibus non fuerint primo decorati . ut in *novel.* de ordi . scilicet ubi etiam dicit praefectum urbis praeesse patricio (Iul. c. 216). 129) l. c. p. 302 propter glossam *decreto* Coll. I. tit. 1: „licet dicatur in *novellis* contineri“, et glossam l. penult. C. de Haereticis: „dicunt quidam reperiri in *novellis.*“ 130) Authentic. cit. p. DIII sqq., qui not. rubr. *Iul.* c. 33, 35—40, 43 ad Nov. 7, c. 2, 4—9, 12. — *Iul.* c. 114, 117, 118, 120, 124 ad Nov. 18, c. 1, 4, 5, 7, 11. — *Iul.* c. 132—142, 145—154, 157—161 ad Nov. 22, c. 4, 9, 12, 16—23, 27—36, 40—43, 46. — *Iul.* c. 165 ad Nov. 41, c. 2. — *Iul.* c. 178 ad Nov. 58, c. 3. — *Iul.* c. 197 ad Nov. 61, c. 2, §. 2. — *Iul.* c. 206, 207 ad Nov. 69, c. 3, 4. — *Iul.* c. 210, 212, 213 ad Nov. 73, c. 2 pr. et c. 4 pr. §. 1. — *Iul.* c. 243, 245 ad Nov. 74, c. 4 et 5. — *Iul.* c. 228, 230, 231 ad Nov. 76, c. 2, 3, 4. — *Iul.* c. 259, 260 ad Nov. 79, c. 2, pr. c. 3. — *Iul.* c. 289, 291, 292, 294, 295, 296 ad Nov. 83 c. 7 pr. 9—13. — *Iul.* c. 340, 342, 343, 345 ad Nov. 96, c. 2, 3, 4, 6 pr. — *Iul.* c. 368, 369 ad Nov. 107, c. 2, pr. c. 3 pr. — *Iul.* c. 371, 372, 373, 376, 377 ad Nov. 111, tit., c. 2, 3, 5, §. 1, 6. — *Iul.* c. 378, 379, 380, 382, 383, 384, 386—392 ad Nov. 112 praef., c. 2, 3, 6, 7, 8, 10—15, pr. et §. 1. — *Iul.* c. 393, 396, 397 ad Nov. 113, c. 1, 5, 6. — *Iul.* c. 399—402, 404, 406, 407, 408 ad Nov. 114, c. 2—5, 7, 8, 10, 11. — *Iul.* c. 416 (?), 417 ad Nov. 115, c. 10, 11. — *Iul.* c. 507, 508, 510, 511, 512, 514 et 515, 516, 517, 520 et 521, 522 et 523, 524 ad Nov. 119, c. 2, 3, 5, 6, 7, 9, 10—14. — *Iul.* c. 423, 424, 425 ad Nov. 120, c. 1, 2, 3. — *Iul.* c. 428, 432, 433 et 434, 435, 437, 438 et 440, 441 et 442, 444, 446, 448 et 450, 451 et 452 et 453, 454—458. 460 et 461, 462 et 464, 466 ad Nov. 134, c. 1, 4, 5, 8—12, 14—19, 21, 22, 23. *Biener:* Geschichte p. 269, 289, Irnerio ad componendas Authenticas Codicis Iulianum ad manus fuisse censet, quod tamen, etsi verisimile sit, nemo adhuc probaverit; equidem vero nego; nam quaecunque verba Iuliani offendunt in Authenticis, sumta sunt ex Authentico (Authentica: *Qui rem huiusmodi* ad Const. 15 C. de SS. Eccles. 1, 2; Authentica: *Presbyteros, diaconos* ad Const. 52 C. de Episcop. 1, 3; Authentica: *Praesides gentium* ad Const. 19 C. de Episcop. aud. 1, 4), cuius nonnulla quidem capitula habent integros versus Iuliani. Vid. inter al. Auth. 22, 46 (partic.) — Iul. cap. 161; Auth. 112, 3 (partim) — Iul. cap. 373 et 374; Auth. 112, 4 init. — Iul. cap. 375; Auth. 113, 7 — Iul. cap. 383; Auth. 113, 9 — Iul. cap. 385; Auth. 113, 11 — Iul. cap. 387; Auth. 113, 15 (partim) — Iul. cap. 391; Auth. 114, 5 — Iul. cap. 396; Auth. 115, 11 — Iul. cap. 408; Auth. 134, 4 — Iul. cap. 432; Auth. 134, 11 in fin. — Iul. cap. 453; Auth. 134, 17 init. — Iul. cap. 454; Auth. 134, 17 in fin. — Iul. cap. 455; Auth. 134, 19 — Iul. cap. 458; Auth. 134, 21 — Iul. cap. 460. Sola Authentica: *Praesides gentium* dubitationem movere potest propter vv.: „alioquin quinque librarum auri poena coercebitur, quae in opera civitatis impendetur et post poenae solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogetur“, quae quidem verba conveniunt cum Iuliano (cap. 103), nec vero cum Authentico. *) *Biener*: Geschichte p. 290, 302. 131) *Savigny* l. c. T. III. p. 457 ed. 1, 495 ed. 2; p. 600 ed. 1 et 651 ed. 2. *Biener*: Geschichte p. 303 „*Liber novell. in textu*“ et p. 652: „*Apparatus sup. libro Novell.*“ — Scholas de Iuliano habitas fuisse negat *Biener* l. c. p. 291, praeeunte *Savignio* l. c. T. III. p. 457 ed. 1 et p. 495 ed. 2. Ceterum ex iis, quae de auctoritate Iuliani exposuimus, apparet, primis temporibus in Italia potissimum Iulianum obtinuisse auctoritatem et postea demum in Gallia. *Odofredum* quoque et alios iuris post Accursium interpretes cognovisse Iulianum demonstravit *Biener* l. c. p. 302.

augeri appendicibus et in duas partes dividi, locis ex Iustinianeo Codice potissimum derivatis et notis, *quid novum sit*, indicantibus, haud aliter atque in Paratitlis infra edendis et in Dictato de Consiliariis factum est, quae quidem notae quasi principia Authenticarum Codicis sunt. Cedit autem index, quamquam memorabilis est, rerum gravitate atque varietate *Appendicibus*, quae primae et secundae classis codicibus subiunctae sunt, sed hac inter eos differentia, ut praeter Novellam 143 de Raptu mulierum utrique et vel tertiae classi communem, res, quas altera classis habet, desint in altera. Ac primae quidem classis codicum appendix magni facienda est, quippe quae comprehendit Scholia in aliquot Iuliani Constitutiones et insignem illam Constitutionum Epitomen, cui *Miraeus* Pragmaticae Sanctionis nomen dedit, insuperque nonnullas Constitutiones Iustiniani, Iustini II. et Tiberii II. Impp. [132]), quas vero Epitomes non esse partem iam supra demonstratum est. Itaque missis iis pergamus ad

Scholia,

quae non solum conservata sunt in tribus codicibus primae classis, Parisiensi 4568, Utinensi, et Trivultiano, sed etiam partim translata in Legem Romanam Canonice Comptam inque Collectionem Canonum Anselmo Dedicatam et decem quidem eorum in illam, novem in hanc. Primus *Miraeus* [132a]) divulgavit scholia, sed ex codicibus corrupte scriptis, nam „Ea, inquit, adeo corrupta erant, ut prorsus illa edendi animum saepius desponderim, ni monitore Cuiacio eiusque discipulo Petro Pithoeo — quatenus fieri potuit emendavissem." Sit ita sane, sed ultra modum *Miraeus* incubuit studio emendandi et vel mutandi addendique. Praeposuit enim scholiis titulum: „*Scholia anonyma in Constitutiones aliquot*" [133]), quo titulo codices carent, praefixit praeterea singulis quibusque scholiis numerum Constitutionis, ad quam spectant, et capituli a scholiasta explicati, quibus additionibus promeruit quidem de usu scholiorum, at vero plane vertit faciem eorum in aliam, praesertim quum spreverit retinere e codicibus numeros, quibus scholia a primo capitulo ad ultimum usque signata sunt, spreverit etiam rubra plerisque scholiis in codicibus superscripta. Antiquitatem scholiorum apparere ex vetustis codicibus, in quibus insunt, iam animadvertit *Biener* [134]), quae sententia confirmatur codice Trivultiano nec non Collectione Canonum Canonice Compta, et praeterea vetusto more allegandi locos iuris Iustinianei secundum libros, titulos et leges. Verum si quis quaerat, cuius saeculi sint scholia, me quid statuam, haesitare fateor, latet enim nomen aucteris, nisi quis eum ex verbis capitis X.: „*Hoc imperator noster prohibuit*" imperante adhuc Iustiniano vixisse collegerit aut ex verbis cap. XXV.: „*in Africa sic dicuntur*" ultimis lustris saeculi septimi, priusquam Arabes Romanos Africa exuerant. *Pithoeus* [135]) quidem in Glossario Iuliani ad v. *Praefectoria Dignitas* non dubitat, „antiqua illa scholia, quae post Novellas Iuliani sunt edita", Iuliano tribuere, verum an recte, quaeritur. Nam ut mittam, sermonem plane abhorrere a Iuliano, movent me, ut aliter sentiam, nonnulli modi dicendi, qui scholiastem diversam a Iuliano personam fuisse demonstrant, ut puta *Bene dixit* (cap. 35); *quia non dixit promulgata, sed intimata* (cap. 36); *quod supra didicisti Constitutione, quae inscripta est Mandata Principum* (cap. 29). Eum Romanae sive Latinae stirpis fuisse intelligitur ex vv. cap. 25: „*Tracteutae, quos dicimus apud Latinos tractatores*", nec non ex cap. 26: „*nam ταμεῖον* appellant Graeci *aerarium*; porro ex cap. 28: „*Isti sunt, qui dicuntur graece plerosimi.*" Videtur autem scholiasta non scribendo, sed docendo in schola [136]) rem suam egisse. Exponit enim argumenta capitulorum, atque interpretatur non usitata apud Latinos verba, definit etiam munera atque dignitates [137]), nec non utitur locutionibus *quaesivi, didicimus, dixi, scire debes*, unde fortasse — nam coniectura rem attingere licet, non probare eam — explicatur, quid causae sit, cur tredecim dumtaxat Constitutionum [138]) capitula 42, non plura explanata sint. Etenim, nisi truncatus erat codex, ex quo scholia proficiscuntur, aut magister praemature vita vel munere decessit, a studioso aliquo haec scholia exarata crediderim, qui postquam verba magistri calamo excipere coeperat, taedio scribendi sive audiendi verba magistri subito cessavit in frequentandis scholis. Habuisse magistrum in manibus omnes iuris Iustinianei libros, patet ex locis inde modo generatim modo speciatim prolatis eum potissimum in finem, ut, quid innovatum esset, quid confirmatum, demonstraretur. Bis enim memorat Institutiones in cap. 26, 35 adhibita formula *in prima* aut *secunda Institutione* pro primo aut secundo libro Institutionum, haud aliter igitur atque in paratitlis Vindobonensibus factum est; semel tantum Digesta „Protorum libri primi titulum secundum" [139]) in cap. 31; decies Codicem [140]); denique scholiasten Novellas inspexisse cognoscitur ex schol. 3, 20, 21, 28, 37 [141]).

Post scholia in medium proferenda est

Epitome Constitutionum Iustiniani De Reformanda Italia, vulgo *Pragmatica Sanctio* dicta.

Primum a *Miraeo* divulgata est ex Ranconeti codice, ad quem nunc accesserunt codices Utinensis et Trivultianus [142]). Miraeum secuti sunt *Goltzius*, *Contius* 1571 in calce editionis Novellarum et *Pithoeus*, ex quorum libris transiit ea in posteriores Iuliani

---

132) Propter subscriptionem Sacri Pragmatici Tiberii *Dat. III. Id. Aug.* etc., videntur eae post 582. demum annum adiectae esse Epitomae. 132a) Sumpsit Miraeus scholia ex Ranconeti et ex Russardi libris; videtur autem praetulisse Russardi codicem, notat enim in m. ad cap. XVIII. „*R. adiurare*" et ad cap. XXXVI. „*R. incesto*": quas lectiones utroque loco habet Ranconeti codex s. Paris. 4568. 133) In fronte editionis ita designantur a Miraeo: „Quibus accesserunt scholia seu notae incerti auctoris in aliquot Constitutiones." 134) l. c. p. 234. 135) Pithoeum sequitur *Zirardini* l. c. p. 209, not. *E.* 136) *Bienero* quoque hoc persuasum est l. c. p. 234 sq. 137) Vid. cap. 25, 28, 31. 138) Const. 15, 16, 17, 18, 21, 22, 23, 24, 26, 27, 32, 33, 34. 139) *Mommsen:* Praef. Digestorum p. IX, not. 2. *Hugo*: Civilistisches Magazin T. VI. p. XX, *Antipapinianum* quoque in scholiis commemorari scribit, sed *Bienerus* (Zeitschrift f. geschichtl. Rechtswissensch. T. V. p. 347), ad quem provocat, loquitur de Antepapiniano in Paratitlis Vindobonensibus citato. De Antipapiniano cf. *Ern. Heimbach*: Proleg. cit. p. 22, not. 10. 140) In cap. 13, 18, 22, 23, 25, 26, 27, 32, 38, 39. Sicubi scholiasta de inferiore Constitutione (cap. 4, 24) loquitur, aut de superiore Constitutione (cap. 29), Iulianus intelligendus est. 141) Novellarum ibi appellatio est *Constitutio, novella constitutio.* Novellae 134 Musonio inscriptae ter fit mentio, in cap. 2 (ubi *longa* appellatur), 21, 28. 142) Cap. 21 receptum esse in Leg. Roman. Can. Compt. observavit *Maassen* l. c. p. 20. Quid sibi velint vv. *Rudorffii*: Römische Rechts-

et Novellarum editiones, quarum recentissimam et coniecturis locupletatam curavit *Osenbrüggen* ad Pithoei editionem. Inscriptione destituta est in codicibus, quare delenda inscriptio *Pragmatica Sanctio Iustiniani Imp. complectens varia capitula*, quam finxit *Miraeus* libidine emendandi. Bis terve perlecto veteris iuris insigni monumento miratus sum, interpretum Constitutionum Iustiniani neminem quaesivisse, sintne eius capita unius solius legis, qua Iustinianus recuperatam Italiam suis legibus et institutis temperaverit, an potius plurium Constitutionum in Epitomen redactarum membra. Diligenter quidem illi inquisiverunt in formam et habitum Constitutionum Pragmaticarum [143]), inque statum publicum Italiae atque iuris ibi dicundi facultatem post debellatos a Iustiniano Gothos, porro in dignitatem Praefecti per Italiam [144]) et in promulgationem Novellarum Iustiniani in Italia [145]), aut denique interpretati sunt hoc illud capitulum [146]); quaestionem autem illam nonnisi obiter aut ne verbo quidem attigerunt. Neque enim respexerunt capp. IX, XXI, XXVI, quibus in editionibus Miraei et Pithoei subscriptum est: *Dat. Anno, Die et Conss.* sive *Cons. SS.* Iis nunc accedunt, quas iam Miraeus debebat recipere e codice Ranconeti, subscriptiones capp. IV, V, VII, VIII, X, XI, XIII, XIV, XVI, XVIII, XIX, XXII, XXIII, XXIV, XXV eodem modo conceptae, quibus tot finiri Constitiones, quot sunt capita subscripta, manifestum est; prae ceteris autem memoranda sunt capp. III, VI, XII, XV, XVII, XX, quorum subscriptiones et tertii quidem capituli addito v. *Pragmat* integrae supersunt in codicibus et concinunt cum prima clausula subscriptionis ultimi (XXVII) capituli, multum igitur conferunt ad quaestionem supra propositam dirimendam. Etenim colligere ex iis licet, Miraeum deceptum verbo „*Pragmatica*", quod legitur in ultimo capitulo, unam solam Constitutionem existimasse his capitibus contineri, ideoque eam inscripsisse „*Pragmatica Sanctio*" [147]). Iam vero ex subscriptionibus illis, inprimis autem ex clausula ultimo capitulo subiecta: „*Expliciunt Iustiniani Imperatoris constitutiones*" septem saltem nisi plurium Constitutionum eodem edictali programmate anno 554 promulgatarum inque unam Epitomen redactarum exemplar in appendice codicum primae classis conservatum esse intelligitur. Et profecto nunquam mihi persuadere possum, Iustinianum, leges suas ampullis et multis verbis commendare solitum, gravissimam rem, quae erat ordinatio Italiae, in transitu quasi tractasse. Quis confuderit has Constitutiones in unam, idoneo testimonio demonstrari nequit, sed eum Italum fuisse, qui post Iulianum vixerit, suspicor propter sermonem, qui veteris idiomatis Italici vestigia prodit [148]).

Postquam expositum est de Appendicibus codicum primae classis, videamus nunc illas secundae classis, quas omnes, ut brevis sim, in Italia ortas et Iuliani Epitomae subiunctas esse puto. Copia rerum receptarum superant eae Appendices codicum primae classis, inter se autem conveniunt forma citandi locos iuris Iustinianei [149]). Ac primum quidem de libellis, qui Appendicibus codicum secundae classis continentur, commemorandum est

Dictatum de Consiliariis [150].

Integrum exstat post summam Nov. 121 in tribus codicibus: Berolinensi 269 (4), Vindobonensi (5), Haenelii I. (8), nonnisi frustatim in duobus codicibus, Vercellensi (6) atque Taurinensi. Errore *Bach* l. c. p. 634 Dictatum de Consiliariis et Collectionem de Tutelis ab *Augustino* et *Pithoeo* edita esse scribit, quasi *Augustinus* primus editor fuisset. Potius Dictatum primum editum est ex bibliotheca P. Pithoei post Fragmenta quaedam Papiniani etc. Lutetiae 1573. 4. min. p. 59 sq. [151]), unde translatum est anno 1576 a *Francisco Pithoeo* in Iulianum post scholia [152]). Ex quo codice a *Pithoeo* editum sit, non liquido perspicitur ex prima editione [153]), sed eum malae notae, mendosum et mancum fuisse, neque igitur Berolinensem 269 (4), certum est. Inscriptio Dictati in prima editione est: *De Consiliariis DN. Iuliani Ant. Dictatum* et in Pithoeana Iuliani editione: *Dn. Iuliani Ant. Dictatum De Consiliariis.* Decepti verbis *Dn. Iuliani* vindicarunt *Hoffmann* [154]) et alii docti Dictatum Iuliano, quem errorem redarguit *Biener* [155]), approbante *Savignio* [156]); stylum enim barbarum esse et discrepare ab Epitome Iuliani, nec auctorem usum esse authentico Novellarum, sed ipso Iuliano [157]). Quae argumenta, quantumvis verisimilia sint, tamen non

---

geschichte T. I. p. 347: „die in den Handschriften des Iulian *und sonst* erhaltene Iustinianische Sanctio pragmatica etc.", nescio. 143) *Dirksen*: Ueber einige, vereinzelt auf unsere Zeit gekommene schriftliche Verfügungen römischer Kaiser. Berlin 1846. 4. p. 7 et: Ueber die Adressen der Constitutionen römischer Kaiser. Berlin 1850. p. 16. *Dirksen's* hinterlassene Schriften. Herausgegeben von *Fr. Daniel Sanio.* II. B. Leipzig 1871. 8. p. 54 sqq. (Die pragmatischen Sanctionen.) *Savigny*: System des heutigen römischen Rechts. T. I. p. 132, not. *g.* 144) *Savigny*: Geschichte cit. T. I. p. 38 (ed. 1); T. II. p. 174 (ed. 1), T. II. p. 182 (ed. 2). *Hegel:* Geschichte der Städteverfassung von Italien. T. I. p. 128. *Stintzing*: Geschichte der populären Literatur des römisch-kanonischen Rechts in Deutschland. Leipzig 1867. p. 115 sq. *Bethmann-Hollweg*: D. römische Civilprocess. T. III. Berlin 1866. 8. p. 87, not. 11. 145) Inprimis *Savigny*: Geschichte. T. II. p. 174 (ed. 1), 182 (ed. 2). *Biener*: Geschichte p. 224. *Rudorff*: Zeitschrift f. Rechtsgeschichte. T. VI. p. 439 sq. *Fitting:* Ueber die sogenannte Turiner Institutionenglosse cit. p. 8. 146) Novissime *Savigny* (vid. not. 144) et T. I. p. 76, 399 (ed. 1) et p. 100, not. *m*, 463, not. *k* (ed. 2). Cf. etiam *Glück:* Einleitung in das Studium d. römischen Privatrechts p. 194. — Sunt qui ducant ex cap. 10 (nunc 11) originem Novellarum ex graeco in latinum sermonem translatarum. — Ceterum *Alb. Kriegel*: Symbolae criticae ad Novellas Iustiniani. Lipsiae 1832. p. 11, not. 33, miratur Pithoeum, qui Sanctionem ad petitionem Vigilii *Papae* datam fuisse scripserit. Nominatur quidem Vigilius *Papa* in Indice eorum, quae continentur in Pithoeana Iuliani editione, neutiquam vero eo, quo Sanctio edita est loco. 147) Num cum ea cohaereat Constitutio Iustiniani *data Narsi Panfronio et Senatui* pro debitoribus in Italia *et Sicilia* a *Bienero* edita (Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T. V. p. 352 sq.), incertum est. 148) Nota inter alia v. *actionariis* in cap. XII. 149) Exempla Digestorum citt. collegit *Krüger* in Praefatione *Mommseni* ad Digesta. Berolini 1870. p. VIIII, not. 2 et 3. 150) Sententias doctorum de patria Dictati vid. supr. not. 67. 151) Repetita edition. Basileae 1574. 4. min. p. 63 sq. et P. Pithoei Opera. Parisiis 1609. 4. p. 120 sq. 152) Pag. 205, sed apud *Desmaresium* p. 648 sq. post clausulam „Quam iam videor." 153) Fortasse idem est antiquissimae Sequanorum aut Mandubiorum bibliothecae codex, ex quo *Pithoeus* edidit Legem Dei. Vid. supra p. V, not. 7. 154) l. c. p. 614, not. *d.* 155) Historia Authenticarum cit. p. 15; Geschichte cit. p. 83, not. 122. 156) Geschichte cit. T. II. p. 187 sq. (ed. 1), p. 195 sq. (ed. 2). 157) *Hugo*: Geschichte des Römischen Rechts p. 1101 (ed. 11) Iulianum a Francisco Pithoeo pro auctore Dictati habitum fuisse scribit.

explicant, unde profecta sit appositio: *Dn Iulian Ant.*, id est, antecessoris? *Hoffmann* l. c. „hoc dictato, ait, consilium contineri ad quendam in officio constitutum, quos titulos et materias ex legibus Iustinianeis sibi familiares reddere debeat“, quae coniectura sublevat quidem, neque vero omnino removet dubitationem natam ex praepositione *de*, quae *Hugonem* ita videtur vexasse, ut pro *de* consiliariis scriberet *pro* consiliariis [158]), adversantibus codicibus atque editionibus; nec aptius absolvitur quaestio *Bieneri* [159]) coniectura, Dictatum destinatum fuisse scholis. Meo iudicio veritas in medio posita est. Constat enim libellus glossis dictatis ad locum aliquem Iuliani, ubi de Consiliariis agitur, ad capitulum puto CXCVII. Eas postea aliquis collegit in unum libellum, responsi quasi formam prae se ferentem, quo uterentur consiliarii, et inscripsit *Dictatum*, ne originis auctoritatem libello tribuentis memoria periret. Materiam constare ex glossis, apparet ex totius libelli habitu, consilium autem auctoris intelligitur ex locutionibus: *„quod si fuerit apud te quaesitum“*, vel *„si quaeratur apud te“*, porro *„quod si emerserit quaestio* etc.“, quibus glossae in contextum quasi colligatae sunt. Etiam de aetate Dictati dissentiunt doctores. *Biener* [160]) ponit eam post Gregorium M. († 604), nec obloquitur ei *Savigny*, qui tamen Iustiniano adhuc regnante Dictatum scriptum fuisse existimet propter binam *nostri principis* commemorationem [161]). Equidem vero hoc quoque loco distinguendum esse arbitror inter glossas in Dictatum receptas et Dictatum ipsum. Illae fortasse regnante adhuc Iustiniano dictatae sunt, unde sequitur, postea demum Dictatum ex iis congestum esse. Certius quidquam definiri nequit, tamen verisimiliorem mihi videri *Bieneri* coniecturam fateor. Quis composuerit libellum, ignoratur. Pro compositore *Biener* [162]) eundem habet, cui scholia debentur; quod non videtur probandum esse. Exstant enim scholia in appendice codicum primae classis, Dictatum autem non superest nisi in codicibus secundae classis, quae appendices quantopere habitu et materia inter se differant, supra demonstratum est, nec, ut aliter statuam, movent me argumenta *Bieneri* ducta potissimum ex modo citandi locos iuris Iustinianei, nam idem est modus, quo olim iurisconsulti soliti sunt uti [163]). Utilitatem Dictati parvi habet *Pithoeus* [164]), quo nequeant penetrari recessus iurisprudentiae: quod concedi quidem potest; at tamen negari nequit, ex eo proxima post Iulianum aetate cognosci Iustiniani librorum usum in scholis et historiam. Afferuntur enim „Digesta, Codicis constitutiones, Novellae Constitutiones, et Novellae post Codicem positae“ cum numeris librorum et titulorum, et recte quidem, nisi quando librarii erraverunt, scriptis [165]). Institutionum nulla quidem mentio facta est, hanc, nisi fallor, ob causam, quia non habent, quod prosit consiliariis [166]). Protorum liber primus et quartus commemorantur, eodem igitur modo, quo a scholiasta et in Paratitlis Vindobonensibus. Praeterea accurate prolatus est locus libri primi Digestorum de Iudiciis his verbis: *„invenies in libro primo* de Iudiciis *titulo primo circa media loca Tit. I.“* Codicis multae constitutiones allegantur, interque eas, quod maxime memorabile est, graecae, quae vulgo desunt in libris manuscriptis Codicis, ex quo palam est, auctori integrum Codicis Iustinianei exemplar ad manus fuisse, praesertim quum undecimi quoque libri mentio facta sit [167]). Novellae quatuor decies circiter nominantur, ex quarum designatione *Biener* et *Savigni* Iuliani Epitomen, non ipsas Iustiniani Novellas significari concludunt, quae coniectura an probabilis sit, propter numerorum Novellis adiectorum discrepantiam cum Iuliani Constitutionibus non liquido constat. Verum, quidquid est, ex crebro vocabuli *circa* usu suspicari licet, auctorem non consuluisse Novellarum aliquam collectionem, alioquin non provocasset incerto modo ad Novellas, nec scripsisset versus finem: „et quod civitas pupilli sive adolescentis locum obtineat, *quod frequenter quidem dicitur, ubi autem relatum est, ignoratur.*“ Authenticae Quas actiones C. de SS. Ecclesiis 1, 2, quam docti sibi visi sunt detexisse in fine Dictati, nullum esse ibi vestigium, docuerunt ex Paratitlis Vindobonensibus *Biener* et *Savigny* [168]).

Dictatum subsequitur in codicibus 4, 5, 8

Collectio Domini Iuliani Antecessoris,

a recentioribus iurisconsultis *Collectio de Tutelis* [169]) sive *Collectio de Tutoribus* [170]) appellata, aut propter tutelam inter administrantes divisam vel indivisam, de qua in Collectione agitur, aut propter primam eius vocem *Tutores*. Editiones eaedem sunt, quae Dictati de Consiliariis. Dirimuntur *contrarietates* [171]) de Constitutione LXV. Iuliani *Qui tutores* etc. ortae. Inscriptio: *Collectio Domini Iuliani Antecessoris* nonnullos in eundem errorem duxit, de quo supra ad Dictatum expositum est. Collectionis nomen eam ob causam accepit libellus, quia auctor ad fundandam suam sententiam non unam, sed plures iuris positiones collegerat, quas locis iuris Iustinianei confirmavit. Horum non tot esse, quot in Dictato, non est mirandum. Nam in Dictato de pluribus rebus tractatur, hic nonnisi de tutelis. Digesta semel tantum commemorantur, sexies Codex antiquo more cum numeris librorum et titulorum,

158) l. c. p. 1101. 159) Geschichte p. 234. De formula *„Lege, Legere debes“* etc. cf. Epit. c. 163 et infr. not. * post not. 186. 160) Historia Authent. p. 18. 161) Geschichte. T. II p. 190 (ed. 1), 198 sq. (ed. 2). 162) Historia Authent. p. 16 sq. *Bienerum* sequitur *Hugo* l. c. 163) In Excerptis Bobiensibus idem est modus allegandi. *Maassen* p. 9 sq. *Krueger* ap. *Mommsen* l. c. p. IX. 164) Ed. princ. p. 112. „Porro haec quidem sacrosanctae illius iurisprudentiae non sunt quae Scaevolas et Papinianos protulit, quibus vel ista tam proxime adiungere vereor ne sacrilegium plerique interpretentur. Ac ne notas quidem accuratiores mereri fateor.“ 165) Cf. *Mommsen* l. c. Nonnulli loci quasi commendantur consiliariis, puta: *diligenter lege, frequenter legere debes, quotidie legendus tibi est liber* etc., *non praetermittas, maxime lege, lege iterum, omnimodo lege.* 166) Similiter *Biener*: Historia cit. p. 15: „Institutiones enim non citantur, quas forte pro libro in usum practicum edito non habuit.“ Postea (Geschichte cit. p. 234) videtur sententiam mutasse. 167) Quod iam sensit *Spangenberg* l. c. p. 593. *Savigny*: Geschichte. T. II. p. 189, not. 37 (ed. 1). p. 197, not. *c*. *Graeca* constitutio aperte nominatur l. 6 C. de Custodia reorum 9, 4. Praeterea allegantur l. 4 C. de Bonis libert. 6, 4; tit. C. de Incertis personis 6, 48, ad quas leges cf. *Aemil. Herrmanni* editio Codicis Iustiniani. — Etiam Epitome de Usuris super duplum: „Similis huic constitutioni *graeca* subsequitur.“ 168) *Biener*: Zeitschr. cit. T. V. p. 343 sq. *Savigny*: Geschichte. T. II. p. 198 sq. not. *g*, *h* (ed. 2). 169) *Hoffmanno* l. c. p. 614; *Bachio* l. c. p. 634; *Spangenbergio* l. c. p. 593. 170) *Bienero*: Geschichte p. 83, not. 122. *Savignio*: Geschichte. T. II. p. 187 (ed. 1), 195 (ed. 2). *Mommsen* l. c. p. XXXXII. 171) Quod intelligitur ex ultimis Collectionis vv.: *„secundum eas distinctiones oportet nos eas, quae videntur esse contrarietates, discernere.“*

plerumque etiam constitutionum; reliquorum iuris Iustinianei librorum nulla est mentio. Auctor Collectionis, qui videtur consiliarius fuisse, ignoratur, sed eum cave, ne cum Dictati scriptore confundas, nam concinnior et elegantior est illius sermo, quam Dictati.

Vidimus Dictati de Consiliariis et Collectionis de Tutelis primam notitiam deberi *Petro Pithoeo*. Peractis iis proxime spectanda est

Epitome Novellae CXXXIV.,

primum a *Miraeo*[172]) edita et ab eo inscripta: „*Constitutio CXXV. De Vicariis seu locum tenentibus. Item de mulieribus adulterium committentibus, et aliis capitulis.*“ Et difficile quidem est, certum iudicium de ea ferre, quandoquidem caret in codicibus, excepto codice 7, numero Constitutionis, nec lemma, quod nonnulli codices habent, consonat cum Novella, Epitomes fonte, quae res videntur Miraeum movisse, ut lemma Novellae 134 ex graeco translatum in latinum Epitomae superscriberet. Locus quoque, quem occupat apud Miraeum post scholia, dubius et incertus est, quippe quum in codicibus 4—6 subsequatur[173]) Constitutionem CXXIV. inque vicem clausulae „*Quam iam videor conscripsisse*“ etc. substituta sit, et in aliis rebus *Miraeus* dissentiat a codicibus. Etenim in his capita designata sunt[174]) continuis numeris post Iulianum, quasi ad eum pertinerent, exstat etiam capitulum XVII. Epitomes: „Qui consensu matrimonia distrahunt“, quod desideratur in Miraei editione. Quas ob causas hanc Epitomen, quae deest in codicibus primae classis, a *Miraeo* ex Cuiacii alterutro, non ex Russardi codice depromptam esse haud improbabile est[175]). Patria Epitomes cognoscitur ex iis, quae supra de scholis iuris deque appendicibus secundae classis codicum disputavimus, tempus autem, quo facta sit, ex verbis capituli XVII., ubi de matrimonio consensu distrahendo agitur, quae quidem verba ad Constitutionem Iustini II. Imp. anno 566 datam referenda sunt. Epitomatorem igitur post hunc annum vixisse in aperto est.

Explanatae sunt Accessiones amplitudine conspicuae, iam sequuntur perbreves trium Novellarum *Summae*, quarum primam:

Quod terra vel domus

p. 82 in adnot. super. cap. 203 prolatam, *Miraeus* divulgavit, sine dubio ex Cuiacii alterutro codice, secundam vero et tertiam:

De Usuris Super Duplum Non Computandis et

De Partiariis Solutionibus Usurarum In Duplum Computandis

Antonius Augustinus l. c. p. 478 et 381 sine lemmatibus, sed cum numeris Novellarum CXXXVIII. et CXXI. Has repetiit *Petrus Pithoeus* 1573 post Legem Dei p. 55 sq. mutatis numeris in Const. CXXXIII. et CXXXIV., tum vero cum lemmatibus *Franciscus Pithoeus* in Iuliani editione, sed iterum mutatis numeris in CXXVI. et CXXVII., vituperante *Bienero*[176]), qui has summas ad Iulianum pertinere negavit et recte quidem. Apertum enim est, discrepantiam numerorum quaerendam esse in socordia librariorum, qui continuo numerare perrexerunt, quidquid Iuliano post Constitutionem CXXIV. adscriptum invenerant.

Sed ponamus finem disputationi de Appendicibus, a quibus discernenda sunt

Lemmata

plerisque Constitutionibus post Constitutionem XXXVII. superscripta. Ea antiquissima esse intelligitur ex reliquiis codicis Sangallensis, ubi exstant lemmata Constit. XCII—C. Universa habentur in cod. 4, singula in codicibus 5 et 6. An *Fr. Pithoeus*, qui primus ea edidit, solo codice 4 usus sit, dubitare licet, propter scripturae ab eo diversitatem et lemmata, quae omisit[176a]). Auctor latet. Quis igitur fuerit et num idem homo, qui paulo ante Const. XXXVII. numeros Constitutionum uno numero augere instituit, incertum est, at vero certum, eum non esse Iulianum, de qua re iam supra dictum est.

Absolutis rebus, quae Miraei, Augustini et Pithoei industria divulgatae sunt, restat, ut commemorentur eae, quae nostra demum aetate e codicibus erutae illas augent, *Paratitla* videlicet, *Summaria capitum*, *Glossae*. Sunt autem

1) *Paratitla*

illa primum, sed nonnisi particulatim, in medium prolata a *Bienero* ex Vindobonensi codice[176b]); ab initio mutila exstant etiam in Haenelii codice I. Antiquo more citandi locos iuris Iustinianei concinunt cum Dictato de Consiliariis, consilio non item, si quidem auctor Dictati responsum ex glossis compositum dare studuit, non habita ratione ordinis capitulorum Epitomes, Paratitlorum contra compositor, observato hoc ordine, demonstrare locutionibus *relatum* aut *relata est*, quid iuris Iustinianei in libros collecti et vel *praesentis* iuris, hoc est in Novellis constituti, *innovatum*[177]) aut *sublatum* esset, aut *confirmatum*, *suppletum*, *auctum ampliatumve*, aut denique *noviter introductum*, in quem finem citantur Institutiones[178]) et Digesta, quorum non solum singula

---

172) Pag. 181. 173) In cod. 8 dee. initium Epitomes. 174) *Biener* Miraeum propter numerum CXXV. bis relatum sibi non constitisse arguit. Geschichte cit. p. 80, not. 117. 175) Vid. supra p. XIX et XXV. 176) Geschichte p. 470. Zeitschrift cit. T. V. p. 352, adstipulante *Böckingio* p. 11, not. 2. 176a) Vid. Const. 71, 79, 99 et supr. p. XXX. 176b) Geschichte cit. p. 234 sq., 606. Zeitschrift cit. T. V. p. 341 sqq. 177) Formulis *novum est, innovat, innovatur*, *hodie superfluum est*, *superflua sunt*, *confirmat*, *plenius invenies*, *latiorem titulum facit*, quam formulam auctori in deliciis esse dicit *Biener* l. c. p. 349, not. 17. Nec minus crebro dictum est *in* sive *sub competenti titulo*. 178) Inter al. cf. ad Iulian. c. 378: „quod relatum est de tutelis *I. institutionis* in titulo II. (leg. *IX.*) *institutionis* per quas personas nobis adquiritur“ — c. 399: „Innovat titulus *primae institutionis*“ — c. 164: „Innovat ea, que trebiliano senatusconsultum in *secunda* (leg. *III*) *institutione* posita sunt“ — c. 406: „quod relatum est in *secunda institutione* tituli de testamentis ordinandis“ — c. 348: „Innovat non solum ea que posita sunt in *tertia Institutione* sub titulo de duobus reis promittendi“ — c. 114: „Innovat omnia iura que de legitima quartam portionem posita sunt sive in *Institutionem* sub titulo de inofficioso“ — c. 367: „Innovantur autem ea que relate *Institutionis* sub titulo deponat (leg. *de Poena*) temere litigantium.“ — Ad c. 1 paratitl. *Biener* l. c. p. 346, not. 5

[illegible] Protorum libri[180] et primus titulus Antepapiniani[181]), fragmenta autem ipsa, plus quam semel, cum nomine iurisconsulti[182]), cuius sunt, ex quo colligere licet, in codice Digestorum, quem intra manus habuit auctor Paratitlorum, fragmenta continuo scripta et inter se non numeris, sed nominibus iurisconsultorum distincta fuisse ideoque auctorem, praesertim si qui longioris tituli locus proferendus erat, usum esse formulis: „*circa media loca*[183]), *circa primordia* sive *principia, circa ultima loca.*" Quod etiam cadit in Codicem Iustinianeum quinquagies fere et vel saepius[184]), prae ceteris igitur iuris Iustinianei libris citatum ad exemplar, quod graecas constitutiones[185]) omnesque libros comprehendit[186]). Diximus propositum fuisse homini, latini sermonis rudi quidem, sed iuris Iustinianei gnaro, ius in Novellis innovatum demonstrare adhibita Epitome Iuliani, quod cognoscitur ex locutionibus: „*innovari per CXIV. capitulum praesentium Novellarum — innovatae sunt per constitutionem XXX et CII. Praesenti vero III. Novellarum — Plenius in CXII. constitutionis invenies praesentium Novellarum — Legenda**) *est tibi tamen CXIII kap. praesentium Novellarum — innovata est per CX constitutiones praesentium Novellarum — Lege autem et DXI kap. praesentem Novell. — innovatur ex constitutione CI. praesentium Novellarum — Innovat constitutio II. praesentem novell. — Superfluum est hodie requirere propter centesimam XIII. constitutio. praesentem Novelle — Lege autem et LXXXVIII const. praesentem Novellarum*" et porro similibus[187]). Repetitam locutionem *praesentium novellarum* significare Iuliani Epitomen, contendit *Biener*[187a]); quomodo autem explicanda sint sigla *M. B.**), quae propria sunt *Martini* et *Bulgari* glossatorum, difficile est divinare propter antiquitatem codicum. Series Constitutionum capitulorumque concinit cum editionibus Miraei atque Pithoei[188]), nec numerorum consequentia mutata est, nisi quod Constitutionum numeri a XXXVI. Constitutione uno numero et circa finem duobus numeris aucti sunt[189]), unde planum est, auctorem, quem *Biener* in Exarchatu ius docuisse censet[190]), codicum secundae classis numerorum mutatione insignium aliquo usum esse, itaque post Iustinianum demum conscribendis paratitlis operam navasse[191]). Eum non ultra Constitutionem CXXI., id est CXVIIII. Epitomes progressum esse, iam monuit *Biener*[192]), quae tamen res non tanti momenti est, quanti visa est viro doctissimo. Etenim ortum esse libellum in scholis, ipse observavit[193]). Iam vero ex fine libelli perspicitur, magistrum appropinquantibus feriis scholaribus brevitati studuisse et inprimis Constitutionis CXV. capitula in unum quasi versum contraxisse[194]). Haec de paratitlis, inertia quidem librariorum depravatis, at meo iudicio dignis, quae divulgentur[195]). Proximo loco referenda sunt

2. [illegible][196]).

codicibus 5 et 8 (Vindobonensi et Haenelii I.) communia, sed hoc discrimine, ut in codice 5 adscripta sint margini capitulorum, in codice 8 posita inter lineas versuum. Barbaro quidem sermone concepta et insulse, quasi ab homine, qui verba magistri sententias capitulorum explanantis[197]) non intellexisset, nihilosecius tamen non omnino spernenda sunt. Simillima enim Summariis Codicis Theodosiani Lipsiae 1834. a me editis, produnt vestigia veteris et inculti sermonis latino-italici sub dominatione Langobardorum et Francorum nascentis[198]); nec videntur ea omni auctoritate caruisse propter glossas in codice 8 verbis

---

[illegible] torum *Lib. I.* ad c. 54, 56, 130, Protorum *Lib. III.* ad c. 135, 141, Protorum *Liber IV.* tit IV. circa media loca ad c. 403. *Biener*: [illegible] *Biener* l. c. p. 346, not. 7. Inter al. initio libelli: „ut est relatum in libro XXVI. digestorum titulo III. Digestorum *Scevole* et VI. titulo [illegible] c. 362: „Innovat eam que relata sunt in libro Digestorum *Ulpiani* — Immo et ea que relata sunt in lib. XXII. Digestorum titulo I. *Papiniani.*" 183) *Biener* l. c. p. 347, not. 12. 184) Non dubito, quin ex his Paratitlis Index Capitulorum Iuliani in secunda recensione locupletatus sit siglis *R. Cod.* iuxta omnia fere capitula subditis, paucis exceptis. Ibi quoque nonnunquam add. est: *novum est, innovatum est.* 185) Ad c. 134: „sed etiam illa constitutio principis nostri *greca* patronatus loquitur in VI. libro codicis" (Cod. 6, 4, 4. *Biener* l. c. p. 350) — ad c. 179: „tituli de nuptiis rel. in V. lib. codicis et constitutio *greca* ibi positi sunt" (Cod. 5, 4, 29 sive ult.). Eo referenda est Zenonis Imp. quoque constitutio, quae memoratur ad cap. 201 vv.: „Interpretatur *constitutio Zenonis* relata in VIII. libro codicis titulo de edificiis privatis" (Cod. 8, 10, 12). 186) Commemorantur Lib. X. in cap. 171, 216, 355: Lib. XI. in cap. 188, 301: Lib. XII. in cap. 152. *) Similiter in Iuliani Epitom. c. 163: *legere debes.* Cf. etiam supr. not. 159. 187) Vid. inter al. c. 2, 8, 26, 37, 81, 114, 120, 121, 146, 161, 189, 194, 203, 205, 208, 256, 297, 300, 340, 341, 361, 391, 407, 421, 423. *Biener* p. 346, not. 6. 187a) l. c. p. 346, not. 6. *) Vid. p. 203. 188) Paucis exceptis librariorum culpa. 189) Const. CXIX. fert numerum CXXI. 190) l. c. p. 345 et p. 349, not. 18; nam cap. 116: „dilucidare ea *que ab scolarios* relecta sunt in libro primo de iudiciis." 191) Propter crebram „principis *nostri*" commemorationem videtur quidem regnante adhuc Iustiniano vixisse, sed tamen haec verba repetita sunt ex Iuliani cap. 45, 242, 244, 245, al., ut in Scholiis et in Dictato. 192) l. c. p. 351. 193) Vid. not. 190. 194) V. c. kap. CCCCXXV. usque ad cap. CCCCXCII. brevissimis absolvit verbis: „Collegit omnia fere quae de episcopis et clericis et monachis in iure posita sunt" etc. 195) Aliter *Biener* p. 342, 345. Edita sunt infra p. 202—208, ut scripta sunt in codicibus 5 et 8, nonnisi mutatis compendiis syllabarum et paucis verbis ad codicem 8 correctis. 196) Miniator cod. 8 distinxit c. 395 verbo *Glossa.* 197) Vid. cap. 314 „praesens *lectio.*" 198) Eo faciunt scripturae *a* pro *am* (secundum novella constitutione, solvere poena), *as* pro *ae* et *is* (has culpas sunt, inducias certas tribuatur, de causas); *o* pro *um* (contra domino, per domino, intra biennio, post soluto coniugio); *u* pro *o* (synodus); *um* pro *o* (pro dominum, cum servum); *em* pro *e* (ab imperatorem, a patrem, securitatem munitus); *i* pro *us* (hic filii); *in* pro *e* et *i* (in matrem, in Constantinopolin); *us* pro *u* (cum reditus); *es* et *is* pro *ibus* (sine testis, testes) et similia; praeterea autem crebra illa singularis cum plurali, masculini generis cum feminini, coniunctivi cum indicativi et vice versa commutatio, et quod ex superioribus patet, praepositionum ubique fere falsus usus. Inveniuntur etiam verba non usitata, v. c. *vadat* c. 247, 249, 254; *resecetur* c. 255; *infiscetur* (fisco addicatur) c. 194; *pactualis* (?) c. 208; *bicamus* (bigamus) c. 159; *consimilatio* c. 234; *contemptionatur* c. 103; *placeat* (ponat) crucem c. 205; *presecavit* c. 257; *matri-*

obscurioribus inter versus haud raro adspersas. Operae igitur pretium visum est haec quoque summaria, quatenus supersunt [199]), infra exhibere. Aetas certo definiri nequit, sed superari eam lemmatum Constitutionum tempore, apparet ex horum stilo, qui concinnior est illo summariorum.

Denique huc pertinent

3) *Glossae,*

quae aut veteres sunt aut recentioris aetatis. Illas suppeditant codices 5, 6*), 8, 9, modo in margine, modo inter lineas, has prae ceteris codices 11, 17, 19. Origine differre veteres glossas codicis 8 ab illis codicum 5, 6, 9, perspicitur ex capitibus, ubi leguntur, nam aliis capitulis adpositae sunt in codice 8, quam in codicibus 5, 6, 9. Quaestionem, num codicis 8 glossae Roma originem ducant propter urbem *Romam* commemoratam in glossa capituli 63, quod de praefectis urbis Romae nihil habet, glossarum investigatores diiudicent. Recentioris aetatis glossas proficisci a Bononiensi schola **), hac de causa probabile est, quia codices, qui eas habent, Bononiensi charactere literarum scripti sunt. A principio parvi a me habitas exclusissem ab accessionibus, nisi Iuliani essent glossae, non Corporis Iuris Civilis. Marginales paratitlis maximam partem constant ex Institutionibus, Codice, et in primis ex Authentico ductis, raro ex Digestis: attamen semel ex Novis Digestis [200]). Ipsius Iuliani verba proferuntur in glossis cap. 395 et 423. Epitomen aetate, qua vixit glossator codicis 19, divisam fuisse in Collationes, apparet ex glossis cap. 460 et 481; idem dicendum est de Authentico, cuius Collationes commemorantur in glossis cap. 169, 377, 399. Constitutionis „quam non habemus" mentio facta est in glossa cap. 56, 289, similiterque legis „quae non exstat" in glossa cap. 407 et legis „quae non est in auctoritate" in glossa cap. 418 s. 419, versus denique, qui „a plerisque *notatus est*", in glossa cap. 146. Verum non omnes eiusdem glossatoris sunt, potius tres videntur scribendis iis operam dedisse; nam glossae codicis 11 non progrediuntur ultra cap. 378; eae auctae sunt et ampliatae in codice 17 usque ad capitulum 451, post quod paucae eaeque brevissimae reperiuntur; abhinc denique usque ad Const. CXXI. sive ultimam glossatam accesserunt reliquae in codice 19. Inertia librariorum pleraeque ita deformatae sunt, ut sententia enucleari nequeat, quare nonnisi delectus earum, quae videntur memorabiles esse, infra exhibitus est p. 219 sq.

Sermo erat in superioribus de Accessionibus: e diverso nunc breviter commemoranda sunt capitula, quibus Epitome *spoliata* decrevit in alteram quasi Epitomen et insuper ea, *quorum ordo mutatus est*. Illa, quorum magnus est numerus [200a]), bis infra a nobis relata sunt quum in superiore capitulorum adnotatione, eo, quo desunt loco, tum in synopsi infra p. 266* post Varias Lectiones eum in finem addita, ut protinus uno quasi conspectu non solum cognoscantur capitula e codicibus, tertiae potissimum classis, et ex editionibus Ante-Miraeanis nec non Augustini exempta, sed etiam, ut ea exemta esse a diversis diversae aetatis hominibus percipiatur, quandoquidem alii codices habeant capitula, quae desunt in aliis, quod cadit in Ante-Miraeanas quoque editiones, quarum Sennetoniana capitulorum ademtione reliquas superat. De capitibus translatis, quae non tot sunt, quot ademta, difficile est certum iudicium ferre, nam aut singula migrarunt in alium locum, aut coniunctim plura. Illa videntur incuria librarii codicis, a quo codices descendunt, in quibus alium locum tenent, excidisse et postea quidem restituta esse, sed non eo, quo debebat hoc fieri, loco, cuius erroris testimonium est codex Orielensis, in quo plus quam semel capitula restituenda in margine notata sunt [201]); at gravior est translatio Constitutionis CXVII. sive capitulorum 497—499 post Constitutionem CXVIII. in codicibus 2—6, antiquis igitur et omnibus, quantum integri sunt, primae classis codicibus, conspicua, quae utrum casu, fortasse membrana ab archetypo soluta et postea iniquo loco restituta, an consulto facta sit, anceps quaestio est propter turbatum in collectionibus Novellarum ordinem secundum annorum consequentias, de quo in utramque partem copiose disserere licet, sed in cassum, videtur, usque dum nova graecarum, corrupte adhuc editarum Novellarum iam diu multumque desiderata recensio ad graecos codices instituta tenebras dissipabit.

Verum iam satis et vel nimium dictum est de rebus ad Epitomen eiusque fata spectantibus. Itaque missis aliis quaestionibus minutiarum plenis converto me ad exponendum consilium, quod in edenda Epitome secutus sum. Ac primum quidem ad repraesentandam Epitomen usus sum *Miraeo*, qui integram eam primus divulgavit. De subsequentibus editoribus non consului nisi *Antonium Augustinum* et *Fr. Pithoeum*, etsi neuter multum progressus est ultra *Miraeum*, nam reliquos editores, qui ad verbum repetierunt aut Miraeum, ut *Goltzius*, aut Pithoeum, inutile erat in usum vocare. Solum *Desmaresium*, qui in margine editionis suae scripturas habet, quas frustra quaesivi apud Pithoeum, respiciendum esse duxi. At quomodo tractarem editiones Miraeana antiquiores, quae non sunt, nisi compendia Epitomes, diu mecum reputavi. Verendum enim erat, ne, receptis iis, liber ultra modum accresceret, contra neglectis, vix appareret, quid actum fuerit cum Epitome in pristinis scholis iuris, quod postquam alienum a consilio meo Epitomes ab omni parte adumbrandae sensi, haec quoque compendia recipere statui. Nec vero hoc fecisse satis erat. Venit enim in mentem altera dubitatio, utrumne aptius esset Epitomen et compendia eius ita disiungere, ut illam primo loco ederem et post eam deinceps haec, an compendia eodem modo disponerem, quo disposui Epitomas

---

moniata c. 316; *matrimoniare* c. 241; *armas* et *armam* pro *arma* c. 303, 304; *indotalis* c. 317; reus *discutietur* c. 211; testes *discutiantur* c. 326, 330; tutelam *gubernare* c. 336; res *opponat* (pignori det) c. 198, 336; *retollere* c. 307, 344; *incriminare* c. 385; poenae *remundet* c. 385; uxor et maritus *se divident* (divortium facere) c. 386; *sponsalia* (donatio sponsalicia) c. 390; iudex *tollit* aliquem (reum sive accusatum) c. 392; *thius* c. 395. 199) Quinquaginta circiter capitula sine summariis sunt. *) Vid. supr. p. VII, not. 14 ad cod. 5 et p. VII sq., not. 7 et 8 ad cod. 6. **) *Biener* l. c. p. 289. 200) In glossa cap. 11. 200a) In universum desunt 289 capitula, quo factum est, ut plus quam dimidia pars Epitomes exciderit. 201) Vid. cap. 52, 55, 61, not. sup., al.

Legis Romanae Visigothorum in mea eius editione. Illud ut facerem, allexit me compendiorum, quae rarissima sunt ideoque magni habentur, repraesentatio, hoc utilitas, quandoquidem hoc solo modo mutuus Epitomes et compendiorum habitus sub uno quasi conspectu proponitur. Et iam coeperam applicare compendiorum capita ad latus Epitomes in exemplis arte typographica hunc in finem expressis, quum intelligerem, non mihi successuram esse rem ex sententia quum propter capita de suo loco in alium remota, tum propter lemmata titulis et paragraphis in Pesnoti editione praescripta, quapropter invitus quodammodo posui compendia Boherii, fratrum Sennetoniorum et Pesnoti post Epitomen, ad temporis, quo divulgata sunt, rationem.

Haud secus ac Compendiorum illorum *Variarum* quoque *Lectionum*, quas codices et editiones suppeditant, receptio et tractatio mihi ambigua erat. Ingens enim est earum multitudo in secundae potissimum classis codicibus, quam insuper auxit inertia eorum, qui tollendis mendis studuerunt aut expungendo, aut radendo[202], aut inducendo. Receptis enim diversis lectionibus existimabam librum in molem auctum iri, omissis contra fore, ut vetustissimorum codicum et vel ipsius Epitomes indoles et conditio ante oculos non appareret, quod quum instituto editionis maxime repugnaret, decrevi eas recipere. Sed nec sic sublata erat omnis dubitatio. Mansit enim in deliberatione modus recipiendi, utrum scilicet Varias Lectiones singulis capitulis subderem, an totum earum apparatum in extremum librum relegarem, quae quidem deliberatio cecidit etiam in emendationes ab editoribus Epitomes propositas. Tandem denique veritus, ne alias textus Epitomes magna lectionum silva obrueretur, *Augustini* et *Fr. Pithoei*, qui similem Variarum Lectionum apparatum ad finem demum Epitomes adiecerunt, exemplum sequendum arbitratus sum, sed considerate, ne turbaretur ordo lectionum nec negligeretur commodum eorum, qui locum aliquem cum diversis eius lectionibus in apparatu consignatis comparare velint. In quem finem distinxi utrobique et in Epitome et in apparatu locum, ad quem diversitas spectat, eisdem literis ultro citroque concinentibus, quibus comparatis quilibet, qui avet lectiones scire, facile satisfacere poterit desiderio suo. Nec vero opus erat Appendices sive Accessiones eodem modo tractare, quippe quae paucis tantum codicibus conservatae sunt et proinde non tot Variis Lectionibus, in primae classis potissimum codicibus, inter se differunt, quot sermo Epitomes. Harum igitur Variae Lectiones aptiores mihi visae sunt, quae subderentur singulis, ad quas pertinent appendicibus, quam quae reiicerentur in extremum librum. Ita quoque actum est in Indice Capitulorum.

Ut Variis Lectionibus ita *subscriptionibus* Constitutionum animus advertendus erat, quarum aliae, etsi decurtatae, adsunt in codicibus, aliae desunt. Venit igitur in quaestionem, utrum omnium Constitutionum subscriptiones ex Novellis restituendae essent, an eae solae, quarum vestigia reperiuntur in codicibus. Attamen praestantius mihi visum est, codices secutus has solas retinere, sed emendatas Novellarum auxilio, quam omnes restituere.

Adnotationes, ad quas transeo, capitulis Epitomes in imis paginis subiectae duplicis generis sunt, et superiores et infimae. Illae destinatae sunt rei literariae Epitomes. Referuntur enim in iis praeter Novellam, unde quodvis capitulum sumptum est, libri, inprimis iuris, in quos a saeculo nono deinceps haec illa capitula transscripta sunt et recepta[203], deinde capitula in codicibus omissa et translata, porro diversi numeri, quos capitula in codicibus ferunt, tum lemmata a Pithoeo edita, denique vero iurisconsultorum recentioris aetatis observationes, praesertim sicubi eos de capite aliquo in contrarias partes disputare vidi. In inferioribus adnotationibus relata sunt verba contextus Miraeani ad vetustissimos aut plurimos codices emendata sententia flagitante. Verum quod attinet ad numeralia, aliter tractandos esse existimavi numeros capitulorum quam Constitutionum. Illorum enim diversitas plerumque orta est ex socordia librariorum, horum nititur potius interna quasi ratione fortasse interpretum inprimis secundae classis codicum. Illos partim removi inter Varias Lectiones, inutilis enim labor fuisset eos omnes ad singula quaeque capita adponere sive notare; hos e contrario, qui aliquid momenti habent ad cognoscendum habitum Epitomes, suo loco servandos esse duxi et ante oculos ponendos, quod ita feci, ut post Constitutionem XXXIV. alterum numerum, quo sequentium Constitutionum numeri aucti sunt, ad latus numeri, quem Miraeus et Pithoeus consentientibus codicibus vetustis protulerant, adponerem, eum vero uncinis includerem confusionis evitandae causa.

Leges Iustiniani, Iustini II. et Tiberii, quas *Miraeus* et *Pithoeus* ex diversis codicibus collectas Epitomae Novellarum subiunxerant, ab hac editione explosas esse in superioribus dictum est. Itidem remota sunt Supplementa quoque, quibus *Augustinus* et *Pithoeus* Epitomen adornarant, Glossarium dico, Interpretationem Verborum, Paratitla, quippe quae res bonae quidem frugis sunt interpreti Epitomes, neque vero iuvant crisin Epitomes et receptae nimis onerassent librum, ponderatae autem sunt in Variis Lectionibus et Notis criticis, quatenus hoc opus erat.

Haec habui, quae de consilio editionis dicerem. Restat, ut iucundissimi muneris partes expleam et debitas gratias agam viris, quorum in edendo Iuliano expertus sum comitatem, liberalitatem, auxilium. Et multi quidem in me navarunt humanitatem benevolentiamque. Ex his praeter ceteros — longum enim est, omnes, quorum grato animo recordor, quorumque singula de me merita suo quoque loco retuli, deinceps enumerare, — commemorandi sunt *Carolus Baudi a Vesme*[204], Comes Taurinensis clarissimus et „Ex curatoribus Historiae Patriae Studiis Promovendis"; *Porro*, Comes Mediolanensis, vir in antiquorum manuscriptorum lectione exercitatissimus; *Banchieri*[205], S. Theologiae Doctor summe reverendus doctissimusque, cuius beneficio mihi licuit Utinensem codicem ad verbum cum Miraeo conferre; *Pertz* et *Gersdorf*, alter bibliothecae Regiae Berolinensis, alter Universitatis Literarum Lipsiensis praefectus, uterque varia doctrina ornatissimus et singulari humanitate conspicuus; *Gustavus*

202) Correctores codicum 4 et 8 prae ceteris radendo scripturas emendare nisi sunt, sed saepe inepte. Intra suo quoque loco punctis, quot literae radendo deletae sint, indicatum est. 203) Asterisco signavi libros, quorum inspiciendorum facultas mihi defuit. 204) Vid. supra p. III. 205) Vid. supra p. VIII.

Ernestus Heimbach, antecessor quondam Lipsiensis, multiplicis eruditionis vir, mihique summa, dum viveret, familiaritate coniunctus, cui debeo duorum codicum accuratam descriptionem, Vercellensis et Trecensis. Nec silentio praeterire possum *Carolum Cramerum*, amicum dilectissimum. Octogenarius enim senex indigebam socio fido, qui me adiuvaret in superando magno omnino et arduo labore. Nec unquam mihi defuit vir optimus, qui summam diligentiam adhibuit in notationibus meis conferendis cum libris quum editis tum manuscriptis inque plagulis corrigendis. Denique vero maximas gratias debeo ***Hermanno Rostio***, redemtori huius editionis honestissimo, in qua adornanda typorum nitore et chartae splendore sumptibus non pepercit.

Haec fere erant, quae praefanda viderentur. Quod si haec nova Epitomes Iuliani editio eam utilitatem, quam intendi, iuris romani studiosis attulerit, operam haud exiguam, quam in rebus comportandis componendisque consumpsi, bene collocatam fuisse iudicabo; per contrarium autem, si quando peccaverim[206]), venia, quaeso, detur seni viribus animi et corporis fracto, qui iurisconsulti esse arbitratus promissis stare, magis coactus quam sponte Iuliani Epitomen spicis et tricis plenam purgare et in omnes partes illustrare aggressus est.

Scrib. Lipsiae Kal. Iul. A. P. C. N. MDCCCLXXII.

206) Multum obstitit componendis et corrigendis plagulis Praefationis ultimisque Variarum Lectionum rixa typothetarum cum patronis officinarum.

Signorum Explicatio.

Cod. 1 Cod. S. Gallensis 1395.
- 2 - Bibliothecae Parisiensis 4568.
- 3 - - - 4418.
- 3a - - Trivultianae Mediolanensis.
- 4 - Regiae Bibliothecae Berolinensis Ms. Lat. Fol. 269.
- 5 - Vindobonensis s. Imper. Austr. Bibliothecae 2160.
- 6 - Capituli Maioris Ecclesiae Vercellensis CXXII.
- 7 - Archi Ecclesiae Cathedralis Utinensis.
- 8 - Haenelii I.
- 9 - Wallrafii, nunc Coloniae Civitatis.
- 10 - Bibliothecae Parisiensis 4714.
- 11 - - - 4566.
- 12 - Orielensis Collegii, quod Oxonii est.
- 13 - Bibliothecae Regii Taurinensis Athenaei CCCXCII. h. VI. 24.
- 14 - Bibliothecae Municipalis Turonensis.
- 15 - - Publicae Trecensis.
- 16 - Regiae Publicae Berolinensis Ms. Lat. Fol. 271.
- 17 - Haenelii II., olim Crameri.
- 18 - Bibliothecae Parisiensis 4713.
- 19 - - Publicae Matritensis.

A. Editio Antonii Augustini 1567.
Aa. - - - 1766.
Av. Augustinus in Variis Lectionibus.
Acc. Accursius.
Ans. Ansegisus.
Auth. Authenticum.
B. Boherius.
Be. Bernardus Papiensis.
Bl. Brevis Libellus de Rebus Ecclesiae.
Bo. Excerpta Bobiensia.
Br. Brachylogus.
Bu. Buchardus.
Ca. Collectio Canonum Anselmi.
Cs. - - Caesar-Augustana.
Cd. - - Anselmo Dedicata. (Cod. Bambergens.)
Cre. Constitutiones de Rebus Ecclesiae.
D. Collectio Canonum Cardinalis Deusdedit.
G. Editio Goltzii 1565.
Gl. Glossa.
H. s. Hu. Editio Hugonis a Porta.
Lr. Lex Romana Canonice Compta.
M. Editio Miraei 1561.
Nov. Novella.
P. Editio Pithoei 1576.
Pa. - - 1689.
Pe. Petri Exceptiones.
Ps. Editio Pesnoti 1558.
R. Ranconeti codex.
Reg. Regino.
r. m. recentior manus.
s. m. secunda manus.
S. Editio Sennetoniana 1550.
Va. - Voluminis 1575.
Vb. - - 1585.
Vat. Vaticanus codex.
Var. Lect. Variae lectiones.

IULIANI

EPITOME NOVELLARUM.

In Nomine Domini Dei Nostri Iesu Christi [1] Incipiunt Capitula Novellarum Domini Iustiniani Augusti Promulgata Post Codicem [2].

I. CONSTITUTIO.

I.	I.	Si heres legata solvere noluerit. R. Cod. lib. VI.
II.	II.	Ad legem Falcidiam. R. Cod. lib. VI.
III.	III.	De legatorum [3]) exaequatione. R. Cod. lib. VI
IV.	IV.	Ut legata intra annum praestentur. R. Cod. lib. VI. sed hoc innovatum est [4]).

[5]) II. CONSTITUTIO.

V.	I.	De his, qui ad secundas nuptias migraverunt. R. Cod. lib. V. tit. IX [6]).
VI.	II.	Idem. Si maritus vel mulier, qui quaeque ad secundas migraverit nuptias, res dotis vel propter nuptias donationis alienaverit.
VII.	III.	Idem. Si filius intestatus mortuus fuerit, portio quae competet ei etc.
VIII.	IV.	Idem. Si mulier defuncto marito suo ad secundas pervenerit nuptias [7]).
IX.	V.	De dote adscripta et non numerata vel praestita. R. Cod. lib. V. sed hoc innovatum est [8]).

III. CONSTITUTIO [9]).

X.	I.	De fideiussoribus et mandatoribus. R. Cod. lib. VIII. [10]) et lib. IV.
XI.	II.	De solutionibus et verborum significatione. R. lib. VIII.

IV. CONSTITUTIO.

XII.	I.	De monasteriis. R. Cod. lib. I.
XIII.	II.	De monachis et ascetriis. R. Cod. lib. I.
XIV.	III.	Idem. Si autem servitutem effugiens veniat ad monasterium [11]). R. lib. I.
XV.	IV.	Idem. In omnibus monasteriis, sive paucos sive pauciores monachos habeant. R. lib. I.
XVI.	V.	Idem. Si quis in monasterio se consecravit et postquam vestem religiosam reliquerit [12]). R. lib. I.
XVII.	VI.	Idem. Si [13]) vir vel mulier liberos habens ad solitariam vitam pervenerit. R. lib. I.
XVIII.	VII.	Idem [14]). Si quis introierit in monasterio [15]) et post religiosam vestem [16]) recesserit. R. lib. I.
XIX.	VIII.	Si quis in monasterio consecratus fuerit posteaque in aliud monasterium transire voluerit [17]). R. lib. I.
XX.	IX.	Idem. Si quis monachus clericatus honorem acceperit. R. lib. I.
XXI.	X.	De archimandritis, et ut constitutio communis sit monachorum et sanctimonialium. R. Cod. lib. I.

V. CONSTITUTIO.

XXII.	I.	De numero clericorum Constantinopolitanae civitatis [18]). R. Cod. lib. I. sed hoc novum est.
XXIII.	II.	Ut non liceat clerico de minore ecclesia in maiorem per patrocinium transire, et de alimoniis clericorum. R. Cod. lib. I. sed hoc novum est [19]).

VI. CONSTITUTIO.

XXIV.	I.	De episcopis. R. Cod. lib. I.
XXV.	II.	Idem. Nemo religiosus episcopus extra suam ecclesiam degat ultra annale spatium [20]). R. Cod. lib. I.
XXVI.	III.	Idem. Numquam episcopus in Constantinopolitanam civitatem veniat nisi litteras acceperit a metropolitano suo ad principem [21]). R. Cod. lib. I.
XXVII.	IV.	De clericis. R. Cod. lib. I.
XXVIII.	V.	Idem. Qui duas nuptias contraxit, diaconus vel presbyter fieri prohibetur. R. Cod. lib. I.
XXIX.	VI.	De diaconissis. R. Cod. lib. I.
XXX.	VII.	Idem De clericis. R. Cod. lib. I.
XXXI.	VIII.	Idem. De numero clericorum. R. Cod. lib. I.

VII. CONSTITUTIO.

XXXII.	I.	De rebus ad venerabiles locos [22]) pertinentibus non alienandis. R. Cod. lib. I.
XXXIII.	II.	Quomodo liceat ad imperatorem [23]) res sancti loci transferri. R. Cod. lib. I.
XXXIV.	III.	Quomodo emphyteusis rerum ad sanctos locos pertinentium contrahatur [24]). R. Cod. lib. I.

---

1) Ita 4, P. P^a.; 2, 3, M. G om. *In — Christi.* 2) 2, 3, M G. *Incipiunt capitula* (sive *Index Capitulorum*) *quae sub unaquaque constitutione continentur.* 5 *Incipiunt Capitula Rem Codicis Novellarum Omnium Iustiniani.* 4 *post Codicem Const.* Librarius huc attraxit ex indice „I. Constitutionem", sed sine numero. 3) 4 *legatariorum.* 4) Ita 4, P. P^a.; rell. om. *sed hoc innovatum est.* 5) 4 *Gr. III.* Cons. II., quasi haec constitutio tertia sit Graecae Novellarum collectionis. 6) *R. Cod. tit. IX.* deest ap. M. G. 7) 2, 3, M. G. om. lemmata capit. 6–8. 8) Ita 4, P. P^a.; om. M. G. *sed — est.* 5 om. *vel praestita.* 9) *III. Constitutio* non est in cod. 4. 10) 3, M. G. *De Fidejuss. et mandatoribus. lib. VIII. et III. et his qui pro aliis pecunias constituunt. Lib. III.*, sed 3 rectius *Lib. IV.* 5 *De f. e. m. et reliqua.* 11) 3, M. G. *Idem* pro lemmatibus capitulorum 14—20, quae habent 4, P. P^a.; 4 e contrario om. ibidem *R. lib. I.* 12) Ita 5, sed 4 *postquam vestem relig.* P. P^a. *et postquam etc.* 13) 4 *Idem si.* Rell. om. *Idem.* 14) 5 om. *Idem.* 15) 4 *monasterium.* 16) 5 *vitam.* 17) P. P^a. *in alio monasterio etc.*, sed 4 *in alio monasterio transire voluerit.* 18) 5 *ecclesiae.* 19) 4 *clericorum. Cons. VI. R. cod. L. I. sed hoc novum est kp̄ De Episcopis*, falso transpositis vv. *R. — est*, quod nonnumquam a librario factum esse in Indice, semel monuisse sufficiat. 20) 3, M. G. *Idem* et des. lemmata cap. 25, 26, 28. 21) 5 *Nemo episc.* P. P^a. *constantinopolitana civitate* et om. *ad principem*, quod 4—6 habent. 4 om. *R. Cod. lib. I.* 22) M. G. *venerabilia loca.* 23) 3 *Q. l. imperatori r.* 24) 2, M. G. *Quomodo res emphyteusis sanctis locis pertinentium contrahantur*, sed 2 *Idem quomodo.*

XXXV. IV. Quomodo ususfructus rerum ad sanctos locos pertinentium constituatur [25]. R. Cod. lib. I.

XXXVI. V. Quibus poenis subiecti sunt [26], qui praesentem constitutionem contemnunt. R. Cod. lib. I.

XXXVII. VI. Quando licet hypothecae titulo res venerabilium locorum obligari. R. Cod. lib. I.

XXXVIII. VII. Quibus poenis subiicitur, qui inlicitum emphyteuseos contractum in res venerabilis loci componit [27]. R. Cod. lib. I.

XXXIX. VIII. Quomodo punitur, qui sacra vasa vel donat, alienat, vel pignerat vel conflat, et de panibus civilibus [28]. R. Cod. lib. I.

XL. IX. De pragmaticis sanctionibus, quae contra commoda venerabilium locorum promulgantur [29]. R. Cod. lib. I.

XLI. X. Idem. Si quis in potentatu constitutus divinam pragmaticam sanctionem impetraverit [30]. R. Cod. lib. I.

XLII. XI. De monasteriis non vendendis vel alienandis. R. Cod. lib. I.

1. Si quis crediderit alicui[c], et fideiussorem vel mandatorem acceperit, vel eum[d] qui pecuniam pro reo[e] constituit, non prius contra tales personas actiones moveat suas, quam adversus ipsum reum[f] principalem egerit[g] eumque inopem invenerit, vel in solidum, vel pro parte[h]. Postquam enim egentia laborare noscatur reus, sive in solidum, sive pro parte[i], tunc contra fideiussores vel mandatores intendere creditorem oportet[k]. Haec, si debitor praesens sit, et appareat. Sin autem absens fuerit reus[l], et fideiussores vel mandatores praesto sint, vel hi qui pecuniam pro eo constituerunt[m], tunc praefiniri eis diem[n] oportet, intra quem[o] debeant reum exhibere. Sin autem tempus praefinitum praeterierit, ipsi quidem pro reo actiones[p] suscipiant, et debitam pecuniam persolvant. Cedat autem eis actionibus suis creditor, quas adversus reum principalem habet. Quod si tam reus, quam fideiussor vel mandator, vel qui pecuniam pro reo constituit[q], in absentia fuerint[r], tunc liceat creditori etiam[s] adversus res rei principalis[t] venire. Quod si nullae res rei principalis appareant*, tunc etiam in res[u] mandatoris vel fideiussoris manus creditoris[v] porrigi possunt, ut etiam si[x] debitores habeant, etiam ab his creditori satisfiat[y]. Haec autem sic intelligenda sunt, ut nullam facultatem habeat creditor res vindicare prius, quam personales actiones exerceat[z], tam contra ipsum reum principalem, quam[a] fideiussores eius[b] vel mandatores, eosque* non solvendo esse appareat, eodem iure scilicet observando, si personae eorum non appareant[c]. Haec autem omnia, quae de creditore et fideiussore diximus, etiam ad venditionis confirmatorem[d] trahenda sunt, ut non prius emptori licentia[e] sit adversus confirmatorem consistere, nisi prius venditorem convenerit vel indubitate solvendo non sit. Sed[f] nec hypothecariis in rem actionibus iudicium pateat[g], antequam personales actiones defecerint. Et in summa quae dicta sunt in mutua[h] pecunia et in venditione, custodienda

---

Cap. IX. Iul. Const. 2, 5. Nov. 2. 5. Auth Const. 2, 5

Cap. X. Iul. Const. 3, 1, et append. cod. Utinens. s. 7. Nov. 4, 1 et 2. Auth. Const. 4, 1 et 2. A. Nov. 4, 1. Lib. Pap. Roth. expos. cap. 178, §. 3 et Liütpr. cap. 107, §. 3. Coll. Can. An. saec. XI.* Dictat. de Consiliariis circa fin. Ivo 16, 117. Anon. Gr. (*Zachariae*: Anecd. p. 203.) *Girtanner*: Die Bürgschaft. Jena 1850. 8 p 113 sq., 181, 200, 224 sq., 429 sq *Vangerow* l. c. §. 573. p 86 (ed. 6); §. 578. p. 156 sq.; §. 579. p. 160.

---

ad *u* M. add. *suos*. ad *k* M. marito [donatore] ex. ad *o* M. marito. Haec autem constitutio locum. ad *c* M. add. *pecuniam*. ad *h* M. in solido, vel in parte. ad *i* M. laborare dignoscitur reus, in solido, sive in parte: sive tunc. ad *t* M. principalis rei — res principalis rei. ad *z* M. res prius vindicare, quam personales exerceat actiones. ad *a* M. quam [contra] fideiussores. ad *g* M. pateat iudicium.

erunt[i] et in omnibus contractibus, qui aliquam satisdationem recipiunt. Sin autem argenti* distractores pecuniam[k] constituerint, secundum veteres leges conveniantur.

XI. De solutionibus et liberationibus[a], et verborum significatione[b].

2. Si quis pecuniam mutuaverit[c], debitor autem pecuniam[d] non habuerit, quam daret,[e] rem mobilem creditori praestet, si habet. Sin autem rem mobilem non habeat[f], tunc immobilem rem suam[g], si habet[h], vendere debet[i], et pecuniam debitam ex pretio rei[k] solvere. Sin autem emptorem non inveniat[l], tunc praedium[m], quod optimum habet, creditori suo praestet[n], et actione, qua obstrictus[o] est, liberetur. Ubi autem emptorem sui praedii invenerit[p], caveat creditori[q] pecuniam debitam se soluturum[r], et post cautionem liceat[s] ei constituere venditionis contractum. Creditoris autem appellatione significatur non solum is, qui mutuam alicui dedit[t] pecuniam, sed etiam omnes, qui aliquam actionem contra aliquem habeant[u]. *Dat. Kal. April. consulatu Belisarii*[v]. (535.)

CONSTITUTIO IV[a].

XII. De monasteriis[b].

1. Qui vult aedificare monasterium, prius episcopum vocet[c], et illum exoret, ut sanctam[d] crucem imponat[e], et postea imponatur[f] aedificium.

XIII. De monachis et ascetriis[a].

2. Si quis monachus fieri vult[b], sive liber sit, sive servus, non statim monachus fiat, sed per triennium tonsura quidem* et veste laicorum utatur, et divinas scripturas discat et confiteatur suam condicionem[c], id est, utrum ingenuus sit, an servus, vel alterius cuiuscumque[d] status, et narret causas, propter quas ad solitariam vitam migrare desideraverit[e], ne forte malus sit, et Deo displiceat[f]. Oportet autem et monachos[ff] verba ei adferre, quae mores eius[g] et vitam corrigere poterunt[h]. Et si per triennium talis appareat, ut videatur dignus tonsura et veste religiosa[i], tunc et[k] tondeatur, et stolam monachicam vestiat, sive liber sit, sive servus, et nulla molestia inferatur ei[l], neque de servili, neque de libertina condicione. Sin autem aliquis intra triennium* retrahere eum[m] ut servum suum voluerit, et dicat, quod res suas furatus[n] ad monasterium cucurrit[o], non statim eum abstrahat, sed prius probet, quod[p] et servus est, et pro furto[q] vel vita mala, et peccatis atrocibus timuit, et fugit. Et si haec vera sint[r], reddatur servus domino suo cum rebus subreptis, si etiam ipsae quoque res[s] in monasterio fuerint; dominus[t] autem eum recipiens fidem ei[u] praestet, quod nullo eum malo[v] propter haec, quae iam peccavit, affecturus sit. Quod si nullo[vv] delicto servum suppositum esse dominus probare potuerit[x], et ipse servus ex castitate morum suorum bona testimonia habeat, etsi nondum triennium praeterierit, tamen maneat in eodem venerabili monasterio; triennio autem semel transacto, et inter monachos servo[y] numerato, nulla licentia sit[z] postea[a] qualemcumque mo-

Cap. XI. Iul. Const. 3, 2. Nov. 4, 3. Auth. Const. 4, 3. A. 4, 2. Ivo 16, 118. Appendix cod. 7. Vid. cap. 10, not. super. *Römer*: Die Leistung an Zahlungsstatt. Tübingen 1866, p. 172, not. 11. Cod. 6 *XII* et augetur abhinc uno numero capitulorum numeratio.

Cap. XII. Iul. Const. 4, 1. Nov. 5, 1. Auth. Const. 5, 1. Lr. c. 169. Bo. c. 55. Cd. 6, 135. Iisdem fere vv., sed aucta repetitur in cap. 205 et 512. *Biener* l. c. p. 439. A. *Nov. V.* M. notat. in m.: „In margine exem. Ran. haec adduntur, *In Graecis constitutionibus tertia decima est ista*,“ i. e. rubrica (sive cap.) XIII., quae sequitur. Eadem vv. exstant in m. codd. 2, 6. Erraverunt librarii in loco, quo ponenda erat nota. Cf. *Biener* l. c. p. 229, qui videtur haec vv. referre ad Constitutiones, quasi XIII. constitutio intelligenda sit.

Cap. XIII. Iul. Const. 4, 2. Nov. 5, 2, §. 1, 2. Auth. Const. 5, 2, §. 1, 2. Lr. 150. Bo. 58. Cd. 6, 116. Coll. Caes. Aug.* Cod. Vat. 1339. Ben. Lev. cap. 5, 380. Bu. 8, 20.* Ivo 7, 153. Vid. cap. 205. De serie capit. cf. *Maassen*: Bobienser Excerpte p. 10.

ad *e* M. daret: [tunc] rem. ad *k* M. rei [venditae] solvere. ad *q* M. creditori [suo] pecuniam. ad *ff* M. monacho. ad *k* M. om *et* ad *y* M. servo Dei connumerato. ad *a* M postea [domino] qualemcumque.

lestiam ei inferre, sive re vera famulus sit[b], sive ingenuus, sed omni modo solitariae vitae permaneat, etsi peccatum[c] ab eo in priore vita admissum sit. Ea autem, quae furto[d] subrepta sunt, procul dubio, si inveniantur, domino reddi oportet.

XIV. Idem[a].

3. Sin autem servitutem effugiens venerit[b] quis ad monasterium, postea autem reliquerit venerabilem locum, et in aliam[c] vitae figuram transierit liceat[d] domino[e] extrahere[f] eum, et probanti quod servus est[g], ut servum eum habere[h].

XV[a]. *Idem*[b].

4. In omnibus[c] monasteriis, sive paucos sive complures monachos habeant[d], nulla licentia monachis sit[e] separatim conversandi, nec unusquisque monachus suum proprium cubiculum habeat, sed communiter ad excolendum Deum[f] congregentur, et in communi loco dormiant: singulis[g] quidem in culcitis suis, humi[h] videlicet constratis[i], iacentibus, omnibus autem in una domo[k] dormientibus. Quod si tantus sit monachorum numerus, ut una domus eis[l] non sufficiat, tunc et[m] in duabus pluribusve habitationibus[n] dormiant, non autem separatim per se, sed in communi loco, sicut iam praediximus[o]: nisi forte quidam ex[p] his tales sint, ut iuste debeant[q] segregari ab alia[r] monachorum multitudine[s], quos[t] summae vitae constitutos[u] Graeci ἀναχωρητὰς et ἡσυχαστὰς[v] dicunt[x].

XVI. Idem[a].

5. Si quis in monasterio se consecraverit[b], et postquam religiosa veste[c] vestitus est, a monasterio recesserit*, omnia bona ipsius, quae in monasterium[d] introduxit[e], ad ipsum monasterium pertineant[f]. Idem est ex alia constitutione, et si non introduxerit[g]; omnes enim res eius dominii[h] monasterii sint[i].

XVII. Idem[a].

6. Si vir vel[b] mulier liberos habens[c] ad solitariam vitam pervenerit[d], si quidem iam donaverit[e] filio suo vel filiae suae[f] tantum, quantum lex Falcidia facit[g], sive occasione propter nuptias donationis, quam pro filio suo dedit, sive dotis causa, quam pro filia sua praestitit[h]: si igitur habeant legis Falcidiae[i] quantitatem, cetera bona eius ab[k] omni inquietudine liberentur, sive pater sit[l] sive mater, qui quaeve[m] in monasterium[n] introierit, ut[nn] in reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem, utpote cum lege Falcidia satis eis[o] factum sit. Quod si nihil eis vel minus Falcidia pater vel mater praestiterit, tunc etiam monacho facto patre[p] vel consecrata matre[q], libera facultas filiis[r] sit vel totam Falcidiam[s], vel quod ei[t] deest, a monasterio vindicare. Inter virum autem et uxorem talis observatio teneat[v], ut sive maritus, sive uxor[x] intraverit in[y] monasterium, hoc consequatur laica[z] persona, quod ex casu[a] mortis ei competisset secundum[b] dotalium pactionum tenorem.

Cap. XIV. Iul. Const. 4, 3. Nov. 5, 2, §. 3. Auth. Const. 5, 2, §. 3. Ap. A. conflatum est hoc cap. cum cap. 2 huius const. Lr. c. 165. Bo. c. 59. Cd. 6, 131. Cod. Vat. 1339. Ivo 7, 154.

Cap. XV. Iul. Const. 4, 4. Nov. 5, 3. Auth. Const. 5, 3. Lr. c. 151. Cd. 6, 117. Bo. c. 60. Cod. Vat. 1339. A. Nov. 5, 3.

Cap. XVI. Iul. Const. 4, 5. Nov. 5, 4. Auth. Const. 5, 4. A. 5, 4. Lr. c. 162. Bo. 61. Cd. 6, 128. Cod. Vat. 1339 (II, 111). Pe. 1, 25. Abbo 22. Cc.* Ivo 7, 155.

Cap. XVII. Iul. Const. 4, 6. Nov. 5, 5. Auth. Const. 5, 5. A. 5, 5. Lr. c. 158. Cd. 6, 124. Pe. 1, 25. Cod. Vat. 1339 et 1349.

---

ad *e* M. domino [suo] extrahere. ad *h* M. habeat. ad *c* M. omnibus [autem] monasteriis. ad *d* M. habeat. ad *g* M. singuli. ad *r* M. ab illa. ad *s* M. multitudine monachorum. ad *c* M. religiosam vestem. ad *o* M. ei. ad *t* M. eis. ad *y* M. intravemonasterium.

XVIII. Idem[a].

7 Si quis introierit in monasterium[b], et post religiosam vestem[c] recesserit, vel[d] militaverit, vel simpliciter laicus factus fuerit, exspolietur[e] cingulo militari, et vita libera[f] non potiatur[g], sed officio praesidis provinciae servire[h] cogatur. Substantia autem eius[i] in monasterio maneat.

XIX Idem[a].

8. Si quis in[b] monasterio[c] consecratus fuerit, posteaque[d] in aliud[e] monasterium transire maluerit, substantia[f] quidem eius a priore[g] monasterio vindicetur, aliorum autem monasteriorum primates[h] prohibeant[i] eum transire, ut in alio monasterio[k] non recipiatur[l]. Et[m] de hoc curare debent[n] non solum religiosissimi episcopi, sed etiam reverendissimi[o] archimandritae.

XX. Idem[a].

9. Si quis monachus constitutus clericatus honorem[b] acceperit, nullam habeat facultatem uxorem ducendi, quamvis eius gradus sit, cuius clericus non prohibetur[c] uxorem habere[d], qualis est gradus cantorum et lectorum[e]. Non solum autem uxorem ducere prohibetur[f], sed etiam concubinam[g] habere. Si quis autem monachus ante constitutus clericatus occasione vel[h] duxerit uxorem, vel[i] concubinam habuerit[k], eiiciatur de clero[l], et sit privatus[m], ad nullam militiam vel professionem aliam audens[n] venire, nisi forte velit[o] in antefatas poenas incidere[p].

XXI. De archimandritis, et ut constitutio communis sit monachorum et sanctimonialium[a].

10. Primi monachi creatio non secundum ordinem temporis fiat[b], neque qui[c] tempore prior est, primi[d] loci creationem sibi praesumat[e], nec qui secundus forte vel tertius est, sed qui et vitae castitate[f], et divinarum rerum[g] scientia, et[h] animi gravitate praecellit[i], is habeat loci prioris honorem, idque procedere[k] debet secundum electionem atque iudicium religiosissimi[l] episcopi. Quae autem diximus et in prioribus et in[m] istis constitutionibus de clericis, vel monachis, vel monasteriis[n], ea[o] non solum de masculis, sed etiam de feminis sanctimonialibus intelligere debemus. *Dat. Kal. April. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO V[a].

XXII[b]. *De numero clericorum Constantinopolitanae civitatis.*

1. Praesens constitutio usque ad sua tempora numerum clericorum, qui est, conservat[c]. Postea autem iubet clericos Constantinopolitanae civitatis hoc numero definiri[d], ut LX quidem presbyteros, C autem diaconos, XL autem[e] diaconissas, XC autem[f] subdiaconos, C autem et undecim[g] lectores, et XXV cantores[h], et C ostiarios ecclesia habeat[i].

Cap. XVIII. Iul. Const. 4, 7. Nov. 5, 6. Auth. Const. 5, 6. A. 5, 6. Lr. 163. Bo. 62. Cd. 6, 129. Cod. Vat. 1349 et 1339 (II, 112). Ben. Lev. 5, 379, 381 et 6, 108 et Add. Cap. 3, 66. Abbo 22. Pe. 1, 25. Ivo 7, 156.

Cap. XIX. Iul. Const. 4, 8. Nov. 5, 7. Auth. Const. 5, 7. A. Nov. 5, 7. Lr. 164. Bo. 63. Cd. 6, 130. Cod. Vat. 1349 et 1339 (II, 112). Polycarpus 4, 35, 38. Ivo 7, 157.

Cap. XX. Iul. Const. 4, 9. Nov. 5, 8. Auth. Const. 5, 8. A. Nov. 5, 8. Lr. 174. Bo. 64. Cd. 6, 140. Pe. 2, 64. Cf. infra cap. 159.

Cap. XXI. Iul. Const. 4, 10. Nov. 5, 9 Auth. Const. 5, 9. A. 5, 9. Lr. 166. Cd. 6, 132. Bo. 57. Cod. Vat. 1349 et 1339 (II, 101). Cc.* Pe. 1, 64.

Cap. XXII. Iul. Const. 5, 1. Nov. 3, 1, §. 1. Auth. Const. 3, 1, §. 1. Lr. 5. Cd. 5, 179. Ans. 6, 179. A. Nov. 3, 1. Vid. infr. cap. 48, et de antiqua versione latina Nov. Iust. *Heimbach.* Auth. Part. I. post p. 1136

ad *b* M. introierit monasterium. ad *o* M. reverentissimi. ad *g* M. add. *humanarumque.*

XXIII[a]. *Ut non liceat clerico de minori*[b] *ecclesia in maiorem per patrocinium transire, et de alimoniis clericorum*[c].

2. Non liceat in minoribus ecclesiis clericatus honorem[d] suscipientibus postea in maiorem ecclesiam[e] per patrocinium[f] quorumdam transire. Sed si quid tale aliquid[ff] factum fuerit, irritum sit et nullius[g] momenti. Nec liceat ulli[h] clericos quidem destinare vel creare, nullas autem eis[i] alimonias praestare; sed duorum alterum[k], vel non faciat clericos[l], vel si fecerit[m], det eis, unde vivere possint[n]. *Dat. XVII. Kal. April. consulatu Belisarii*[o]. (535.)

CONSTITUTIO VI[a].

XXIV. De episcopis et clericis[b].

1. Haec constitutio in primo capite de consecratione episcoporum loquitur, quam oportet procedere sic[c]. Debet[d] enim prius disceptari de vita episcopi[e], utrum bona sit, an reprehensibilis, et utrum bonis testimoniis muniatur[ee], an non. Sed et[f] si officialis vel curialis condicionis sit, prohibetur episcopus fieri[g], nisi forte a tenera aetate in monasterio fuit eoque modo liberatus est[h] praedictis condicionibus: ita tamen, ut quartam partem[i] substantiae suae curiae praestet secundum legis observantiam. Sed[k] neque laico[l] statim ad episcopatum adscendere licet, neque clericatus honorem simulatum habuisse sufficit[ll]. Oportet autem eum, qui episcopus fit, neque uxorem habere[m], neque concubinam, neque filios, neque nepotes, sive legitimos, sive legibus* incognitos. Et si quis contra haec fecerit, et is qui factus est, et is[n] qui eum fecit, episcopatus expellatur honore[o]. Nec liceat pecuniae datione[p] episcopum fieri. Esse autem oportet eum[q], qui episcopus fit[r], vel monachum vel clericum[s], ita tamen, ut[t] non minus sex mensibus appareat eum in clericatu[u] fuisse. Legere autem debet et[v] sanctos canones eo tempore[x], quo consecratur[y]. Consulat autem[z] eum is, qui consecrat, si possit facere atque[a] custodire omnia, quae divini praecipiunt canones, et si quidem denegaverit, se posse custodire, non consecretur. Sin autem pollicitus fuerit se observaturum[b], quantum homini possibile est, sanctorum canonum[c] praecepta, tunc is*, qui consecrat, eum admonere[d] atque praedicere ei debet, quod si non observaverit canones sanctos[e], et deo alienus erit, et religiosis episcopis non connumerabitur. Nam[f] canones patrum vim legum habere* oportet. Sin autem aliquis pecuniam[g] dederit, eodemque[h] modo creatus episcopus fuerit[i], non solum ipse, sed etiam qui consecravit[ii] eum, inter episcopos non erit, sed pecuniae vel res datae[k] consecrationis causa sacrosanctae ecclesiae addicantur[l], sive episcopus sit, sive clericus est[m], qui dedit. Is autem qui accepit, non solum res amittat[n], sed etiam gradum atque honorem[o] clericatus. Similiter autem[p] et si laicus sit, qui pecuniam vel res accepit, et ipsas amittat[q], et aliud tantum, quantum accepit[r], poenae nomine[s] sanctae ecclesiae praestare compelletur[t]. Sed et si[u] magistratum gerat[v], in magistratu esse desinat[x], et exsilio[y] irrevocabili condemnabitur. Sin autem aliquis presbyter vel diaconus constitutus pecunia[z] data ad episcopatus apicem pervenerit[a], non solum episcopus esse desinat[b], sed etiam priorem gradum presbyteri vel diaconi[c] amittat[d]. Consecratio autem episcopi fiat ante omnem populum christianitatis[e], ut sit facultas unicuique, si velit[f], contradicere. Et[g] si quidem ante con-

Cap. XXIII. Iul. Const. 5, 2. Nov. 3, 2. Auth. Const. 3, 2. A. Nov. 3, 2. Lr. 74. Bo. 24. Cd. 5, 194. Bernardus Pap. 3, 5, 2; c. 2 X. de Praebend. 3, 5. Vid. infr. cap. 48.

Cap. XXIV. Iul. Const. 6, 1. Nov. 6, 1. Auth. Const. 6, 1. Lr. 1 (cuius est primum capitulum. Vid. Praef.) add. num. XXV. Bo. 1. Cd. 2, 291. Cod. Vat. 1339 (1, 31, §. 5). Vid. infr. const. 115, cap. 2. Coll. Canon. 12 libr. 1, 75. D. 4, 152 (*Savigny* l. c. T. 2, p. 283, not. 55 (ed. 1) et p. 298, not. *b* (ed. 2). Vid. infra cap. 206.

ad *f* M. ecclesiam patricinio. ad *ff* M. tale [aliquid] factum. ad *o* M. Dat. P. C. Belisarii ad *c* M. constitutio de consecratione episcoporum in primo capite loquitur, cuius progressus talis est. Debet. ad *h* M. add. *a*. ad *m* M. uxorem neque concubinam habere. ad *i* M. sit. ad *o* M. add. *dignitatis vel*. ad *a* M. pervenerit apicem.

secrationem facta fuerit contradictio, non prius consecretur episcopus, nisi disceptatio de contradictione facta sit[h], et undique appareat innoxius is[i], qui ad episcopatum vocatur[ii]. Sin autem ante[k] disceptationem ad[l] episcopatum pervenerit, amittat honorem, non solum ipse, sed etiam is[m], qui eum creavit[n]. Quod si is qui contradixit, calumniator probatus[o] fuerit, vel contradictionis iudicium deseruerit, et non[p] peregerit causam, prohibeatur[q] sacra communione[r] in omni vita sua ab eo, qui consecravit episcopum.

XXV. Idem[a].

2. Nemo religiosus episcopus extra suam ecclesiam degat[b] ultra annale spatium, nisi forte per imperialem* iussionem hoc fuerit factum[c]. Patriarchae autem episcopos[d] cogere debent, et[e] in suis ecclesiis observare[f], et in longas peregrinationes non ire[g] nisi iussu principis[h]. Sin autem sine iussione principis ultra[i] annum episcopus extra suam ecclesiam fecerit[k], tunc regionis patriarcha[l] legitimis eum[m] praeconiis revocet, id est, custodiens sacrorum canonum observantiam*. Sin autem non obtemperaverit[n] is, qui evocatus est[o], sed in eadem absentia perseveraverit, tunc repellat eum ab episcoporum numero, et alterum pro eo substituat[p]. Sin autem is, qui in absentia est, metropolitanus non fuerit, sed cuiusdam municipii[q] episcopus, tunc ea, quae diximus a patriarcha fieri oportere*, metropolitanus faciat. Quod si litigiorum causa peregrinari voluerit episcopus, [r]non concedatur. Litigare enim episcopi non per semet ipsos[s], sed per suos clericos debent*, sive apocrisiarios[t], sive oeconomos, et supplicare principi debent[u], et impetrabunt ea, quae desiderant[v] fieri.

XXVI. Idem[a].

3. Numquam episcopus in Constantinopolitanam civitatem[b] veniat, nisi litteras acceperit a metropolitano suo ad imperatorem, quas divini canones commendatorias[c] appellant, quibus declarabitur necessariam esse profectionem[d] episcopi. Sin autem metropolitanus sit[e], qui pervenire in Constantinopolitanam civitatem[f] maluerit, litteras accipiat a patriarcha[g] regionis suae. Venientes autem non audeant[h] intrare[i] ad imperatorem[k] per semet ipsos, sed* prius ad patriarcham veniant[l], vel ad apocrisiarios[m] regionis, ex qua sunt, et ipsis[n] communicent[o] causas, propter quas venerint[p]. Liceat autem episcopis et per referendarios[q] magnae ecclesiae, vel[r] apocrisiarios patriarcharum referre imperatori, et sic[s] impetrare responsum.

XXVII. De clericis[a].

4. Nemo clericus fiat, nisi is qui[b] et bonum testimonium habet[c], et litteratus est[d]. Qui enim litteras nescit[e], clericus esse non potest. Doceantur[f] autem[ff] presbyteri et diaconi sacras orationes et ecclesiasticos canones, quos scilicet[g] consecrari[h] oportet[i] sine reprehensione[k], sine iusta contradictione[l], sine pecuniarum datione, liberatos[m] tam officiali quam curiali condicione, nisi forte[n] secundum observationem, quam in[o] primo capite praesentis constitutionis[p] exposuimus[q].

XXVIII, Idem[a].

5. Qui duas[b] nuptias contraxerit[c], diaconus vel presbyter fieri prohibetur[d]. Sed et si mulierem[e] disiunctam a marito suo, quem ipsa[f] reliquit[g], uxorem quispiam habuerit, neque diaconus, ne-

Cap. XXV. Iul. Const. 6, 2. Nov. 6, 2. Auth. Const. 6, 2. Bo. 5.

Cap. XXVI. Iul. Const. 6, 3. Nov. 6, 3 Auth. Const. 6, 3. Coll. Vat. quinque libr. saec. XI * Bo. 6. Deest in codd. 10 (sed ibi restit. in m. infer.), 12.

Cap. XXVII. Iul. Const. 6, 4. Nov. 6, 4. Auth. Const. 6, 4. Lr. 2. Cd. 5, 176. Bo. 23. Cod. Vat. 1349. Cod. Vat. 1339 (1, 41).

Cap. XXVIII. Iul. Const. 6, 5. Nov. 6, 5. Auth. Const. 6, 5. Lr. 3. Bo. 25. Cd. 5, 177. Cod. Vat. 1339.

---

ad *h* M. fuerit. ad *q* M. add. *a.* ad *c* M. factum fuerit. ad *f* M. add. *quae divini praecipiunt canones.* ad *r* M. episcopus, [licentia ei] non. ad *t* M. apocrisarios. ad *e* M. metropolitani sint — maluerint — accipiant. ad *m* M. hic et infra apocrisarios. ad *i* M. add. *et.*

que presbyter fieri potest. Idem est, et si concubinam[h] habeat: quippe tales homines cum[i] castitate vivere decet[k]. Castus autem est, qui habet, vel habuit[l] uxorem castam, et[m] ipsam ab ipso[n] virginem receptam[o]. Si quis autem presbyter vel diaconus vel subdiaconus uxorem duxerit, vel concubinam[p] habuerit, sive clam, sive palam, sive sub aliqua figura[q], cadat clericatus honore, et sit privatus et[r] laicus.

XXIX. De diaconissis[a].

6. Ea quae de clericis diximus[b], teneant etiam[c] in diaconissis. Diaconissas autem creari constitutio praecepit[d], si quinquaginta annorum aetatem agant[e], ita tamen, ut[f] virgines sint, vel si[g] unum tantummodo maritum habuerint[h]. Sin autem mulier propter aliquam necessitatem[i] minor quinquaginta annis diaconissa facta fuerit, non liceat ei alibi degere, quam in asceterio[k] sanctimonialium mulierum, ubi neque mares* conversantur, neque[l] vivere liceat[m] ei quomodo velit. Nulla autem facultas diaconissis[n] tributa est habere quosdam secum veluti fratres sive cognatos, vel quos dicere solent *ἀγαπητοὶς*[o], id est dilectos. Nam diaconissae vel per se[p] habitare debent, vel nullum alium[q] admittere secum[r], nisi re vera fratrem. Sin autem aliqua suspicio[s] sit, quasi simulatus frater cum ea degerit[t], vel ab initio non consecretur[u], vel si consecrata fuerit[v], amittat honorem. Poenas autem cum corruptore patiatur eas, quas sacrae constitutiones adversus corruptores[x] definiunt. Eo autem tempore[y], quo diaconissae consecrantur, admonendae sunt, ut[z], si postea nupserint[a], vel aliam vitam elegerint, gladio ultore feriantur[b], et facultates earum[c] monasteriis[d] sive ecclesiis addicantur[e]. Is autem qui corrupit[f] eam, puniatur quidem eodem supplicio, bona autem eius fisci viribus vindicentur[g].

XXX. Idem de clericis[a].

7. Sive[b] lector, sive subdiaconus, sive diaconus[c], sive presbyter clericatus honorem contempserit, et in[d] aliam vitam[e] transierit[f], duorum alterum, vel curiali condicioni[g] cum suis facultatibus subiiciatur[h], vel si plures curiales civitas habeat[i], sive ipse[k] vilior sit, ad[l] officialem condicionem trahatur[m], id est, taxeoticam[n].

XXXI. Idem de numero clericorum[a].

8. Nullus episcopus[b] multitudinem clericorum faciat passim, debet enim secundum reditum[c] ecclesiarum ita etiam clericorum numerus[d] moderari. Et si quidem is, qui sacrosanctam aedificavit[e] ecclesiam, statuit ab initio clericorum numerum[f], qui debent[g] in eadem ecclesia consecrari, ille numerus custodiatur[h]. Sin autem numerus praefinitus non est[i], neque per amicitiam, neque per gratiam oneranda[k] sacrosancta ecclesia[l] est, sed moderandus numerus erit cura et sollicitudine patriarcharum et metropolitanorum, et aliorum[m] episcoporum. Liceat[n] autem unicuique, sive privatus, sive laicus sit[o], inspicienti ea[p], quae diximus, ab aliquo contempta, ad imperatorem referre. *Dat.*[q] *Kal. April. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

Cap. XXIX. Iul. Const. 6, 6. Nov. 6, 6. Auth. Const. 6, 6. Lr. 14. Bo. 72. Addit. Capit. 3, 78. Cc.* Cod. Vat. 1339 (2, 177).
Cap. XXX. Iul. Const. 6, 7. Nov. 6, 7. Auth. Const. 6, 7. Lr. 76. Bo. 26. Cd. 5, 196. Capit. 6, 126. Ivo 6, 421.
Cap. XXXI. Iul. Const. 6, 8. Nov. 6, 8. Auth. Const. 6, 8. Lr. 4. Bo. 27. Cd. 5, 178.

---

ad *n* M. add. *virgine*. ad *o* M. susceptam. ad *b* M. diximus de clericis. ad *h* M. habuerint maritum. Si. ad *l* M. nec. ad *x* M. corruptorem. ad *z* M. sunt, quod si. ad *c* M. subdiaconus, [sive diaconus,] sive. ad *d* M. numerus clericorum. ad *f* M. numerum clericorum. ad *q* M. Data post Consulatum Belisarii.

CONSTITUTIO VII[a].

XXXII. De rebus ad venerabilia loca pertinentibus non alienandis[b].

1. Nulla[c] sub Romana ditione constituta ecclesia, vel xenodochium, vel ptochotrophium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel gerontocomium, vel brephotrophium, vel monasterium tam monachorum, quam sanctimonialium, archimandritam habens vel archimandritissam, licentiam habeat alienare[d] rem immobilem, sive domum[dd], sive agrum, sive hortum, sive rusticum mancipium, vel panes civiles*, neque creditoribus[e] speciali hypothecae[f] titulo obligare[g]. Alienationis autem verbum[h] continet venditionem, donationem, permutationem[i], et emphyteuseos perpetuum contractum. Sed omnes omnino sacerdotes huiusmodi alienatione abstineant poenas[k] timentes, quas Leoniana constitutio* minatur[l], id est, ut is quidem qui comparavit, rem loco venerabili[m] reddat eam ei[n], cuius et antea fuerat, scilicet cum fructibus aliisque emolumentis, quae in medio tempore facta sunt[o]. Oeconomum autem ecclesiae praestare oportet omne lucrum[p], quod ex huiusmodi prohibita alienatione senserit[q], vel ecclesiam damno affecerit[r], ita ut in posterum oeconomus non sit. Non solum autem ipse[s], sed etiam successores eius teneantur[t], sive ipse oeconomus alienaverit, sive respiciens alienantem episcopum non prohibuerit[u], et[v] multo magis si consenserit[x]. Tabellionem autem, qui talia interdicta instrumenta conscripserit[y], perpetuo exsilio tradi oportet[z]. Magistratus autem, qui eadem[a] instrumenta admiserunt[b], et officiales, qui operam dederunt, ut monumentis intimentur[c] donationes[d], vel ceterae alienationes actis intervenientibus confirmentur, non solum magistratu, sed etiam dignitate et facultatibus suis cadant[e]. Remittit autem constitutio ea, quae in praeterito tempore acta[f] sunt, excipit[g] autem quosdam contractus, quos in sequentibus[h] exponit capitulis, per quos[i] ecclesiarum immobiles res alienari[k] possunt. Xenodochium, id est locus venerabilis[l], in quo peregrini suscipiuntur[m]. Ptochotrophium, id est locus venerabilis, in quo pauperes et infirmi homines pascuntur. Nosocomium, id est locus venerabilis, in quo aegroti homines curantur. Orphanotrophium, id est locus venerabilis, in quo[n] parentibus orbati pueri pascuntur. Gerontocomium, id est locus venerabilis, in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi[o] homines curantur. Brephotrophium, id est locus venerabilis, in quo infantes[p] aluntur.

XXXIII. Quomodo liceat ad imperatorem res sancti loci transferre[a].

2. Si princeps voluerit rem[b] immobilem sancto loco[c] praestare, et accipere ab eo aliam immobilem rem[d], et eo modo permutationem[e] contrahere, liceat hoc facere ei[f], divina pragmatica sanctione ab eo[g] promulgata[h].

XXXIV. Quo modo emphyteusis rerum ad sanctos locos pertinentium contrahitur[a].

3. Emphyteuseos contractum[b] sub hac observatione sanctus constituat locus, ut vivo quidem eo[c], qui contrahit, maneat omni modo emphyteusis, mortuo autem eo* ad heredes eius transmittatur; si forte filii sint[d], sive masculi sive feminae, aut si nepotes sint[e] sive neptes, aut si[f] uxor sit vel maritus, si[g] specialiter mariti vel uxoris nomen expressum[h] fuerit. Alioquin ad aliam personam

---

Cap. XXXII. Iul. Const. 7, 1. Nov. 7, praef. et c. 1. Auth. Const. 7, praef. et c. 1. Lr. 95. Capit. Ingelheim. a. 826. Anseg. 2, 29. Regino 1, 372. Bu. Decr. 3, 164. Lib. Pap. Ast. 7. expos. §. 3. Coll. An. saec. XI.* et Caesaraug.* Ivo 3, 183 et 17, 137. Bern. Pap. 3, 11, 4. c. 5 X. de Reb. eccl. 3, 13. *Biener* l. c. p. 20. Vid. infr. cap. 38, 50, 207, 409 sqq.

Cap. XXXIII. Iul. Const. 7, 2. Nov. 7, 2. Auth. Const. 7, 2. Lr. 96. Coll. Caesaraug.* Capit. Ans. 2, 30. Conc. Wormat. a. 865, c. 6. Reg. 1, 373. Bu. 1, 165. Ivo 3, 184. Bern. Pap. 3, 16, 1. c. 1 X. de Rer. permut. 3, 19.

Cap. XXXIV. Iul. Const. 7, 3. Nov. 7, 3. Auth. Const. 7, 3. Lr. 97. Cc.* Docum. Longob. a. 811.

---

ad *e* M. creditoribus sive. ad *f* M. speciali sive generali hypothecae. ad *c* M. intimentur et donationes vel. ad *g* M. maritus: et specialiter.

emphyteuseos contractus non transeat, sed usque ad vitam contrahentium extendatur, nisi filios filiasve[i], nepotes neptesve habeant[k]. Procedere autem emphyteusis debet prius requisitione* cum omni veritate atque subtilitate[l] habita in reditu eo, qui ad id tempus fuerat, in quo[m] ad sacrosanctam ecclesiam res pervenisset, eiusque reditus sexta portio[n] remittatur ei, qui emphyteusin contrahit[o]. Sin autem deminutus fuerit ex aliquo casu reditus praedii[p], duorum alterum fiat[q], vel sub eodem reditu[r], qui tunc inveniatur[s], sine ulla deminutione is, qui contrahit, accipiat praedium[t], vel ad contractum omnino* non accedat. Melius enim est[u] locare magis praedia sanctorum locorum, quam sub huiusmodi deminutionibus contractus emphyteuseos facere. Sin autem ecclesiastici proastii emphyteusis[ua] contrahatur pretiosissimi quidem, sed tamen vilissimum reditum habentis[v], non oportet emphyteuseos contractum ad reditus quantitatem metiri[x], sed aestimatio proastii fiat[y], et inspiciatur reditus, qui per viginti annos comparari potest[z] ex pretio[a] proastii, et tantum reditum dare se[b] paciscatur is, qui emphyteusin contrahit, ita tamen, ut etiam in hoc casu[c] non in perpetuum contractus extendatur, sed secundum observationem[d], quam superius[e] diximus. Sciant autem hi, qui emphyteusin contraxerint[f], quod placito reditu[g] ab eis per biennium non dato, licentia libera[h] praestatur sanctorum locorum administratoribus et praedia[i] abstrahere, et nihil emponematum nomine praestare*. Emponemata autem dicimus ea, quae labore contrahentis in agro meliorata sunt. Sin autem deteriorem agrum fecerit, cogatur de suo sumptus[k] dare, et restituere pristinam praedii faciem, et in[l] hoc subiici debet non solum ipse, sed etiam heredes eius, vel successores, vel bonorum possessores*, et bona eius, ita tamen, ut debitum quoque reditum sine aliqua dilatione[m] reddere compellatur[n]. Id autem, quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non solum in integris domibus vel proastiis, vel agris, vel hortis, sed etiam in his, quae omnino diruta[o], vel deserta, et in area posita sunt; quamvis enim nullum aedificium, nullam materiam habeant, attamen ea[p] alienari[q] prohibitum est, nisi forte[r] emphyteusis ad tempus secundum ante factam[s] divisionem in tres personas fuerit facta*. Ne autem aliqua circumscriptio fiat, iubet constitutio, duos primates mechanicorum vel architectorum in civitate Constantinopolitana una cum religiosis oeconomis et quinque reverendissimis[t] presbyteris et duobus diaconis[u], praesente et ipso beatissimo[v] archiepiscopo, vel in provinciis* duos nobiles mechanicorum vel architectorum, aut unum, si unum tantum habeat[x] civitas, pervenire oportet ad locos[y], et divinis ante positis scripturis definiri ab eisdem architectis, quantum debeat super eodem loco diruto[z] sacrosanctae praestari[a] ecclesiae ab eo, qui emphyteuseos contractu[b] procedere velit, et sub his pactionibus et* instrumenta emphyteuseos componantur[c], et is qui contraxit[d] emphyteusin, et[e] aedificet, et materiis utatur, si quasdam materias dirutas[f] habeat locus, et transmittat contractum[g] duobus successoribus suis secundum praedictam observationem[h], posteaque praedium redeat ad sacrosanctam ecclesiam[i] vel ad[k] alium venerabilem locum[l], qui sub titulo emphyteuseos rem immobilem dederit[m]. Tribus enim personis defunctis omni modo praedium ad venerabilem locum redeat[n]. Nam et illam pactionem, immo magis callidam[o] machinationem reiiciendam[p] esse constitutio iubet, id est, si pactus fuerit cum oeconomis* et religioso episcopo et aliis personis, quas enumeravimus[pq], is qui emphyteusin contrahit[q], ut etiam tribus personis defunctis, nihilominus deinceps[r] successoribus liceat emphyteuseos titulo res immobiles ab ecclesia capere, et aliis personis anteponi. Talem enim conventionem utpote callide[s] factam constitutio reprobavit[t].

XXXV. Quomodo ususfructus rerum ad sanctos locos pertinentium constituatur[a].

4. Sin autem voluerit aliquis rem[b] immobilem ecclesiasticam vel ptochicam[c] utendi fruendi causa accipere, eo modo faciat[d] contractum, quo divi Leonis* constitutio statuit[e]. Oportet enim

Cap. XXXV. Iul. Const. 7, 4. Nov. 7, 4. Auth. Const. 7, 4. Lr. 98. Cc.* Doc. Longobard. a. 811.

ad *q* M. alterum [fiat.] vel. ad *s* M. invenitur ad *u* M. melius est enim ad *e* M. supra ad *f* M contraxerunt. ad *q* M. alienare. ad *t* M. reverentissimis. ad *c* M. om. *et*.

fructuarium divitem[f] constitutum[g] et rerum immobilium dominum aliam[h] rem iure dominii dare sacrosanctae ecclesiae, vel alii venerabili loco, a quo usumfructum accepit[i], ita tamen, ut res immobiles[k], quas ipse pro usufructu praestat, non minorem reditum habeant[l], quam est[m] ususfructus rei immobilis[n] ad sacrosanctam ecclesiam vel alios venerabiles locos[o] pertinentis, ita tamen, ut res[p] omni modo[q], quam utendi fruendi[r] causa accepit[s], vel mortuo eo ad sanctum redeat[t] locum, vel adhuc vivo eo, si forte[u] usque ad certum tempus[v] ususfructus ei[x] constitutus est. Impleto enim tempore, necesse est usumfructum exstingui. Nulla autem licentia sit tempus in tantum* protelare, ut etiam post mortem fructuarii res immobilis** ad sanctum locum non redeat[y]. Nam modis omnibus[z] defuncto fructuario[a] pleno iure fundus ad ecclesiam redire[b] debet, ita tamen, ut etiam illa res, quam[c] de suo patrimonio ab initio fructuarius[d] loco sancto[e] dedit, maneat firmiter nulla machinatione abstrahenda[f].

XXXVI. Quibus poenis subiecti sunt, qui praesentem constitutionem contemnunt[a].

5. Si quis contra saluberrima iura praesentis constitutionis rem immobilem loci venerabilis[b] comparaverit, primum quidem rei aestimationem amittat, et rem, quam illicite emerit, restituat cum omnibus emolumentis eius[c], quae in medio tempore facta sunt, et omnia lucro ecclesiae vel alterius loci venerabilis[d] cedant, et nullam habeat[e] ipse contra ecclesiam[f] actionem, sed tantum[g] adversus oeconomos vel alias venditorum personas ex empto iudicium moveat. Nam venditorum[h] patrimonia emptori[i] subiecta esse aequum est. Haec[k], si venditio contra praesentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis[l] contracta sit. Alioquin si donatio facta fuerit[m], tunc is, qui liberalitatem interdictam accepit, non solum ipsam rem cum fructibus suis[n] et causis venerabili loco[o] restituat, sed etiam aliud tantum[p], quantum accepit, poenae nomine praestet sanctissimo loco, cuius res donata fuerit[q] ab his, qui res eius administrant[r]. Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis* capiat aliquis, tunc et rem, quam accepit, reddat, et[s] quam ipse dedit, amittat, actione ei[t] scilicet adversus personas et patrimonia eorum conservanda, qui cum eo contraxerunt[u], excepto videlicet principe, cui secundum praefatam* superius[v] divisionem permutationem facere rerum immobilium cum sacrosanctis locis[x] permissum est. Sin autem pignus creditor ad corporalem detentationem[y] acceperit, et res immobilis sit[z], quae pertinet[a] ad ecclesiam, vel ad alios venerabiles locos[b], veluti domus, vel proastium, vel ager, vel hortus, vel panes civiles, vel mancipia rustica — nam[c] ea quoque veluti membra rerum immobilium[d] sunt —: si quis igitur horum aliquid pignoris nomine corporaliter acceperit[e], prius quidem neque sortem, quam dedit[f], neque usuras, quas[g] forte stipulatus est[h], exigat, deinde etiam ipsam rem cum suis emolumentis venerabili[i] loco restituat, sed[k] et in hoc casu adversus oeconomos[l] vel alios administratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus. Omnia enim[m], quae diximus, etiam in mulierum[n] monasteriis vel asceteriis obtinere oportet.

XXXVII. Quando licet hypothecae titulo res venerabilium locorum obligare[a].

6. Si qua[b] necessaria causa et[c] inexcusabilis immineat[d], ut mutuam pecuniam[e] accipiat[f] venerabilis locus, liceat oeconomis[g] etiam res immobiles[h] obligare pignoris iure, ita tamen ut corporaliter creditoribus non tradantur[i].

Cap. XXXVI. Iul. Const. 7, 5. Nov. 7, 5 et 6 pr. Auth. Const. 7, 5 et 6 pr. Lr. 99. Cc.* Ivo 3, 185.

Cap. XXXVII. M. err. *XXXII.* Iul. Const. 7, 6. Nov. 7, 6, §. 1. Auth. Const. 7, 6, §. 1. Lr. 100. Cc.* Ivo 3, 186. Totum cap. abest a cod. 10, sed restit in m.

ad *g* M. add. *esse.* ad *o* M. vel ad alia venerabilia loca. ad *p* M. ut [illa] res. ad *u* M. contraxerint. ad *b* M. alia venerabilia loca. ad *c* M. rustica. nam — sunt Si. ad *i* M. non tradantur creditoribus

XXXVIII. Quibus poenis subiicitur, qui inlicitum emphyteuseos contractum iuris[a] venerabilis loci componit.

7. Si quis emphyteuseos contractum in ecclesiastica re vel alterius venerabilis[b] loci contraxerit in perpetuum, primum[c] quidem id, quod actum est, pro infecto habebitur[d], deinde tantum eum in unoquoque anno perpetuo[e] praestare sanctissimo loco[f] oportet, quantum praestitisset, si ab initio legitima emphyteusis esset[g], nullo[h] remanente apud eum ex his, quae frustra ei[i] emphyteuseos occasione[k] praestita sunt. Res enim ipsas cum suis fructibus omni modo restituere debet. Tabelliones autem, si contra legem[l] emphyteuseos instrumenta receperint[m], irrevocabili puniantur[n] exsilio, ut numquam[o] redeant, nec si[p] divina sanctio promulgata fuerit. Nam nec magistratus audaci spiritu[q] talia instrumenta vel dictare[r], vel facta admittere[s], et monumentis publicis[t] inserere, vel confirmare debent[u]. Nam si aliquid tale[v] deliquerint[x], non solum honore, sed etiam dignitate et patrimonio cadant[y].

XXXIX. Quomodo punitur, qui sacra vasa vel dona alienat[a], vel pignerat, vel conflat, et de panibus civilibus.

8. Eisdem[b] poenis coërceri oportet etiam illos, qui sancta vasa sive sacra dona contra legem vel pigneraverint, vel distraxerint, vel conflaverint[c], vel quocumque modo alienaverint[d], excepta videlicet captivorum redemptione[e], eandemque[f] observantiam iubet constitutio tenere[g] et in alienatione panum[h] civilium.

XL. De pragmaticis sanctionibus, quae contra commoda venerabilium locorum promulgantur[a].

9. Nulli liceat per pragmaticam sanctionem aliquid eorum capere, quae sacrosanctis ecclesiis[b] aliisque venerabilibus locis competunt, scilicet si[c] immobiles sint[d], vel mobiles quidem, sed[e] alienari non possint[f]. Sin autem quaestor magnificus tale rescriptum[g] dictaverit, vel ceteri magistratus intimationem[h] pragmaticae formae receperint[i], unusquisque quinquaginta[k] librarum auri poena multetur[l]. Sin autem religiosi episcopi* tales pragmaticas sanctiones contempserint, sine periculo contempsisse se[m] cognoscant[n]; nam si receperint[o] eas, etiam episcopatus honorem amissuros se[p] non dubitent[q]. Ea autem[r] locari vel emphyteuseos titulo[s] dari oportet sola, quae administratorum arbitratu[t] videantur tali[u] aliquo indigere.

XLI. Idem[a].

10. Si quis[b] in[c] potentatu constitutus divinam pragmaticam[d] sanctionem impetraverit[e], cogentem oeconomum[f] vel alios[g] administratores venerabilium locorum ea[h], quae aliis neque locata neque emphyteuseos titulo[i] data sunt, sibi locari[k], vel[l] emphyteuseos nomine dari, poena sacrilegii teneatur[m].

Cap. XXXVIII. Iul. Const. 7, 7. Nov. 7, 7. Auth. Const. 7, 7. Lr. 101. Cc* Cod. Vat. 3833 (Deusdedit) 3, 137. Vid. supr. cap. 32.
Cap. XXXIX. Iul. Const. 7, 8. Nov. 7, 8. Auth. Const. 7, 8. Lr. 102. Cc.* Ivo 3, 187.
Cap. XL. Iul. Const. 7, 9. Nov. 7, 9. Auth. Const. 7, 9. Lr. 103. Cc.* Ivo 3, 188.
Cap. XLI. Iul. Const. 7, 10. Nov. 7, 10. Auth. Const. 7. 10. Lr. 104. Cc.* Apud A. cap. decimum cum nono in unum conflatum est.

---

ad *f* M. sanctissimo loco praestare. ad *k* M. occasione emphyteuseos. ad *t* M. publicis monumentis. ad *u* M. debet. ad *a* M. donat, alienat. ad *d* M. sunt. ad *f* M. possunt. ad *m* M. se contempsisse. ad *p* M. se amissuros.

XLII. De monasteriis non vendendis vel alienandis[a].

11. Nemini liceat in posterum cuiuscumque[b] monasterii venditionem impiam[c], vel donationem, vel permutationem contrahere, ubi et altare collocatum est, et sacra missa facta[d], et monachica* conversatio. Sin autem aliquid tale fuerit admissum[e], et id quod factum est, pro infecto habebitur, et[f] is[g], qui accepit, pretium[gg] amittat, et is, qui distraxit[h], et rem et pretium reddat sacrosanctae ecclesiae[i] et venerabilibus monasteriis[k], quorum curae[l] erit, ut alienatum contra leges[m] monasterium rursus[n] in pristinum statum reducatur[o]. Nulli autem liceat vel[p] titulo pignorum[q] vel hypothecarum sacrosanctum obligare monasterium. Nam et si tale aliquid admissum[r] fuerit, refutari oportet, ut iterum in[s] sanctissimo[t] monasterio sacra procedat[u] missa.

XLIII. Si sterilis ager ad venerabilem locum pervenerit[a].

12. Si quis[b] sterilem agrum cuicumque venerabili loco[c] donaverit vel vendiderit, contractus nullius erit momenti. Nam et donatione et quavis alienatione[d] rescissa[e] cogatur[f] donator vel venditor rem suam recipere, quam calliditate[g] et fraude videtur dedisse, ut exoneraret[h] scilicet suum proprium[i] patrimonium. Oeconomus autem vel quicumque alius administrator* venerabilis loci[k] omne damnum, quod ex huiusmodi inlicito actu contigit, resarciat ei, qui cum eo contraxit, secundum ea, quae superius diximus. Liceat[l] autem unicuique ex populo, si viderit praecepta propositae[m] constitutionis neglecta, ad imperatorem referre, et calumniatoris notam evadere. Omnibus autem permissum est ubique[n] magistratus gerentibus, sive minorem sive maiorem potestatem[o] habeant, omnia praesentis constitutionis capitula custodire. *Dat*[p]. *XVII.*[q] *Kal. Mai. Constantinopoli*[r] *Belisario V. C.*[s] *Cons.* (535.)

CONSTITUTIO VIII.

XLIV. De praescriptione centum annorum ecclesiae competente Romanae civitatis[a].

1. Praesens constitutio[b], quae consulatu[c] Belisarii Kal. Mai. data est, iubet quidem sacratissimam ecclesiam Romanam[d] centum annorum praescriptione[e] solum[f] in suis actionibus removeri[g]. Nihil autem de ea latius[h] exponemus[i], quia innovata est ab alia constitutione, quae data est consulatu Basilii[k].

CONSTITUTIO IX.

XLV. Ut[a] *civitates circa Viminacium constitutae suum proprium archiepiscopum*[b] *habeant.*

1. Haec constitutio iubet civitates, quae sunt circa Viminacium[c], quas ditione[d] sua noster imperator[e] subiugavit, potestati[f] esse subiectas archiepiscopi sui proprii, et non esse in potestate Thessalonicensis[g] episcopi. *Dat.*[h] *VI.*[i] *Kal. Mai. Cons. Belisario.* (535.)

Cap. XLII. Iul. Const. 7, 11. Nov. 7, 11. Auth. Const. 7, 11. Lr. 173. Cd. 6, 139. Cc.* Ivo 3, 188, poster. part. A. *X.*

Cap. XLIII. Iul. Const. 7, 12. Nov. 7, 12. Auth. Const. 7, 12. Lr. 105. Cc.* Gl. *Denuntiare* Nov. 7, c. 12. A. *XI.*

Cap. XLIV. Iul. Const. 8, 1. Nov. 9, latina (graece Edict. Iustin. V.). Auth. Const. 9. A. Nov. 9. Lr. 106. Vid. infra cap. 366 et 511. Dictatum de Consiliariis prope fin. Polycarp. 3, 12, 33 (cf. *Hüffer*: Beiträge z. Geschichte der Quellen des Kirchenrechts. Münster 1862. p. 101). Gl. *Denuntiare* in Epit. Nov. 7 Ne res eccles. alien. Summa Ioannis et Azonis in secundam Collationem tit. Ut ecclesia Romana „et hoc dicitur etiam in Novellis." *Gonzalez Tellez*: Comm. Decretal. T. II. p. 672. *Unterholzner*: Entwickelung der gesammten Verjährungslehre. 1. Th. Leipzig 1828. 8. p. 149, not. 153, p. 151, not. 158. *Savigny* l. c. T. II. p. 189, not. 37 (ed. 1), p. 198, not. f (ed. 2). *Biener*: Historia Authenticarum cit. p. 14, et Geschichte cit. p. 11, not. 22, p. 78 et 83, not. 121. Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissensch. cit. T. V. p. 343. *Stintzing*: Geschichte d. populären Literatur cit. p. 104 sqq.

Cap. XLV. Iul. Const. 9, 1. Nov. 11, quae Novella latine scripta desideratur in Auth., sed recepta est in edd. Auth. Saeculo XIII. translata est in graecum sermonem. Cf. *Biener* l. c. p. 440 et *Zachariae v. Lingenthal*: Beiträge zur Geschichte der Bulgarischen Kirche.

---

ad *c* M. impiam venditionem. ad *k* M. monasteriis, [et his] quorum. ad *t* M. in [sanctissimo] monasterio. ad *e* M. recissa ad *h* M. deest subscriptio.

CONSTITUTIO X.

XLVI. De Anthimo et Petro et Severo et Zoora haereticis[a].

1. Haec constitutio confirmat sanctissimas synodos[b] et monachorum auctoritatem. Anthimum autem et Petrum et Severum et Zooran episcoporum[cb] numero expellit[c], prohibetque eos* in urbe Constantinopolitana[d] vel alia magna civitate[e] conversari. Comminatur[f] autem etiam, si quis Severi libros habeat[g], eosque ignibus non tradat[h], severissimas poenas[i], nam et manus incisionem[k] subsistere[l] iubet eos, qui libros eius scribere ausi fuerint[m]. *Dat. VIII. Id. Aug. Cons. Belisario*[n]. (535?.

CONSTITUTIO XI.

XLVII. De rebus immobilibus alienandis, quae ad ecclesiam Hierosolymitanam pertinent[a].

1. Haec constitutio[b] alia quidem omnia capitula, quae de alienatione[c] praediorum ecclesiasticorum superius[d] dicta sunt, in eodem vigore conservat[e], ut etiam[f] in sancta ecclesia Hierosolymitanae[g] sacratissimae civitatis obtineant. Nam et ipsi distractione[h] omnino rusticorum praediorum interdicit. Domos autem si quas[i] habeat, non prohibeatur eas[k] alienare, scilicet si ampliore commodo potiatur, et[l] hoc autem decreto antecedente fieri iubet. Decretum autem apud patriarcham Hierosolymitanae civitatis ordinetur, praesente etiam clero eius, et probanda iusta causa[m], propter quam alienatio domorum fit, ita tamen ut aestimatio definiatur ad quantitatem pensionum, quae per quinquaginta annos colligi possunt, ut ea aestimatione[n] domorum alienatio fiat. *Dat.*[o] *XV. Kal. Iun.*[p] *Constantinopoli post Belisarii V. C. consulatum.* (536.)

CONSTITUTIO XII.

XLVIII. Quando liceat clericis ab alia ecclesia ad aliam transire[a].

1. Superius constitutionem legimus[b], qua cavetur, ut numerus clericorum certus sit in maiore ecclesia urbis Constantinopolitanae[c]. Haec autem[d] constitutio iubet, ut ex aliis ecclesiis superflui clerici, id est hi, qui supra statutum[e] numerum sunt, in locum[f] mortuorum clericorum maioris ecclesiae transferantur[g]. *Idem P. C. Belisarii*[h]. (536?)

CONSTITUTIO XIII.

XLIX. Ut mille centum ergasteria immunitate potiantur[a] *sub nomine decanorum et lecticariorum, et*[b] *ut nemo alius immunitatem habeat.*

1. Haec constitutio iubet, ut[c] Constantinopolitanae civitatis[d] mille centum ergasteria immunitate potiantur* occasione decanorum et lecticariorum[e], et funeribus defunctorum destinentur, ita[f] ut

Petersburg 1864. p. 16 et 26 sq. *Biener* l. c. p. 83, not. 121. M. in m.: *Desideratur haec const. ἐν ταῖς νεαρ. numero ια. Sed eam Latine a Cuiacio dono datam in fine huius voluminis reperies* (M. p. 194), ad quem locum cf. *Biener*: Histor. Auth. p. 15 sq., not. 12. In codd. 5, 6 om. eius rubro et numero praefixa est inscriptio capituli 46, quo factum est, ut hoc cap. numerum 46 prae se ferat et cap. 46 numerum 47, quae mutatio seriei in proximis deinceps capitulis retenta est. Dee. haec Const. in codd. 8, 9, 12, 13, 15, 16, 17 et ap. A. Dee. etiam in 10, una cum cap. 46—49, quae tamen in m. infer. sunt rest. a sec. m.

Cap. XLVI. Iul. Const. 10, 1. Nov. 42. A. 42. De Auth. cf. *Biener* l. c. p. 231, not. 16, p. 448. Lr. 319. Cd. part. 12 prope fin. Totam const. om. 8, 10 (vid. cap. 45, not. sup.), 12, 13, 15, 16. *Biener* l. c. p. 82, 83, not. 121. Vid. cap. 45, not. sup.

Cap. XLVII. Iul. Const. 11, 1. Nov. 40. Auth. Const. 42. Lr. 126. Pe. 1, 65. *Biener* l. c. p. 83, not. 121. Const. et cap. dee. in codd. 9, 10 (vid. cap. 45, not. sup.), 12, 13, 16, 17 et ap. A.

Cap. XLVIII. Iul. Const. 12, 1. Nov. 16. Auth. Const. 16. Lr. 75. Cd. 5, 195. Const. et cap. dee. in codd. 9, 10 (vid. cap. 45, not. sup.), 12, 13, 16, 17 et ap. A. *Biener* l. c. p. 83, not. 121. Vid. cap. 22.

Cap. XLIX. Iul. Const. 13, 1. Nov. 43, 1. Auth. Const. 44, 1. *Biener* l. c. p. 79, not. 115. Codd. 9, 10 (vid. cap. 45, not. sup.), 12, 16, 17, A. om. hanc Const.

ad *n* M. deest subscriptio ad *m* M. eius ad probandam iustam causam.

octingenta[g] quidem ergasteria corpora personarum praestare, residua autem trecenta ergasteria pecuniam[h] dare, cetera autem omnia ergasteria[i] civilibus muneribus fungantur, sive ecclesiae sint, sive xenonis[k], sive monasterii, sive orphanotrophii, sive brephotrophii, sive ptochii, [l]sive imperialis domus, sive magistratus populi Romani, sive inlustris, sive alterius senatoris[ll], sive cubicularii, sive militari cingulo decorati. Quod si quis patrocinio suo munere civili liberare suum voluerit[m] inquilinum, dominium[n] quidem amittat ergasterii[o], hoc autem fisci viribus vindicetur. *Dat. XVI. Kal. Iun. Constantinopoli P. C. Belisarii anno I.*[p] (536.)

CONSTITUTIO XIV.

L[a]. Quando liceat locis venerabilibus res immobiles alienare[b].

1. Haec constitutio subdivisionem facit in ea constitutione*, quae de rebus immobilibus ad sancta loca[c] pertinentibus loquitur. Ait enim[d], si ecclesia, vel alius sacratissimus locus publicum debitum[e] debeat, veluti tributa, et non habeat[f], unde solutionem pecuniae faciat, convenire omnes in unum tam clerum quam religiosum episcopum[g] ipsius civitatis ad[h] metropolitam[i], et sanctis scripturis propositis rem disceptari. Et si nullae aliae opes inveniuntur[k] sine alienatione ecclesiastici praedii, tunc[l] decreto apud praesidem provinciae celebrato, alienatio praedii ad locum venerabilem pertinentis[m] fiat, ita tamen, ut emptor[n] pretium tributorum exactoribus solvat, et ab eis apochas[o] accipiat, et fiscale debitum subeat[p], et in locum fisci succedat, et munimentum plenissimum habeat, et[q] non timeat anteriorem legem. Eos autem[r], qui distraxerunt, operam dare oportet, ut* postquam ipsi actis intervenientibus deposuerint[s], se iure distraxisse, etiam apochas tributorum intimare, ut etiam ecclesia securitatem habeat de pecuniis tributorum nomine fisco solutis[t], omni circumventione et simulatione pro infecta habenda[u]. Ideo enim et decreti[v] celebratio permissa est, ut etiam publicum debitum[x] manifestetur, ex quot annis[y] collectum est, et quemadmodum non potuerunt oeconomi[z] pecuniam solvere, sed in[a] necessitatem alienationis venerunt[b]. Haec autem omnia[c] procedere debent[d] propositis sanctis evangeliis. Sin autem privatus sit, cui venerabilis locus pecuniam debeat[e], ipsam immobilem possessionem creditor pro soluto capiat[f], dummodo addictio[g] ita fiat, ut debitam pecuniam[h] non excedat[i], scilicet et in hoc casu decreti celebratione interveniente. Huius[k] autem constitutionis subdivisione excepta est magna ecclesia Constantinopolitanae[l] civitatis, et sancta oratoria, quorum ipsa curam agit, sed etiam omnia monasteria, quae sanctae eidem magnae[m] ecclesiae supposita[n] sunt. *Dat.*[o] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli*[p] *P. C. Belisarii anno secundo*[q]. (537.)

CONSTITUTIO XV.

LI. Ut magistratus sine pecunia fiant[a].

1. Omnes[b] magistratus sine pecunia creari decernimus, ut neque impune[c] aliquid detur[d], neque sine punitione[e] aliquid a[f] subiectis exigatur[g].

LII. [a]De vicario Asianae[b] regionis et praeside Phrygiae sublatis, et in comitis Phrygiae Pacatianae nomen translatis.

2. Vicarius Asianae regionis, et praeses[c] Phrygiae Pacatianae, comes Phrygiae Pacatianae nominetur, et habeat tam vicarii quam praesidis honorem, et utriusque magistratus annonas et ca-

Cap. L. Iul. Const. 14, 1. Nov. 46. Auth. Const. 46. 16 XLIII Lr. 127. Cc.* A Nov. 46. Cf. Const. 111.
Cap. LI. Iul. Const 15, 1. Nov 8, 1. Auth. Const. 8, 1. A. Nov. 8. 16 XLIV. Lr. 264. Cd. 7, 87. Cc.* Vid. cap. 56. Brach 4, 32, 10 (?).
Cap. LII. Iul. Const 15, 2. Nov. 8, 2. Auth. Const. 8, 2. Cf. Schol. ad h. cap Dee. h. cap. in 9, 10, 12, 13, 16, 17, A. et ann. in m. cod. 12: „*hic desunt duae constitutiones.*" Vid. cap. 51, not. *g*.

ad *l* M. ptochii, sive alterius cuiuscunque dominii, sive. ad *i* M. add. *oportet.*

pita habeat[d], et una tantum apparitione utatur[e], permixta tamen ab utroque magistratu. Agat autem curam[f] et tributorum exactionem[g]. Sed et apparitio eius duplices annonas et capita habeat. Comes autem[h] Phrygiae Pacatianae nullam habeat communionem in Asiana dioecesi, sed habeat[i] quidem comitis[k] Phrygiae Pacatianae nomen[l], nullam autem habeat iurisdictionem extra territorium Phrygiae Pacatianae.

LIII. De vicario Ponticae sublato et in comitis Galatiae primae nomen translato[a].

3. Qui ante[b] vicarius Ponticae vocabatur, modo[c] comes Galatiae primae nominetur, et in milites habeat[d] potestatem, et utriusque magistratus annonas accipiat, id[e] est tam civiles quam militares[f] honores. Ultra territorium autem[g] primae Galatiae nullam habeat[h] potestatem. Utriusque autem Ponticae magistratus apparitores[i] misceri oportet, et comitianam appellari, et periclitari cum suo comite in exactionibus[k] tributorum.

LIV. Ut nemo civilis vel militaris magistratus vicarios habeat[a].

4. Nemo magistratus civilis vel militaris[b] in municipiis[c] eius provinciae, cui praeest, vicarios suos audeat[d] mittere, sed si quid[e] tale[f] fecerit, magistratus honore[g] cadat.

LV. Ut comites Orientis et praesides Antiochiae officium habeant[a].

5. Magistratus[b] comitis Orientis et praesidis[c] Antiochiae unus sit, et utriusque apparitiones misceantur[d], et comitiana apparitio[e] appelletur, et primam Syriam[f] habeat tantum[g] comes Orientis[h], dummodo etiam illam regionem habeat, quae Cyrrhestica[i] vocatur. Habeat autem et utriusque magistratus annonas, et curam agat[k] in tributorum exactionibus, et ut[l] populares seditiones compescat[m], et civilem ordinationem conservet[n].

LVI. Ut omnes privati praesidibus subiiciantur, et de sacramento a praesidibus dando, et de furtis praesidum[a].

6. Omnes privatos[b] homines suppositos[c] esse constitutio iubet[d] omnibus provinciarum praesidibus tam in pecuniariis, quam in criminalibus causis. Et hi[e] autem, qui a Constantinopolitana civitate discedunt[f], cuiuscumque iudicii[g] calculos vel iussiones habeant, subiecti sint[h] provinciarum praesidibus[i], ut non audeant sportularum nomine aliquid exigere supra modum sacris constitutionibus statutum[k]. Hoc enim si contempserit praeses[l], de sua substantia resarcire damna provincialibus cogetur[m]. Liceat autem[n] eis et de huiusmodi iniuriis referre, non solum maioribus magistratibus, quibus suppositi sunt hi, qui[o] sportulas inlicitas exegerunt, sed etiam ipsi[p] imperatori. Liceat autem[q] praesidibus, si viderint eos, qui calculos[r] vel iussiones habeant[s], quod iniuste vel[t] violenter versati fuerint, refrenare, et non timere[u] neque dignitatem eorum, neque cingulum, quo forte[v] decorantur. Oportet[x] autem unumquemque, qui magistratum gesturus[y] est, antequam honorem accipiat[z], dare sacramentum, quod neque dedit alicui pecuniam, neque lucrum impium capturus est. Si quis autem ab eo aliquid[a] accipiat ultra ea, quae constitutio statuit[b], in quadruplum hoc reddat. Curam autem agat praeses* provinciae et in exactionibus tributorum, ut ea, quae exigere debet[c],

---

Cap. LIII. Iul. Const. 15, 3. Nov. 8, 3. Auth. Const. 8, 3. Dee. h. cap. in 9. 10. 12 (vid. cap. 52. not. sup.). 13. 16. 17. A.

Cap. LIV. Iul. Const. 15, 4. Nov. 8, 4. Auth. Const. 8, 4. A. 8, 2. 16 XLV. Cf. Schol. ad h. cap. et gl.: *loci servatores* ad cap. 4 s. Nov. 54.

Cap. LV. Iul. Const. 15, 5. Nov. 8, 5. Auth. Const. 8, 5. Dee. in 9, 10 (rest. in m. rubr. cap.), 12 (sed add. in m. *hic dee. constitutio magistratus*), 13, 16, 17, A.

Cap. LVI. Iul. Const. 15, 6. Nov. 8, 6—8. Auth. Const. 8, 6—8. A. 8, 3. 16 XLVI. Schol. ad h. cap.

---

ad *g* M. tantummodo. ad *i* M. Quiristica. ad *d* M. add. *et*. ad *l* M. add. *provinciae*. ad *q* M. add. *ipsis*.

non cum severitate exigat[e], nisi forte contumaces sint hi[f], qui tributa debent[g]. Habeat autem[h] et adsessores circa se aequos et iustos, et non inclinantes[i] ad lucrum. Quod si quis dederit aurum[k], ut magistratus fiat, posteaque in furto[l] convictus sit[m] in ipso magistratu, et[n] publicabuntur bona eius, et in exsilio[o] mittendus erit, et corporales coërcitiones patietur[p]. Nam[q] episcopum et primates civitatis, si viderint[r] iudicem iniuste conversari, preces imperatori porrigere[s] oportet, ut principali indignatione[t] poenas impius[u] luat[v].

LVII. Ut praesides quinquaginta dies faciant in provincia sua, postquam eis successum sit[a].

7. Praeses provinciae, postquam desierit esse praeses, in eadem provincia quinquaginta dies faciat[b], et publice pareat[c], et omnium suscipiat[d] actiones. Quod si antequam quinquaginta dies praetereant[e], absconderit se, liceat unicuique et[f] tenere eum in provincia, et omne, quod furatus est, repetere ab eo, praesente tamen episcopo et rem discernente[g]. Quod[h] si ante quinquaginta dies fugerit, et comprehensus fuerit sive in Constantinopolitana civitate, sive in alia quacumque regione, retrahatur ad eam[i] provinciam, cui praeerat, et ea, quae[k] furatus est, in quadruplum[l] reddat. Haec autem tota licentia[m] provincialibus data est, si in furto praesidem arguere maluerint[n]. Nam in aliis causis antedicta observatio cessat.

LVIII. In quibus causis a praeside detenti fori praescriptionem non habeant[a].

8. Nemo autem[b] neque in criminali causa[c], neque in tributorum exactione, neque in[d] populari[e] seditione, a[f] praeside provinciae tentus[g] fori[h] praescriptione utatur[i].

LIX. Si milites praesidis provinciae iussiones non fecerint[a].

9. Ut autem in omnibus[b] exsequi possit praeses[c] provinciae, et[d] milites, qui in provincia* sedent, subiiciantur[e] ei. Quod si milites[f] ei non obtemperaverint[g], et annona eorum prohibebitur[h], et militiam suam amittunt[i] et corporales poenas subsistunt[k].

LX. [a]De latrunculatoribus et biocolytis, et aphoplistis[b], et quomodo sacramentum a praeside dandum sit[c].

10. Cumque in provinciis praesides iusti mittantur[d], superfluum est latrunculatores mittere, et[e] eos, quos biocolytas, id est qui violentias prohibent[f], vel aphoplistas vocant[g], id est eos, qui privatis[h] hominibus arma[i] habere non[k] concedunt[l], ne rapinas aut caedes faciant. Sed neque magistro[m] militum Orientis, vel aliis magistratibus licebit latrunculatores, vel biocolytas, vel aphoplistas, vel alios similes[n] eis in provincias mittere. Sin autem aliquid tale[o] perpetretur[p], hi, qui missi sunt, praesidali potestati[q] supponantur, et ultimum periculum patiantur[r], postquam ad imperatorem hoc[s] fuerit relatum[t]. Hi autem, qui miserunt eos, triginta[u] librarum auri poena coërceantur[v]. Is autem, qui magistratus creatur[vv], si quidem in Constantinopolitana[x] civitate[y], prae oculis imperatoris, vel praefecti praetorio, et comitis rerum privatarum et cubicularii*, sin autem in provincia magistratum

---

Cap. LVII. Iul. Const. 15, 7. Nov. 8, 9. Auth. Const. 8, 9. A. 8, 4. Lib. Pap. Roth. 3. Expos.? Dee. hoc cap. in 9. In 16 est XLVII. Cf. Schol. ad h. cap.

Cap. LVIII. Iul. Const. 15, 8. Nov. 8, 12, pr. Auth. Const. 8, 12, pr. Excerpta ex summa Paucae Paleae Const. VI. qu. 3. Cf. *Maassen*: Pauca Palea. Wien 1859. 8. p. 49. A. 8, 5 et adnexum ei est cap. sequens 59. 16 XLVIII.

Cap. LIX. Iul. Const. 15, 9. Nov. 8, 12, §. 1. Auth. Const. 8, 12, §. 1. Dee. in 9, 16. De A. vid. cap. 58, not. sup. Cf. Schol. ad h. cap.

Cap. LX. Iul. Const. 15, 10. Nov. 8, 13 (cf. etiam 8, 12, §. 1 et 14 init.). Auth. Const. 8, 13 (cf. etiam 8, 12, §. 1 et 14 init.). Dee. in 9, 16. A. 8, 6. Cf. Schol. ad h. cap.

---

ad *t* M. indignationi. ad *f* M. seditione, et a. ad *b* M. omnibus [causis iustitiam] exequi. ad *d* M. mittuntur. ad *y* M add. *creatur*.

accipiat[z], ante metropolitam[a] et primates civitatis iurare debet[b]. Iubet autem[c] constitutio[d] et defensores[e] civitatum nihil omnino vel dare nisi usque ad[f] sexaginta solidos, vel accipere, nisi publicas annonas, si quae sint[g]. *Dat.*[h] *XVII. Kal. Mai. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XVI.

LXI. De numero referendariorum[a].

1. Haec constitutio iubet referendarios[b] quatuordecim, qui nunc sunt[c], esse; donec[d] autem ad octo[e] perveniant[f], non liceat alium adiicere[g], ut statutus[h] numerus eorum octo sit[i]. *Dat. XVII. Kal. Mai. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.*[k] (535.)

CONSTITUTIO XVII.

LXII. De officio praetoris Iustiniani Pisidiae[a].

1. Haec constitutio iubet utrosque[b] Pisidiae[c] magistratus, id est civilem et militarem in unum misceri, et qui eas[d] habet, ut praetor[e] Iustinianus vocetur, et[f] habeat apparitionem praetorianam, et singuli[g] apparitores per[h] probatorias[i] fiant. Habeat[k] autem et carrucam argenteam[l], et securem[m] et fasces[n] sive virgas, et adresponsum propter milites, et sit[o] unus spectabilium[p] magistratuum, quemadmodum spectabiles sunt comites Pacatianae et Galatiae et Orientis[q], et proconsules.

LXIII. Si provocatio porrecta fuerit contra sententiam praetoris Pisidiae vel alterius, qui in Pisidia iudicavit[a].

2. Si provocatio porrecta[b] fuerit adversus sententiam praetoris Pisidiae, oportet eam referri[c] in auditorium praefecti praetorio et quaestoris, et[d] simul dirimant appellationem, nam et in[e] aliis spectabilibus iudicibus haec eadem observabuntur[f]. Sin autem ex[g] divina iussione[h] iudex non spectabilis in Pisidia datus fuerit, et adversus sententiam eius provocatio porrecta sit, non iam comes Pacatianae Phrygiae[i] provocationem[k] audiat[l], sed ipse praetor Pisidiae[m], nam et sacrum auditorium habere ei[n] constitutio concessit in huiusmodi appellationibus, scilicet si causa[o] provocationis ultra trecentos[p] aureos non sit. *Dat.*[q] *XV. Kal. Iun. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XVIII*.

LXIV. De officio praetoris Lycaoniae[a].

1. Praeses Lycaoniae[b] praetor nominetur, habeat autem[c] et civilia et militaria insignia. Et apparitio eius per probatorias[d] fiat, et usque ad centum apparitores numerus eius[e] extendatur. Habeat autem[ee] praetor Lycaoniae non solum civilis, sed et* militaris[f] magistratus annonas[g]. Habeat autem et Adresponsum[h]; curam autem[i] agat[k] in omnibus causis, id est in civilibus[l], in militaribus[m],

---

Cap. LXI. Iul. Const. 16, 1. Nov. 10, praef. §. 1. Auth. Const. 10, praef. §. 1. Cf. Schol. ad h. cap. A. Nov. 10. Dee. haec Const. in 9, 11, 12, 13, 16. In m. 12 notatur: *Hic desunt quinque constitutiones, constitutio praeses provinciae qui praetori qui Itiae, praeses his.*"

Cap. LXII. Iul. Const. 17, 1. Nov. 24, 4. Auth. Const. 24, 4. Cf. Schol. ad h. cap. Dee. haec Const. in 9, 10, 11, 12, 13, 16, 17, A. *Biener* l. c. p. 444.

Cap. LXIII. Iul. Const. 17, 2. Nov. 24, 5. Auth. Const. 24, 5. Dee. in 9, 10, 11, 12, 13, 16, 17, A. Cf. Schol. ad h. cap

Cap. LXIV. Iul. Const. 18, 1. Nov. 25, 1 (et 5, §. 1). Auth. Const. 25, 1 (et 5, §. 1). Dee. in 9--13, 16, 17, A. Cf. Schol. ad h. cap. *Biener* l. c. p. 445.

---

ad *k* M. deest subscript. ad *c* M. referre. ad *l* M. add. *et.*

in privatis[n], in publicis. Et si quid admissum fuerit ab eis, qui ex Constantinopolitana civitate descendunt[o], hoc diligenter perscrutetur[p], et secundum delicti quantitatem[q] temeratoribus poenas inroget. Habeat autem et carrucam[r] argenteam, et securem[s], et fasces[t] sive virgas[u], et sit inter spectabiles[v] magistratus.

LXV. Si provocatio porrecta fuerit contra sententiam praetoris Lycaoniae, vel alterius, qui in Lycaonia iudicarit*[a].

2. Si praetori[b] Lycaoniae provocatio porrecta fuerit, praefectus praetorio[c] cum quaestore eam recipiat[d]. Sin autem a[e] divina iussione iudex fuerit in Lycaonia datus[f], et non sit spectabilis, posteaque adversus sententiam eiusdem iudicis[g] provocatio porrecta sit, apud praetorem Lycaoniae exerceri[h] eam oportet, scilicet[i] si causa quingentorum aureorum[k] quantitatem non excedat. Idem est[l], et si ab aliis magistratibus maximis[m] iudex ibi[n] fuerit destinatus. *Dat.*[o] *XV. Kal. Iun. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XIX.

LXVI. De officio praetoris Iustiniani Thraciae, et de provocationibus in Thracia porrectis[a].

1. Qui Thraciae praeest[b], praetor Iustinianus nominetur, et duorum vicariorum, qui in Longomuro[c] sedebant[d], solus habeat magistratus, nam ex illis vicariis unus quidem vicem[e] agebat[f] magistri militum, alter autem vicarius erat praefecti praetorii. Thraciae[g] autem praetorem et[h] spectabilibus viris connumerari[i] oportet. Nam ea, quae diximus de praetore Pisidiae et de praetore Lycaoniae, in eo quoque tenent. Habebit[k] autem apparitores non plures[l] quam centum, et non solum civilibus, sed etiam militaribus decorabitur insignibus. Habeat autem et adresponsum, et curam agat in tributorum exactionibus, cum sua scilicet apparitione, quae praetoriana vocabitur. Militare autem apparitores constitutio iubet ab epistolarum scrinio, a quo[m] et antea vicariana[n] apparitio militabat. Appellatio autem porrecta[o] contra sententiam praetoris Thracensium, apud praefectum praetorio et quaestorem exerceri debet, ita tamen, ut[p] quingentorum aureorum[q] quantitatem non excedat[r] appellationis causa. Cavetur[s] autem constitutione, ut etiam in appellationibus porrectis contra sententias non spectabilium iudicum, qui per divinam iussionem[t] constituti sunt, eadem observentur[u], quae in aliis praetoribus diximus. *Dat.*[v] *XV. Kal. Iun. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XX.

LXVII. [a]*De officio praetoris Isauriae, et de appellationibus in eadem*[b] *provincia porrectis*[c].

1. Praeses Isauriae utriusque[cc] et ipse magistratus habeat[d] insignia[e], et praetor, sive comes nominetur, et apparitio eius comitiana vocetur[f], et de appellationibus omnia sic teneant et in eo[g], quemadmodum de aliis[h] praetoribus[i] diximus, eumque[k] connumerari iubet inter spectabiles magistratus. *Dat.*[l] *XV. Kal. Iun. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

Cap. LXV. Iul. Const. 18, 2. Nov. 25, 6. Auth. Const. 25, 6. Dee. in 9—13, 16, 17, A. Cf. Schol. ad hoc cap.
Cap. LXVI. Iul. Const. 19, 1. Nov. 26, 1—3, 5. Auth. Const. 26, 1—3, 5. *Biener* l. c. p. 445. Dee. in 9—13, 16, 17, A.
Cap. LXVII. Iul. Const. 20, 1. Nov. 27, 1, 2 pr. Auth. Const. 27, 1, 2 pr. *Biener* l. c. p. 445. Dee. in 9, 10, 12, 13, 16, 17, A. Vid. Const. 120, cap. 525.

ad *m* M. maximus. ad *m* M. scrinio, in quo.

CONSTITUTIO XXI.

LXVIII. De officio rectoris provinciae[a].

1. Haec constitutio habet inscriptionem[b]: mandata principis. Disponit[c] autem, quales[d] esse oportet provinciarum praesides, et interdicit eis[e] aliquid[f] a subiectis lucrari, quasi publicis annonis sufficientibus eis, nam et tributa exigere et requirere debent[g], ne forte fiscus deminutionem[h] aliquam passus sit[i]. Oportet autem et causas privatorum[k] cum aequitate eos audire, et viliores quidem dirimere[l] sine scriptis, et non concedere[m] litigatores[n] ultra ea[o], quae constitutionibus continentur, in iudicium[p] expendere[q]. Sin autem viles sint litigatores, et[r] sine aliqua expensa causas eorum cognoscere praesidem oportet; si enim haec omnia cum omni[s] puritate fiant, nec[t] facile in Constantinopolitanam civitatem[u] provinciales concurrent[v], nam et si concurrerint[x], cum per magistratus provinciales nihil steterit[y], nullum responsum impetrabunt a principe. Iubet autem constitutio et agentes[z] in rebus, vel alios[a] quoscumque, qui a Constantinopolitana civitate[b] iussiones maiorum[c] iudicum portant, prohiberi posse per[d] provinciarum praesides iniuste[e] conversari.

LXIX. Idem[a].

2. Consuetudinarias iussiones ex quocumque iudicio procedentes[b] provinciarum praesides non recipiant, veluti de publico[c] aquaeductu[d], de portu, de itineribus muniendis,[e] de pontibus, de imaginibus, de muris[f], de aedium excidio[g], utpote in publico loco[h] aedificatarum[i]. Iubet autem nullam rationem habere praesides provinciarum huiusmodi iussionum[k], nisi divinam pragmaticam sanctionem[l] intimaverint[m], posteaque indicare praesidem[n] oportet per suam relationem piissimo principi; nam nec divinam pragmaticam[o] formam temere[p] eum admittere[q] constitutio permittit[r]. Debet autem et in operibus publicis suam diligentiam atque instantiam praeses ostendere, nam et patres[s] civitatum aedificationes publicas cogere debet constituere. Omnes autem milites, qui in eadem provincia sedent, imperio[t] praesidis subiici constitutio praecipit[u], nam et[v] castigare eos delinquentes[x] praesidi licet[y].

LXX. Idem[a].

3. Si quis crimine illigatus[b] in iudicio praesidis productus[c] fuerit, et ne aliquid[d] de eo cognoscatur[e], privilegio dignitatis vel militiae usus fuerit, praeses provinciae[f] non recipiat eum[g]; qui enim privilegium ad removenda crimina praetendit, a praeside admitti[h] non debet. Apparitores quoque refrenare praesidem oportet, et si[i] iniuriose conversari voluerint[k], non permittere[l]. Sed et[m] consiliarium et omnes[n] homines suos purissimos habeat[o], ut his[p] tantum contenti[q] sint, quae eis publicum[r] subministrat[s].

LXXI. Idem[a].

4. Praeses[b] provinciae fidem[c] publicam non passim unicuique[d] praestare debet, immo etiam si dederit, usque ad triginta dies tantum[e] fides publica debet valere[f]. Sed et condemnare eos[g] debet[h], qui[i] intra terminos[k] sanctorum sint[l], et exigere[m] eos, ita tamen, ut[n] competentem honorem sanctorum terminis conservet[o].

Cap. LXVIII. Iul. Const. 21, 1. Nov. 17, pr. 1, 3 et init. 4. Auth. Const. 17, pr. 1, 3 et init. 4. A. Nov. 17. 4 add. *In alio codice XVII* (XXII?) $\overline{CE}$. 16 XLIX. Cf. Schol. ad h. cap. *Biener* l. c. p. 58 et 442.

Cap. LXIX. Iul. Const. 21, 2. Nov. 17, 4. Auth. Const. 17, 4. Dee. in 9, 16. Cf. Schol. ad h. cap.

Cap. LXX. Iul. Const. 21, 3. Nov. 17, 5. Auth. Const. 17, 5. 16 L.

Cap. LXXI. Iul. Const. 21, 4. Nov. 17, 6. Auth. Const. 17, 6. 16 LI. Lib. Pap. Roth. Expos. c. 3. Cf. Schol. ad h. cap.

---

ad *e* M. add. *et*. ad *h* M. publico [loco] aedificatarum. ad *n* M. praesidem indicare. ad *u* M. praecepit. ad *c* M. perductus, ad *h* M. praetendit a praeside, admitti. ad *f* M. valere debet. ad *g* M. eum. ad *l* M. sit. ad *m* M. et exequi ab eo, ita.

LXXII. Idem[a].

5. Termini[b] sanctorum non prosunt[c] neque homicidis[d], neque[e] adulteris[f], neque raptoribus[g] virginum. Sed et[h] si quis tributa fisco debeat[i], poterit intra sanctorum terminos[k] ab eo exigi[l] publicum debitum, ut[m] tam oeconomi[n] quam defensores ecclesiarum ad[o] hoc subveniant praesidi[p] magis[q], quam debitorem eripiant; nam si quid[r] tale fecerint[s], de sua substantia tributa fisco reddere compellantur[t].

LXXIII. Idem[a].

6. Praeses provinciae non debet permittere[b] tributorum exactoribus aliter tributa exigere, nisi prius declaraverint[c] iugerorum[d] quantitatem, et pro quibus praediis[e], et in quibus speciebus[f] exactio fit. Quod si de tributis[g] aliqua dubitatio emerserit*, censuales quidem faciant[h] expositiones cum omni subtilitate, referatur[i] autem apud[k] gloriosissimum pro tempore[l] praefectum praetorio, et per amplissimum iudicium eius causa dubia dirimatur. Debet autem praeses provinciae cogere censuales[m] etiam, ut translationes faciant distractorum praediorum, sine omni tamen detrimento. Sin autem ideo censuales translationem facere[n] distulerint, quod emptores inopes esse[o] putant, et huius rei[p] disceptatio praesidalis erit, et si dubitetur[q], utrum emptor idoneus sit[r], an non, venditor autem paratus sit periculo suo translationem venditi praedii[s] facere, audiri debet.

LXXIV. Idem[a].

7. Profectiones praesidum non oportet damnosas provincialibus esse. Nam nec angarias praesidi[b], vel apparitioni[c] eius facere[d] licet. Omnes enim omnino praesides annonis suis contentos[e] esse constitutio iubet.

LXXV. Idem.

8. Non licet[a] provinciarum praesidibus in hisdem[b] provinciis, quas ipsi gubernant, vicarios suos constituere, sed nec militibus concessum est angarias a provincialibus petere, vel quaecumque[c] detrimenta eis facere, sed[d] si quid[e] damni[f] provinciales sentiant[g], hoc praeses eis de suo resarcire compellitur[h].

LXXVI. Idem[a].

9. Si quis iussionem[b] portaverit praesidi de[c] religionibus[d], liceat ei eam[e] contemnere; nam si quid[f] canonicum acciderit[g], hoc praeses[h] cum metropolitano[i] provinciae disponere debet.

LXXVII. Idem[a].

10. Capitali crimine damnatorum[b] bona non ad lucrum[c] praesidis[d] referri[e], sed[f] cognatis punitorum[g] reddi[h] oportet.

Cap. LXXII. Iul. Const. 21, 5. Nov. 17, 7. Auth. Const. 17, 7. A. copulat h. cap. cum cap. 71, omisso numero. 16 LII. Cf. Schol. ad h. cap.

Cap. LXXIII. Iul. Const. 21, 6. Nov. 17, 8. Auth. Const. 17, 8. A. 17, 5. Lib. Pap. Roth. Expos. c. 3. Gl. Sed neque cap. 6 Nov. 17. Dee. in 9, 12, 13, 16. Cf. Schol. ad h. cap. et *Zachariae von Lingenthal*: Zur Kenntniss des Römischen Steuerwesens in der Kaiserzeit. Petersburg 1863. 4. p. 22.

Cap. LXXIV. Iul. Const. 21, 7. A. 17, 6. Nov. 17, 9. Auth. Const. 17, 9. Dee. in 16.

Cap. LXXV. Iul. Const. 21, 8. A. 17, 6, ubi hoc cap. conflatum est cum super. cap. 74. Nov. 17, 10. Auth. Const. 17, 10. Mutilum et conflatum in cod. 17 cum sequenti cap. 76.

Cap. LXXVI. Iul. Const. 21, 9. A. 17, 7. Nov. 17, 11. Auth. Const. 17, 11. Conflatum in 9 cum cap. 77: truncatum in cod 17; vid. cap. 75, not. sup. et not. *g*. Cf. Schol. ad h. cap. 16 LII (sic).

Cap. LXXVII. Iul. Const. 21, 10. Nov. 17, 12. Auth. Const. 17, 12. A. 17, 8. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 119 et Pann. 5, fol. 109. Ioannis VIII. P. Epist. 129. Lib. Pap. Karoli M. Expos. ad cap. 45, §. 8. Br. 4, 32, 19. Cf. Schol. ad h. cap. 16 LIII. Bis exstat in cod. 11.

ad *l* M. gloriosissimum [pro tempore] praefectum. ad *a* M licეat. ad *d* M. add. *et*. ad *h* M. compelletur.

LXXVIII. Idem[a].

11. Iniusta patrocinia tam[b] prohibere[c], quam contemnere[d] praeses provinciae debet.

LXXIX. Idem[a].

12. Alienos colonos sive capite censitos[b] nemo suscipere audeat[c], sed et si[d] susceperit, statim reddat; alioquin si non reddiderit[e], terram desertam propter colonorum vel adscripticiorum[f] absentiam susceptoribus eorum[g] irrogari aequum est. Curare[h] autem[i] praeses provinciae debet, ne aliquid[k] tale contingat, sed et si[l] contigerit, etiamsi in aliam provinciam[m] coloni vel adscripticii fugerint[n], per publicas litteras reducere eos debet[o]. Et hoc non solum in dominicis praediis[p] obtinebit, sed etiam in privatorum[q] possessionibus, quarum[r] forte aliqui[s] curam habent, sive quod conductores sint[t], sive[u] quod procuratores[v].

LXXX. Idem[a].

13. Si quis[b] alienis agris[c] vel ergasteriis titulos imposuerit[d], et nomen suum inscripserit[e], bonorum publicatione puniatur[f]. Unusquisque autem[g] praeses provinciae, postquam ad provinciam pervenerit[h], convocare debet[i] episcopum, et clerum, et primates civitatis, et[k] haec divina intimare mandata[l] non solum in metropolitana civitate, sed etiam in aliis[m] provinciae municipiis[n], ita ut per apparitores insinuentur sine omni municipalium damno[o].

LXXXI. Idem[a].

14. Nemo privatus audeat arma tenere vel gerere; hoc enim[b] solis militibus concessum est. Hi[c] quoque, qui propter seditionem a Constantinopolitana civitate fugerunt[d], teneri debent a provinciarum praesidibus et custodiri[e]; nam et referre de eis[f] praesides oportet, et si[g] de his sunt, quos utpote seditiosos[h] perscrutantur magistratus[i] populi Romani, punire[k]. *Dat.*[l] *XVI. Kal. Mai. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XXII.

LXXXII. De officio proconsulis Cappadociae[a].

1. Magistratus Cappadociae omne officium atque[b] apparitionem civilem et militarem habeat; sed et[c] in aliis provinciis Ponticae[d] regionis constituta tamiaca praedia[e] sub imperio suo habeat, nam et tamiacas possessiones potestati eius constitutio subiicit[f]. Summarii quoque comitianae apparitionis subiecti sunt[g] ei; utrumque enim officium proconsuli Cappadociae obtemperare debet[h], nam magistratus Cappadociae proconsul est[i], et ideo utraque apparitio tam comitiana[k], quam civilis proconsularis appellabitur[l], utrumque tamen officium secundum veterem[m] ordinem suas proprias administrationes habeat. Epitropi autem et tracteutae non sint[n]. Nominentur autem[o] tredecim ma-

---

Cap. LXXVIII. Iul. Const. 21, 11. Nov. 17, 13. Auth. Const. 17, 13. A. 17, 9 pr. In 16, 17 cohaeret cum cap. 77, om. rubr. Bis exstat in 11.

Cap. LXXIX. Iul. Const. 21, 12. Nov. 17, 14. Auth. Const. 17, 14 Apud A. cohaeret cum cap. 78, om. num. Cf. Schol. h. capituli.

Cap. LXXX. Iul. Const. 21, 13. Nov. 17, 15, 16. Auth. Const. 17, 15, 16. A. 17, 10. Ultima pars deest in 9. Cf. Scholium h. capituli et *Gothofredus* ad tit. C. Th. de His qui potent. nom. (2, 15) T. II. p. 178, col. 2, ed. *Ritter*. 16 LIV.

Cap. LXXXI. Iul. Const. 21, 14. Nov. 17, 17. Auth. Const. 17, 17. A. 17, 11. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 16.

Cap. LXXXII. Iul. Const. 22, 1. Nov. 30, 1—4, 6. Auth. Const. 30, 1—4, 6. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17, A. In codd., maxime in 5, 6 haec Const. pessime scripta est. Iul. videtur hanc Constitutionem solito minus accurate interpretatus esse.

---

ad *b* M. Patrocinia [tam] prohibere ad *i* M. autem [etiam] praeses. ad *g* M. oportet, si. ad *k* M. Romani punire.

gistri periculo comitianae apparitionis, et tredecim exactores, qui[p] tredecim magistris quinquagenos solidos praestent[q]. Nemo autem exactor ultra definitionem et formam inlicite[r] audeat aliquid accipere, alioquin militia cadat[s]. Adiutoris autem creatio fiat periculo tredecim magistrorum[t], et aliorum, qui post ipsos sunt, si is, qui in gradu vocatur[u], idoneus non sit. Proconsul autem Cappadociae habeat carrucam argenteam[v], et securem, et fasces[x], et omnia vetera proconsularia insignia. Inferre autem eum oportet[y] quinquaginta libras auri venerabili Augustae[z], scilicet ex iustis adquisitionibus. Ipsum autem proconsulatum sine* pecuniarum datione accipiat[a]. Habeat autem[b] annonarum nomine auri[c] libras viginti, et consiliarius eius auri libras[d] duas, apparitio autem eius habeat ea, quae ab antiquis temporibus[e] usque ad hoc tempus habuit. Maneat autem et palatinorum schola, quae sub Cappadocia est, in eadem potestate, et ordine, et figura[f]. Nihil autem neque consuetudinis nomine, neque annonarum, neque in veste[g], neque in aliis speciebus aliquid accipiat, non ab ipso proconsule,[h] non ab eius[i] apparitione.

LXXXIII. Idem[a].

2. Proconsul Cappadociae vindicare debet direpta[b] vel usurpata a quibusdam tamiaca praedia[c], sive rustica sive urbana, nulla ei temporali praescriptione[d] opponenda. Temporis[e] enim prolixitas publico[f] non nocet. Invigilare autem debet et tributorum exactionibus[g]. Habeat[h] autem[i] in sua potestate omnes sive milites, sive* scriniarios tam gloriosissimi praefecti praetorii, quam fortissimi magistri militum, sive civile habeat officium sive tamiacum[k] cingulum, sive dignitatem tam[l] maiorem quam minorem, sive sacerdos sit, sive aliud[m] quodcumque privilegium praetendat[n]. Diligenter autem observare debet*, ut canonicarii[o], qui ab inlustrissimo praeposito mittuntur[p], nullum sentiant[q] lucrum ab aliqua[r] persona, quamvis ex consuetudine aliquid accipere soliti essent.

LXXXIV. Idem[a].

3. Proconsul Cappadociae in[b] municipiis eiusdem provinciae, cui praeest, vicarios suos mittere non audeat[c]; si quid enim fieri vult, habeat[d] defensores municipiorum et apparitores suos, per quos suas iussiones[dd] ad effectum perducere poterit[e]. Sin autem militibus indigeat[f], ipsi milites, qui in Cappadocia degent[g], iussiones eius impleant, ita tamen[h], ut neque milites, neque ipse proconsul, neque consiliarius eius aliquid detrimenti faciant subiectis[i], sed publicis annonis contenti[k] sint. Ideoque et propriis iumentis[l] propriisque sumptibus proficisci eos[m] oportet. Iubet autem constitutio tam scholares homines, quam domesticos in Cappadocia degentes iussiones[n] proconsulis implere; nam si iussionibus eius non paruerint[o], et cingulum et facultates suas amittant[p], nam et in eos potestas proconsuli[q] ex hac constitutione data est. Curam autem agere debet[r], ne hi, qui a[s] Constantinopolitana civitate descendunt[t], subiectos laedant[u]. Sed et cursus publici debet[v] curam habere, nam et veredorum dispositiones[x] sub iurisdictione[y] eius constitutio esse iubet. Agat autem curam et frumentariae causae[z] civitatis et operum publicorum.

LXXXV. Idem[a].

4. Eos, qui iussiones superfluas portant, veluti de aquaeductu[b], de muris, de pontibus, expellat[c] proconsul Cappadociae, ut nec intimare eis tales supervacuas iussiones concedatur[d], nisi forte iussionem pragmaticam* habeant[e]. Sin autem proconsul adiutorio maiore[f] indigeat, mittat relationes[g] tam ad inlustrissimum praepositum[h], quam ad alios maximos[i] populi Romani magistratus.

Cap. LXXXIII. Iul. Const. 22, 2. Nov. 30, 7, pr. §. 1. Auth. Const. 30, 7, pr. §. 1. A. 30, un. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.

Cap. LXXXIV. Iul. Const. 22, 3. Nov. 30, 7, §. 2, 3 et 8, pr. Auth. Const. 30, 7, §. 2, 3 et 8, pr. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 13, 16, 17, A.

Cap. LXXXV. Iul. Const. 22, 4. Nov. 30, 8, pr. Auth. Const. 30, 8, pr. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17, A.

ad *q* M. praestant. ad *y* M. add. *et.* ad *h* M. add. *et.* ad *i* M. add. *et.* ad *p* M. *amittunt.* ad *y* M. *iuris districtione.*

LXXXVI. Idem[a].

5. Titulos privatos[b] alienis rebus prohibeat imponi[c] Cappadociae proconsul[d]. Et sit inter spectabiles magistratus. Et si provocatio contra sententiam eius porrecta sit, apud praefectum praetorio et quaestorem inducatur[e].

LXXXVII. Idem[a].

6. Quod si ex[b] utraque Cappadocia iudex datus[c] sit tam ex divina[d] iussione quam ex calculo[e] maximi[f] magistratus, iudex autem neque spectabilis sit, neque quantitas causae quingentos aureos excedat, proconsul talem[ff] appellationem recipiat, et[g] sacrum habeat auditorium[h]. Et si crimen moveatur in iudicio eius, attendat ipse leges, et[i] non timeat neque cingulum, neque dignitatem, neque sacerdotium reorum[k]. *Dat. Cons. Belisarii*[l]. (535?)

CONSTITUTIO XXIII.

LXXXVIII. De officio praetoris populi[a].

1. Qui antea[b] in urbe Constantinopolitana praefecti vigilum[c] vocabantur, modo praetores[d] populi nominentur[e], et seditiones plebis compescant[f], et codicillos honoris a divina[g] manu piissimi principis accipiant, et[h] tiant ab inlustribus[i] vel comitibus consistorianis vel tribunis[k], vel ex his, qui magistratum in provinciis[l] gesserint[m]. Habeant autem et[n] unum consiliarium singuli, et annonarum nomine denas auri libras per singulos annos. Sin autem incendium in urbe[o] fuerit factum, interesse[p] praetores[q] oportet, vicenos[r] secum habentes milites et tricenos[s] matricarios[t]. *Dat.*[u] *XVI. Kal. Octob. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XXIV[a].

LXXXIX[b]. *De appellationibus.*

1. Omnis* provocatio, sive per se, sive per procuratorem, vel per[c] defensorem[d], vel per[e] tutorem[f], velit[g] quispiam provocare, intra decem dies porrigatur, quos[h] numerari[i] constitutio praecipit[k] ex eo die, quo[l] definitiva sententia recitata est.

XC[a]. *De consultationibus*[b].

2. Si consultatio speretur, et princeps[c] occupatus non possit[d] senatum ad hoc ipsum colligere, allegationes litigatorum maneant in eadem figura[e], et[f] nullum praeiudicium patiantur[g], quamvis tempus statutum transactum sit, usque eo[h] videlicet, donec princeps, vacationem[i] agens, senatores[k] convocaverit[l].

Cap. LXXXVI. Iul. Const. 22, 5. Nov. 30, 8, §. 1 et 30, 10. Auth. Const. 30, 8, §. 1 et 30, 10. Cf. *Gothofredus*: supr. ad cap. 80. In codd. 5, 6 positum est post cap. 87. Dee. in 8, 9, 11, 13, 16, 17, A.

Cap. LXXXVII. Iul. Const. 22, 6. Nov. 30, 10 et 11. Auth. Const. 30, 10 et 11. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17, A

Cap. LXXXVIII. Iul. Const. 23, 1. Nov. 13, 1, 3, 4, §. 1, cap. 5. Auth. Const. 13, 1, 3, 4, §. 1, cap. 5. Cf. Schol. h. cap. A. Nov. 13, sed mutil., vid. not. *q*, quod *Biener* l. c. p. 441 omisit notare. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.

Cap. LXXXIX. Iul. Const. 24, 1. Nov. (latina) 23, 1. Auth. Const. 23, 1. *Biener* l. c. p. 444. Ca. 2 post cap. 78. Brach. 4, 33, 7. 16 LV. Cf. Schol. h. cap. De cod. 17 vid. cap. 81, not. *a*. A. 23. Cf. *Augustini* Paratitla (fol. 7b. *Pithoeus* p. 285).

Cap. XC. Iul. Const. 24, 2. Nov. 23, 2. Auth. Const. 23, 2. Coll. Can. An. saec. XI*. Ivo 16, 120. Dee. in 9. 16 LVI.

---

ad *f* M. tutorem, [si] velit. ad *l* M. senatores [in unum] convocaverit.

XCI. De provocationibus in Aegyptiaca regione porrectis[a].

3. Si ab Aegyptiaca regione provocatio orta sit[b], non ad imperialem civitatem[c] reducatur[d], sed apud praefectum augustalem Alexandrinae civitatis dirimatur[e] sacrum auditorium[f] habentem[g], sententiaeque augustalis nulla provocatio porrigatur. Hoc autem[h] dicimus de his causis, quae quingentorum aureorum[i] quantitatem non excedunt.

XCII. De provocationibus in Asiana vel Pontica regione porrectis[a].

4. In Asiana quoque vel Pontica regione[b] si provocatio data sit[c], comites vel proconsules, vel praetores, vel moderatores de appellatione cognoscant, nam et isti magistratus[d] ad similitudinem augustalis sacrum auditorium habent[e]. Ideoque nec sententiae[f] eorum aliqua porrigatur[g] provocatio[h]. Haec autem totiens locum habent[i], quotiens decem auri libras causa non excedat[k].

XCIII. De provocationibus in Orientali regione porrectis[a].

5. In Orientali regione provocationes usque[b] ad decem auri[c] libras ad spectabilem comitem Orientis inducantur[d].

XCIV. De appellationibus contra sententias spectabilium iudicum porrectis[a].

6. Sin autem antedictis spectabilibus proconsulibus, vel aliis huiusmodi iudicibus porrigatur appellatio[b], in his[c] scilicet causis, in quibus ipsi[d] principaliter iudicant, tunc apud praefectum praetorio et quaestorem causa audiatur[e] utroque officio obsequente, id est, tam sacrorum[f] scriniorum, quam praefecti officio[g].

XCV. De appellationibus contra spectabiles iudices introducendis et exercendis[a].

7. Illud autem, quod diximus de appellationibus apud proconsules[b] inducendis, non sine distinctione est. Nam si quidem non spectabiles sint hi[c], contra quos appellatio porrecta est, et a divina iussione, vel ab[d] aliis magistratibus iudices[e] constituti fuerint[f], tunc proconsules appellationem audiant[g]. Sin autem inlustres sint, a quibus appellatum est, provocatio exerceri* debet in Constantinopolitana civitate secundum veterem[h] consuetudinem, cuiuscumque quantitatis[i] sit, omnibus ceteris legibus, quae de[k] appellationibus positae sunt[l], in sua firmitate durantibus. *Dat. Non. Ian. P. C. Belisarii*[m]. (536?)

CONSTITUTIO XXV.

XCVI. De provocatione praetori[a] *Paphlagoniae vel Honoriados porrecta, et de aliis provocationibus in diversis regionibus porrectis.*

1. Si praetori Paphlagoniae[b] vel Honoriados provocatio porrecta sit, et inducatur apud praefectum[c] et quaestorem[d], praefecti praetorii* officium huic[e] appellationi obsequatur. Idem est[f] et in

Cap. XCI. Iul. Const. 24, 3. Nov. 23, 3, pr. Auth. Const. 23, 3, pr. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.
Cap. XCII. Iul. Const. 24, 4. Nov. 23, 3, §. 1. Auth. Const. 23, 3, §. 1. Cf. Schol. h. cap. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17. De A. vid. not. *h*.
Cap. XCIII. Iul. Const. 24, 5. Nov. 23, 3, §. 1 in f. Auth. Const. 23, 3, §. 1 in f. Vid. cap. 92, not. *h*. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.
Cap. XCIV. Iul. Const. 24, 6. Nov. 23, 4, pr. Auth. Const. 23, 4, pr. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17. De A. vid. cap. 92, not. *h*.
Cap. XCV. Iul. Const. 24, 7. Nov. 23, 4, pars post. Auth. Const. 23, 4, pars post. A. 23, 5. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.
Cap. XCVI. Iul. Const. 25, 1. Nov. 20. Auth. Const. 20. Repetitur mutt. vv. infra in Const. 120, cap. 525. *Biener* l. c. p. 81. A. 20. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.

ad *g* M porrigitur. ad *h* In edd. *provocatio* est ultimum huius cap. voc. suntque ibi quae sequuntur, prima cap. 93 vv. ad *k* M causae non excedant. ad *a* M. praetoris. ad * M praetorii: Officium

moderatore Helenoponti[g] et Ponti Polemoniaci, et proconsule[h] primae Cappadociae, et proconsule[i] Armeniae, et praetore[k] Lycaoniae, Pisidiae, Isauriae. In comite autem Orientis utrumque officium obsequatur, id est, et praefecti praetorii, et scrinii epistolarum. In Pontica autem et Asiana[l], quae translata est in Galatiam et Phrygiam Pacatianam, officium praefecti tantum obsequatur[m]. In quibus autem causis[n] antiquo iure libellenses obsequuntur[o], in his nulla innovatio[p] facta est, sed nihilominus huiusmodi[q] ministerium iidem soli implebunt. *Dat.*[r] *Cons. Belisarii.* (535?)

CONSTITUTIO XXVI.

XCVII. De adiutoribus quaestoris[a].

1. Viginti[b] sex adiutoribus[c] quaestoris liceat in suum locum[d] alios substituere, idoneos tamen, et[e] quos pro tempore quaestor elegerit propositis sanctis[f] evangeliis. Hi autem, qui fiunt[g] in locum eorum, qui suo loco ceciderunt[h], centum solidis praestitis[i] fiant. Istorum autem trium graduum viri, id est[k], scrinii memoriae[l], et duorum, qui proximi[m] futuri sunt, quamvis non sint ex viginti sex adiutoribus, tamen licentiam habeant subrogare in suum locum. Habeant igitur ius vendendi[n] militiam suam, sed non ultra centum solidos, dummodo et[o] is, qui subrogatur, electione quaestoris fiat. Praerogativas autem constitutio dat Theodosio, et Epicteto, et Quirillo, et Sabbatio et Perigeno[p], illo videlicet observando[q], ut si quis ex viginti[r] sex adiutoribus defunctus fuerit, heredes eius[s] centum solidos dent, et electione quaestoris militent. Sin autem liberi sint[t] defuncti, hoc idem[u] ius habeant, quamvis heredes parenti suo non[v] exstiterint. *Dat.*[x] *XVI. Kal. Iun. Cons. Belisarii.* (535.)

CONSTITUTIO XXVII.

XCVIII. De officio moderatoris utriusque Ponti, id est Helenoponti[a].

1. Duorum Pontorum unus sit praeses[b], moderatoris appellatione[c] decorandus, et habeat sub iurisdictione sua civitates tredecim, et nominetur provincia Helenopontus. Amasia autem et Neocaesarea civitas ius metropolitanum et nomen habeant[d]. Duarum autem istarum civitatum episcopi[e] in Constantinopolitana civitate consecrentur, et sint et[f] ipsi metropolitani et municipiorum suorum episcopos singuli ipsi consecrent[g]. Iste autem moderator Iustinianus habeat et civile et militare[h] auxilium, habeat et adresponsum[i], et omnis condicio fiat ei subiecta, neminem fori praescriptione[k] defendente. Sed et[l] utriusque honoris, id est civilis et militaris capiat annonas concurrentes in septingentos[m] viginti et quinque solidos, et apparitionem[n] habeat unam, et publicus[o] cursus, item tributorum exactio ad periculum ipsius et apparitionis eius pertineant. Consiliarius autem moderatoris capiat de publico[p] septuaginta et[q] duos solidos. Apparitio autem eius, quae una facta est ex civili et militari apparitione permixta[r], capiat quadringentos quadraginta et[s] septem solidos et tremissem[t].

XCIX. Idem[a].

2. Moderator Helenoponti vicarios suos in eadem provincia[b] non mittat[c]. Ipse enim circuire civitates debet[d], et inspicere eas[e], et si quid iniuste fit, corrigere[f]. Sed et si[g] milites viderit non contentos[h] esse publicis annonis, sed damna[i] subiectis facientes, refrenare debet[k], et si quid[l] inli-

Cap. XCVII. Iul. Const. 26, 1. Nov. (latina) 35, ed. a P. p. 243 sqq. A. 35. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17. Cf. Scholium huius cap. *Biener* l. c. p. 446.
Cap. XCVIII. Iul. Const. 27, 1. Nov. 28, 1—3. Auth. Const. 28, 1—3. A. 28. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17. *Biener* l. c. p. 445.
Cap. XCIX. Iul. Const. 27, 2. Nov. 28, 4. Auth. Const. 28, 4. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17.

ad *c* M. adiutoribus (quos boëthos dicunt) quaestoris. ad *x* M. Dat. C. Bilisarii. ad *f* M. et sint, et. ad *k* M. nemine fori praescriptionem defendente.

cite ceperunt[m], repetere, et subiectis restituere, et hoc non[n] impediatur facere neque divina forma[o], neque pragmatica sanctione[p]. Habeat autem apparitores centum, nam et[q] qui moderatoris honorem[r] habent, inter spectabiles iudices sunt[s].

C. Idem[a].

3. Moderator Helenoponti[b] nemini concedat titulos imponere rusticis praediis[c], vel aedibus alienis, hoc enim proprium fisci vel Caesaris est. Quod si inveniat[d] aliquem nomen alienis[dd] praediis imponentem, titulos quidem inlicitos statim tollat[e], perscrutetur autem eum, qui titulos imposuit. Et si quidem quasi dominus[f] imposuit, titulos quidem tollat[g], rebus autem illius, qui imposuit, publicos titulos imponat. Sin autem rerum[h] procurator sit, titulos quidem tollat[i], illum autem, qui imposuit, sive procurator sive dominus sit[k], tormentis acerbissimis[l] subiiciat[m], ut ex corporali coërcitione[n] doceatur titulorum impositionem fisci vel Caesaris propriam esse. De provocationibus autem moderatori[o] porrigendis eadem teneant iura, quae de aliis spectabilibus diximus. *Dat. XV. Kal. Aug. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.*[p] (535.)

CONSTITUTIO XXVIII.

CI. De officio praetoris Paphlagoniae[a].

1. Magistratus Paphlagoniae unus sit, et praetor nominetur, et[b] habeat duplicem potestatem, id est tam Paphlagoniae quam Honoriados[c], et habeat centum apparitores[d]. De annonis autem eius[e] et consiliarii[f] et apparitionis[g] eadem teneant[h], quae superius de moderatore Helenoponti[i] diximus; nam et de titulis non[k] imponendis, et de provocationibus iura[l] eadem observantur. Idem et de militibus; honore[m] autem spectabilis est[n]. *Dat.*[o] *XV. Kal. Aug. Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XXIX.

CII. Ut iura, quae in successionibus posita sunt ab intestato venientibus, etiam in Armeniis teneant[a].

1. Omnia iura, quae de ceteris Romanis[b] posita sunt, eadem et[c] in Armeniis[d] teneant, nam et successiones tam in masculis quam in feminis sic observari[e] constitutio iubet, quemadmodum in ceteris[f] Romanis. Haec autem ex eo tempore observari[g] oportet, ex quo noster imperator[h] reipublicae gubernacula tenuit, nisi forte vel transactiones secum fecerint[i], vel alio modo causas suas damnaverint[k]. Habeant autem communionem et in praediis illis, quae genearchica[l] vocantur[m] ab antefato tempore. Sin autem contigerit quosdam inveniri, qui filias suas heredes scripserint[n], volumus ipsis quoque[o] genearchicarum[p] rerum dominium competere, quamvis ab intestato parentibus suis secundum pristinam Armeniorum consuetudinem non succedebant. Ea autem, quae semel filiabus[q] competierunt[r], etiam liberis earum postea competere placet[s].

Cap. C. Iul. Const. 27, 3. Nov. 28, cap. 5, §. 1, cap. 8. Auth. Const. 28, cap. 5, §. 1, cap. 8. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17. Cf. Schol. h. cap.

Cap. CI. Iul. Const. 28, 1. Nov. 29, 1—4. Auth. Const. 29, 1—4. A. 29. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17. *Biener* l. c. p. 445 et 512.

Cap. CII. Iul. Const. 29, 1. Ed. Iust. III. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17 et ap. A. *Biener* l. c. p. 81, 92, 116, 443, 479, 529 demonstrat contineri hac Constitutione interpretationem Edicti III. Iustiniani, neque vero Nov. 21.

ad *dd* M. alienum. ad *e* M. tollat. Perscrutetur. ad *m* M. subiiciatur. ad *m* M. vocabantur. ad *s* M. add. *Dat. XV. Kal. Apr. Post Bilis. V. C. Cons.*

CONSTITUTIO XXX[a].

CIII. De defensoribus civitatum[b].

1. Nulli licentia sit[c] defensoris[d] officium in civitatibus suis contempnere; alioquin quinque librarum[e] auri poena coërcebitur, ita tamen, ut in opera[f] civitatis quinque librae impendantur[g], et post poenae solutionem[h] nihilominus defensoris[hh] officium suscipere cogatur: nec enim vilissimos homines, sed ipsos magis primates defensores civitatum[hh] fieri decet[i], quamvis inlustres sint[k], vel militare cingulum vel praerogativas ex[l] principalibus pragmaticis sanctionibus habeant[m]. Creari autem defensores oportet per ordinem, et[n] sit unus ex ipsis primatibus, quorum calculo creetur[o]. Fiat autem cum sacramento, nam iurare debet, quod omnia secundum leges et iustitiam facturus est[p]. Confirmetur autem per iussionem praefecti praetorii, et habeat defensoris honorem per biennium tantum, et non liceat praesidi successorem[q] ei dare, sed praefecto praetorio[r].

CIV. Idem.

2. Non liceat praesidibus vicarios[a] defensorum[b] mittere, nam nec suos mittere possunt[c]. Sufficiunt[d] enim defensores[e] praesidis iussiones implere.

CV[a]. Idem.

3. Testamenta atque donationes[b] apud defensores[c] intimentur, aliaque[d] monumenta publica apud eos recte procedant, hoc enim praeses prohibere non poterit, quamvis adversus ipsum praesidem componantur[e], vel adversus homines eius. Acta autem conficere[f] defensor potest ad similitudinem praesidis tam adversus tributarias[g] illationes differentes[h], quam adversus seditiosos homines. Habeat autem ex praesidali[i] apparitione[k] unum exceptorem, et duos apparitores, et iudicet in pecuniariis causis[l] usque ad solidos trecentos.

CVI. Idem[a].

4. Si quis plus[b] petierit, ut[c] apud praesidem magis quam apud defensorem causa cognoscatur, et per definitivam sententiam[d] reperiatur[e] quantitas litis intra[ee] trecentos solidos constituta, perdat et ipsam quantitatem, quae[f] re vera ei debetur, et[g] actionis suae dispendio puniatur[h].

CVII[a]. Idem.

5. Si[b] defensor civitatis sententiam definitivam protulerit, et adversus eam provocatio porrecta sit, apud praesidem provinciae exerceri eam oportet. Sin autem ab[c] apparitoribus defensor[d] iniuriam fuerit passus[e], et praeses provinciae neglexerit competentem eis[f] vindictam irrogare, tunc relationem ad[g] praefectum praetorio mittat, et quod praefecto visum fuerit, sequatur. Habeat autem et[h] scrinium publicum[i], ubi monumenta publica deponere possit[k], et habeat unum hominem[l], qui eadem acta debeat conservare[m].

CVIII. Idem.

6. Defensores sine datione[a] pecuniae fiant, quatuor[b] enim aureos tantum praestare debent maiores civitates[c] in iudicio[d] praefecti praetorio pro[e] iussionibus, quibus[f] defensorum creatio con-

Cap. CIII. Iul. Const. 30, 1. Nov. 15, 1 et 6 in f. Auth Const. 15, 1 et 6 in f. A. 15. Dee. in 9, 11, 13, 16.
Cap. CIV. Iul. Const. 30, 2. Nov. 15, 2. Auth. Const. 15, 2. Dee. in 9, 13, 16, 17.
Cap. CV. Iul. Const. 30, 3. Nov. 15, 3. Auth. Const. 15, 3. Dee. in 9, 13. 16 LVII.
Cap. CVI. Iul. Const. 30, 4. Nov. 15, 4. Auth. Const. 15, 4. Dee. in 9, 13. 16 LVIII.
Cap. CVII. Iul. Const. 30, 5. Nov. 15, 5. Auth. Const. 15, 5. Dee. in 9, 13. Form. et gloss. Langobard. sec. *Savign.* 16 LIX.
Cap. CVIII. Iul. Const. 30, 6. Nov. 15, 6. Auth. Const. 15, 6. Dee. in 9, 13, 16.

ad *b* M. civitatium. ad *c* M. Defensores civitatis intimentur. ad *h* M. disserentes. ad *h* M. autem [Defensor] et.

firmetur. Sin autem civitas[g] minima sit, tres solidos tantum praestare debet[h]. Sin autem publicas annonas habeant ex vetere quadam consuetudine[i], capiant eas sine aliquo obstaculo, et si in magnis criminibus obnoxii convincantur[k] aliqui, castigare[l] eos defensores oportet, posteaque praesidibus transmittere, nam[m] in levioribus criminibus sufficit poena, quam ipsi imposuerunt. *Dat.*[n] *XVI. Kal. Aug. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XXXI[a].

CIX. De lenonibus tollendis[b].

1. Haec constitutio iubet neminem lenonem[c] esse neque in urbe imperiali, neque in provinciis, et hoc prohibere debent praetores et praesides[d]; ultimo enim supplicio subiiciuntur, qui contra constitutionis[e] normam lenones esse ausi sunt. Omnia autem[f] instrumenta et fideiussiones apud lenones interpositas[g], vel a lenonibus contra bonos mores factas[h] infirmas atque invalidas esse[i] constitutio iubet[k]. *Dat.*[l] *Kal. Dec. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535.)

CONSTITUTIO XXXII.

CX. De nefariis et incestis nuptiis[a].

1. Si quis nefarium et incestum[b] atque damnatum matrimonium contraxerit, liberos autem ex legitimo priore[c] matrimonio non habuerit, statim suis[d] facultatibus careat, et[e] dos, quae ei data est[f], fisci viribus vindicetur. Post publicationem autem et cinguli sui[g] patiatur amissionem[h], et exsilio puniatur. Quod si vilior sit[i], et corporales coërcitiones subsistat[k], et uxor eius contra leges nupta easdem poenas patiatur, scilicet si nulla iusta[l] excusetur ignorantia.

CXI[a]. *Idem.*

2. Sin autem liberi sint[b] ei, qui incestas[c] contraxerit nuptias, illi autem liberi legitimi sint, quod[d] forte ex alio legitimo matrimonio[e] procreati sunt[f], poena[g] patris, sui[h] iuris fiant, et paternas accipiant facultates[i], sic tamen, ut patri suo alimonias praebeant[k], et quae necessaria sunt, administrent[l]. Haec autem omnia valeant post biennium, quam haec constitutio fuerit intimata, nam intra[m] biennium omnes quidem illicitas nuptias, si quae[n] contractae sint, dissolvi constitutio iubet sine poena eorum[nn], qui nuptias inlicitas[o] contraxerunt. Liberis autem, qui ex huiusmodi matrimonio[p] nati sunt, tres partes bonorum paternorum[q] praestentur[r], quarta fisco, scilicet si non ingrati sint* tales liberi, et alii liberi[s] legitimi non sint; nam si[t] liberi legitimi sunt, tunc[u] quartam partem fiscus capiat[uu], cetera autem bona inter se legitimi liberi, et hi, qui ex[v] inlicito matrimonio nati sunt, partiantur[x] tam ex testamento quam ab intestato. Mulier autem, quae contra leges nupsit, suam dotem tantum accipiat[y]. Sed haec omnia intra biennium valeant, nam[z] post biennium superiora praecepta valebunt, quae in primo capite dicta sunt. Nam si post biennium in[a] inlicitis

Cap. CIX. Iul. Const. 31, 1. Nov. 14, §. 1. Auth. Const. 14, §. 1. A. 14. Anon. Graec. (*Zachariae*: Anecd. p. 203). Lr. 192. Cd. 7, 17. Coll. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 8, 305; 16, 121 et Pann. 5, fol. 109. 16 LX.

Cap. CX. Iul. Const. 32, 1. Nov. 12, 1. Auth. Const. 12, 1. A. 12. Anon. Gr. (*Zachariae*: Anecd. p. 203). Lr. 188. Cd. 7, 13. Cod. Vat. 1339, 5, 221. Ivo, Decr. 9, 3; 16, 122 et Pann. 5, fol. 109. Atton. Verc. Ep. epist. ad Azonem Episc. *Savigny* l. c. T. II. p. 270 (ed. 1), p. 284 (ed. 2). Coll. Can. Caesaraug.* Coll. An. saec. XI.* Br. 1, 10. Pe. 1, 39. Lib. Pap. Liutpr. Exp. cap. 30 (31), §. 4. 16 LXI. Schol. h. c.

Cap. CXI. Iul. Const. 32, 2. Nov. 12, 2, 3. Auth. Const. 12, 2, 3. Schol. h. cap. 8 CLXI., err., nam tracta est ad cap. 110 prior pars ad vv. usque „si poena eórum.“ 16 LXII. Lr. 189. Cd. 7, 14. Atton. Verc. Ep. epist. ad Azonem. Cc.* et Coll. Anon. saec. XI.* Ivo 9, 4. Lib. Pap. Liutpr. Expos. cap. 31, §. 5, et cap. 104 (105), §. 3.

---

ad *e* M. add. *huius*. ad *i* M. esse [haec] constitutio. ad *i* M. add. *persona*. ad *d* M. qui, ad * M. sunt. ad *t* M. si [alii] liberi. ad *u* M. tunc [quidem] quartam.

nuptiis aliquis permanserit, poenis in primo capite[b] dictis subiicitur[c]. Idemque dicimus[d], et si ante biennium novas inlicitas contraxerit[e] nuptias, nam biennii indulgentia illis praestita est[f], qui iam contraxerunt contra leges matrimonia, ut intra[g] biennium separentur. Quod si non fuerint separati, sed perseveraverint in toto biennio[h], poenis primi capitis subiiciantur[i].

CXII[a]. De naturalibus liberis.

3. Si quis cum muliere[b] consuetudinem habuerit[c], cuius nuptiae interdictae[d] non sunt[e], et liberos ex illa[f] procreaverit, posteaque[g] instrumenta dotalia composuerit[h], ei non solum[i] iam nati[k] liberi legitimi et[l] in potestate eius sint[m], sed etiam postea[n] procreati. *Dat.*[o] *XVII. Kal. Iun. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (535?)

CONSTITUTIO XXXIII.

CXIII[a]. De pignoribus et usuris dandis propter res rusticis mutuatas.

1. Si quis rustico[b] mutuaverit, terram eius in pignus accipere[c] non audeat, usuram autem sumere[d] eum aequum est, si quidem aridos fructus mutuaverit[e], octavam; sin autem solidos mutuaverit[f], siliquam[g] annuam per singulos aureos capiat, donec scilicet[h] totum, quod debetur[i], fuerit a[k] debitore solutum. *Dat. XV. Kal. Iul. Constantinopoli Belisario V. C. Cons.* (536.)

CONSTITUTIO XXXIV.

CXIV. De legitima portione liberis a parentibus relinquenda[a].

1. Omnes tam masculi quam feminae decedentes, si unum filium habeant[b], tertiam partem substantiae suae ei[c] relinquant[d] Falcidiae nomine, eodem[e] obtinente iure, et si duos[f] vel tres vel quatuor liberos dereliquerint[g]. Sin autem ultra quatuor sint[h], dimidiam[i] partem substantiae paternae[k] habeant, ut in hoc casu Falcidia[l] lex dimidiam partem contineat, id est[m], sex uncias substantiae defuncti. Nulla autem differentia est[n], utrum ab institutione[o] heredis, an fideicommissi datione legitima pars liberis praestita sit[p]. Hoc autem[q], quod de filiis et filiabus dicimus[r], teneat[s] etiam in omnibus descendentibus[t] personis[u], quibus scilicet de inofficioso agere[v] permissum est.

CXV. De curialibus liberis.

2. Curiales prioris[a], id est praecedentis[b] capitis[c] observatione[d] excepti sunt; hi enim liberis suis[e] curialibus novem uncias substantiae suae relinquere coguntur[f], tres[g] autem reliquas uncias, in quas[h] voluerint personas transmittant[i]. Sed tamen ea lex[k] iura de inofficioso testamento querelae non mutat, nam solam[l] quantitatem Falcidiae legis dilatavit[m], id est auxit[n].

Cap. CXII. Iul. Const. 32, 3. Nov. 12, 4. Auth. Const. 12, 4. Cc.* Coll. Anon. saec. XI.* Ivo 8, 34 Pe. 1, 41. 16 LXIII. Schol. h. cap.

Cap. CXIII. Iul. Const. 33, 1. Nov. 32 (graeca) et 34, 1, latina. Auth. Const. 35 et 36 (ed. Heimb.). A. 32. App. Iul. *Biener* l. c. p. 19, 105, 446. Lr. 222. Cd. 7, 47. Glossa Taurinensis 212. Gl. *Hoc observando* Nov. 34, cap. 1 in f. Schol. h. cap.

Cap. CXIV. Iul. Const. 34, 1. Nov. 18, 1. (Cf. Nov. 66, 1 et Nov. 89 et infra Const. 82. *Biener* l. c. p. 19, 60, 104, 442, 458.) Auth. Const. 18, 1. A. 18. Anon. Graec. (*Zachariae* l. c. p. 203). Schol. h. cap.; Dictatum de Consiliariis. Lr. 237. Cd. 7, 60. Glossa Taurin. nr. 212. Pe. 1, 12 et 17. Br. 1, 24, 1. Lib. Pap. Rothar. Expos. cap. 169, §. 2 (*Merkel*: Die Geschichte des Langobardenrechts. Berlin 1850, p. 57, not. 31). Dissensiones Dominorum ed. *Haenel*. p. 159 et 454. *Marani* Opera. Traj. ad Rh. 1740, p. 337. *G. E. Heimbach*: Anekdot. cit. T. I. p. XCIV. *v. Vangerow* l. c. §. 475, not. 1 et §. 485, quocum cf. Scholiasta h. et seq. cap. *Zachariae v. Lingenthal*: Innere Geschichte des Griechisch-Römischen Rechts. Leipzig 1856. 8. p. 134. In cod. 4 repetitur hoc capitulum initio cap. 118. cumque eo coniunctum est, et vid. praeterea cap. 117, not. ult.

Cap. CXV. Iul. Const. 34, 2. Nov 18, 2. Auth. Const. 18, 2. Dee. in 9, 13, 16, 18. Schol. h. cap. Cf Const. 82. *Vangerow* l. c. §. 475.

ad *c* M subiiciatur. ad *b* M. muliere [libera]. ad *n* M. dilatavit, [id est auxit.]

CXVI. Si liberis suis nudam proprietatem quispiam reliquerit[a].

3. Si quis liberos[b] et uxorem habens in ultimis suis elogiis[c] iusserit[d] totius substantiae suae[e] uxorem quidem usumfructum habere, liberos autem nudam proprietatem[f], quid iuris sit? Et[g] dicimus, usque ad partem legitimam Falcidiae habituros liberos etiam usumfructum[h] proprietatis, reliquam[i] autem ususfructus[k] portionem uxori[l] dandam, quia si[m] nudam proprietatem sine ullo ususfructus solacio[n] habeant liberi, nihil prohibet fame[o] eos perire. Haec autem, quae diximus, teneant tam in patre defuncto, quam[p] in avo et proavo et[q] in omnibus superioribus personis: eodem videlicet iure[r] observando, et si mater decedens marito suo usumfructum totius patrimonii sui* reliquerit, et liberis suis nudam[s] proprietatem. Idem[t] et in avia et[u] in proavia.

CXVII. Quemadmodum ab intestato liberi per femininum sexum descendentes parentibus suis succedere debeant[a].

4. Si quis nepotes ex filio reliquerit[b], et ex filia nepotes vel neptes, pariter ad hereditatem[c] ab intestato avi defuncti[d] vocentur[e], et non minus tertia parte[f], sicut antea capiant[g], sed integram portionem consequantur[h] nepotes ex filia[i] nati, qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. Item si avia decesserit[k] nepotibus ex filio et neptibus ex filia derelictis, omnes pariter[l] ad hereditatem aviae suae[m] vocentur, et omnino[n] nulla sit differentia, utrum omnes nepotes sint an neptes[o], et utrum ex filio an ex filia procreati sint[p]. Item si quis sine dotalibus instrumentis,[q] sola nuptiali affectione matrimonium contraxerit, et liberos habuerit, posteaque soluto[r] matrimonio secundas nuptias cum alia muliere contraxerit, et dotalia instrumenta ei fecerit[s], et alios liberos habuerit, omnes liberi[t] eius tam ex priori[u] matrimonio nati, quam ex secundis nuptiis procreati[v] pariter ad hereditatem vocentur, quamvis prius[x] matrimonium sine dotalibus instrumentis contractum est[y].

CXVIII. De concubinis et naturalibus liberis[a].

5. Si quis neque liberos legitimos habens[b], neque uxorem legibus cognitam decesserit, et concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit[c] (concubinam autem dicimus talem[d], quae libera constituta in domo defuncti erat[e], usque ad mortem eius, et si liberi naturales ex ea[f] in domo eius ab ipso procreati sunt et nutriti): haec igitur si[g] ita sint, veniant simul tam ipsa concubina[h], quam liberi eius naturales ab intestato in substantiam defuncti, non ut totam accipiant, sed ut duas uncias tantum[i] consequantur substantiae defuncti patris, et distribuantur[ii] inter eos et matrem, ita tamen, ut mater[k] unius liberi portionem accipiat, et per capita divisio rerum fiat[l]. Quod si concubina ante concubitorem suum decesserit[m], et filios naturales reliquerit, nihilominus duas uncias liberi[n] naturales consequantur[o]. Haec autem de ea concubina dicimus, quae sola erat* in domo defuncti concubitoris; alioquin si complures fuerint[p] mulieres, quas in concubinatu defunctus habebat[q], ex quibus et liberos naturales habuerit[r], nulla licentia dabitur neque concubinis, neque liberis earum ad successionem defuncti venire[s], quoniam meretrices magis quam concubinae tales mulieres sunt, cum quibus passim defunctus dormiebat; sed illam solam[t] cum progenie sua[u] ad hereditatem defuncti vocamus, quae[v] quodammodo uxorem legitimam imitatur[x], et nulla differentia est, utrum naturales eius liberi masculi an[y] feminae sint. Haec[z] autem in futurum tempus[a] obtinere constitutio iubet.

Cap. CXVI. Iul. Const. 34, 3. Nov. 18, 3. Auth. Const. 18, 3. Schol. h. c. Bis scriptum est in cod. 4 et iterum quidem post cap. 119.

Cap. CXVII. Iul. Const. 34, 4. Nov. 18, 4. Auth. Const. 18, 4. In cod. 4 occupat locum capituli 121 et in cod. 11 capituli 120. Coll. Can. Anon. saec. XI.* Ivo 16, 123 et Pann. 5, fol. 109. *Francke*: Das Recht der Notherben. Göttingen 1831. 8. p. 223.

Cap. CXVIII. Iul. Const. 34, 5. Nov. 18, 5. Auth. Const. 18, 5. Vid. infra Const. 82 et anteced. cap. 117, not. *p*.

ad *o* M. eos fame perire. ad *t* M. idem [est,] et. ad *d* M. hereditatem avi defuncti ab intestato. ad *g* M. accipiant. ad *q* M. instrumentis, sed sola. ad *r* M. soluto [priore] matrimonio. ad *y* M. aut. ad *z* M. Hoc.

CXIX. De collatione dotis et ante nuptias donationis[a].

6. Si quis pro filia sua[b] dotem genero[c] dederit, vel propter nuptias donationem[d] pro filio suo nurui praestiterit[e], posteaque ipse[f] pater[g] decesserit sive intestatus, sive testamento condito[h], et non specialiter expresserit, ut nulla collatio fiat dotis vel ante nuptias donationis[i]: si haec[k] igitur ita sint[l], is qui succedere[m] patri voluerit[n], cogatur conferre dotem vel ante nuptias donationem[o].

CXX. Si res suas pater inter liberos distribuerit[a].

7. Si quis res suas liberis suis[b] distribuere velit sive in[c] testamento sive[d] alia quadam voluntate, liceat[e] quidem ei[f] hoc facere, dum tamen distributionem[g] confirmet sua subscriptione[h]. Quod si ipse subscribere nolit[i], faciat liberos suos subscribere, inter quos et rerum distributio fit[k]. Quod si non ita fecerit, vel etiam sine testibus voluntatem suam[l] condiderit, sciat eam[m] nullius esse momenti. Ideoque liberi eius omnes[n] ita substantiam eius partiantur[o] inter se, ac si sine[p] ulla distributionis voluntate parens[q] eorum decessisset[r].

CXXI. Si quis prolatam manum suam negaverit[a].

8. Si quis[b] prolatam manum suam negaverit, et dixerit[c] talem scripturam suam non esse,[d] ut postea actor[e] probationibus vexetur et aliis difficultatibus, vel si litteras quidem suas agnoverit, dixerit autem pecuniam sibi numeratam a creditore[f] non esse: in utroque casu convictus[g] in duplo[h] debitam quantitatem actori praestet. Quod si iudex contra praesentem legem iudicaverit, ipse poenam actori reddat. Haec autem ita se habent, nisi forte actor probationibus deficiens[i] ab initio[k] sacramentum reo detulerit[l]; tunc enim si reus sacramentum dare noluerit, sed veritatem* confessus fuerit, dupli poenam evitabit[m]. Quod si longiore tempore extenso litigio ad sacramentum actor recurrerit[n], posteaque reus sacramenti timore veritatem confessus fuerit[o], dupli[p] quidem poenam evitabit[q], cogatur autem[r] omnes impensas, quas actor[s] propter improbitatem eius fecerit[t], sacramento actoris praestare[u]. Si quis autem dixerit sibi nullam adnumeratam esse[v] pecuniam, postea autem confessus sit[x], et dixerit etiam se[y] particulares solutiones[z] solvisse, quamvis re vera persolverit[a], attamen nihilominus integram sortem[b] exsolvat. Sed et si reus[c] litteras actoris protulerit[d], easque suas esse actor negaverit[e], et postea reus veritatem probare potuerit, cogatur[f] actor non solum illud imputare reo, quod litteris declaratur, sed etiam alterum tantum persolvat poenae nomine mendacii sui, et[g] in hoc casu[h] sacramenti ratio eadem habeatur tam in actoris[i] quam in rei persona.

CXXII. Idem[a].

9. Quod si litigium per tutores[b] vel curatores ventiletur, — pone[c] enim principales personas impuberes esse[d] vel adolescentes, — tunc[e] poenae exactio propter improbam negationem adversus

Cap. CXIX. Iul. Const. 34, 6. Nov. 18, 6. Auth. Const. 18, 6. Lib. Pap. Roth. Expos. cap. 199, §. 1 et 4. *Merkel* l. c. p. 57, not. 31. Dissensiones Dominorum ed. *Haenel.* p. 60, 114, 162, 448 (sive Vet. Coll. §. 78; Roger. §. 81; Coll. Chis. §. 58; Hugol. §. 277). *Fein*: Das Recht der Collation. Heidelberg 1842. §. 64, p. 251 et *Glück*: Erläut. der Pandekten cit. T. XLV. p. 157. Dee. in 4 hoc quidem loco, sed restit. infra post cap. 122, his vv. praemissis: *kp̄. CXXIII. de improb. possessor. exceptum est.* E contrario in locum huius capit. iterum scriptum est cap. 116. Cf. c. 345.

Cap. CXX. Iul. Const. 34, 7. Nov. 18, 7. Auth. Const. 18, 7. Transpositum est in 4 ad cap. 124 s. 11 h. Const. Vid. cap. 117, not sup. 16 LXX., omissis numeris capitulorum 113—119.

Cap. CXXI. Iul. Const. 34, 8. Nov. 18, 8. Auth. Const. 18, 8. Vid. cap. 117, not. sup. Translatum est hoc capitulum in cod. 4 ad finem h. Const. add. numero CXXV et rubro *de Decurionibus et filiis eorum* et in cod. 19 post cap. 123. Apud A. cum h. cap. cohaeret cap. 9 huius Const. Dictatum de Consiliariis. Coll. Can. Anon. saec. XI.* Ivo 16, 124. Pe. 3, 39. 16 LXXI.

Cap. CXXII. Iul. Const. 34, 9. Nov. 18, 9. Auth. Const. 18, 9. Dee. in 4, vid. not. *a* et cap. 119, not. sup. et de A. capitis antecedentis not. sup. 16 LXXII.

ad *h* M. decesserit testatus sive intestatus, et non. ad *k*, *l* M. Si hoc igitur ita sit. ad *d* M. add. *ita.* ad *g* M. casu si convictus sit. ad *i* M. abrenuntians.

ipsos[f] tutores vel curatores competat[g]. Haec autem constitutio nullam facit innovationem in[h] legibus, quae[i] duplum vel quadruplum in quibusdam casibus exigi praecipiunt[k].

CXXIII. De improbis possessorum exceptionibus[a].

10. Si quis rerum detentator[b] in rem actione[c] ab aliquo conventus dixerit[d] actorem rerum dominum[e] non esse, actor autem probaverit suum dominium[f] esse, et probationibus convictus reus postea dicat hypothecarum titulo vel alio quodam[g] iure ad se res pertinere, tali poenae subiiciatur, ut adhuc lite in suspenso constituta[h], res ad actorem transferantur[i], et post translatam possessionem, tunc si quas sibi putaverit actiones[k] competere[l], eas moveat is[m], qui transposuit possessionem[n].

CXXIV[a]. *Quomodo concubinae servilis condicionis constitutae legitimae uxores fiunt*[b].

11. Si quis neque legitimam uxorem* habens, neque liberos legibus[c] cognitos, ancillam autem[d] suam concubinam habuerit, et[e] liberos ex ea susceperit, posteaque eam[f] cum liberis suis[g] manumiserit, et ius aureorum annulorum[h] eis impetraverit, et natalibus[i] eos restituerit, instrumentaque dotalia conscripserit, quamvis postea[k] nullos habuerit liberos[l], attamen et uxor legitima sit, et liberi, qui[m] ante dotalia instrumenta sunt[n] nati, tam legitimi, quam in[o] potestate patris sui naturales efficiantur[p], et successionem[q] eius ab intestato accipiant[r]. *Dat. Kal. Mart. Constantinopoli post Cons. Belisarii V. C. Cons.*[s] (536.)

CONSTITUTIO XXXV. (XXXVI.)

CXXV. De decurionibus, et de filiis eorum[a].

1. Si quis curialis condicionis constitutus sine liberis decesserit, novem quidem unciae substantiae eius ad curiam civitatis perveniant, tres autem uncias[b] cui voluerit, relinquat[c]. Sin autem liberos quidem[d] habuerit, eos autem ex[dd] concubinatu procreaverit, liceat ei[e] scribere eos heredes cum curiali gravamine, et[f] videantur ex legitimo matrimonio suscepti[g] fuisse, quemadmodum[h] si vivus naturalis pater huiusmodi liberos suos in curiam civitatis dedisset, nulla discretione[i] habita, utrum in solidum[k] heredes eos scripserit, an pro parte, dum tamen[l] non minus novem unciis[m] habeant. Quod si quidam ex naturalibus liberis curialem condicionem repudiaverint[n], nec ad hereditatem admittantur[o], sed partes[p] eorum adcrescant his[q], qui curiales esse non dedignantur. Sin autem omnes liberi eius naturales curiales esse noluerint[r], novem unciae derelictae eis[s] modis omnibus curiae civitatis vindicentur.

CXXVI. Idem[a].

2. Haec, si testamento facto curialis testator[b] decesserit. Sin autem intestatus[c] defunctus est, novem quidem unciae substantiae* eius curiae[cc] civitatis deferantur[d], tres autem residuae unciae cognationi eius competent[dd]. Quod si naturales similiter filios[e] dereliquerit, hique[f] voluerint curiae civitatis se adnumerari[g], consequens est novem uncias lege[h] ad eos revolvere. Eadem teneant iura,

Cap. CXXIII. Iul. Const. 34, 10. Nov. 18, 10. Auth. Const. 18, 10. 4 CXXVII. 16 LXXIII. A. cap. 9. Commemoratur in gl. *Conventus* Coll. III. tit. 5. Cf. *Biener* l. c. p. 301, not. 36.

Cap. CXXIV. Iul. Const. 34, 11. Nov. 18, 11. Auth. Const. 18, 11. A. cap. 10. 4 CXXVIII. Cf. infra cap. 261.

Cap. CXXV. Iul. Const. 35, 1. Nov. 38, 1. Auth. Const. 40, 1. A. 38. Dictatum de Consiliariis. *Biener* l. c. p. 447. Cf. cap. 124, not. *a*. Dee. in codd. 9, 11, 13, 16, 17, 18. 4 CXXIX.

Cap. CXXVI. Iul. Const. 35, 2, sed 3 Const. XXXVI. et augetur Constitutionum numerus abhinc uno numero. Vid. etiam cap. 124, not. *a*. Nov. 38, 2. Auth. Const. 40, 2. 4 CXXI. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17, 18.

ad *f* Ita omnes codd.; M. probaverit se dominum. ad *h* Edd. annulorum aureorum. ad *s* M. Mart. CP. Bilis. ad *h* M. om. *lege*.

et si quis[hh] ex ancilla sua filios habuerit, eosque vel vivus in curiam dederit, vel in testamento suo heredes instituerit cum curiali gravamine, nam et hic[i] eadem observari decet[k], quae diximus de[l] filiis naturalibus, qui ex libera concubina nati sunt. Quod si eos pater naturalis[m] manumisit tantum, et[n] non in curiam dedit, illi autem vel omnes, vel quidam ex his curiae muneribus subiici volunt, necesse est[o] eos, si curiales[p] fieri parati sunt, novem uncias capere. Sed et[q] si unus ex his solus[r] curialem condicionem admittit[s], ipse solus in[t] novem uncias habeat potestatem[t]. Quod si nemo eorum curialis vel a[u] patre factus est, vel fieri paratus est, novem unciae curiae competant civitatis[v].

CXXVII. Idem[a].

3. Haec[b] de naturalibus liberis. Sin autem legitimos filios, vel[c] nepotes ex filio[d] curialis[e] homo reliquerit[f], tunc novem unciae inter omnes distribuantur[g], quemadmodum parens disposuerit[h], ita tamen, ut iura de inofficioso testamento querelae unicuique liberorum integra custodiantur[i], nisi forte ingratitudinis[k] allegatio reclamaverit[l]; gratis enim tantummodo[m] liberis novem uncias[n] dari[o] constitutio iubet, ut[*] unusquisque eorum curialia munera subeat secundum[p] magnitudinem partis, quam lucratus est. Ceterae[q] autem tres unciae ad eos perveniant, quibus eas praestari defunctus voluerit[r].

CXXVIII. De filiabus decurionum[a].

4. Quod si[b] filias vel neptes[c] curialis homo[d] reliquerit, si quidem[e] omnes curialibus maritis coniunctae sunt, necesse est omnibus novem uncias dari, quemadmodum a parente[f] distributae fuerint, ita tamen, ut singulae non minorem partem habeant legitimo modo. Quod si quaedam[g] ex his curiales maritos habeant[h], quaedam non, novem quidem unciae distribuantur inter eas, quae[i] curialibus coniunctae sunt, tres autem unciae[k] praestentur his, quae non sunt curialibus maritis coniunctae, dum tamen singulae[l] legitimum habeant modum. Sin autem nondum nuptae sunt, liceat parenti[m] sub condicione eas in novem unciis[n] heredes scribere, id est[*], si eiusdem civitatis[o] curialibus coniungantur[p]. Quod si talem coniunctionem[*] contempserint, novem quidem unciae[q] curiae civitatis addicantur[r], tres autem residuae[s] inter filias neptesve[t] defuncti distribuantur.

CXXIX. De liberis utriusque sexus decurionum[a].

5. Quod si quis curialis et filios[b] vel nepotes, et filias vel[c] neptes dereliquerit[d], masculi quidem curiales dimidiam portionem substantiae capiant[e], filiae autem, si quidem curialibus maritis[f] coniunctae sunt, reliquam dimidiam portionem accipiant. Sin autem curialibus nuptae non sunt, tres quidem uncias ipsae filiae habeant, aliae autem tres unciae fratribus earum adcrescant.

CXXX. Ut ex curiali patre et murilegula vel comitica matre[a] *curialis filius nascatur.*

6. Si quis curialis condicionis constitutus[b] tamiacae vel murilegulae vel comiticae[c] mulieri coniungatur[*], filii, qui ex hoc matrimonio nati fuerint, patris condicionem[d] sequantur. Iubet autem constitutio, vim ac potestatem[e] suam ad ea quoque facta porrigi, quae antequam edatur, contigerunt[f], nisi forte quidam[g] liberati sunt a curiali condicione per tamiacam vel murilegulam[h] vel comiticam[i] matrem; eos enim liberos permanere praecepit[k], excepto Theodosio et fratribus eius et[l] liberis Iohannis, qui Xiscon[m] vocatur, hi enim, quamvis ante constitutionis[n] editionem curialis con-

Cap. CXXVII. Iul. Const. 35, 3. Nov. 38, 3. Auth. Const. 40, 3. 4 CXXII. Dee. in codd. 9, 11, 13, 16, 17, 18.
Cap. CXXVIII. Iul. Const. 35, 4. Nov. 38, 4. Auth. Const. 40, 4. Dee. in codd. 9, 11, 13, 16, 17, 18. In cod. 4 CXXIII.
Cap. CXXIX. Iul. Const. 35, 5. Nov. 38, 5. Auth. Const. 40, 5. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17, 18. 4 CXXIV.
Cap. CXXX. Iul. Const. 35, 6. Nov. 38, 6. Auth. Const. 40, 6. Dee. in 9, 11, 13, 16, 17, 18. 4 CXXXIII.

ad *hh* M. si [quis]. ad *i* M. et [hic]. ad *v* M. competunt civitatis. ad *c* M. sive. ad *m* M. parentibus. ad * M. scribere. Idem, si.

stituti condicionis[o] per tamiacam matrem liberati sunt, nihilominus curiales permaneant, nullo rescripto, nulla opitulatione potituri ad effugienda[p] curialia munera. Haec[q] constitutio data est in[r] mense Martio, indictione undecima[s], post consulatum Belisarii[t]. (536.)

CONSTITUTIO XXXVI. (XXXVII.)

CXXXI. De secundis nuptiis[a].

1. Haec constitutio suas[b] quidem vires retrorsus non redigit, nec[c] obtinebit in eis, quae ante ipsius tempora contigerunt, et locum habet[d] in maritis[e] et uxoribus, qui quaeve aut[f] omnino testati non sunt, vel non iure testati fuerunt[g], vel quantum pertinet[h] ad eandem[i] constitutionem, intestati[k] decesserunt[l].

CXXXII. De divortiis bona gratia faciendis[a].

2. Sunt quaedam iustae causae, quae bona gratia sine repudio[b] matrimonia disrumpunt. Et est prima causa, si maritus vel mulier solitariam vitam[c] elegerit, ita tamen, ut si[d] vir monachus factus sit[e], tantum lucretur ex donatione propter nuptias sibi data mulier, quantum morte mariti lucri cepisset. Idem dicimus, et[f] si mulier in monasterium intraverit[g]; maritus enim eius[h] ex dote tantum lucrabitur, quantum lucri cepisset[i], si uxor eius mortua esset[k]. Sed et si quis non potuerit cum uxore sua misceri[l] (forte enim naturae frigidae[m] est) triennio transacto, quod numerabitur[n] scilicet ex eo tempore, quo[o] copulati sunt, — si non potuerit in toto triennio cum muliere sua misceri[p], etiam sine repudio matrimonium dissolvatur. Sed[q] et si vir vel uxor in captivitate fuerit, sine repudio[r] matrimonium dissolvatur, sub ea tamen distinctione, ut si quidem spes sit[s] maritum vel uxorem redire[t], ea persona, quae in civitate est, non audeat ad secundas nuptias pervenire[u]; alioquin maritus quidem ante nuptias donationem amittet[v], uxoris autem temeritas dotis amissione punietur[x]. Quod si incertum sit, utrum ab hostibus capta persona vivat[y], an non, tunc[z] ea persona, quae in civitate est, exspectet quinquennium, quo transacto[a], licebit et marito uxorem ducere, et mulieri[b] ad secundas nuptias migrare[c]. Alio[cc] quoque modo bona gratia matrimonia dissolvuntur[d], veluti si vir vel[e] mulier[f] ex sententia iudiciali in servitutem deducantur*, forte enim libertini[g] constituti ingrati[h] erga suum[i] patronum exstiterunt. Sed et[k] in hoc casu tantum lucrari oportet eam[l] personam, quae in suo statu perduravit, quantum lucri cepisset[m], si ea persona, quae in servitutem[n] redacta est, decessisset.

CXXXIII. [a]Si quis liber ancillam uxorem duxerit, vel contra.

3. Si quis per errorem ancillam mulierem duxerit uxorem[b], liberam eam esse putans, vel ex contrario, si libera mulier servo[c] per errorem coniuncta sit, posteaque veritas reperta fuerit, dicendum est, omnino nuptias non constitisse[d]. Inter liberum enim[e] et ancillam vel servum et liberam[f] mulierem nuptiae contrahi non possunt. Quod si calliditate[g] vel conniventia domini servus vel[h] ancilla matrimonium contraxerit[i] cum libera persona (*forte enim dominus ancillam suam ut[ii] liberam

Cap. CXXXI. Iul. Const. 36, 1. Nov. 22, 1, 2. Auth. Const. 22, 1, 2. A. 22. Vid. cap. 124, not. *a* et de B. cap. 123, not. *n. Biener* l. c. p. 443. Dec. in 9, 13, 16. 4 CXXXIV. Anon Gr. (*Zachariae* l. c. p. 203). *Mayer*: Ueber die Remissionsbefugniss des coniux praemoriens (Zeitschr. f. Civilrecht. N. F. T. V. Giessen 1848. p. 310 sq.).

Cap. CXXXII. Iul. Const. 36, 2. Nov. 22, 4—9. Auth. Const. 22, 4—9. Bo. 86. Ivo 8, 81 (partic.). Br. 1, 9, 4. 4 CXXXV. Cod. Concil. et can. saec. X. capituli Eccl. Metrop. Martisburg. fol. 124b. Pe. 1, 37. *Bruns*: Die Verschollenheit (Bekker's Jahrbuch des gemeinen deutschen Rechts. Leipzig 1857. 8. T. I. p. 100).

Cap. CXXXIII. Iul. Const. 36, 3. Nov. 22, 10, 11. Auth. Const. 22, 10, 11. Lr. 252. Cd. 7, 75. Cc.* Cod. Vat. 1339, 5, 208. Ivo, Decr. 8, 56; Pann. 6, fol. 137b et Epist. 242. Exstat etiam, sed mutilatum in cod. 1317 bibliothecae Trecensis (olim Clarevallensis). Br. 1, 12, 4. 4 CXXXIV. 16 LXXVII.

ad *o* M. curiales constituti condicione. ad *b* M. om. *suas*. ad *k* M. fuisset. ad *f* M. mulierem liberam. ad * M. (forte enim — coniunxit) et dotem.

viro ingenuo coniunxit et dotem pro ea praestitit[k], ut propter nuptias donationem lucretur totam vel pro parte[l]: si quid[m] igitur tale contigerit, ipsa donatione[n] dotis et ancilla libera fiat[o], et nuptiae consistant, nulla lege, quantum[p] pertinet ad servitutem, huiusmodi matrimonium concutiente. Sin autem dominus[q] specialiter quidem nuptiis ancillae suae vel servi non consenserit, sciens autem, quid agatur, non prohibuerit[r], — forte enim ideo hoc facit, ut postea negotium[rr] moveat homini libero, quod ancillam eius duxerit[s] uxorem, vel ingenuae mulieri, quod[t] servo eius nupta est —: si quid[u] igitur tale evenerit, licet specialiter dominus non consenserit, attamen sciens[v] non prohibuerit, et nuptiae integro iure consistant[x], et servilis condicionis[y] persona eripiatur ad ingenuitatem, illo[z] sine dubitatione aperto, quod liberi, qui ex huiusmodi nuptiis procreati fuerint, tam ingenui quam[a] legitimi sint.

CXXXIV[a]. *Si quis*[b] *in servo suo aut ancilla aegrotante nullam adhibuerit curam*[c].

4. Si quis servum suum[d] aegrotum vel ancillam[e] morbosam contempserit, et nullam curam eis[f] fecerit, necesse est eos liberos esse. Servus enim per titulum pro derelicto a domino suo[g] contemptus in libertatem[h] eripiatur, eodem iure etiam in ancilla obtinente[i]. Ideoque nuptiae inter eos legitimae contrahi[k] possunt. Et[l] istae quidem causae sunt, per quas bona gratia matrimonia dissolvuntur[m]. His autem adnumerari[n] debet etiam in expeditione[o] degentis mariti militis dissolutio, de qua dicendum est in competenti tempore, in quo etiam causas[p] repudii subtilius[q] dicturi sumus.

CXXXV[a]. *Soluto matrimonio uti anno abstineat nuptiis mulier*[b].

5. Illud[c] certum est, quod in his causis, ex[d] quibus matrimonium solvitur[e], si velit[f] mulier postea[g] nubere, annum prius exspectare debet, propter sanguinis confusionem[h].

CXXXVI. Si alienus adscripticius liberam uxorem duxerit.

6. Alienus[c] adscripticius liberam mulierem non ducat uxorem[d], neque sciente, neque consentiente[e] domino. Quod si tale aliquid[f] ausus fuerit facere, liceat domino et[g] retrahere eum cum[h] modica castigatione sive per se, sive[i] per magistratum, et copulatam sibi mulierem[k] disiungere; tales enim nuptiae[l] nec nuptiae sunt, nec dos ulla[m] est, nec donatio[n] propter nuptias intelligitur[o].

CXXXVII. [a]*De nuptiis sine dotalibus instrumentis contractis*[b].

7. Si quis sine dotalibus instrumentis adfectione[c] maritali uxorem[d] duxerit, non audeat sine causa legibus cognita[e] repudium ei[f] mittere; alioquin quartam partem substantiae suae deceptae[g] mulieri praestet. Haec autem quarta pars talem distinctionem recipiat: nam si[h] quadringentarum librarum auri[i] facultates maritus[k] habeat vel minus, quartam partem omnimodo substantiae suae[l] mulieri praestet, id est, vel[m] centum libras, si quadringentarum librarum[n] auri substantiam habeat[o], vel minus, si minores habeat facultates. Quod si tantas habeat opes, ut etiam[oo] quadringentarum librarum auri[p] quantitatem excedant[q], tunc centum tantummodo libras ei maritus[r] prae-

---

Cap. CXXXIV. Iul. Const. 36, 4. Nov. 22, 12 et 14; §. 1. Auth. Const. 22, 12 et 14, §. 1. Lr. 248. Cd. 7, 71. Cod. Vat. 1339, 5, 204. Br. 1, 12, 2. 4 CXXXV. 16 LXXVIII.

Cap. CXXXV. Iul. Const. 36, 5. Nov. 22, 16. Auth. Const. 22, 16. Lr. 184. Cd. 7, 9. Cod. Vat. 1339, 5, 26. Pe. 1, 29 in f. 4 CXXXVI. 16 LXXIX.

Cap. CXXXVI. Iul. Const. 36, 6. Nov. 22, 17. Auth. Const. 22, 17. Lr. 251. Cd. 7, 74. Cod. Vat. 1339, 5, 205. 4 CXXXVII. 16 LXXX.

Cap. CXXXVII. Iul. Const. 36, 7. Nov. 22, 18. Auth. Const. 22, 18. Coll. Cc.* Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 8, 35 et Epist. 148. 4 CXXXVIII. 16 LXXXI.

---

ad *y* M. et de servili condicione. ad *e* M. add. *suam.* ad *m* M. dissolvantur. ad *e* M. dissolvitur. ad *h* M. om. *cum.* ad *k* M. maritus facultates. ad *l* M. quartam partem substantiae suae omnimodo deceptae mulieri. ad *o* M. habuerit.

5*

beat. Sed[s] si quidem per maritum steterit, quominus matrimonium consistat, et sine causa repudium[t] miserit, in hoc casu soluto matrimonio annum exspectet mulier, posteaque[u] sine impedimento ad secundas transeat nuptias[v]. Quod si per mulierem steterit[x], quo[y] magis matrimonium dissolvatur[z], quinque annos exspectet[a], et his transactis ad secundas nuptias migret[b], si velit.

CXXXVIII. [a] De repudiis, quae a filiis familiarum mittuntur[b].

8. Si filiusfamilias uxorem duxerit, non habeat licentiam uxori suae repudium mittere sine paterno consensu. Idem dicimus et in[c] filiafamilias uxore, nam nec ea[d] repudium mittere sine paterno consensu marito suo permittitur[e]; alioquin dotem, quam[f] pater suscepit, vel propter[g] nuptias donationem non cogitur[h] reddere.

CXXXIX. [a] Si morte solutum sit matrimonium, et de lucro dotis vel ante nuptias donationis.

9. Si morte mariti[b] vel uxoris matrimonium solutum fuerit, superstes persona dotem[c] vel propter nuptias donationem secundum pactiones factas lucretur[d], ita tamen, ut impares non sint pactiones[e]. Non enim[f] admittimus[g] talem conventionem, quae marito quidem[h] dimidiam partem dotis moriente muliere[i] praestat, uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis marito moriente[k]. Exaequari enim pactiones ab utraque persona[l] decet. Ideoque superfluum unius portionis tollimus, ut etiam in persona mariti tertia pars dotis exspectetur[m]; exaequationem enim partium ita fieri constitutio iubet, ut maior pars deminuto[n] superfluo ad minoris partis quantitatem concurrat. . Si quid[o] tamen lucratus fuerit ex dote maritus[p] muliere mortua, vel si mulier lucretur ex donatione propter nuptias mortuo marito, hoc habeat pleno iure, et[q] habeat potestatem, quo voluerit[r] modo, eam consumere[s], sive per legatorum titulum[t], sive alia quavis alienatione. Sin[u] autem decedens eas res non alienaverit, vel omnes, vel quasdam ex his, maneant apud liberos praecipui honoris vice[v], sive scripti fuerint heredes ab ea[x] persona, quae tale lucrum senserit[y], sive non, nisi forte[z] ingrati circa eam exstiterint[a].

CXL. [a] De ingratis liberis, vel contra, id est non ingratis.

10. Si enim ingrati circa eam personam exstiterint liberi[b], quae lucri[c] aliquid ceperit[d], quamvis tales res non alienaverit specialiter, sive inter vivos, sive in testamento suo, attamen[e] heredes eius easdem res capiant, exclusis videlicet modis omnibus liberis[f]. Illud[g] certum est, quod si filii sint[h] et ex[i] ante defunctis filiis nepotes[ii], pariter cum suis patruis sive avunculis in eundem honorem perveniant[k], si tamen sui patris hereditatem amplectuntur[l]. Hoc autem non solum in dote et[m] donatione propter nuptias teneat[n], sed etiam in illis[o] matrimoniis, quae sine[p] dotibus consistunt, in quibus quartam[q] partem substantiae suae[r] maritus vel uxor laesae personae compellitur dare, secundum antefatam[s] divisionem.

CXLI. [a] De muliere, quae post mortem mariti annum non exspectaverit[b].

11. Si mulier post mortem mariti nondum annali spatio[c] completo ad secundas properaverit[d] nuptias, omni quidem modo[e] inter infames erit. Sed si[f] quidem liberos ex priori matrimonio non

Cap. CXXXVIII. Iul. Const 36, 8. Nov. 22, 19. Auth. Const. 22, 19. 4 CXXXIX. 16 LXXXII

Cap. CXXXIX. Iul. Const. 36, 9. Nov. 22, 20. Auth. Const. 22, 20. 4 CXL. 16 LXXXIII.

Cap. CXL. Iul. Const. 36, 10. Nov. 22, 21. Auth. Const. 22, 21. 4 CXLI. 16 LXXXIV. Apud A. cum anteced. cap. cohaeret, apud B. bis legitur.

Cap. CXLI. Iul. Const. 36, 11. Nov. 22, 22. Auth. Const. 22, 22. Lr. 185. Cd. 7, 10. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 8, 272; 16, 125 et Pann. 6, fol. 129. Pe. 1, 29. Br. 1, 9, 9. *Heimbach*: Anekd. T. I. p. XCI. A. 10. 4 XLII, err. 16 LXXXV.

ad *u* M. postea vero. ad *p* M. ex dote lucratus fuerit maritus. ad *u* M. Si. ad *g* M. add. *autem*. ad *ii* M. filiis, nepotes pariter. ad *m* M. et in donatione.

habeat, infamiam[g] quidem solvere[gg] poterit, si preces imperatori[h] porrexerit, et divino principis nutu priori opinioni restituta fuerit; res autem a priore marito[i] sibi relictas nullo modo[k] lucrabitur, sed decem personis res eo modo adcrescunt[l], id est, usque ad secundum[m] gradum in superioribus et[n] inferioribus, et ex latere venientibus denumeratione[o] facta, eodemque modo[p] decem personis collectis. **Sunt autem hae[q]: pater et mater, avus et avia, filius et[r] filia, nepos et neptis, frater et soror.** His autem personis non apparentibus, ea, quae a priori marito tali uxori relicta[s] sunt, fisci viribus vindicentur. Sed nec propter nuptias donatione potiri[t] conceditur, quamvis pactionum tenor reclamaverit, sed nec copulato sibi secundo marito ante annale tempus poterit[u] dotem dare ultra tertiam partem substantiae suae[v], sed neque[x] ab aliquo[y] extraneo capere aliquid per ultimam voluntatem permittitur*; omnino enim[z] cum alio non habet[a] testamenti factionem, ideoque nec hereditatem sibi relictam, neque legatum, neque fideicommissum, neque mortis causa donationem capere[b] poterit, sed ea[c], quae ei relicta sunt, sive[d] legata, sive fideicommissa, sive hereditatis particularis datio[e], apud coheredes eius remaneant[f]. **Sin autem ipsa sola[g] heres scripta est, ad eos** bona defuncti perveniant[gg], quos ab intestato leges vocant[h]. Haec de his, quae ex[i] testamento tali mulieri relinquuntur. Nam si ab intestato ad cognatorum suorum hereditatem vocetur[k], non omnibus succedere poterit[l], sed usque ad tertium gradum tantum[m] ab intestato hereditatem accipiat[n], ulterioris autem gradus cognatis omnino non succedat. Sin autem liberos habeat[o], et non exspectet[p] anni spatium, sed ad secundas properaverit[q] nuptias, et haec[r] quidem infamis erit, sed tamen nec[s] principis indulgentia[t] priori restituetur famae, nisi liberis ex priore[u] matrimonio natis **dimidiam partem substantiae suae donaverit[v] pure et sine ulla condicione, ita ut nec usum[x] eius** retineat sibi, sed tempore secundi matrimonii simpliciter dimidiam partem suarum[y] facultatum eis donet; hoc enim[z] facto, et principali rescripto secuto[a], pristinam famam sibi renovabit[b]. Inter eos autem liberos, quibus dimidiam partem bonorum suorum donavit[c], res donatae aequa portione distribuantur[d], et si quidem filii sint, in capita[e] dividantur res eis[f] donatae, sin autem nepotes sint, patris sui portionem[g] accipiant, ut videantur quodammodo[h] in stirpes[i] succedere. Et si quidem omnes liberi intestati decesserint[k], hereditas eorum ad matrem perveniat, procul dubio dimidiam partem bonorum suorum, quam semel dedit, iterum recepturam[l]. Quod si testamento facto decesserint, necesse est res, quas reliquerint[m], ad scriptos eorum successores pervenire.

CXLII[a]. Si mulier ad secundas pervenerit nuptias, et de lucro dotis et ante nuptias donationis[b].

12. Si mulier[c] post priores nuptias repudio vel morte mariti[d] solutas, ad secundum migraverit matrimonium, anno scilicet legitimo completo[e], si quidem nullos habeat liberos, sine quaestione res sibi derelictas[f] a priore marito pleno iure[g] possidebit, non solum iure ususfructus, sed rerum etiam[h] dominio potitura[i]. Quod si liberos ex priore matrimonio[k] habeat[l] ad secundas perveniens[m] nuptias, in primis quidem carebit propter nuptias donatione[n], deinde autem omni alia[o] liberalitate, quae ad eam[p] pervenerit[q], sive inter vivos, sive ultima voluntate maritus ei[r] quidpiam dederit, vel dereliquerit, sive institutionis nomine, sive legati vel fideicommissi causa. Hoc autem, quod diximus, carere eam omnibus, quae ex substantia mariti ad eam pervenerint[s], intelligendum est, quantum ad rerum dominium[t]; ususfructus enim earum rerum[u] ipsi mulieri[v] permanet[x], proprietate scilicet[y] eo tempore liberis competente, quo[z] secundas nuptias mater eorum contraxerit. Sin autem illa decesserit, etiam ususfructus eis adcrescat. Et[a] haec omnia iura communiter locum habeant[b]

Cap. CXLII. Iul. Const. 36, 12. Nov. 22, 23. Auth. Const. 22, 23. Lr. 313 Cd. 7, 136. Pe 1, 33. A. 11. 4 CXLIII. 16 LXXXVI.

ad *gg* M. exolvere, sed in m. solvere. ad *gg* M. perveniunt. ad *n* M. capiat. ad *y* M. facultatum suarum. ad *l* M. receptura ad *l, m* M. habeat, et ad secundas pervenerit nuptias.

tam in uxoris persona, quam in mariti, si forte et[c] ipse secundas contraxerit nuptias, nulla discretione[d] habita, utrum[dd] dotem vel propter nuptias donationem ipsi pro se dederint[e], an alius magis[f] pro eis.

CXLIII. [a] Idem.

13. Adeo autem rerum[b] praedictarum post secundas nuptias patris vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit[c], ut non possit pater vel mater[d] eorum res easdem firmiter[e] alienare, nec hypothecae titulo obligare, quoniam ius[f] utendi fruendi tantummodo parenti[g] concessum est. Sed clementius res[h] temperabitur, ut statim quidem[i] liberi non possint suum parentem vetare[k], si easdem res alienare voluerit, sed post obitum eius eas vindicabunt[l] sine ullo[m] obstaculo, et non solum[n] ipsi, sed etiam heredes[o] eorum res distractas[p] vel pigneratas vindicabunt[q], et non solum adversus emptores vel creditores[r], sed etiam contra successores eorum in rem[s] movebitur actio, nulla temporali[t] praescriptione exclusi[u], nisi[v] forte triginta annorum curricula transacta fuerint, quae[x] computari oportet ex eo tempore, quo liberi suae potestatis effecti[y] sunt, excepta videlicet pupillari[z] aetate[a], quia impuberibus nulla temporis computatio[b] currit[c].

CXLIV. [a] Idem.

14. Nullam[b] post haec habeat electionem[c] pater vel mater ad secundas perveniens[d] nuptias res praedictas cui voluerit liberorum suorum addicere, sed ad omnes liberos huiusmodi res veniant in capita[e] distribuendae, nisi forte nepotes ex filio vel[f] filia proponantur; hi enim in stirpes[g] vocantur, et patris sui vel matris portionem accipiunt[h]. Illud autem, quod superius diximus, ut in talibus rebus* alienatio a parente[i] facta irrita[k] sit, non sine distinctione teneat[l], sed interdum pro parte valeat[m], id est, pro ea, quam casus ille facit, qui exstat nullis liberis superstitibus, pro rata scilicet totius pactionis[n]. Hoc autem, quod dico, tale est. Quaedam mulier nupsit, et pepigit cum marito suo[o], ut soluto matrimonio si[p] liberi superstites fuerint[q], totam propter nuptias donationem habeant, si nulli liberi superstites fuerint, tertiam partem habeat[r]. Ecce in hoc casu si dirempto[s] priore matrimonio secundas nuptias contraxerit[t] mulier, tribus liberis superstitibus, et[u] unus ex his decesserit, partem tantam[v] mulier pleno iure possidebit, et[x] alienare firmiter poterit, quantam[y] mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione[z], quae illo casu continetur, qui locum habet[a], si liberi superstites non sint, id est, ut[b] tertiam portiunculam[c] tertiae partis mater lucretur, eamque firmiter alienet[d], in ceteris autem portiunculis inutilis sit alienatio. Quod si contigerit omnes liberos mori sine liberis[e], necesse est totam tertiam portionem[f] matrem habere, quam habuisset, si[g] ab initio nullis liberis superstitibus priores nuptiae solutae fuissent. Ex his[h] igitur illud apparet[i], quod alienatio a parente facta interim in suspenso est[k], et potest pro parte quidem[l] valere uno filio defuncto, pro parte autem in suspenso esse, ut si omnes liberi moriantur, tota* tertia portio firmiter alienata fuisse videatur[m]. Illud indubitatum est, quod[n] filius ingratus circa parentes[o] ostensus huiusmodi portione excludendus erit. In hoc enim tantummodo casu ius electionis parenti conceditur[p]. Ingratum autem intelligere debemus[q] eum, qui[r] circa patrem et matrem ingratus[s] probatur[t], vel omnimodo qui circa eum ingratus est, qui ultimus decesserit[u].

Cap. CXLIII. Iul. Const. 36, 13. Nov. 22, 24. Auth. Const. 22, 24. Lr. 312. Cd. 7, 135. *Unterholzner*: Entwickelung der Verjährungslehre. Leipzig 1828. T. I. p. 119 sq. *Heimbach*: Zeitschr. f. Civilrecht cit. T. XVI. p. 28 sq. et Anekd. Tom. I. p. XCVI. *Sintenis*: Civilrecht. Leipzig 1860. §. 51, not. 43. A. 12. 4 CXLIV. 16 LXXXVII.

Cap. CXLIV. Iul. Const. 36, 14. Nov. 22, 25 et 26. Auth. Const. 22, 25 et 26. A. 13. 4 CXLVII. 16 LXXXVIII.

ad *b* M. praedictarum rerum. ad *g* M. parentibus. ad *o* M. eorum heredes. ad *c* M. electionem habeat. ad *k* M. irrita non sit. ad *r* M. habeat [mulier.] Ecce. ad *t* M. contraxerit nuptias. ad *d* M. alienare possit.

CXLV. [a]*Qui quaeve ad secundas migraverit nuptias, non habeat licentiam liberalitatem ullam conferre in novercam filiorum suorum, vel vitricum, ultra eam partem, quae ad unumquemque eorum ex substantia eius venerit.*

15. Pater vel mater, qui quaeve ad secundas migraverit nuptias[b], non habeat licentiam sive inter vivos, sive in ultima[c] voluntate[d] liberalitatem ullam conferre in novercam filiorum suorum[e], vel vitricum, ultra eam partem, quae ad unumquemque liberorum[f] suorum ex substantia eius pervenerit. Ideoque[g] si unum filium habeat, dimidiam partem eidem[h] filio suo conservet, et alteram dimidiam partem[i] novercae vel vitrico praestet[k]. Sin autem duos filios habeat, tertiam tantummodo portionem[l] bonorum suorum novercae vel vitrico liceat ei praestare[m]. Quod si tres habeat filios[n], quartam partem, si velit, det[o], et regulariter tantam partem liceat ei[p] novercae vel vitrico dare, quantam singuli liberi habent[q]. Sed et si testamento suas facultates dividere parens voluerit[r], et novercae vel vitrico quidpiam dare voluerit[s] legati vel fideicommissi[t] nomine, pariter substantiam suam[u] distribuat, ut vitricus vel noverca unius liberi habeat portionem. Haec, si liberis suis non ex disparibus partibus[v] facultates suas parens divisit[x]; nam si dispares portiones eis[y] praestiterit, necesse est novercam vel vitricum[z] illi filio comparari, qui minimam portionem accepit[a], ita tamen, ut unusquisque liberorum non minus lege[b] Falcidia habeat, nisi forte appareat ingratus. Id[c] autem, quod diximus de patre et matre[d], teneat et in avo et in[e] avia, et non solum in[f] filio filiave propositis[g], sed etiam in[h] nepote nepteve[i].

CXLVI. [a]*Cuius temporis computatio spectanda sit, et quomodo superflua quantitas distribui debeat*[b].

16. Sed est quaesitum[c] multotiens in iudiciis, quo[d] tempore computationem[e] patrimonii parentis facere debeamus, utrum eo, quo dotem[f], vel ante nuptias donationem, vel aliam qualemvis[g] liberalitatem adscripsit vel dedit[h] vitrico vel novercae, an magis illud tempus spectari[i] oportet,[k] quo[l] parens mortuus est. Et[m] dicimus, eventum inspici oportere[n], id est, illud tempus, quo parens mortuus est[o], ut secundum patrimonii quantitatem, quod postea inventum fuerit, ita[p] divisio fiat inter[q] liberos ex priore matrimonio natos[r] et novercam vel vitricum, ita, ut si quid[s] plus novercae vel vitrico datum vel relictum* fuerit, hoc redeat ad liberos, qui ex priore matrimonio nati sunt, et pariter inter eos[t] distribuatur. Sin autem ex secundo matrimonio liberos reliquerit, id quod de sua substantia plus aequo dedit[u], irritum factum, inter omnes et ex[v] priore et[x] ex secundo matrimonio natos liberos dividatur[y]. Illud autem certum est, quod et primi et secundi et tertii matrimonii[z] liberi singuli suae matris[a] dotem vel proprii patris propter nuptias donationem excipient omnimodo[b], sive ad alias[c] pervenerit nuptias pater vel mater, sive non[d].

CXLVII. [a]*Si legatum uxori maritus reliquerit, vel contra, id est, uxor marito*[b].

17. Sin autem legatum[c] defuncta persona superstiti parti reliquerit[d], deinde superstes noluerit[e] ad alias nuptias pervenire, liceat[f] ei suo iure legatum possidere et alienare, sive inter vivos, sive* ultima voluntate, et liceat ei hoc[g], quo voluerit modo, disponere.

CXLVIII[a]. *Si repudio matrimonium solutum sit, quid statui oportet de lucris nuptialibus*[b].

18. Omnia autem, quae diximus de lucro dotis aut[c] propter nuptias donationis[d] ex morte mariti vel uxoris ad alterutram personam pervenientis[e], trahenda sunt etiam ad ea lucra, quae

Cap. CXLV. Iul. Const. 36, 15. Nov. 22, 27. Auth. Const. 22, 27. Lr. 238. Cd. 7, 61. Pe. 4, 15. A. 14. 4 CXLVI. 16 LXXXVIII.
Cap. CXLVI. Iul. Const. 36, 16. Nov. 22, 28, 29, pr. Auth. Const. 22, 28, 29, pr. Pe. 4, 55. 4 CXLI. 16 XC. A. 15.
Cap. CXLVII. Iul. Const. 36, 17. Nov. 22, 29, §. 1. Auth. Const. 22, 29, §. 1. A. 16. 4 CXLII. 16 XCI.
Cap. CXLVIII. Iul. Const. 36, 18. Nov. 22, 30. Auth. Const. 22, 30. A. 17. 4 CXLIII. 16 XCII.

ad *s* M. voluerit, legati — nomine pariter. ad *a* M. acceperit. ad *d* M. et de matre. ad *k* M. oportet ex quo. ad *g* M. ei eo.

per[f] repudium matrimonio soluto[g] ad alterutram partem pervenerunt[h]. Idem iuris est, et si bona gratia nuptiae disiunctae sunt, liberis enim res lucro[i] cedentes servabuntur. Idem[k] dicimus et de eo lucro, quod[l] mulieribus praestari[m] necesse est sine dotibus[n] nuptis; quartam[o] enim, quam ex facultatibus mariti acceperunt[p], liberis suis servare coguntur[q].

CXLIX. De augenda vel deminuenda dote[a] vel propter nuptias donatione[b].

19. Libera licentia sit[c] tam augere quam deminuere dotem vel propter nuptias donationem[d], etiam constante adhuc[e] matrimonio. Quod in primis quidem nuptiis sine distinctione verum[f] est, in secundis autem[g] nuptiis liberis quidem ex priori matrimonio exstantibus[h], deminuere dotem vel ante nuptias donationem[i] non licebit, quamvis augere eas[k] non est prohibitum[l]. Sin autem nulli liberi ex praecedenti matrimonio sint[m], tunc et augere[n] et deminuere[o] dotem et propter nuptias donationem sine ullo obstaculo licet.

CL. [a]De usufructu uxori a marito relicto vel donato[b], aut contra, id est, si marito uxor.

20. Si quis in ultimis suis elogiis* usumfructum uxori suae[c] reliquerit, sive mortis causa donaverit, vel vivus usumfructum ei concesserit[d], posteaque ad secundas nuptias uxor migraverit, non statim ei pereat ususfructus, sed habeat eum[e] integrum mulier, quoad vixerit, post mortem autem[f] eius redeat ususfructus ad suam proprietatem[g]. Haec autem ita sunt[h], nisi specialiter maritus, qui[i] donavit usumfructum, sub hac condicione dedit, ut si mulier ad secundas pervenerit[k] nuptias, ususfructus exstinguatur. Idemque[l] dicimus, et si mulier marito suo usumfructum donaverit[m], vel ultima voluntate[n] reliquerit. Sed haec[o] de iure utendi fruendi[p], quod per liberalitatem alteri ab altero datum[q] est.

CLI. [a]Si ususfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis causa constituatur[b].

21. Sin autem ususfructus dotis causa vel propter nuptias donationis gratia datus[c] sit, tunc vetera iura[d] illibata maneant[e], id est[f], ut apud maritum vel mulierem sit, quamvis[g] contrarium[h] in suo testamento persona decedens expresserit[i].

CLII[a]. De rebus maternis vel nuptialibus lucris, quae ad filiosfamilias pervenerunt, et de castrensi vel quasi castrensi peculio[b].

22. Quodcumque[c] filius aut filia adquisierit[d], sive ex materna linea, sive ex causa nuptiali, vel qualitercumque[e]: huius rei usumfructum[f] omnimodo* pater habeat, quamvis secundas contraxerit nuptias. Loquimur[g] autem de liberis, qui in potestate parentum sunt, exceptis videlicet castrensibus[h] et quasi[i] castrensibus peculiis; ea enim sine aliqua distinctione parentibus non adquiruntur, neque quod ad proprietatem[k] pertinet, neque[l] quod ad usumfructum spectat[m], sed sunt pleno iure liberorum, quamvis in potestate parentum fuerint[n].

Cap. CXLIX. Iul. Const. 36, 19. Nov. 22, 31. Auth. Const. 22, 31. A. 18. 4 CXLIV. 16 XCIII.

Cap. CL. Iul. Const. 36, 20. Nov. 22, 32. Auth. Const. 22, 32. Pe. 1, 35. A. 19 et attractum est ad hoc etiam seq. capit. 4 CXLV. 16 XCIV.

Cap. CLI. Iul. Const. 36, 21. Nov. 22, 33. Auth. Const. 22, 33. Pe. 1, 35. De A. vid. not. anteced. capit. 4 CXLVI. 16 XCV.

Cap. CLII. Iul. Const. 36, 22. Nov. 22, 34. Auth. Const. 22, 34. Lr. 270. Cd. 7, 93. A. 20. 4 CXLVII. 16 XCVI.

---

ad *o* M. quartam [partem] enim. ad *q* M. add.: [Et si secundas contraxerit nuptias maritus, filii sui ex priori matrimonio nati res, quas lucratus est, custodiat.] ad *c* M. sit [tam mulieri quam etiam marito,] tam. ad *e* M. adhuc constante. ad *p* M. fruendi [dicimus,] quod. ad *e, f* M. qualitercumque huius rei usumfructum: omnimodo.

CLIII. [a]*Si mulier res, quas liberis suis donavit, quasi ab ingratis post secundas nuptias suas revocare maluerit*[b].

23. Si mulier liberis suis res quasdam donaverit, posteaque ad secundas pervenerit[c] nuptias, et ingratitudinis velamento donationem semel a se factam[d] revocare maluerit, nullo modo poterit hoc facere[e], nisi specialiter[f] probaverit, vel quod vitae[g] eius filius insidiatus est, vel quod manus impias[h] ei intulerit[i], vel[k] quod tales insidias[l] ei concinnaverit[m], ut facultatibus suis totis privetur.

CLIV. [a]*Ut secundo marito copulata mulier prioris viri dignitatibus vel privilegiis non utatur*[b].

24. [c]Mulier, quae ad secundas migraverit nuptias, privilegiis vel dignitatibus mariti prioris[d] non utatur[e].

CLV. [a]*De libertis mulieribus, quae patronis suis coniunctae sunt*[b].

25. Si liberta[c] mulier patrono suo copulata nuptiis quidem eius ipsa renuntiaverit, ad secundum autem matrimonium migrare voluerit, id facere invito patrono non poterit. Alioquin si[d] contra voluntatem eius nupserit, non fiunt[e] nuptiae, sed ut meretrix coniuncta[f] esse videtur[g].

CLVI. [a]*Si adhuc constante matrimonio dotem maritus uxori suae persolverit*[b].

26. Constante adhuc matrimonio dotem maritus uxori suae non facile compellitur solvere, nisi sit causa legibus cognita. Alioquin si temere dotem uxori suae maritus solverit[c], donasse ei[d] videbitur[e], et ideo mortua muliere dotem reddere[f] heredes eius marito debent cum fructibus, scilicet[g] qui in[h] medio tempore nati sunt, et non solum ipsi marito, sed etiam heredibus eius. Ideoque et lucra dotium sic tractantur[i], quasi non essent[k] redditae, ut et[l] pacta dotalia conserventur, et si secundas nuptias maritus contraxerit[m], filiis suis ex priore matrimonio natis res, quas lucratus est, custodiat[n].

CLVII. [a]*Si mulier liberorum suorum tutelam administraverit, et ad secundas convolaverit nuptias*[b].

27. Si mulier liberorum suorum tutelam administraverit, et post inchoatam administrationem ad secundas migrare voluerit nuptias, prius filiis suis impuberibus tutorem petere debet, eique[c] rationem administrationis suae[d] reddere, et post redditas rationes*, si debitrix appareat, debitum suum[e] solvere[f] debet; deinde si velit, ad matrimonium secundum perveniat[g]. Sin autem hac observatione contempta[h] secundas contraxerit nuptias, non solum res ipsius, id est matris, liberis eius[i] hypothecae titulo supponantur[k], sed etiam res vitrici ex praesentis constitutionis auctoritate[l]. Et si filii impuberes moriantur[m], successionem eorum mater lucrari[mm] non[n] speret, sive ab inte-

Cap. CLIII. Iul. Const. 36, 23. Nov. 22, 35. Auth. Const. 22, 35. Coll. Anon. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 126. A. 21. 4 CXLVIII. 16 XCVII.

Cap. CLIV. Iul. Const. 36, 24. Nov. 22, 36. Auth. Const. 22, 36. Lr. 191. Cd. 7, 16. Coll. Can. An. saec. XI * Ivo, Decr. 8, 273 et 16, 127; Pann. 6, fol. 129 Exstat etiam in cod. Trec Decr. 1317 fol. 141 his vv. conceptum: *Cap. CLIV. Novell. Const.: Mulier — nuptias annali spatio nondum completo* priv. vel dign. pr. m. n. utitur. A. 22. 4 CXLIX. 16 XCVIII.

Cap. CLV. Iul. Const. 36, 25. Nov. 22, 37. Auth. Const. 22, 37. Coll. Anon. saec. XI.* Cc.* Ivo, Decr. 8, 57; 16, 128. A. 23. 4 CL. 16 XCIX.

Cap. CLVI. Iul. Const. 36, 26. Nov. 22, 39. Auth. Const. 22, 39. A. 24. 4 CLI. 16 XCIX (sic).

Cap. CLVII. Iul. Const. 36, 27. Nov. 22, 40. Auth. Const. 22, 40. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 8, 274 et 273; 16, 129 sq.; Pannorm. 6, fol. 129. A. 25. 4 CLII. 16 C.

ad *e* M. utitur.

stato[o] deferatur eorum successio, sive ex testamento, quod forte[p] pater eis pupillari modo matrem[q] substituit[r]. Et[s] non solum tales poenas patiatur, sed etiam illas, quae de his[t] mulieribus dictae sunt, quas probatum fuerit, antequam legitimum tempus, id est, annale spatium praetereat, ad secundas nuptias properasse[u], ut sint infames, et alias[v] poenas sustineant, quas superius exposuimus. Solvi autem poenae[vv] possunt, si principalis[x] indulgentia remiserit[y] eas, secundum iam traditam observantiam, et si[z] dimidia pars bonorum matris liberis donata fuerit, ut[a] nec ususfructus rerum matri concedatur eorum[b]. Idem autem dicimus, et si naturalium liberorum mater tutelam administrans[c] ad secundas convolaverit[d] nuptias, eaque custodiri[e] oportet in provinciis quidem cura et[f] sollicitudine praesidum[g], in imperiali autem[h] civitate cura et sollicitudine tam praefecti[i] urbis, quam praefecti praetorio[k].

CLVIII. [a]Si sub condicione mater a patre legatum vel fideicommissum reliquerit filio suo[b].

28. Si pater iussus vel rogatus fuerit legatum aut[c] fideicommissum filio suo sub condicione[d] praestare[e], non aliter legatorum servandorum causa satisdare cogatur, nisi secundas[f] contraxerit nuptias.

CLIX[a]. De clericis, qui nuptias contrahere non possunt[b].

29. Clericus, qui supra lectores et cantores[c] est, veluti subdiaconus vel diaconus[d], nullas nuptias contrahere audeat[e]; alioquin[f] sacerdotio cadat. Lector quoque, si secundas contraxerit nuptias, ad maiorem gradum ordinis ecclesiastici[g] prohibeatur adscendere. Laicus etiam, si appareat uxori coniunctus esse, quae alium maritum habuit, aut si[h] non iure coniunctus sit, aut[i] si ipse aliam uxorem[k] habuit, neque subdiaconus, neque diaconus[l], neque presbyter fieri poterit[m]. Nam et si[n] clandestinis artibus ad consecrationem irrepserit[o], honore eius[p] cadat[q].

CLX[a]. Si decedens maritus uxori suae legaverit sub condicione, si secundas non contraxerit nuptias, vel contra, id est, uxor marito[b].

30. Si quis[c] decedens reliquerit uxori suae legatum sub hoc modo, ut ad secundas nuptias non perveniat[d], vel si mulier marito suo legatum reliquerit, ut* secundum ille[e] non contrahat matrimonium, correcta[f] lege Iulia Miscella praestetur legatum[g] sub observatione huiusmodi, ut[h] in primo quidem anno legatum non exigatur, nisi forte sacerdotium[i] legatario obvenerit, ut[k] nuptiarum nulla spes sit; anno autem primo[l] transacto, si quidem res legata immobilis[m] sit, sub cautione tamen[n] iuratoria et obligatione bonorum suorum, quod[o] secundis[p] ab eo contractis nuptiis rem, qualem accepit[q], restituat cum fructibus[r] medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis fuerit[s], si quidem legatarius vel legataria locuples fuerit, simili cautione atque obligatione[t] bonorum[u] rem legatam sibi capiat, ita ut secundis nuptiis contractis res[v], qualis data est, reddatur, vel deminutio eius resarciatur[x]. Sin autem pecunia numerata legata[y] sit, cum usuris suis reddatur, quae legatario solutae sunt ab his, quibus pecuniam mutuavit[z], sacramento prius ab eo[a] praestito, quod nihil ex usuris sibi solutis celavit. Quod si non mutuavit* quidem pecuniam[b], ad usus autem suos convertit[c], usurarum nomine tertiam centesimae[d] det. Haec, si locuples fuerit legatarius vel legataria.

Cap. CLVIII. Iul. Const. 36, 28. Nov. 22, 41. Auth. Const. 22, 41. A. 26. 4 CLIII. 16 CI.

Cap. CLIX. Iul. Const. 36, 29. Nov. 22, 42. Auth. Const. 22, 42. Lr. 51. Cd. 5, 188. Cod. Vat. 1339, 1, 67. Ivo, Decr. 6, 422. Pe. 1, 64. A. 27. Cf. supr. cap. 20. 4 CLIV. 16 CII.

Cap. CLX. Iul. Const. 36, 30. Nov. 22, 43, 44. Auth. Const. 22, 43 et 44. A. 28. *Kämmerer*: Zeitschrift f. Civilrecht. T. VI. Giessen 1833. 8. p. 258 sqq., ibidem. *Marezoll* p. 296 sqq., nec non Magazin f. Rechtswissenschaft. Giessen 1844. 8. p. 218. *Vangerow* l. c. §. 375, not. 6. *Sintenis* l. c. §. 173, not. 29. 4 CLV. 16 CIII.

ad *o* M. intestato [ei] deferatur. ad *q* M. matrem eorum. ad *v* M. et tales poenas. ad *z* M. observantiam, id est, si dimidia. ad *p* M. secundis [quidem] ab eo. ad *u* M. bonorum [suorum] rem. ad *b* M. pecuniam [ad usuram,] ad usus.

Sin autem minus solvendo fuerit[e], fideiussorem dare cogatur[f]. Quod si nec fideiussores dare possit[g] sub cautione iuratoria et obligatione[h] bonorum, res ei praestentur. statim autem atque ad secundas pervenerit nuptias[i], res legati nomine datae vindicentur[k] apud qualem personam inventae fuerint, sive mobiles sint, sive immobiles[l], et omnino vindicatio rerum ita fiat, quasi alienatio earum ab initio facta[m] non esset. Sin autem pecunia numerata legata[n] sit, et legatarius neque fideiussores[o] habuerit, neque[p] idoneus sit, tunc ille, a quo legatum ei relictum est, tertiam centesimae usurarum nomine ei praestet[q], donec ad secundas pervenerit nuptias[r], vel sacerdotio fuerit consecratus, ut nulla spes[s] nuptiarum supersit, vel mortuus fuerit legatarius. Nam si[t] quidem secundas contraxerit nuptias, reddat, quas acceperit[u], usuras. Sin autem ad sacerdotium[v] venerit, vel mortuus sit[x], capiat aut ipse[y] sortem, aut heredes[z] eius. Haec autem[a] omnia observari decet, et si non[b] maritus uxori, vel[c] uxor marito, sed extraneus quicumque sub[d] eadem condicione legatum reliquerit; nam et hic[e] eadem teneant, quae in marito diximus et uxore, ut antefata[f] cautio detur, si quidem institutio particularis sit, coheredibus, sin autem legatum[g] vel fideicommissum[h], heredibus vel[i] substitutis, nemine autem ex his apparente[k], his cautio praestetur, qui ab intestato ad successionem defuncti vocantur[l], nisi forte specialiter testator talem cautionem dari prohibuerit[m], nam et in hoc[n] casu voluntatem[o] eius custodiri[p] aequum est.

CLXI. [a]*Mulier, quae secundas nuptias contraxerit, quemadmodum filii sui successionem capiat tam ex testamento, quam ab intestato. Loquitur autem in eodem capite et de fratrum successione*[b].

31. Si filius decedens[c] testamento suo matrem heredem instituerit, sic institutio eius habeatur, quasi quivis alius[d] extraneus a defuncto heres in testamento[e] scriptus fuisset. Ideoque omnia, quae filius reliquerit, ad matrem perveniant[f], nulla discretione[g] habita, utrum res, quas filius dereliquit[h], ex paterna[i] substantia ad eum devolutae sint[k], an non; undecumque enim res[l] ad filium pervenerint[m], transmittuntur[n] ad matrem, nullaque eidem matri quaestio ab aliis filiis suis*, id est, fratribus defuncti moveatur[o], quia et si alius extraneus a defuncto filio heres institutus esset[p], nihilominus omnes res testatoris[q] accepisset[r]. Haec, si mater in testamento[s] a filio suo heres instituta est, nulla habita[t] differentia, utrum ad secundas migraverit nuptias, an non. Sin autem intestatus filius defunctus est, et[u] mater vel iam ad secundas migraverit[v] nuptias, vel postea migraverit, vocetur[x] quidem et ipsa cum fratribus defuncti[y] filii sui ad successionem eius. Sed earum quidem rerum, quae ex paterna linea ad defunctum filium[z] pervenerunt, tantum usumfructum habeat mater, si secundas nuptias contraxit[a], vel si postea contraxerit. Sin autem res ex alia causa[b] filio defuncto adquisitae sunt, tunc in hisdem[bb] rebus aequa[c] portione cum fratribus defuncti filii sui[d] succedat[e], et non solum[f] ius utendi fruendi, sed etiam proprietatem in hisdem habeat rebus, excepta[g] videlicet propter nuptias donatione. Ea enim suis finibus regitur, et nullam innovationem ab haç constitutione patitur*. Sed et in hoc toto iuris[h] capite ingratitudinis ratio habenda est, non solum ad matrem, sed etiam ad fratres. Causae autem[i] ingratitudinis in alia inferiore[k] constitutione exponuntur[l]. Illud autem certum est, quod hoc caput[m] constitutionis ad futuros casus, non ad praeteritos pertinet.

CLXII. [a]*Si mater alienare voluerit ea, quae ex filii successione ad eam devoluta sunt.*

32. Liceat matri in his rebus[b], quae non ex paterna linea ad filium suum defunctum pervenerunt[c], si heres ei exstiterit[d], et testari, et alienare[e], et ad[f] quem voluerit modum disponere.

Cap. CLXI. Iul. Const. 36, 31. Nov. 22, 46. Auth. Const. 22, 46. A. 29. Cf. supr. cap. 5. 4 CLVI. 16 CIV. *Glück*: Intestaterbfolge, ed. II. Erlangen 1822. 8. p. 592 sq.

Cap. CLXII. Iul. Const. 36, 32. Nov. 22, 47 et 48. Auth. Const. 22, 47 et 48. A. 30. 4 CLVII.

ad *h* M. obligatione [suorum] bonorum. ad *q* M. tertiam centesimae ei praestet nomine usurarum. ad *g*, *h* M. si quidem institutio particularis sit coheredibus. Sin autem legatum vel fideicommissum relictum sit heredibus vel substitutis, nemine. Mutavi cum A. et P. interpunctionem.

Quod si res permixtae fuerint[g], tam[h] ex paterna linea, quam ex diversis aliis causis adquisitae[i], veluti ex testamento, ex donatione[k], ex legato vel alio huiuscemodi[l] casu, earum quidem[m], quae ex paterna linea filio defuncto obvenerunt[n], habeat usumfructum, aliarum autem rerum pleno iure habeat proprietatem. Hoc autem constitutionis caput non solum in futuris casibus, sed etiam in praeteritis negotiis locum[o] habeat, nisi forte vel iudiciali sententia, vel amicali transactione sopita[p] sunt. Studeant autem parentes filios suos tam ex[q] priori matrimonio natos[qq], quam ex secundis nuptiis procreatos[r] ex aequis partibus heredes scribere, nisi forte quidam[s] inter eos ingrati appareant. Hoc autem quasi persuadentes magis[t] quam legis necessitatem imponentes dicimus[u].

CLXIII[a]. Quae causae repudii sunt.

33. Causas autem repudii in ista constitutione positas[b] ideo non diximus, quia[c] in inferiore constitutione[d] hoc caput[e] plenissime invenitur*, et omnino si quid[f] praetermissum est, et[g] in hac constitutione quasi deletum, vel[h] superfluum expositum non est. Et ideo alias[i] constitutiones[k] legere debes, quas tibi[l] tituli competentes ostenderint. *Dat. XV. Kal. Apr. Constantinopoli P. C. Belisarii V. C.* (536.)

CONSTITUTIO XXXVII. (XXXVIII.)

CLXIV. Si quis unum ex liberis suis heredem instituerit, vel extraneum heredem scripserit, et rogare voluerit eum, ut tempore, quo morietur, hereditatem alii restituat[a].

1. Si quis unum ex liberis suis* heredem instituerit, id est[b], filium filiamve, nepotem neptemve, et deinceps[c], sive quosdam ex his sive[d] omnes simul, et rogaverit eos[e], ut tempore, quo moriantur[f], vel postquam mortui fuerint[g], aliis restituant[h] hereditatem, primum quidem unicuique eorum[i] legis Falcidiae modus praecipuus[k] deducatur[l], et non supponatur fideicommissi gravamini[m], ceteras autem partes fideicommissario restituat[n] integras, ita tamen, ut si propter nuptias donationem uxori vel dotem[o] marito dare maluerit[p] persona[q] fideicommisso gravata, liceat ei[r] hoc facere etiam ex aliis rebus, quae fideicommisso[s] suppositae sunt, et reliquas res tantum fideicommissario[t] cogatur restituere. Haec[u] autem constitutio non habet locum in praeteritis substitutionibus seu restitutionibus[v], sed magis in futuris casibus[vv]. Nullum autem[x] augmentum dotibus vel propter nuptias donationibus fiat ad insidias substitutionis[y] seu restitutionis, nam etsi[z] quid callide perpetratum fuerit, nihilominus restitutio fideicommissi integra manebit[a], post deductionem scilicet[b] legitimae Falcidiae partis[c]. Hoc autem, quod[d] de Falcidiae deductione constitutio loquitur[e], in liberis locum habet, quibus et pars Falcidiae debetur. Quod si heres institutus ex liberis non sit[f], contentus esse debet deductione dotis[g] vel propter nuptias donationis, et reliquas res hereditarias* fideicommissario restituere. Dotem autem vel propter nuptias donationem dari lex praecipit[h] honestam, id est, neque satis modicam, ut sit dedecus[i] heredi, neque satis immodicam[k], ut sit grave[l] fideicommissario, sed medietatis cuiusdam moderatione[m] honoratam.

CLXV. Si soluto matrimonio[a] mulier secundas quidem non contraxerit nuptias, ante annum autem completum[b] ab aliquo stuprata sit.

2. Si mulier defuncto marito, antequam[c] annus legitimus transeat, ad secundas quidem nuptias non migraverit[d], more autem meretricum[e] ab aliquo stuprata conceperit et pepererit[f], ut sit clarum[g],

Cap. CLXIII. Iul. Const. 36, 33. Hoc cap. continet ipsius Iuliani verba, non Iustiniani. 4 CLVIII. De codd. 5, 6 et A. cf. anteced. cap., not. *p*.

Cap. CLXIV. Iul. Const. 37, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 39, 1. Anon. Gr., cf. *E. Heimbach*: Proleg. p. 25, n. 13. Auth. Const. 41, 1. A. 39. 4 CLVIII. *Marezoll*: Magazin cit. T. IV. p. 225. *Vangerow* l. c. §. 532.

Cap. CLXV. Iul. Const. 37, 2. Nov. 39, 2. Auth. Const. 41, 2. Lr. 187. Cd. 7, 12. Ivo, Decr. 8, 312; 16, 130. Pe. 1, 38. 4 CLIX.

ad *k* M. donatione [vel] ex. ad *m* M. casu: earum quidem rerum. ad *u* M. edicimus, in m. dicimus. ad *h* M. ut. ad *e* M. loquitur constitutio. ad *a* M. om. *mulier*.

id, quod natum est, defuncti mariti non esse[h], easdem poenas patiatur[i], quas ex superiore constitutione* patitur ea, quae ante tempus legitimum secundas contraxerit[k] nuptias. Ideoque et ante nuptias donatione careat, ut[l] nec tantum habeat ius utendi fruendi[m], aliisque poenis antefatis subiiciatur, et sit[n] stupri quoque criminis obnoxia[o]. Peius est enim[p] stuprari, quam secundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere. *Dat. XV. Kal.* [q] *Mai. Constantinopoli P. C. Belisarii V. C.* (536.)

CONSTITUTIO XXXVIII. (XXXIX.)

CLXVI. [a]*De quaestoribus, id est praefectis insularum.*

1. Haec constitutio quendam[b] virum magnificum Bonum nomine[c] quaestorem[d] exercitui fecit, nam et more antiquo duplex erat quaestorum magistratus, et[dd] unus quidem circa latus principis erat, alter[e] autem quaestor exercitui praeerat. Disposuit autem praesens constitutio etiam annonas quaestoris et consiliarii[f] eius, apparitionem quoque ei[g] dedit ad imitationem[h] quandam praefecti praetorio[i], id est scriniarios, et abactis[k], et praecones, et commentarienses[l], et lampadarios, et omnem deinceps ordinem, sed[m] et annonas militum tam comitatensium[n], quam limitatensium[o] disposuit, quomodo distribui debeant[p]. Subiecit[q] autem ei et[qq] quinque provincias, id est[r] Scythiam, et Mysiam, et Cariam, et omnes Cycladas insulas, et Cyprum totam[s]. Causarum[ss] quoque auditorium habere[t] ei concessit, ut* non obiiciatur ei fori praescriptio[u]. Subiunxit autem[v] et notitiam impensarum. Et est promulgata[w] haec constitutio Kal. Iunias, indictione quintadecima P. C. Belisarii. (536?)

CONSTITUTIO XXXIX. (XL.)

CLXVII. De comite tertiae Armeniae.

1. Haec constitutio prius quidem narrat de duabus Armeniis, quemadmodum administratae[a] sunt, deinde de[b] tertia Armenia loquitur, cuius comiti[c] septingentos solidos annonarum nomine dedit[d], et consiliario eius[e] septuaginta[f] duos aureos, et apparitioni[g] sexaginta. Loquitur autem et[h] de quarta Armenia, cui praestitit[i] Martyropolitanam[k] civitatem, et locum, qui Citharizon[l] appellatur, et praesidem eius consularem esse iussit. Quatuor[m] itaque Armeniis constitutis, primae quidem[n]

In codd. 5, 6 hoc cap. signatum est *Cons. XL.* huicque Constitutioni non solum hoc, sed etiam subsequens cap. 166 adiunctum. Proinde seqq. capitulorum numeri in codd. 5, 6 uno numero aucti sunt.

Cap. CLXVI. Iul. Const. 38, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 41 sive 50. Auth. Const. 49. Neque vero videtur Iulianus Nov. 41 sive 50, sed potius antiquiorem aliquam Novellam in breve contraxisse, quam imperator commemorat in principio Novellae 41 sive 50 et Iulianus significat subscriptione: *Et est promulgata haec constitutio* etc. Cf. *Biener* l. c. p. 81, 92, 105, 448, 450. Novellae 50, quae eiusdem argumenti est, antiquam versionem edidit emendavitque *Biener* l. c. p. 487. Cf. *Osenbrüggen*: Edit. Novellarum ad Nov. 41, not. *a.* *Böcking* l. c. p. 8, not. 6, 7. *Burchardi*: Lehrbuch des Römischen Rechts. T. I. Stuttgart 1841. 8. p. 327, not. 19 et p. 365, not. 6. *E. Heimbach*: Manuale Basilicorum p. 420 ad Nov. 41. In eandem rem disputavit Miraeus in nota marginali ad hanc Constitutionem his vv. concepta: „Haec epitome est constitutionis *ν.* quae desideratur in Graecis, quae non est eadem cum *μα.* ut indicatum est in margine. nam in initio statim constitutionis *μα.* huius mentio fit, cum inquit, *ἴσμεν πρώην θείαν πεποιημένοι διάταξιν.* intelligit enim const. *ν* quae anno superiore data fuerat nempe ultimo anno indictionis XV. cum constitutio *μα.* sit subscripta indictione prima subsequente. Adhaec in const. *μα.* nulla fit mentio annonarum Quaestoris et apparitionis eius, et notitiae impensarum, quam hic in fine commemorat. Quare necesse est, ut diversae fuerint, quamvis inscriptiones similes esse videantur.“ — Praeterea abhinc incipiunt in codd. 4, 6 lemmata singulis fere quibusvis, sed non omnibus Constitutionibus praefixa et repetita in Pithoeana editione, hac differentia, ut Pithoeus ea inculcaverit intra inscriptionem Constitutionis et rubricam primi capituli, non praefixerit. Huius cap. lemma ita audit: *De officio quaestoris exercitus et designatis quinque provinciis ei subiectis.* Totam Const. om. 18, numerum Const. et cap. 4. Vid. cap. 165, not. sup.

Cap. CLXVII. Iul. Const. 39, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 31, 1. Auth. Const. 31, 1. A. 31. Totam Const. om. 9, 10, 18, sed restit. est et hoc et seq. cap. in marg. cod. 10 a sec. m., sed sine rubr., solum primum capitulum om. 11, 19 et numerum et rubr. huius cap. 4, 17. In 5 dee. *Const. XXXIX.* et cohaeret hoc cap. cum cap. 166. Vid. cap. 165, not. sup. Lemma, quod P. add.: *Quattuor Armeniae provinciae, id est prima et secunda tertia vel quarta quibus sint decoratae iudicibus* dee. in codd. praeter 4, 6. Vid. cap. 166, not. sup. *Biener* l. c. p. 445.

ad *o* M. obnoxia [poenis]. ad *b* M. dein de tertia. ad *l* M. Kitarizon.

Armeniae proconsulem, item[o] et tertiae comitem inter spectabiles[p] viros fecit[q]. Secundae[r] autem Armeniae et quartae magistratus ordinarios esse praecepit.

CLXVIII. Si in secunda Armenia appellatio[a] porrecta fuerit.

2. Si appellatio litis usque ad quingentos solidos pertinentis[b] usque a secunda Armenia orta[bb] fuerit, ad proconsulis auditorium[c] primae Armeniae perducatur[d]. Sin autem in quarta Armenia similis appellatio orta fuerit, in tertiam[e] perducatur[f]. De[g] sacerdotibus autem, vel consecrationibus, vel de[*] metropolitano[h] iure episcoporum nihil[i] constitutio innovavit[k]. Tertiae autem Armeniae comiti etiam milites subiecit[l], et iussit eum audire et criminales[m] causas militum, et legitimo calculo[n] dirimere. *Dat.*[o] *XV. Kal. Apr. post Cons. Belisarii.* (536.)

CONSTITUTIO XL. (XLI.)

CLXIX. De tabellionibus sive instrumentorum fide[a].

1. Tabelliones[b] ipsi per se conveniant cum[c] eis, qui instrumenta quaedam componere volunt, et[d] non aliter chartas[e] complere audeant, nisi[f] causas cognoscant, ut interrogati a iudicibus respondeant[g], qualis esset causa, propter quam instrumenta composuerunt, et maxime si[h] litterarum imperiti fuerint[i] hi, qui instrumenta fieri desideraverunt[k]. Hoc autem obtineat[l] tam in Constantinopolitana civitate, quam in aliis[m] provinciis. Poenam[n] autem constitutio definivit[o] adversus eos tabelliones, qui aliter fecerint[p], stationum amissionem[q], ita, ut si[r] discipulus eorum missus[s] fuerit ad instrumenti compositionem[t], ipse habeat ius stationis. Quod si[u] indignus sit discipulus auctoritatem[v] stationis suscipere[x], prior quidem tabellio modis omnibus removeatur[xx], alius autem pro eo dignus stationem accipiat, ita tamen, ut nullum[y] sentiat damnum dominus stationis[z], sed habeat reditus[a] integros, tabellio autem amittat ius stationis, quia dedignatus est[b] convenire cum eis[c], qui instrumenta componi sibi desideraverunt. Nullam autem excusationem[d] habeant tabelliones morbi vel occupationis duorum enim[e] alterum necesse est, vel causas eos cognoscere, et instrumenta earum[f] facere, vel si ignorent, nec facere[ff]. In Constantinopolitana autem civitate liberam habeant facultatem omnes tabelliones[g] unum tabellionem apud magistrum[h] census proponere[i], et licentiam ei dare, et[k] instrumenta facere desiderantibus in eorum statione, et in absolvendis[l] instrumentis venire, et nulli alii[m] licentiam esse hoc facere, nisi ei, qui[mm] tabellionibus praepositus[n] sit apud magistrum[o] census, sicut iam diximus. Ceterum si aliter observatum fuerit, ea poena tabellionibus immineat, quam superius diximus[p]. Instrumentum autem propter hoc solum non sit irritum[q], sed[r] utilitatis contrahentium causa valeat.

CLXX. Idem[a].

2. Tabelliones non scribant[b] instrumenta in aliis chartis[c], quam in his[d], quae protocolla habent, ut tamen[e] protocollum tale sit[f], quod habeat[g] nomen[h] gloriosissimi comitis largitionum, et

Cap. CLXVIII. Iul. Const. 39, 2. Nov. 31, cap. 1, §. 3 fin.; cap. 2, §. 1 et cap. 3. Auth. Const. 31, cap. 1, §. 3 fin.; cap. 2, §. 1 et cap. 3. Vid. cap. 167, not. sup. In 5 huic cap. inscr. est *Const. XLI.* 4 CLX.

Cap. CLXIX. Iul. Const. 40, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 44, 1. Auth. Const. 45, 1. A. 44. 4 CLXI. Gl. *In omnibus* Nov. 44, cap. 1, pr. et gl. *Praeter hoc* et *Hoc agere* Nov. 44 cit. cap. 1, §. 1. Gl. *Singulis* et gl. *Unum* Nov. 44 cit. cap. 1, §. 4. *Biener* l. c. p. 82. In 5 coniunctum est hoc cap. cum cap. 168. *Biener* l. c. p. 449. Lemma huius Const. hoc est: *Ut tabelliones ipsi per se conveniant cum eis quam maxime qui literas nesciunt, et instrumenta quaedam inter se facere volunt, et ut chartis quae protocolla habent instrumenta conficiant.* Vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CLXX. Iul. Const. 40, 2. Nov. 44, 2. Auth. Const. 45, 2. Dec. in 18. 4 CLXII. 5 *Const. XLII. Zachariae* l. c. p. 203.

ad *m* M. militares. ad *y* M. nullus. ad *f* M. eorum. ad *h* M. magistratus. ad *i* M. praeponere. ad *r* M. sed propter utilitatem contrahentium valeat. ad *d* M. quam [in his].

tempus, quo[i] charta facta est[k]. Alioquin si aliam scripturam charta habeat, non admittant[l] eam tabelliones. Hoc autem ius teneat in sola[m] Constantinopolitana civitate. Quod si[n] adversus ea fecerint[o], poenae[p] falsitatis subiiciantur[q]. *Dat.*[r] *XVI. Kal. Sept. Constantinopoli post Belisarii V. C. Cons. anno secundo.* (537.)

CONSTITUTIO XLI. (XLII.)

CLXXI[a]. *De Iudaeis*[b] *et Samaritis, et haereticis curialibus.*

1. Neque Iudaeus, neque Samarita[c], neque quivis[d] haereticus curiae muneribus excipiatur[e] propter hoc solum, quod catholicae fidei non est, sed et munera curialia subeant[f], et nullo honore curiali[g] potiantur[h]; nam curiales habent quaedam[i] privilegia, veluti ut[k] tormentis non subiiciantur, ut non ab alia in aliam provinciam[l] retrahantur. Et in summa[m], qui contra fidem catholicam sentit, munera quidem curialia[n] subeat, honorem autem vel privilegium nullum[o] habeat.

CLXXII. [a]*De testimoniis haereticorum.*

2. Si haereticus contra haereticum litiget[b], liceat[c] cuivis eorum haereticum testem adducere, sin autem orthodoxus contra haereticum litiget, pro orthodoxo quidem[d] etiam[e] haeretici testimonium valeat, contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium[f] valeat. Orthodoxis autem litigantibus, ad testimonium nullus[g] haeretico pateat aditus; interdum autem etiam adversus orthodoxum haeretici testimonium probabile est, quod contingit[h], si orthodoxus in curialem condicionem trahatur[i], tunc[k] enim haereticus adversus[l] eum recte testis producitur[m], ut dicat, se scire eum curialem esse, vel curiali[n] patre genitum. *Dat.*[o] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli P. C. Belisarii.* (536?)

CONSTITUTIO XLII. (XLIII.)

CLXXIII. De praefatione[a] *instrumentorum.*

1. Publica[b] monumenta[c], tam ea, quae in iudiciis conficiuntur, quam ea[d], quae apud magistrum census sive apud[e] defensores consistunt, instrumenta etiam, quae tabelliones sub qualicumque figura conficiunt[f] tam in Constantinopolitana civitate, quam in provinciis, haec[g] omnia huiusmodi initium totius[h] scripturae[i] suae habeant[k]: *Imperante illo domino*[l] *Augusto, imperii anno illo*, et post haec inserant consulis[m] quoque appellationem, et omnem veterem[n] observationem instrumentorum custodiant, et si forte[o] tempora quoque civitatum[p] provincialium in instrumentis scribi[q] solitum est, ea[r] consueto more scribantur. Huius autem[s] iuris praeceptio[t] a prima indictione[u] incipiat.

CLXXIV. [a]*De litteris instrumento non scribendis.*

2. Qui scribunt tempora in monumentis publicis, non utantur litteris illis veteribus[aa] et obscuris, sed per Graecas litteras tempora scribantur, si monumenta Graece composita sint[b]. Sin

Cap. CLXXI. Iul. Const. 41, 1. Vid. cap. 124, not. *a* et cap. 165, not. sup. Nov. 45, praef. Auth. Const. 52, praef. A. 45. Dee. hoc cap. in 12, 18, sed add. in m. cod. 12 *hic quidam habent duas constitutiones, neque Iudeus* (i. e. cap. 171) *Si hereticum* (i. e. cap. 172). 4 Const. XLII. CLXIII. kap. De Iudaeis etc. et praefixum est lemma: *Ut neque iudeus neque samaritanus neque qui . . . . vis curiae muneribus excipiatur se curie subditus nullo honore curie pociatur et testis hereticus adversus catholicum nullatenus amittatur nisi in peciali causa quam eadem lex designat.*

Cap. CLXXII. Iul. Const. 41, 2. Vid. cap. 124, not. *a* et cap. 165, not. sup. et cap. 170, not. *r*. Nov. 45, 1. Auth. Const. 52, 1. Placentini Summa Cod. 1, 5. Ivo, Decr. 16, 131; Pann. 5, fol. 107. Gratian. Decr. cau. 2, qu. 7, can. 26. Dee. in 12 (vid. cap. 171, not. sup.). 4 CLXIV. 5 *Const. XLII.* (pro *XLIII.*) 18 Constitutio. *Biener* l. c. p. 449. *E. Heimbach*: Manuale Basilic. p. 420, col. 2.

Cap. CLXXIII. Iul. Const. 42, 1. Vid. supr. cap. 124, not. *a* et cap. 165, not. sup. Nov. 47, 1. Auth. Const. 48, 1. A. 47. 4 CLXV Cohaeret in 5, 6 cum cap. 172. Lemma: *Quomodo in publicis monumentis sine omnibus instrumentis, quae ubique per tabelliones celebrantur, nomen Domini nostri Principis et annus imperii eius, sive consulis* (4 *consilis*) *nomen ac dies debeat sociari.* Vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CLXXIV. Iul. Const. 42, 2. Nov. 47, 2. Auth. Const. 48, 2. 5, 6 *Cons. XLIV.* Vid. cap. 165, not. sup. In 9 hoc capit. cum anteced. 173 in unum conflatum est. 4 CLXVI.

ad *p* M. poena. ad *b* M. Publica [instrumenta vel] monumenta. ad *i* M. suae scripturae. ad *l* M. divo. ad *m* M. consulum.

autem Latine monumenta[c] confecta fuerint[d], Latinis quidem litteris tempora scribantur[e], sed claris litteris, et quas[f] possit quicumque Latinus litteratus[g] cognoscere[h]. *Dat.*[i] *prid. Kal. Sept. Imp. Dn. Iustiniano PP. A. post Belisarii V. C. Cons.* (536?)

CONSTITUTIO XLIII. (XLIV.)

CLXXV. Si quis modum substantiae suae in scriptis declaraverit[a].

1. Si quis sua manu conscripserit[aa], vel alterius manu[b] subscripserit, sive in suo testamento, sive sine testamento in quavis[c] chartula, et* modum substantiae suae declaraverit[d], idque fecerit heredibus suis[e] omnibus praesentibus[f], vel omnibus absentibus, vel quibusdam ex his praesentibus, quibusdam absentibus[ff], non liceat[g] heredibus eius talem scripturam recusare, nec[h] dicere, quod unus ex coheredibus res quasdam a testatore relictas[i] subripuit et celavit. Si enim testator cum sacramento expresserit[k], nihil aliud sibi[l] superesse extra ea, quae[m] praefata scriptura continentur, necesse habeant heredes scripturam eius sequi, sive liberi eius sint, sive extranei, et[n] neque servi[o] hereditarii tormentis[p] subiiciantur, neque alia ulla[q] probatio veritatis[r] exquiratur. Hoc autem totum[s] ius pertinet[t] ad heredes, nam creditoribus nullum[u] praeiudicium facit[v] vox testatoris, eiusdemque debitoris. Licet[x] enim creditoribus omnia perscrutari, et veritatem exquirere[y], et suo commodo[z] uti, sed et* heredes necesse est sequi ea, quae testator dixerit, scripserit[a], subscripserit, vel[b] quocumque modo declaraverit[c]. Ceterum si vocem testatoris reprobant[d], etiam hereditatem eius amittant[e]; quod non solum in futuris casibus, sed etiam in causis adhuc pendentibus teneat[f]. *Dat.*[g] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli post Belisarii V. C. Cons. anno secundo.* (537.)

CONSTITUTIO XLIV. (XLV.)

CLXXVI. De temporibus appellationum[a].

1. Si quis adversus sententiam iudicis provocaverit, et in[b] iudicio appellationibus destinato praesto[c] non fuerit, liceat litigatori adversario eius absente intrare in iudicium[d], in quo provocatio exerceri[e] debeat, intra biennium tamen, ut unus[f], verbi gratia, mensis supersit, et dicat suas adlegationes iudicibus etiam[g] absente eo, qui provocavit[h]. Iudices autem non omnimodo pro eo, qui praesto est, sententiam dicant[i], sed interdum etiam pro absente[k] victricem calculum[l] ferant, scilicet si bonam causam habeat[m]. Ne autem absentia eius impunita relinquatur, omnimodo provocationis impensas adversario suo[n] praestet, sive vicerit, sive victus fuerit. Quod si utrique[o], postquam statuto legibus die intraverunt[p], in absentia fuerint[q], maneat prior sententia. Cetera autem omnia* iura, quae de appellationibus posita sunt, in suo permaneant[r] statu, nam haec constitutio de his loquitur[s], qui in absentia fuerint, postquam statuto die intraverunt.

Cap. CLXXV. Iul. Const. 43, 1. Vid. supr. cap. 124, not. *a* et cap. 174, not. *h*. Nov. 48, 1. Auth. Const. 47, 1. 4 CLXVII. 5 *Const. XLV* A. 48. Gl. *Cum iureiurando* Nov. 48, praef.

Cap. CLXXVI. Iul. Const. 44, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 49, 1. Auth. Const. 58, 1. A. 49. Schol. Anon. ad Basilic. VIII, 2, 163 (ed. *Heimbach* I. p. 395). *Zachariae* l. c. p 198. *Mortreuil* l. c. T. I. p. 154. Br. 4, 35, 3., Decret. Grat. cau. 2, qu. 6, can. 41. 4 CLXVIII. Lemma: *Ut eo qui appellavit a discussione sententiae desistente liceat eius adversario in fine biennii de sententia pro se recitata peragere. et quando etiam chartula per tabellionem non composita collatio fieri debeat litterarum. et quae a litigatoribus iusiurandi merito post praestitum de litis calumnia sacramentum videntur adiecta.* Vid. cap. 166, not. sup. In 5 cap. 176–178 cohaerent cum cap. 175. De cod. 9 vid. cap. 174, not *h*. In edd. S. et Ps. hoc cap. interpositum est Const. XXIV. de Appell., ubi vid.

---

ad *f* M. quae. ad * M. om *et*. ad *f* M. omnibus heredibus suis praesentibus. ad *m* M. quae in praefata. ad *k* M. pro absente [id est, pro eo, qui provocavit, iudices] victricem.

CLXXVII. De comparatione litterarum sive ex publico instrumento sive ex chirographo[a].

2. Est quaedam[b] constitutio in quarto libro Codicis* posita, qua cavetur, ut si[c] de fide litterarum dubitatio emerserit, comparatio earum fiat[d] ex instrumento publico, quod per tabellionem[e] factum est. Unde quaestio emersit[f] ex causa[g] cuiusdam, quae erat talis[h]: Quidam proferebat chartulam sine tabellione compositam, et ex ea intentiones suas probabat, sed[i] et adversarius eiusdem[k] manus aliam chartulam sine tabellione compositam proferebat[l], et suas allegationes confirmabat. Sed alter[m] ex litigatoribus dicebat ei, litteras chartulae scriptas[n] eiusdem manus[o] non esse, ideoque comparationem fieri litterarum ex publico instrumento exigebat[p]. Ille autem dicebat, sufficere comparationem fieri cum ea chartulá, quam ipse[q] producebat adversarius; sed ex contrario ei respondebatur, illam chartulam sine tabellione compositam esse. Quaerebatur[r], quid iuris sit. Et noster imperator* constituit, in hoc casu etiam ex chartula sine tabellione composita recte fieri comparationem[s] litterarum, ipse enim, qui tale instrumentum produxit[t], fidem eius probasse primus[u] intelligitur[v]. Fiant autem comparationes et[x] ex publicis scriniis[y], veluti si apocha prolata fuerit a mensa[z] gloriosissimi praefecti praetorio. Sed et[a] quod ex publicis monumentis prolatum fuerit, hoc quoque idoneum videatur[b] ad comparationem, quippe cum publico testimonio[c] confirmetur. Omnes autem litterarum comparatores[d] prius sacramentum praestent, et[e] tunc deinde faciant[f] comparationes.

CLXXVIII. De iureiurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas, aut probationes exigendas[a].

3. Omnes[b] litigatores, postquam[c] iusiurandum de[d] calumnia iuraverint[e], hoc quoque iureiurando suo addant[f], quod[g] non dilationis[h], nec calumniae causa, nec vexandi adversarii gratia[i] probationes in tota causa[k] ab adversario suo exigant[l]. Nam antea[m] in unoquoque capitulo litis, si[n] litigator ab adversario suo[o] probationes exegisset[p], iurare cogebatur[q], quod non[r] calumniae causa[s] probationes exegit[t]. Erat autem gravissimum in una causa quam plura[u] sacramenta praestare[v], ideoque unum iusiurandum sufficiat[x]. *Dat.*[y] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli post Cons. Belisarii V. C.* (536?)

CONSTITUTIO XLV. (XLVI.)

CLXXIX. Ut scenicae mulieres non coarctentur in eadem turpitudine permanere[a].

1. Erant quidam[b] impii homines, qui mulieres miseras in scena prodire hortati[c] iusiurandum ab hisdem[d] mulieribus exigebant, quod numquam meretrices esse[dd] desinant. Hoc autem crudele et a pietate[e] procul[f] nostro principi visum[g] est. Ideoque constituit, ut liceat meretricibus honestam vitam transigere[gg] sine aliqua poena, sine aliquo timore[h], quamvis iuratoriam cautionem exposuerint[i]. Hi autem, qui tale iusiurandum exegerunt, et contra[k] castitatem operam suam dederunt[l], poenae nomine decem librás[m] auri persolvant iisdem[n] meretricibus, quae sacramenta dederunt. Poena autem decem librarum[o] officio praesidis efflagitetur[p]; quod si praeses neglexerit, de suo[q] patrimonio poenam praestare cogatur, et magistratu[r] sibi commisso[s] cadat, et non solum mulieribus, sed etiam

Cap. CLXXVII. Iul. Const. 44, 2. Nov. 49, 2. Auth. Const. 58, 2. 4 CLXIX. Anon. ap. *Zachariaeum* p. 203. Gl. *Gloriosissimorum praefectorum* Nov. 49, cap. 2. *Asverus*: Comm. ad constitutionem vicesimam Codicis Iustinianei de Fide instrum. etc. Jen. 1834. 8. p. 28.

Cap. CLXXVIII. Iul. Const. 44, 3. Nov. 49, 3. Auth. Const. 58, 3. 4 CLXXX (sic). Lr. 256. Cd. 7, 80. Coll. Can. Anon saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 132. Br. 4, 11, 1.

Cap. CLXXIX. Iul. Const. 45, 1. Nov. 51. Auth. Const. 50. A. 51. 4 CLXXI. Lr. 128. Ivo, Decr. 8, 37 et Pann. 6, fol. 128 Vid. supr. cap. 124, not. *a*. Dee. in cod. 17. De lemmate: *Ut poenam decem librarum auri persolvant qui ab mimicis* (4 *inimicis*) *puellis, quatenus scenicae nunquam esse desinant, iusiurandum exegerint* vid. cap. 166, not. sup.

ad *x* M. sufficit

heredibus et aliis successoribus earum poena solvatur[t]. Haec, si privatus[u] sit, qui sacramentum a meretrice exegit[v]. Sin autem ipse praeses[x] sacramentum a meretrice exegerit[y], teneatur quidem eadem poena, sed[z] exactio pecuniae fiat, officio militaris[a] iudicis scilicet, si talis iudex in illis locis[b] fuerit. Quod si militaris nemo fuerit iudex, metropolitanae civitatis[c] episcopus poenam exigat[d], cui et[e] vicinae provinciae praeses favere debet forsitan[f] maiore imperio decoratus[g]. *Dat.*[h] *Kal. Sept. post Cons. Belisarii iterum.* (537.)

CONSTITUTIO XLVI. (XLVII.)

CLXXX. [a] *Ut cives vel vicani pro aliis civibus suis vel vicanis non teneantur.*

1. Si quis in aliqua civitate vel vico[b] debitores habuerit, posteaque alios homines ex eadem civitate vel vico in[c] alia civitate vel in alio vico, nundinarum[d] gratia degentes invenerit, non audeat eos vel res eorum tenere, vel alieni debiti nomine pecuniam ab[e] his exigere, vel pignora ab his extorquere[f]. Nam si quid tale fecerit[g], omne, quod inciviliter[h] exegerit[i], in quadruplum reddere compellatur[k] ei, qui iniuriam passus est, sed et si[l] quam actionem[m] adversus debitorem suum habeat, eam[n] quoque amittat[o]. Hoc[p] autem observari decet[q] cura et diligentia praesidum, quibus gravissimae poenae imminebunt[r], si praecepta saluberrima[s] praesentis constitutionis contempserint[t].

CLXXXI. Ut donationes in imperatorem faciendae et sine monumentis fiant[a].

2. Si quis imperatori donare voluerit, sufficiat ei[b] ad perfectam donationem instrumentum liberalitatis[c] modum continens, et non cogatur huiusmodi donationis[d] instrumentum publicis monumentis intimare*, quamvis quingentorum** aureorum quantitatem donatio facta excedat[e]; nam[f] nec imperatoris donatio in privatam[g] personam facta[h] publicis monumentis indiget[i]. *Dat.*[k] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.* (537.)

CONSTITUTIO XLVII. (XLVIII.)

CLXXXII. [a] *De reis ab alio loco in alium retrahendis ex divino nutu, vel iussione maximae potestatis.*

1. Si quis ex divina iussione in scriptis[b] habita, vel ex calculo magistratus aliquem convenerit, ut in aliis* locis exhibeat[c] aut sistat[d], ideoque et cautionem ab eo[e] exegerit, quod intra certum tempus in iudicium[f] destinatum venturus sit, posteaque tempus[g] quidem certum transactum fuerit, et is[h] quidem, qui cautionem exposuit, praesto sit[i], adversarius autem eius, id est, actor absit[k], et decem dies post certum tempus transierint[l], liceat reo[m] praesenti absente actore intrare apud iudicem[n] et docere[o] suam praesentiam[p] et actoris absentiam, et statim[q] observatione[r] iudicii[s] absolvatur, ita tamen, ut sacramentum praestet[t] de impensis, quas impendit[u] tam in profectione, quam in

Cap. CLXXX. Iul. Const. 46, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 52, 1. Auth. Const. 51, 1. A. 52. 4 CLXXII. Ad lemma: *Ut nemo audeat alterum pro alterius debito detinere vel exigere: quadrupli haec facienti et amissionis eius poena* (4 *pene*) *proposita. et ut donatio Imperatori facta sine adlegatione quantaecunque fuerit valeat quantitatis* cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CLXXXI. Iul. Const. 46, 2. Nov. 52, 2. Auth. Const. 51, 2. Br. 2, 13, 11. In cod. 5 est Const. XLVIII., in 4 numerus cap. om.

Cap. CLXXXII. Iul. Const. 47, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 53, 1. Auth. Const. 53, 1. A. 53. In cod. 5 hoc cap., quum desit Constitutionis mentio, est cap. antecedentis Constitutionis (XLVIII., vid. cap. 181, not. sup.). In 4 CLXXIII. et est ibi, ut ap. P., lemma: *De his qui ex praecepto imperiali vel potioris iudicis suos adversarios ad civitatem regiam vel alias provincias in audientiam devocant, si desierint quali poena subiaceant. et quod ex sententia iudicis quisque conventus ad respondendum suo contrario viginti dierum habeat spatium. sive de mulieribus quae sine dote nupserint, ut quartam habeant portionem* (*etiam si extent filii*) *in substantia maritorum. similiterque etiam mariti in rebus uxoris.* Cf. cap. 166, not. sup.

ad *q* M. debet. ad *k* M. in subscript. om. *Constantinopoli* et *anno II.* ad *c* M. exhibeat [se] aut. ad *o* M. ostendere. ad *q* M statim ab observatione.

peregrinatione[v] sua, et in tantam[x] quantitatem[y] iudex actorem condemnet[z]. Cum autem soleant[a] executores litium[b] etiam[c] ab actoribus cautionem[d] exigere, quod omni modo[e] peragant intentiones suas, sin autem non peregerint[f], quod poenae nomine certos[g] aureos praestaturi sint[h], iubet constitutio calumniam[i] passo primum quidem poenam cautionis ab actore praestari[k], deinde si quid plus sit in* impensis, quas reus[l] frustra fecerit, hoc calculo iudicis[m] eidem reo[n] praestetur, sacramento tamen[o] eius legitima[p] taxatione moderato. Haec[q] autem si ita custodiantur[r], iam desinent[s] homines in alienam ludere vitam[t], et ideo in[u] locis competentibus hac poena[v] perterriti litigabunt[x].

CLXXXIII. Idem[a].

2. Solent actores, qui[b] in Constantinopolitanam civitatem[c] homines trahere volunt, quos[d] obnoxios sibi dicunt, fideiussores dare, et[e] poenam promittere[f] peragendi litigii causa, et quod* omnibus modis vincant[g], et sic permittuntur[h] a provincia in urbem imperialem[i], quos sibi reos esse putant, abstrahere. Cum autem ab alia provincia in aliam[k] provinciam exhiberi reos[l] actores desiderabant[m], sine fideiussione, hoc impetrabant. Sed noster imperator hac promulgatione[n] constituit*, ut nec ab alia provincia in aliam[o] exhibitio reorum sine fideiussione fiat, et[p] neque magistratus[q] amplissimos, neque gloriosissimum[r] quaestorem ex persona[s] principis aliquid tale[t] rescribere[u], id est, ut sine[v] fideiussione actoris reorum[x] exhibitio ab alia[y] in aliam provinciam fiat. Immo magis contrarium[z] debet dictari, id est, ut non aliter fiat[a] exhibitio rei, quam si actor fideiussores praestiterit[b], promittentes, quod omni modo peragat causam et vincat[c], alioquin quod poenae[cc] nomine tot aurei praestabuntur. Nam his[d] eo modo ordinatis, si actor non peregerit[e] causam, vel peragens non obtinuerit, committitur adversus eum[f] poena, et adversus fideiussores eius, et reo praestabitur[g]. Si quid[h] autem ultra quantitatem poenalem exhibitionis occasione reus impenderit[k], hoc ei iuranti[l] dari aequum est, sacramento ipsius antea[m] moderato per legitimam[n] taxationem, sicut in praecedenti capite[o] diximus.

CLXXXIV. [a]*De admonitione reorum, sive in ius vocando.*

3. Si quis ex sententia iudicis admonitus fuerit, habeat post admonitionem[b] viginti dierum spatium, ut liceat reo vel recusare iudicem, vel alium quoque petere, ut simul ambo iudicent[c], vel forte id, quod debet, confiteri[d] intra praedictos dies viginti. Postquam[e] autem libellum accusationis exceperit[f], personales praestet fideiussiones[g], et sportulas det constitutioni[h] nostri principis[i] cognitas. Subscribat autem et contradictionis[k] libellum. Tempus[l] quoque et diem scribere[m] eum oportet, quo[n] libellum accusationis excepit. Cum autem litis contestatio fiet[o], interrogari debet a iudice, si transierint[p] viginti dies deliberationis. Hoc autem consideretur[q] ex subscriptione eius[r], quam libello inseruit. Nam si[s] intra vicensimum diem litis contestatio facta[t] est, nullius momenti est[u]. Si quis autem iudicem recusaverit[v], et alium pro eo petierit, eumque iterum recusare[x] maluerit, quem sibi[y] iudicem petiit[z], non audiatur[a].

CLXXXV. [a]*De iuratoriis cautionibus.*

4. Si quis iuratus promiserit observaturum se[b] in iudicio, deinde ante litis contestationem imperialem urbem reliquerit, et duxerit[c] se, liceat actori[d] et nondum litis contestatione facta adire iudicem, et docere[e] tergiversationem rei. Et si quidem[f] inter magistratus sit iudex, iubeat[g] omni

---

Cap. CLXXXIII. Iul. Const. 47, 2. Nov. 53, 2. Auth. Const. 53, 2. 4 CLXXIV.

Cap. CLXXXIV. Iul. Const. 47, 3. Nov. 53, 3, §. 1, 2; cap. 4, pr. Auth. Const. 53, 3, §. 1, 2; cap. 4, pr. Coll. Can. Anon. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 133. Br. 4, 9, 5; 4, 10, 1. 4 CLXXV.

Cap. CLXXXV. Iul. Const. 47, 4. Nov. 53, 4. Auth. Const. 53, 4. Pe. 4, 16. 4 CLXXVI.

---

ad *e* M. om. *et*. ad *u* M. add. *audeat*, quo conturbatur structura verborum. ad *x* M. rerum. ad *u* M. nullius est momenti. ad *c* M. subduxerit. ad *e* M. dicere.

modo reum in iudicium[h] duci. Sin autem inter magistratus non sit, sed sit[i] iudex datus ab[k] aliqua potestate, vel etiam ab[l] imperiali iussione, referat hoc ipsum, ut ducatur[m] reus iussu magistratus, qui eum iudicem esse destinavit. Praefiniatur autem certus dies, intra quem si[n] non venerit reus, et[o] causae disceptatio[p] fiat etiam eodem reo absente, et[q] in possessionem rerum eius[r] actor mittatur, et in tantum modum[s] ius pignoris habeat, quantus est debitae[t] quantitatis modus. Et postquam[u] in possessionem actor fuerit missus[v], non aliter reus eam recipiat[x], nisi omnia damna, quae contigerunt, actori resarcierit[y], et dederit fideiussorem[z], quod omni modo actoris intentionem excepturus[a] sit, sive per se, sive per legitimam personam. Haec[b] ita sunt[c], nisi forte ex iusta causa et inexcusabili[d] reus in absentia fuerit.

CLXXXVI. [a] De casu militiae.

5. Si quis casu[b] militàverit, et non solvendo[c] decesserit, casus[d] militiae eius, quod scholae placitum[e] a[f] quibusdam vocatur, non temere creditoribus concedatur. Ecce[g] enim si quis ad hoc ipsum, ut militet defunctus[h], mutuaverit, ipse aeque scholae placito[i] fruatur, inope debitore defuncto. Sin[k] autem liberi et[l] uxor a[m] defuncto derelicti sunt, adeant principem, et accipiant eundem militiae casum[n], quamvis heredes defuncto[o] non exstiterint. Sin autem neque liberos neque uxorem dereliquerit, tunc etiam ceteris creditoribus casus[p] militiae subiiciatur[q], exceptis videlicet spectabilibus viris silentiariis, quorum praerogativas proprias[r] in eadem firmitate durare[s] constitutio iubet.

CLXXXVII. De[a] inope muliere, quae sine dote maritata est, ut quartam partem defuncto marito capere debeat.

6. Diximus[b] in superioribus[c], mulierem sine dote nuptam[d] et sine causa repudiatam[e] a marito quartam partem[f] substantiae eius consequi oportere[g] usque ad centum libras auri; hoc ipsum constituimus, id est[h], ut quartam partem mulier capiat[hh] defuncto marito suo[i], sive complures liberos[k] habeat, sive non. Illud autem certum est[l], quod mulier, sive mobiles sive immobiles[m] res habeat suas proprias, omni modo eas sine deminutione deducere poterit[n], non subiectas mariti creditoribus, nisi ad hoc tantum, quod heres ei exstiterit[o]. Haec autem omnia intelligi debent, si mulier idoneas facultates non[p] habeat. Nam si inops non[q] sit, neque dotem dedit, gravare liberos defuncti quartae[r] partis exactione non debet[s]. Nam nec maritus, qui nullam donationem propter nuptias dedit, aliquid[ss] ex substantia suae[t] uxoris lucrabitur, nisi forte legatum ei relictum fuerit[u] a muliere, vel mulieri a marito; hoc enim, quod relictum[v] est[x], omni modo capiat, sive inops sit, sive non. Quod si inopi constitutae[y] mulieri maritus legatum reliquit[z] minoris quantitatis, quam portio quarta faciat[a], suppleatur[b] id, quod minus ei dederit[c]. *Dat.*[d] *X. Kal. Oct. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XI. post Cons. Belisarii V. C. anno II.* (537.)

CONSTITUTIO XLVIII. (XLIX.)

CLXXXVIII. [a] De his, qui ex libera matre et adscripticio patre nati sunt.

1. Constitutio est imperatoris nostri[b] in undecimo libro Codicis[c] posita, quae iubet eum, qui ex libera matre et adscripticio patre natus est[d], ingenuum esse. Eam[e] igitur constitutionem prae-

Cap. CLXXXVI. Iul. Const. 47, 5. Nov. 53, 5. §. 1. Auth. Const. 53, 5, §. 1. Dec. in 9, 17, 18. 4 CLXXVII.

Cap. CLXXXVII. Iul. Const. 47, 6. Nov. 53, 6. Auth. Const. 53, 6. *Vangerow* l. c. §. 488. 5 Const. XLIX. et add. cap. 188. 4 CLXXVIII.

Cap. CLXXXVIII. Iul. Const. 48, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov 54, pr., cap. 1. Auth. Const. 54, pr., cap. 1. 4 CLXXIX. A. 54. Lr. 183. Cd. 7, 8. Citatur in Gl. *Tam eas* in l. fin. C. de Agric. 11, 47. *Biener* l. c. p. 301, not. 36.

ad *o* M. reus, ut huius causae. ad *c* M. sint. ad *e* M. scholaplacitum. ad *c* M. superioribus [capitulis] mulierem. ad *x* M. add. *a muliere marito, vel mulieri a marito.* ad *z* M. relinquat.

sens promulgatio[f] iubet[g] obtinere in his tantummodo[h] casibus, qui post constitutionem illam contigerint[i]; qui autem ante eam[k] emerserint[l], antiquo iure dirimantur[m].

CLXXXIX. [a]*Si venerabilis locus cum venerabili alio loco rerum immobilium permutationem facere maluerit.*

2. Si ecclesia[b] cum ecclesia, vel ptochium cum ptochio, vel ecclesia cum ptochio[c] vel monasterio[d], et ut[e] simpliciter dixerim, si[f] venerabilis locus cum alio[g] loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit, hocque[h] fieri[i] prosit utrique[k] loco, liceat primatibus eius[l] permutare, decreto tamen prius celebrando cum[m] omni subtilitate et iureiurando apud locorum metropolitanum[n] rei disceptatione praecedente[o], ut ipse deliberet[p], an ambabus partibus prosit permutatio rerum immobilium, et non indigeat[q] res speciali divina pragmatica forma. [r]Huius autem legis excipiatur licentia magna Constantinopolitana[s] ecclesia; nullam enim rem immobilem alienare permittitur, quemadmodum ante[t] non permittebatur[u]. *Dat.*[v] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.* (537.)

CONSTITUTIO XLIX*. (L.)

CXC. [a]*Ut liceat venerabilibus locis perpetuos contractus inter se emphyteuseos facere.*

1. Liceat ecclesiis et aliis[b] venerabilibus locis perpetuos[c] inter se contractus emphyteuseos facere, decreto[d] scilicet antea[e] celebrato, dum tamen[f] ita fiat emphyteusis, ut ad[g] privatam personam omni modo[h] non extendatur. Sed[i] huius legis licentia excipiatur[k] magna Constantinopolitana ecclesia, quemadmodum in anterioribus[l] constitutionibus[m]. *Dat.*[n] *XV. Kal. Nov. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.* (537.)

*CONSTITUTIO L. (LI.)

CXCI. De emphanisticis, quae a clericis exiguntur[a].

1. Si quis in Constantinopolitana civitate[b] clericus fuerit factus[c], si quidem magnae ecclesiae clericus sit[d], emphanistica praestet[e], quae ex consuetudine praestari[f] oportet. Sin autem alterius oratorii clericus fuerit, nihil ab eo emphanisticorum nomine exigatur, et si quis[g] ab eo exegerit, ipse quidem, qui exegit[h], amittat statum clericatus, quem habet, is autem[i], a quo exactum est, in[k] gradum exactoris perveniat[l]. Haec autem omnia defensores ecclesiae custodire debent, qui si neglexerint[m], decem librarum auri solutione mulctentur[n]. *Dat.*[o] *III. Kal. Nov. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani Aug. anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.* (537.)

CONSTITUTIO LI. (LII.)

CXCII. Si clerici ecclesias suas dereliquerint[a].

1. Si clerici ab ecclesiis suis[b] destiterint, alios clericos in locum eorum[c] subrogari oportet, ut scilicet[d] annonas[e] et dona ecclesiastica, quae illis destitoribus[f] praestabantur, accipiant, et si postea

Cap. CLXXXIX. Iul. Const. 48, 2. Nov. 54, 2. Auth. Const. 54, 2. 4 CLXXX. Lr. 129. Cc.* Coll. Can. Anon. saec. XI.* Capit. a. 865, cap. 6.* Concil. Wormat. 865. Lib. Pap. Ast. Expos. cap. 7, §. 3. Ivo 3, 189.

Cap. CXC. Iul. Const. 49, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 55, 2. Auth. Const. 55, 2. A. 55. Dec. in 4, sed rest. ut CLXXXI. a sec. m. in m. inf. Lr. 130.

Cap. CXCI. Iul. Const. 50, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 56, 1. Auth. Const. 56, 1. 4 CLXXXII. A. 56. Lr. 77. Dec. in 9, 10 (rest. in m. cod. 10), 17, 18. De cod. 2 vid. infr. not. *l*.

Cap. CXCII. Iul. Const. 51, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 57, 1. Auth. Const. 57, 1. A. 57. 4 CLXXXIII. Lr. 78. Cd. 5, 197.

ad *k* M. ante illam. ad *k* M. prosit: utrique loco liceat. ad *r* M. forma. [Ex] huius. ad *s* M. Constantinopolitanae civitatis ecclesia. ad *i* M. sed ex huius. ad *n* M. puniantur. ad *e* M. annonas eorum et dona.

destitores[g] redierint, nihil eis praestetur, quia annonae eorum[h] et dona[i] aliis clericis pro ipsis subrogatis praestitae[k] sunt. Omnibus enim modis[l] subrogatis clericis annonas eorum praestari[m] decet, nam neque destitoribus[n] aliquid ab ecclesia dandum est, neque[o] ad lucrum oeconomorum vel aliorum, qui administrant, cedere[p]. Si enim subrogati clerici praedictas annonas non acceperint*, ipsi, qui solent administrare**, eas de sua substantia dare eis cogantur[q]; nam et si quas habeant[r] proprias possessiones, iubet constitutio, ut ex iisdem[s] possessionibus certa praedia deputentur, ex quorum reditu subrogatis clericis annonae praestentur[t].

CXCIII. De eo, qui ecclesiam aedificat, vel annonas clericis donat[a].

2. Si quis ecclesiam[b] aedificaverit, aut[c] clericis ex substantia sua annonas[d] dederit, non liceat ei[e], quos voluerit[f], clericos in eadem ecclesia facere, sed si voluerit quosdam ibi consecrari[g], offerat eos[h] beatissimo patriarchae, et ille si viderit[i] eos dignos, consecret[k], et si non probaverit[l], arbitrio suo reiiciat[m]. *Dat. XV. Kal. Nov. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniano Aug. post Belisarii V. C. Cons. anno II.*[n] (537.)

CONSTITUTIO LII. (LIII.)

CXCIV. [a]*Si quis in domo sua oratorium habuerit.*

1. Si quis[b] in domo sua oratorium habuerit, non audeat in eo[c] sacram facere missam, nisi[d] clericos catholicae fidei habuerit deputatos[e] ex iussione religiosissimi episcopi[f] civitatis, vel beatissimi patriarchae[g]. Si quis autem[gg] adversus ea fecerit, domus eius[h] fisci viribus vindicetur[i], et sit sub indignatione principis, et si praefectus praetorio[k], postquam[l] hoc cognoverit[m], non prohibuerit, quinquaginta* librarum auri multa plectetur[n], et apparitio[o] eius simili poenae[p] subiiciatur. Nulla autem invidia est unumquemque Christianum in propriis aedibus oratoria[pp] habere, et in his orare, et psallere sine clericis, sed sacram[q] missam non faciat. *Dat. III. Non. Nov. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.*[r] (537.)

CONSTITUTIO LIII. (LIV.)

*CXCV. De impensis in funera mortuorum faciendis**.

1. Haec constitutio loquitur de impensis, quae in[a] funeribus mortuorum fiunt. Et ante omnia mille centum ergasteria[b] in[c] Constantinopolitana civitate immunitatem[d] habere iussit, ut funera ducant[e]. Sed et reditum funeribus destinatum a[f] divae memoriae Anastasio imperatore confirmavit, et funeribus deputavit, et dedit singulis cadaveribus sive[g] singulis lectis[h] mortuorum unum asceterium[i], id est octo sanctimoniales psallentes et tres acoluthos, ut neque sanctimoniales, neque aco-

Ivo 6, 424, §. 2. Ad lemma: *Ut desistentibus ab ecclesia clericis in locis eorum alius subrogetur, et ipsi eorum annonas et lucra percipiant. et ut non secundum arbitrium aedificantis ecclesiam, sed secundum dispositionem patriarchae, ad eam clerici, qui digni sunt ordinentur* cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CXCIII. Iul. Const. 51, 2. Nov. 57, 2. Auth. Const. 57, 2. 4 CLXXXIV. Lr. 10. Ivo 3, 190 et 6, 423.

Cap. CXCIV. Iul. Const. 52, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 58, 1. Auth. Const. 59, 1. 4 CLXXXV. A. 58. Lr. 11. Capit. 5, 383 et 6, 102. Isaac 11, 15. Ivo, Decr. 3, 191 et 6, 424. Cf. infr. cap. 205 et 512. Ad lemma codicis 4 et P.: *Ut oratorium in sua domo quisque faciens non audeat in eo sacra misteria celebrare, nisi et clericos ex iussu episcopi loci ei creaverit: publicationis poena proposita* cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CXCV. Iul. Const. 53, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 59, pr., cap. 4, §. 1, cap. 5 et 6 pr. Auth. Const. 60, pr., cap. 4, §. 1, cap. 5, 6 pr. Cf. Nov. 43. Iul. cap. 49. A. 59. Multis in locis Nov. 59 a Iuliano quam maxime in breve contracta est. Deest in 10 (rest. in m.), 12, 17, 18. 4, 15 om. *Const. LIII.* Ad lemma: *De impensis quae fiunt apud regiam civitatem in funeribus mortuorum: et quanta deputata sunt ergasteria ad deducenda gratuite corpora defunctorum* cf. cap. 166, not. sup.

ad ** M. administrare eas, de sua. ad *a* M. ecclesias. ad *n* M. anno III. ad *f* M. episcopi [illius] civitatis. ad *r* M. om. *anno II.*

luthi omnino aliquid accipiant ab his, qui funerari[k] mortuum desiderant, sed gratis eum deducant. Sin autem cognati vel[l] amici defuncti alterum unum asceterium[m] vel etiam duo adhiberi[n] velint, necesse est eos aliquid praestare, non tamen immodicum[o], sed huius legis definitione moderatum. Nam si quidem[p] intra novos[q] muros cadaver deponatur, tremissem asceteriis praestari[r] aequum est, et[s] acoluthis post tres illos, qui gratis ministerium faciunt, si alii tres adhibiti[t] fuerint, siliquas tres dari oportet. Sin autem sex acoluthi sint, et siliquas sex[u] accipiant, et deinceps ita fiat[v]. Sin autem[*] longinquius spatium sit, et decani, qui lectulo[x] ministerium faciunt, plures sint, modicum[y] aliquid[z] et ipsis praestabitur. Et si Iustinianas vel Sycas non transierint, intra novos muros videatur esse. Sin autem trans[a] novos muros, vel in alio transmarino loco cadaver ponetur[b], tunc sanctimoniales quidem[c], quae post unum asceterium adhibitae sunt, semissem[d] accipiant, acoluthi autem singulorum asceteriorum[e] quatuor siliquas. Unum autem asceterium, quod ex necessitate ante cadaver psallit[f] et acoluthi eius[g] nihil omnino accipiant[gg], sed faciant ministerium gratis. Sin autem aliquis velit unum ex maximis[h] lectis accipere ad honorem defuncti, vel si[i] inauratum[k] lectum adhibuerit, tunc tantum praestet asceteriis et decanis, quantum pepigerit, ita tamen, ut[l] duodecim aureorum quantitatem non excedat. *Dat.*[m] *XV. Kal. Sept. Constantinopoli post Belisarii V. C. Cons.* (536?)

CONSTITUTIO LIV. (LV.)

CXCVI[a]. *De creditoribus, qui morientibus*[b] *debitoribus suis imminent.*

1. Si quis debitorem suum aegrotantem et periclitantem mori[c] molestare voluerit pro debito suo, non liceat ei[d] hoc facere, cum neque uxori eius, neque liberis aliquam inquietudinem inferre[e] permittitur, neque signa[f] aedibus eius imponere, nisi post mortem[g] debitoris lite consistente[h] iudicialis calculus prolatus fuerit, et legitima ordinatio secuta sit[i]. Sed neque mortuo debitore deductionem eius et funus[k] impediat. Si enim tale[l] aliquid perpetraverit, suis actionibus cadat[m], sive iustam habeat intentionem[n], sive non, et non[o] solum debitam sibi quantitatem amittat[p], sed etiam aliud tantum[q] heredibus eius pro iniuria[r] defuncti praestare compellatur[s], et non sufficiunt istae poenae, cum et tertia pars bonorum eius publicetur, et ipse infamia notetur[t]. Haec autem omnia in Constantinopolitana civitate cura et diligentia[u] custodiantur[v] tam praefecti urbis, quam praefecti praetorio. Magister quoque officiorum in his vigilare debet[x], et apparitiones[*] eorum. In provinciis autem praesides ea[y] observabunt, et alii magistratus, sive civiles sint, sive militares. Quod si ea neglexerint[z], magistratus quidem imperialis urbis cum suis apparitoribus viginti librarum auri poena mulctentur[a], provinciarum autem magistratus quinque libras[b] auri poenae nomine[c] dare cogantur[d].

CXCVII[a]. *Ut magistratus Constantinopolitanae civitatis causas in conventionibus certis audiant, et*[b] *sententiam dicant.*

2. Si quis ex magistratibus Constantinopolitanae civitatis causam[c] audierit, non audeat post litis contestationem ex toto[d] eam derelinquere[e], nec consiliarii eius sententiam definitivam per semet ipsos[f] proferre, sed litis quidem[g] contestatio modis omnibus apud ipsos magistratus fiat[h], et ultima cognitio[i], postquam alias allegationes[k] litigatores asserere[l] nolint; sententia quoque definitiva ab

Cap. CXCVI. Iul. Const. 54, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 60, pr. et cap. 1. Auth. Const. 61, pr. et cap. 1. A. 60. 4 CLXXXVI. Lr. 246. Cd 7, 69. Coll. Can. Anon. saec. XI.* Ivo 16, 134. Dee. in 12. Ad lemma huius Const.: *De morientibus vel eorum corporibus non iniuriandis a suis creditoribus. et ut provinciarum iudices per semetipsos omnes litis partes examinent, solis magistratibus regiae urbis, excepta prima et ultima cognitione, licentiam habentibus negotia per suos consiliarios ventilare.* Cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CXCVII. Iul. Const. 54, 2. Nov. 60, 2. Auth. Const. 61, 2. Dee. in 9, 17, 18 et numerus in 4.

ad *k* M. funera mortuorum. ad *l* M. om. *vel*. ad *p* M. quid. ad *v* M. fiant. ad *h* M. om. *maximis*. ad *c* M. om. *mori*. ad *g* M. add. *eius*. ad *x* M. Magistri q. o. in his v. debent. ad *b* M. librarum. ad *i* M. cognitio fiat, postquam.

ipsis magistratibus proferatur[m], sive maiores sint, sive minores[n], praesentibus etiam consiliariis eorum. Sed et[o] appellationes ipsi suscipiant[p], et inter eos, qui ex provocatione litigant, certamina compescant[q]. Quod si vel magistratus vel consiliarii eorum contra praesentis constitutionis statuta quidpiam sibi praesumpserint[r], magistratus quidem viginti librarum auri poena mulctentur[s], consiliarii autem, si quidem advocati* fuerint, advocatorum ordine cadant, sin autem inter advocatos non sint, sed forte cingulo decorati[t], honorem suum amittant, et decem librarum auri mulcta plectantur[u], easque omnes poenas comes rerum privatarum exigat, qui si neglexerit[v], sciat publicas rationes de sua substantia se[x] repleturum*. Haec autem dicimus** de magistratibus imperialis urbis, qui diversis occupationibus fatigati[y] totas cognitiones litigatorum suscipere non possunt, sed solam[z] litis contestationem et ultimam cognitionem[a] audire coguntur[b], et sententiam definitivam dicere, et appellationem suscipere, et provocationum cognitiones discernere[c]. Alii autem iudices, qui magistratus Constantinopolitanae civitatis[d] non sunt, sed ab imperatoris iussione destinati[e], sive in principali civitate, sive in provinciis, cum consiliariis suis* omnes litigatorum** partes audiant; alioquin et[f] dignitates suas amittant[g], et viginti libras auri poenae nomine solvant. Consiliarii autem eorum, si quid adversus constitutionis huius[h] praecepta fecerint[i], et[ii] civitate, in qua non servaverunt[k] istam constitutionem, expellantur[l] in exsilium, et sint infamia inusti[m]. *Dat.*[n] *Kal. Dec. Constantinopoli Imp. Iustiniani PP. Aug. anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.* (537.)

CONSTITUTIO LV. (LVI.)

CXCVIII. De iure propter nuptias donationum[a].

1. Si quis[b] donationem propter nuptias mulieri conscripserit sive pro se, sive pro alio, sive pater pro filio suo[c], sive mater, sive cognatus pro cognato[d], aut quivis[e] alius extraneus pro alio donationem propter nuptias conscripserit[f], in qua etiam res immobiles sint[ff], non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecae titulo obligare[g], nec si consenserit in alienatione vel hypotheca mulier[h]. Sed si quid contra hanc legem factum scriptumve fuerit[i], hoc pro infecto sit, et pro non[k] scripto habeatur, nisi forte observatio illa custodiatur, quae de[l] intercessionibus feminarum in quarto Codicis libro[m] posita est titulo[n] Ad senatusconsultum Velleianum, id est, ut post[o] primum consensum[p] biennio transacto[q] aliud instrumentum a muliere conscribatur[r], in quo se fateatur[s] priorem suum consensum comprobare[t]; alioquin prior consensus nullius[u] momenti est. Immo etiam[v] si secundus consensus priorem voluntatem post biennium confirmaverit, non omni modo valebit, sed ita demum[x], si ex aliis mariti facultatibus satis eidem mulieri fieri possit[y] in donatione propter nuptias; alioquin nec[z] secundus nec[a] tertius consensus laedere mulierem[b] poterit[c]. Haec autem dicimus non solum in donatione[d] propter nuptias, sed etiam in dote[e], si quas res dotales alienare vel obligare maritus voluerit. Emptores autem[f] vel creditores, quibus res alienatae vel[g] obligatae sunt, nullam iniuriam patiantur[h]. Nam etsi[i], quod ad mulieres pertinet, actionibus careant[k] suis, attamen[l] aliae mariti facultates, et ipsi mariti necessario eis permanent obligati[m]. Haec autem constitutio praerogativis[n] dotium nullum praeiudicium facit. Nam praerogativas datas integras* inesse dotibus constitutio iubet, ita tamen, si** de dotibus actiones mulieres moveant. Aliis enim personis[o] privilegium in actione[p] dotis[pp] nec antea datum est, nec modo datur. Haec[q] autem constitutio non in praeteritis[r], sed in futuris casibus valeat[s]. *Dat.*[t] *Kal. Decemb. Constantinopoli Imp. Iustiniani PP. A. anno XI. post Belisarii V. C. Cons. anno II.* (537?)

Cap. CXCVIII. Iul. Const. 55, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 61, 1. Auth. Const. 62, 1. A. 61. 4 CLXXXVII. Pe. 1, 34. Ad lemma: *De immobilibus ante nuptias donatis non obnoxiandis neque distrahendis a marito, etiam consentientibus uxoribus, nisi eis ex aliis maritorum facultatibus* (4 add. *sub tutella et intervallo temporis procendentes*), *sicut eadem lex indicat, satisfiat* cf. cap. 166, not. sup.

---

ad * M. interpungit: sive in provinciis cum consiliariis suis, omnes. ad *ii* M. et a civitate. ad *n* M. om. *Iustiniani.* ad *q* M. transacto biennio. ad *pp* M. dotis [vel ante nuptias donationis] nec. ad *t* M. in subscript. om. *anno II.*

CONSTITUTIO LVI. (LVII.)

CXCIX. De consultationibus[a].

1. Haec[b] constitutio iubet provocationes[c] in consultationibus non tantum[cc] amplissimis magistratibus, sed etiam[d] omnibus senatoribus induci, ut[e] totus senatus causas appellationum audiat et conveniat[f], quamvis silentium tantum sine conventu[g] senatoribus denuntiatum fuerit[h]: silentio enim[i] conventum inesse[k] videri. Audiant itaque provocationes[l] sanctis evangeliis propositis[m], et quod sibi visum fuerit[n], imperatori referant[o], ut ex divina[p] sententia eius senatus calculus confirmetur[q].

CC. De ordine senatorum[a].

2. Urbicaria[b] praefectura omnibus aliis[c] praesideat dignitatibus, id est, ante sedeat[d], et post praefectum ceteri patricii numerentur, et[e] si quidam inter[f] eos consularibus insignibus[g] decorantur, secundum consularem ordinem[h] et praerogativas consulatus sui sedeant[i], ut tamen anteponantur ordinarii consulares honorariis consularibus[k]. Post patricios autem tam consularium, quam praefectorum et magistrorum militum et inlustrium virorum ordo ponatur. Omnes autem isti liberam habeant[l] facultatem in senatu sententiam[m] dicere. Qui autem propter cingulum magistratus a[n] senatoribus honoratur, etiam post depositionem cinguli sui inter senatores connumeretur[o]. Liceat autem inlustribus viris patriciatus codicillos accipere, quamvis neque consulares neque praefecti[p] facti sunt, quod non solum in futuro tempore, sed etiam in praeterito constitutio relaxavit[q]. Illud autem certum est, quod tertiam partem sportularum in ingressu[r] dignitatis dare compelluntur, omnibus aliis ex consuetudine sportulis dandis in quavis promotione[s] sua firmitate durantibus[t]. Qui autem praesentem constitutionem non observaverint[v], poena quinquaginta librarum auri plectentur[x], quae poena non solum violatoribus ipsis[y] constitutionis imminebit[z], sed etiam aliis, qui violari[a] eam concesserint[b]. *Dat.*[c] *post Cons. Belisarii iterum.* (537.)

CONSTITUTIO LVII. (LVIII.)[a]

CCI. De prospectu maris[b].

1. Haec constitutio localis est, nam de his loquitur aedificiis, quae[c] in Constantinopolitana civitate[d] per calliditatem imponuntur. Zenoniana enim constitutio[e] iubet conspectu[ee] maris non posse aliquem[f] ab alio excludi, si[ff] centum pedes in medio utrorumque[g] aedificiorum fuerint[h]. Sed quidam in praedicta regia[i] urbe talem machinationem[k] invenerunt: cum enim volebant intra centum pedes domum aedificare, posuerunt parietem extra centum pedes[l] altissimum, et conspectu[m] maris subtracto, intra centum pedes domum aedificaverunt, quasi nullam iam maris conspectionem[n] habente vicino, posteaque parietem illum, quem per fraudem erexerunt, deposuerunt, et ipsi maris

Cap. CXCIX. Iul. Const. 56, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. (latina) 62, 1. Auth. (ed. *Heimbach.*) Const. 64, 1. A. 62. Hanc Constitutionem in Graeco Novellarum exemplari desiderari recte monet M. in m. Cf. *Augustini* Paratitla (fol. 11a) sive ap. *Pithoeum* p. 288. *Biener* l. c. p. 452, 495. De lemmate: *Ut appellationes apud omnes Iudices in consultationibus inducantur. et ut praefectus urbis omnibus aliis praesideat dignitatibus quamvis potiores extent* cf. cap. 166, not. sup. Dee. in 3, 17, 18. 4 om. numer. et rubr. cap. 199—202.

Cap. CC. Iul. Const. 56, 2. Nov. (latina) 62, 2. Auth. (ed. *Heimbach.*) 64, 2. Dee. in 9, 12, 17, 18. Citatur hoc capitulum in gl. *Dignitatem* in l. *Nemini* Cod. de Consulibus 12, 3. Cf. *Biener* l. c. p. 301, not. 36. In m. cod. 12 notat.: „*Hic desunt quinque constitutiones.*"

Cap. CCI. Iul. Const. 57, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 63. Auth Const. 66. A. 63. Dee. in 9, 10, 12, 17, 18. Enantioph. sec *E. Heimbach.* l. c. Proleg. p. 25, n. 2. Ad lemma: *Ut nemini liceat propter maris adspectum in civitate regia auferendum, aedificium ultra centum pedes imponere nisi revera domum* (P. err. typ. *demum,* quod emend. in Err.) *aedificare maluerit* cf. cap. 166, not. sup.

ad *cc* M. tantum in amplissimis. ad *f* M. numerentur, et consules quidem, et qui inter. ad *y* Vulgo ipsius. ad *g* M. utrorum.

conspectum[nn] habere coeperunt. Haec itaque constitutio contra tales astutias[o] promulgata est, et praecipit[p], ut nemini liceat aedificium vel[q] ultra centum pedes imponere, nisi revera domum aedificare maluerit[r]; alioquin si solum parietem erexerit, non ut custodiat praecepta legum, sed ut fraudem legibus faciat, primum[s] quidem ex huiusmodi improba machinatione[t] nullum inveniet[u] commodum, quia depraedari videtur domus, quae conspectum maris perdidit[v], aut in locando, aut in vendendo, nam aedificium fictum deponi iubetur. Deinde ipse, qui ausus est[x] contra legem alienam[y] voluptatem[z] rapere, vi bonorum raptorum actione in quadruplum tenetur[a]. Decem quoque librarum auri poena mulctabitur non solum ipse, qui tale facinus perpetrare conatus est, sed etiam qui praesentem legem violari[b] concesserit; decem autem librarum auri poenam inferri iubet in area[c] theatrali gloriosissimi praefecti huius regiae urbis. *Dat.*[d] *VII. Id. Mart. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XI. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

CONSTITUTIO LVIII. (LIX.)[a]

CCII. De hortulanis Constantinopolitanae civitatis[b].

1. Et haec constitutio localis est, loquitur[c] enim de hortulanis, qui in hac regia urbe vel in suburbanis eius hortos ab[d] aliquibus conducunt, vel emphyteuseos contractum[e] in eisdem hortis contrahunt. Si enim conductionis vel emphyteuseos nomine hortos acceperint[f], si quidem olera habent, aestimationem olerum fieri[g], et eo tempore, quo horti dominis[h] restituuntur, similiter oleris, quod laboraverunt[i], tantum aestimatio fiat, non autem propter[k] emponemata et stercolinum* aliqua ratio moveatur[l]; sin autem sine oleribus hortus sit[m], similiter sine oleribus restituatur, et nulla iterum aestimatio fiat de stercolino[mm]. Aestimationem autem definiri[n] constitutio iubet non solum ab ipsis[o] hortulanis, sed etiam ab his, quos summarios[oo] consuetudo appellat. Quod si quis locum* forsitan spinosum hortulano locaverit[p], vel emphyteuseos nomine dederit, et ille eundem locum excoluerit, tam culturae[q] mercedem capiat, quam oleris aestimationem, quinque librarum auri poena mulctando[r] eo, qui praesentem constitutionem violare conetur[s]. *Dat.*[t] *XV. Kal. Febr. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XI. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

CONSTITUTIO LIX. (LX.)

CCIII. De rebus immobilibus ad ecclesiam Mysiae[a] *pertinentibus.*

1. Haec constitutio localis est, nam[b] promulgata est de ecclesia Mysiae[c], et iubet[d], ut si quis rem immobilem eidem ecclesiae[e] dederit, vel reliquerit certum reditum[f] habentem, et adiecerit, ut

Cap. CCII. Iul. Const. 58, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 64, 1, 2. Auth. Const. 65, 1, 2. A. 64. *Biener* l. c. p. 453, 489. Dee. in 9, 10, 12, 17, 18. Ad lemma: *De hortulanis, qui in* (4 om. *in*) *regia civitate vel in suburbanis eius ortos* (recte P[a]. *hortos*) *ab aliquibus conducunt vel emphyteutico lucro suscipiunt* cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CCIII. Iul. Const. 59, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. (latina) 65. Auth. (ed. *Heimbach.*) Const. 67, sed non est inter Novellas glossatas. 4 CLXXXVIII. A. 65. Nota Summam huius Constitutionis a Miraeo p. 183 his vv. prolatam: *Quod terrae vel domus vel vineae, quae relictae sunt ecclesiae Mysiae in redemptionem captivorum aut in nutritionem pauperum, possint veniri. Non simpliciter, sed secundum distinctionem huius legis. Haec lex specialiter permittit ut ecclesiae Mysiae relicta ab eius episcopo vel ministratoribus vendi pro redemptione captivorum vel alimoniis pauperum ita dimissa sint, ita tamen si vel infructuosa sint, vel curatores sufficientes non habeant, vel in longinquo sint posita, et a barbaris depopulantur.* Cf. *Paratitla* Nov. 65 ap. *Ant. Augustinum* (fol. 11 a) sive apud *Pithoeum* p. 288. Eadem Summa in cod. 7 fol. 89 s. p. 178 ita scripta est: *Cons. CXXX. DLXXX. De terris vel domibus vel vineis qui relinquuntur ecclesie Misie in redemptionem captivorum aut in nutricione pauperum posse veniri — hec lex specialis est permittit autem — Misiae — pro redemtionem captivorum vel alimoniis pauperum dum ita sunt ita tamen sive infructuosa sint vel cultores sufficientes — vel longinquo — depopulantur. Dat. X. Kal. Aprilis Constantinopl' Imp. Dnño Iustiniani p̄. aug. anno XIV. Iohanni V̄C̄ Cons.* Verbis *De terris — legis* videtur contineri lemma, sequentibus Summa. Cf. *Biener*: Geschichte cit. p. 453, 493. Dee. in 9,

ad *o* M. inverso ordine: Haec itaque contra tales astutias constitutio. ad *z* M. voluntatem. ad *n* M. definire. ad *t* M. Dat. XVI. Kal. Aug. Const.

in continentiam[g] pauperum reditus administretur, huiusmodi legatum[h] vel hereditas vel donatio nullo modo[i] alienetur. Quod si incertus reditus eorum[k] sit, domus autem relictae[l] vel vineae[m] procul a civitate fuerint, in qua ecclesia sita[n] est, cui legatum vel donatio data fuit[o], tunc liceat tales possessiones vendere. Sin autem domus vel agri aut[p] intra civitatem vel[q] circa muros eius fuerint, testator autem voluerit[r] venundari ea et ex pretio eorum redemptiones[s] vel alimonias fieri, tunc secundum tenorem[t] verborum testatoris et in his[u] venditio celebretur[v], talis enim rei actus[x] firmus est. *PP.*[y] *mense April. anno Imp. Dn. Iustiniani XII. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

CONSTITUTIO LX. (LXI.)

CCIV. De legibus, quas noster imperator de ordinatione testamentorum posuit[a].

1. Haec constitutio iubet leges de ordinandis testamentis a nostro imperatore[b] scriptas post duos[c] menses ab intimatione earum numerandos[d] tenere. Commemoravit[e] autem etiam de reformatione Falcidiae, id est, de ea constitutione, quae pro quadrante trientem vel semissem paternae substantiae sive maternae filiis[f] dat. Duos[g] autem menses ita[h] dinumerat, ut in[i] Constantinopolitana[k] civitate ex[l] eo tempore procedant[m], ex quo proposita est constitutio, in provinciis[n] autem, postquam intimata est, ut post intimationem eius duorum mensium[o] spatium exspectetur, posteaque secundum ea, quae in[p] eadem constitutione continentur[q], testamenta ordinari oportet. Quod si intra duos[q1] menses secundum veteres leges contra constitutionem[r] imperatoris nostri aliqui[s] testati fuerint, testamenta eorum robur[t] plenissimum habeant. *Dat.*[u] *Kal. Mai. Constantinopoli Imp. Iustiniani PP. A. anno XII. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

CONSTITUTIO LXI. (LXII.)

CCV. De his, qui ecclesiam vel oratorium aedificare volunt[a].

1. Nullus audeat aedificare[b] ecclesiam vel oratorium, antequam civitatis episcopus veniat[c], et vota[d] faciens sanctissimam crucem infixerit publice in eodem loco[e] procedens, et rem omnibus manifestam[f] faciens. Unusquisque autem ante aedificationem[g] loquatur episcopo, et praefiniat modum, qui[h] ad luminaria et sacrum ministerium[i], et custodiam oratorii, et alimonias eorum, qui ibi observant[k], sufficiat[l], et si haec[m] sufficientia visa fuerint[n], faciat prius donationem[o] eorum, posteaque domum[p] aedificet. Sin autem ea[q], quae ab eo praefinita sunt[r], non sufficiant[s] ad constituendum oratorium, aequum est vetera[t] oratoria, quae forte[u] ruinam minantur, reparare cum[v] arbitrio religiosissimi civitatis episcopi[x].

CCVI. Si episcopus multum tempus ab ecclesia sua defuerit[a].

2. Si[b] episcopus per[c] multum tempus ab ecclesia sua defuerit[d], et in[e] aliis locis degat[f], oeconomus ecclesiae eius impensas[g] ei non administret[h]. Nam tales inanes[i] sumptus melius est in

10, 12, 17, 18. Ad lemma cod. 4 et P.: *De rebus immobilibus ecclesiae Misiae quocumque titulo accedentibus ut non alienentur, sed immobiles, quae longe consistunt* cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CCIV. Iul. Const. 60, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 66, 1, pr. Auth. Const. 68, 1, pr. A. 66. 4 CLXXXIX. Dee. in 9, 10, 12, 17, 18. Ad lemma: *Ut quae fiunt constitutiones novae post manifestationem earum duo menses alios teneant. Ignoscit autem eis, qui non servaverunt subtilitatem* (4 *subtilitate*) *constitutionum, quae super testamentis positae sunt: ut puta in derelinquendis tribus unciis, aut non scribendo vel non dicendo nomen heredis* cf. cap. 166, not. sup. Videtur hoc lemma ex antiquo aliquo Authentici codice sumptum esse.

Cap. CCV. Iul. Const. 61, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 67, 1, 2. Auth. Const. 69, 1, 2. 4 CLXXXIX. pro 190. A. 67. Lr. 12. (Ben. Lev. 5, 382 et Add. 3, 72.) Isaac. 11, 7. Concil. Aur. III. cap. 3. Bu. 3, 6. Ivo 3, 192. Decr. Gratian. P. III. Dist. 1. cap. 9. Cf supra cap. 12, 193, infra cap. 512 et ad lemma: *Ut nullus audeat aedificare ecclesiam vel oratorium sine civitatis episcopo crucem ibidem sanctissimam imponente* cap. 166, not. sup. Confectum est lemma ex primis ipsius capituli vv.

Cap. CCVI. Iul. Const. 61, 2. Nov. 67, 3. Auth. Const. 69, 3. Cf. supra cap. 25, 48, 192. 4 CXCI. Lr. 30. Cd. 2, 296.

ad *g* M. continentia. ad *u* M. om. *in*. ad *l* M. et suo tempore. ad *s* M. aliquid. ad *u* M. Ann. XI. ad *d* M. et [ibi] vota. ad *e* M. in eodem loco publice. ad *k* M. deserviunt. ad *b* M. add. *Quis*.

ecclesiam[k] et in[l] alias res ad pietatem pertinentes[m] praestari[n]. Teneant autem in talibus episcopis etiam ea, quae prioribus sanctionibus[o] cauta sunt.

CCVII. De alienatione rerum immobilium ad ecclesiam pertinentium[a].

3. Si alienatio immobilis ecclesiasticae rei celebranda[b] sit, decretum quidem omnibus modis procedat secundum supra relatam[c] constitutionem. Adesse[d] autem decreto debet[e] non solum[f] episcopus et clerus[g] ecclesiae eius[h], cuius praedium alienare[i] desiderat[k], sed etiam metropolitanus episcopus cum praedicta[l] observatione, et duo episcopi ex[m] consilio eius adsint. *Dat.*[n] *Kal. Mai. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XII. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

CONSTITUTIO LXII. (LXIII.)

CCVIII. De constitutione imperatoris, quae lata est de lucro ex morte liberorum contingente per pacta dotalia[a].

1. Haec constitutio loquitur[b] de liberorum mortę, ut[c] pacta dotalia, quae ex casu mortis liberorum lucri aliquid[d] matri conferunt, teneant, et dirimantur[e] secundum divi Leonis* constitutionem, scilicet[ee] si ante novellam constitutionem imperatoris nostri contigerunt[f], veluti si mater vidua liberos habens ad secundas nuptias venit[h], et ante nuptias donatio ad filios pertinuit, postea filii decesserunt[i], et ad suos heredes eandem[k] ante nuptias donationem transmiserunt secundum constitutionem divi Leonis[l], sed post constitutionem nostri imperatoris[m], quae mortuis liberis emolumentum matri praestat, non retrahuntur res ab heredibus filiorum[n], quia semel ante constitutionem eisdem[o] heredibus competierunt[p]. Si quid autem post constitutionem nostri imperatoris tale[pp] contigerit, in hoc Leonianae legi locus non erit[q]. *Dat.*[r] *VIII. Kal. Iun. Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XII. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

[s]*(EXPLICIT PARS PRIMA NOVELLARUM.*
INCIPIT PARS SECUNDA.)

CONSTITUTIO LXIII. (LXIV.)

CCIX. De iurisdictione praesidum provinciarum[a].

1. Haec constitutio iubet, ut[b] omnes Romani tam in civilibus, quam in criminalibus[c] causis iurisdictioni[d] praesidum provinciarum subiiciantur, et nemo in aliqua causa obnoxius[e] privilegium praesidi provinciae opponat, quasi non ei subiectus sit[ee], nisi[f] specialiter pragmatica sanctio[g] prolata duci[h] eum iusserit. Ideoque sive de dominio alicuius rei, sive de agrorum finibus, sive de hypothecis, sive de nuda* possessione, sive de alia quavis[i] pecuniaria vel criminali causa litigium inter partes emerserit, non liceat[k] reo privilegium suum opponere praesidali iudicio, sive ex im-

Cap. CCVII. Iul. Const. 61, 3. Nov. 67, 4. Auth. Const. 69, 4. 4 CXCII. Lr. 131.* Cc.* Cf. supra cap. 32, not. sup.

Cap. CCVIII. Iul. Const. 62, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 68, 1. Auth. Const. 70, 1. 4 CXCIII. A. 68. Dee. in 9, 12, 17, 18. Ad lemma: *De constitutione piissimi* (4 *piissimum*) *Imperatoris qui in successione filiorum pactum sine liberis decedentis parentis induxit, ut in illis casibus locum habeat qui post constitutionem provenerunt: ante eius vero prolationem Leonis constitutionem valere* cf. cap. 166, not. sup. — Clausula: *Explicit — Secunda* abest a codicibus I. Classis

Cap. CCIX. Iul. Const. 63, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 69, 1. Auth. Const. 73, 1. 4 CXCIV. A. Nov. 69. 4, P. habent lemma: *Ut omnes* (4 *omnibus*) *iudicibus provinciarum tam in criminalibus quam pecuniariis causis respondeant nullo excepto* (4 *exceptato*) *quolibet privilegio, nisi pragmatica sanctio evocare aliquem iubet.* Vid. supr. c. 166, not. sup.

ad *c* M. supradictam. ad *h* M. eius civitatis. ad *m* M. om. *ex.* ad *i* M. decesserint. ad *s* M. deest haec clausula. ad *f* M. nec si.

perialibus litteris[l], sive ex maioris* iudicis iussione, sed[m] omnibus modis in eo loco[n] pulsetur, ubi aliquid egerit, vel admiserit, sive de maxima re*, sive de minima quaeratur, veluti de[o] gallina; quamvis enim minima videatur huiusmodi res[p] esse, attamen iustitiae ratio non ex quantitate[q], sed ex suis regulis debet aestimari[r]. Nam et quod alii[s] vilissimum esse videtur, hoc alii[t] pretiosissimum est[u], et omnino[uu] sive bovem sive aliam[v] qualemcumque rem alicui subripuerit, in eadem provincia pulsetur[x], ubi tale peccatum admisit[y], nam et probationum[z] copia in externis[a] locis non similis agentibus est.

CCX. De praesentibus reis[a].

2. Et haec quidem[aa] dicimus, si utraque pars in praesentia sit, ut* in eodem loco modis omnibus lis[b] dirimatur, in quo aliquid admissum[c] est. Quod si actor quidem praesto sit, reus[d] autem absit, sed actores[e] ipsius vel procuratores[f] vel conductores aliquid egerint, aut deliquerint[g], ille quidem, qui fecerit[h], omnimodo accusetur, ipsum autem litigium maneat in suspenso[i], donec rerum domino causa fuerit declarata. Tempus autem dilationis[k] ex locorum spatio dari debet. Nam si quidem[l] una vel duabus provinciis interpositis dominus[m] rerum in proximis locis degat[n], quatuor menses ad dilationem[o] sufficiunt; sin autem in longinquo[p] absit, veluti in Palaestina vel in[q] Aegypto, octo menses ad dilationem[r] dari oportet; sin autem vel in Italia[s] vel in[t] Africa moretur[u], novem menses statui[v] debent. Eadem dicimus, et si in arctois[x] locis principalis[y] persona degat[z].

CCXI. De absentibus reis[a].

3. Et si quidem rerum dominus illi commiserit[b] causam[c], qui apud eum retulerit[d], necesse est, ut ipse pulsetur[e] absentis domini nomine[f]. Sin autem alium litigare maluerit, et hoc ei liceat facere[g], dum tamen procurator ipsius et[gg] defendat causam[h], et modis omnibus impleat[i], quod iudex iudicaverit, nisi provocatio[k] sit subsecuta[l]. Quod si domino quidem rerum manifestetur[m] causa, ipse autem neque venire neque alii[n] mandare[o] curaverit, tunc praedicto tempore transacto, is qui[p] accusatus est, litiget, et si[q] reus apparuerit, condemnetur, scilicet et[r] domino rerum[s] eandem condemnationem subituro, si ipse quoque obnoxius[t] sit. Et si quidem[u] solvendo fuerit is, qui accusatus et condemnatus est, ipse[v] iudicato satisfaciat. Enimvero si solvendo non sit, ex rebus domini absentis[x], qui nec venire nec mandare[y] alicui[z] voluit, solvi actori aequum est. Quod si reus[a] praesens post accusationem[b] evaserit, et neque dominus rerum venerit[c], neque procuratorem transmiserit[d], tunc ex una parte[e] iudex audiat causam, ut solet in eremodiciis[f] fieri, scilicet ipso[g] reo per praeconem vocato, ut si in eadem absentia[h] perseveraverit, condemnetur. Quod si actor in absentia sit, domino rerum vel praesente vel procuratore misso[i], tunc omnia detrimenta, quae frustra reus passus est, actor ei resarciat[k].

CCXII. De fori praescriptione tollenda[a].

4. Nullum privilegium eximere[b] reum provinciali iudicio volumus, nisi specialiter[c] nostram pragmaticam sanctionem[d] produxerit, quae propter[e] publicas causas[f] in hanc regiam eum civitatem[g] revocaverit, vel si[h] ex lege hoc fiat[i], veluti si provocationem praesidi provinciae porrexerit[k], et propter hoc in ista imperiali civitate litem audire oportet[l], quamvis de minoribus causis apud[m]

Cap. CCX. Iul. Const. 63, 2. Nov. 69, 2. Auth. Const. 73, 2. Gl. *Hoc agitur* et *Mansionibus* ad Nov. 69, c. 2, §. 1. Prima pars apud A. cohaeret cum cap. 209, om. numer. et incipit cap. 2 huius Const. in vv. „*Quod si actor.*“ 4 CXCV. In ed. Ps. hoc cap. et cap. 211 unum efficiunt.

Cap. CCXI. Iul. Const. 63, 3. Nov. 69, 2 med., 3. Auth. Const. 73, 2 med., 3. 4 CXCVI. Vid. not. ad antecedens cap.

Cap. CCXII. Iul. Const. 63, 4. Nov. 69, 4, pr. Auth. Const. 73, 4, pr. 4 CXCVII.

ad *s*, *t* M. aliis – aliis. ad *y* M. admiserit. ad *p* M. autem longius. ad *r* M. mensium dilationem. ad *e* M. ipse [qui praesens est,] pulsetur. ad *l* M. subsecuta, [aut aliter definita, aut amicabiliter sopita.] Quod. ad *n* M. alium. ad *z* M. aliquem.

maiores iudices provinciarum provocationes exerceri[n] constituimus, nisi forte in hac civitate[o] causa principalis, quamvis minima[p], ventiletur; tunc enim in hac civitate[q], non in[r] provinciis provocatio exercetur[s].

CCXIII. Quibus fori praescriptio denegatur[a].

5. Nulla autem persona privilegio aliquo[b] utatur ad fugiendos praesentis legis[bb] laqueos, quamvis ecclesia sit, vel xenon[c], vel oratorium[d], vel quivis alius[e] locus, qui pietatis causa colitur. Idem iuris est, sive fiscus, sive patrimonium[f], sive alius quivis divinus titulus[g] pulsetur, et multo magis, si potentis hominis[h] persona in iudicium fuerit evocata[i], quamvis privilegium ex sacro oraculo[k] praetendat, nisi, quod diximus[l], pragmatica sanctio[m] in hanc civitatem[n] eum reipublicae causa revocaverit[o].

CCXIV. De vi et potestate constitutionis[a].

6. Haec autem * constitutio non solum in futuris causis[b], sed etiam in praeteritis[c] locum habeat[d].

CCXV. Si praesentem constitutionem praeses neglexerit[a].

7. Si quis autem praeses[b] provinciae constitutus huiusmodi legem custodire[c] neglexerit, non solum[d] magistratu suo eiiciatur, sed etiam decem librarum auri[e] subeat[f] poenam[g]. *Proposita Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XII. Iohanne V. C. Cons.*[h] (538.)

CONSTITUTIO LXIV. (LXV.)

CCXVI. Ut praefectoria dignitas curialem liberet[a].

1. Praefectoria dignitas dicitur[b] non solum praefectorum praetorio vel urbis[c], sed etiam[d] magistrorum militum. Ea autem duplex est: aut enim honoraria est, aut quae in ipso gestu praefulget[e]. Honorariam dicimus eam[f], cum codicillos aliquis[g] accipit[h] ab imperatore[i], quibus dignitas ei praestatur, quasi praefectus[k] fuisset, sive magister militum[l]. In ipso autem gestu positus esse videtur, qui revera[m] praefectus vel magister militum factus est[n]. Igitur si curialis homo praefectoria dignitate potitus fuerit[o], si quidem honoraria, maneat in eadem condicione constitutus[p], sin autem revera praefecturam nanctus[q] est vel magisterium militiae, tunc curiae nexibus liberetur. Praefectos autem praetoriorum[r] quatuor ponimus, id est Orientalis sedis[s], qui in hac civitate* est, et Illyricianae regionis[t], et Africanae[tt] dioeceseos, et qui Italiae[u] praepositus est. *Dat. Cons. Iohanne*[v]. (538.)

CONSTITUTIO LXV. (LXVI.)

CCXVII. Qui tutores vel curatores pupillo vel adolescenti dari possunt[a].

1. Nulli tutori, nulli curatori[b] liceat nomina contra pupillum, vel[c] eum, qui curatione[d] eius gubernatur, iure cessionis[e] in se transferre ab alio[f], sive pretium[g] pro actione dedit, sive non[h].

Cap. CCXIII. Iul. Const 63, 5. Nov. 69, 4, §. 1. Auth. Const. 73, 4, §. 1 4 CXCVIII. Ivo 4, 189.

Cap. CCXIV. Iul. Const 63, 6. Nov 69, 4, §. 2. Auth Const. 73, 4, §. 2. 4 CXCIX. In ed S. Ps cohaeret cum antecedenti cap. Praeterea vid. seq. cap. not.

Cap. CCXV. Iul. Const. 63, 7. Nov. 69, 4, §. 3. Auth. Const. 73, 4, §. 3. 4 CC. Apud A. cum cap. antecedenti connexum est eiusque partem facit.

Cap. CCXVI. Iul. Const. 64, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 70. Auth. Const. 72. A. Nov. 70. 4 CCI. Dee. in codd. 9, 12, 18. 4, P. lemma: *Quae sit praefectoria dignitas et quando per eam quis a fortuna curiae liberetur.* Cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CCXVII. Iul. Const. 65, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 72, pr. Auth. Const. 75, pr. A. Nov. 72. 4 CCII. Anon. Gr. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203.

ad *s* M. exerceatur. ad *c* M. xenodochium. ad *f* M. patrimonium [fisci,] sive. ad *n* M. hac civitate. ad *h* M. Proponatur. ad *k* M add. *praetorii* post *quasi*. ad *v* M. om. *Dat Cons. Ioh.*

CCXVIII. Idem[a].

2. Nemo, qui dicit, se obnoxium pupillum habere[b], vel eum, qui curatore eget[c], tutor aut[d] curator ipse* creetur. Sed et is[e], qui manifeste obnoxius impuberi, vel ei[f], qui cura[g] indigeat, fuerit, tutor vel curator[h] non fiat[i].

CCXIX. Idem[a].

3. Quod[b] si quis tutor constitutus vel[c] curator neque obnoxium habeat eum, cuius negotia gerit[d], neque obnoxius[e] ei sit; postea autem[f] hereditas ad eum devoluta[g] fuerit, quae debitorem vel creditorem[h] memoratae personae eum[i] faciat, tunc alius tutor vel[k] curator ei adiungatur, qui custodiat[l] eum, et hoc ipse sacramentum iuret[m], quod non malitiae[n] tutoris vel curatoris favebit[o], ne[p] poenae[q] subiiciatur.

CCXX. Idem[a].

4. Ne autem unusquisque dicens se[b] creditorem impuberis esse vel forte adolescentis, ab[c] onere tutelae vel curationis facile[cc] excusetur, sancimus, non aliter[d] eum recipiendum esse, nisi[e] manifeste probaverit, creditorem se esse impuberis vel forte adolescentis, vel res eorum sibi obnoxias esse, vel[f] parentes. Quod si res in incerto sit[g], tunc sacramentum[h] praebeat, quod ideo tutelam vel curam recusat[i], quia re vera[k] suum debitorem esse pupillum vel forte adolescentem existimat[l]. Tunc enim, et[m] si voluerit, non admittatur[n] ad tutelam vel[o] curationem cuiuscumque personae, quamvis tutor legitimus sit.

CCXXI. Idem[a].

5. Quod si quis[b] adversus ea tutor vel[c] curator creari passus fuerit[d], si quidem obnoxium impuberem habeat[dd] vel forte[e] adolescentem, actiones, quas habet, amittat[f]. Sin autem ipse[g] obnoxius fuerit[h], non liceat ei dicere, quod tempore, quo[i] tutelam vel curationem gerebat[k], solutionibus vel aliis* commenticiis[l] liberationibus[m] actione solutus[n] est.

CCXXII. Idem[a].

6. Nulli tutori vel[b] curatori liceat, sicut superius diximus[c], nomina[d] contra pupillum vel forte[e] adolescentem redimere[f], et cessiones adversus[g] eum impetrare, quamvis iam desiit[h] tutor vel curator esse, sed omni modo hoc, quod[i] factum est, pro infecto habeatur[k], ita ut pupillus quidem vel[l] forte adolescens omni modo securitatem habeat, et nulla teneatur[m] actione. Tutori autem vel curatori non liceat contra eum redire, qui nominibus ei[n] cesserit, eodem iure obtinente[o], et si postquam tutor vel curator desiit esse, cessiones nominum[p] impetraverit[q].

CCXXIII. Idem[a].

7. Haec autem[b] omnia de omnibus curatoribus posita[c] sunt, non solum adolescentium[d], sed etiam prodigorum, vel furiosorum[e], vel mente captorum[f], vel si quid aliud[g] aut lege expressum est, aut natura[h] inveniat[i].

Cap. CCXVIII. Iul. Const. 65, 2. Nov. 72, 1. Auth. Const. 75, 1 4 CCIII.
Cap. CCXIX. Iul. Const. 65, 3. Nov. 72, 2. Auth. Const. 75, 2. 4 CCIV.
Cap. CCXX. Iul. Const. 65, 4. Nov. 72, 3. Auth. Const. 75, 3. 4 CCV.
Cap. CCXXI. Iul. Const. 65, 5. Nov. 72, 4. Auth. Const. 75, 4. 4 CCVI.
Cap. CCXXII. Iul. Const. 65, 6. Nov. 72, 5. Auth. Const. 75, 5. 4 CCVII.
Cap. CCXXIII. Iul. Const. 65, 7. Nov. 72, 5 in f. Auth. Const. 75, 5 in f. 4 CCVIII.

ad *b* M. habere pupillum. ad *h* M. add *ei*. ad *l* M. custodiet ad *m* M. iuret sacramentum. ad *c* M. supra.

CCXXIV. De administratione tutorum et curatorum[a].

8. Nemo tutor vel curator[b] compellatur pecuniam impuberis vel forte adolescentis mutuam dare[c], sed liceat ei sterilem[d] eam in tuto[e] deponere. Nam melius est[f] sortem impuberis[g] vel adolescentis[h] conservari, quam usurarum cupiditate[i] etiam sortem amittere. Sin autem sponte sua[k] tutor vel curator mutuaverit, forte sub pignoribus, vel sub alia indubitata[l] cautela, tunc habeat quidem per singulos annos duorum mensium laxamentum[m], sciat autem, quod periculum[n] sortis ad ipsum pertinebit[o].

CCXXV. Idem[a].

9. Si pupillus reditus habeat[b] sibi sufficientes, eos[bb] tutor impendat. Sin autem ampliores reditus[c] sint, quam sumptus, tunc id, quod superfuerit[d], deponatur[e]. Quod si[f] substantia impuberis[g] mobilis sit, tunc id[h] tantum tutor mutuare debet[i], quod sufficiat ad[k] administrationem pupillarium rerum, quod autem superfluum sit, hoc deponatur. Eademque[l] dicimus et de curatoribus omnium personarum. Licebit autem tutori vel curatori et[m] subtiliter inquirere, si quem reditum[n] comparare pupillo vel forte* adolescenti possit ex superflua pecunia[o], ut et tributa levia sint, et venditor[p] locuples, et reditus fertilis. Sciat[q] autem, quod si adversus ea[r] comparaverit, negligentiae periculum ad eum pertinebit[s].

CXXVI. Idem[a].

10. Quod si pecuniam tantam[b] habeat pupillus, ut ex ea administrationes[c] rerum ipsius solummodo explicentur, tunc mutuare[d] tutor vel curator eam debebit[e] cum cogitatione caelestis[f] iudicii.

CCXXVII. Idem[a].

11. Nam et[b] ab initio, antequam administrationi[c] se immisceat tutor vel curator cuiusvis[d] personae, sacramentum praestare compellitur per divinas scripturas[e], quod[f] omnia gesturus est, quae pupillo commoda esse[g] putaverit. Eadem dicimus et de his[h], qui curatione egent[i]. *Dat. Kal. Iun.*[k] *Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XII. Iohanne V. C. Cons.* (538.)

CONSTITUTIO LXVI. (LXVII.)

CCXXVIII. Quemadmodum depositum caute dari potest[a].

1. Si quis depositum alicui[b] dare caute[c] voluerit, necessarii sunt ei[d] tres testes, nam litterae depositarii solae[e] non sufficiunt depositori[f] ad plenissimam depositi[g] dati probationem. Testimonia autem sic exhiberi oportet, ut[h] dicant testes, quod sub praesentia sua[i] vel susceptum est[k] depositum, vel quod[l] depositarius se suscepisse[m] conscripsit. Idem[n] est, et si sine scriptis, tamen si[o] tres adhibiti fuerint[p] testes idonei[q] veritate[r].

Cap. CCXXIV. Iul. Const. 65, 8. Nov. 72, 6. Auth. Const. 75, 6. 4 CCIX.

Cap. CCXXV. Iul. Const. 65, 9. Nov. 72, 7. Auth. Const. 75, 7. 4 CCX.

Cap. CCXXVI. Iul. Const. 65, 10. Nov. 72, 8. Auth. Const. 75, 8. 4 CCXI.

Cap. CCXXVII. Iul. Const. 65, 11. Nov. 72, 8 med. Auth. Const. 75, 8 med. 4 CCXII. Coll. Can. Anon. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 135. In 12, A. hoc cap. adnexum est cap. 226.

Cap. CCXXVIII. Iul. Const. 66, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 73, 1. Auth. Const. 76, 1. A. Nov. 73. 4 CCXIII. Dictatum de Consiliariis. Ivo, Decr. 16, 136 et Pann. 5, fol. 106 b. Coll. Can. Anon. saec. XI.* De tota Const. cf. Brachylogus 4, 17. Ad lemma cod. 4 et P.: *De depositis cyrographis et trium testium intercedenda presentia committendis. et ut scripturis sine tabellione compositis trium testium praesentia praebeatur. et de comparationibus litterarum quod utique in scripturis vel causis unius librae quantitatem excedentibus observare* (4 *observari lex iubet. minoris quantitatis* (4 *quantitatem*) *contractibus vel instrumentis* (4 *strumentis in vicinis* (P. in Err P[a]. *vicis*) *celebratis si haec observatio non fuerit minime laedendis, et quomodo naturales iusti liberi fiant matre eorum concubina permanente* cf. cap. 166, not. sup. *Biener* l. c. p. 56, 225. *Mortreuil* l. c. T. I. p. 154.

ad *m* M. om. *et.* ad *i* M. praesentiam suam.

CCXXIX. Quemadmodum sine tabellione instrumentum caute fieri potest[a].

2. Si quis sine tabellione componere instrumentum[b] maluerit sive de mutuo, sive de deposito[c], sive de alia[d] quacumque causa, tres testes adhibeat; alioquin litterae[e] ipsius solae et comparatio[f] earum credendae non sunt[g]. Nulla autem differentia est, utrum subscripserint[h] testes, an[i] praesentibus eis[k] instrumentum compositum sit[l].

CCXXX. Si litterarum fides a voce testium discrepet[a].

3. Si instrumentum[b] prolatum fuerit, et litterae quidem Titii[c] esse non videantur[cc], testes autem dicant, Titium eas scripsisse[d], iurati scilicet, testimonium[e] eorum reprobari facile non debet; sed tamen[f] ad sapientiam iudicis[g] pertinet, ut ea, quae verisimilia magis putaverit, eis maiorem praebeat fidem[h].

CCXXXI. De contractibus incaute compositis[a].

4. Si quis instrumentis[b] componendis adhibere praedictam observationem[c] neglexerit, et vel[d] deposuerit alicui[e], vel mutuaverit sine testium praesentia, solis litteris[f] debitoris credens: incaute quidem facturus est; sed tamen, si[g] per sacramentum vel per[h] confessionem debitoris veritas debiti[i] manifestetur[k], id quod dedit, exigere[l] non prohibeatur[m].

CCXXXII. Quomodo tabelliones caute debeant instrumenta componere[a].

5. Instrumenta quoque, quae[b] apud tabellionem[c] componuntur, subscriptione[d] testium, sicut dictum est, muniri praecipimus, ante completionem[e] scilicet a[f] tabellione insertam[g].

CCXXXIII. De comparatione notarum[a].

6. Iudices autem[b] non tantum ex comparatione* litterarum falsitatem reprehendant[c], sed etiam[d] ex comparatione notarum[e].

CCXXXIV. De comparatione litterarum[a].

7. Comparatio litterarum, sicut supra diximus, sine testimoniorum[b] confirmatione non sufficiat ad veritatis probationem[c]. Sin autem[d] omnes testes mortui sunt[e] cum tabellione, vel forte[f] in absentia tabellio est[g], tunc ille[h] quidem, qui instrumentum producit, sacramentum praestet, quod nullius malitiae[i] conscius est in eo instrumento commissae[k]. Comparatio autem litterarum propter necessitatem causae[l] sine impedimento secundum pristinum morem[m] procedat. Quod si tabellio[n] et* vivit, et praesens sit, iuratus testimonium suum de[o] fide instrumenti praebeat[p]; sed si per aliquem[q] ministrum suum instrumentum composuit, et ille vivit, et praesens est, et nullo morbo vel alia iusta causa impediatur in iudicium venire, praebeat ipse[qq] quoque testimonium. Item si per Titium[r] pecunia numerata est, et* ipse veniat[s]. Quod si neque numeratorem habeat instrumentum,

Cap. CCXXIX. Iul. Const. 66, 2. Nov. 73, 2. Auth. Const. 76, 2. 4 CCXIV. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 137. Codicis 2 specimen aeri incisum cum huius capituli verbis exstat in libro: Traité de Diplomatique. T. III. p. 288. tab. L, nr. III.

Cap. CCXXX. Iul. Const. 66, 3. Nov. 73, 3. Auth. Const. 76, 3. 4 CCXV. In 10 conversa est series capit., quae haec est: cap. 229, 232, 231, 230, 234.

Cap. CCXXXI. Iul. Const. 66, 4. Nov. 73, 4. Auth. Const. 76, 4. 4 CCXVI.

Cap. CCXXXII. Iul. Const. 66, 5. Nov. 73, 5. Auth. Const. 76, 5. 4 CCXVII. Lr. cap. 212. Cd. 7, 65. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 138.

Cap. CCXXXIII. Iul. Const. 66, 6. Nov. 73, 6. Auth. Const. 76, 6. 4 CCXVIII.

Cap. CCXXXIV. Iul. Const. 66, 7. Nov. 73, 7, pr. §. 1, 2, 3 pr. Auth. Const. 76, 7, pr. §. 1, 2, 3 pr. 4 CCXIX. Anon. Gr. ap. *Zachariaeum* l. c. pag. 203. Bo 83. Gl. ad Widon. (Guidon.) cap. 5.

ad *k* M. ipsis. ad *d* M. om. *et.* ad *s* M. add. [*et sacramentum praebeat.*]

et omnes testes mortui sunt, vel in[t] absentia fuerint[u], vel alia iusta causa[v] impediantur[x] venire[y], solus autem tabellio[z] et vivit et venit, testimonium ipsius probabile sit, ad fidem instrumenti pertinens, ut nec comparatio[a] litterarum necessaria esse videatur. Quod si tabellio mortuus est[b], fiat quidem comparatio litterarum eius, et veniat tam[c] minister ipsius, per quem instrumentum conscriptum est, quam[d] numerator pecuniae, scilicet si non absint. Enim vero[e] si vel[f] mortui sint, vel in absentia fuerint, alii testes producantur, et si hoc facile non sit, tunc ad comparationes[g] litterarum iudex[h] perveniat, ut non solum completiones litterarum a tabellionibus factae[i] comparentur, sed etiam aliae litterae tam principalis personae quam testium[k] in comparationem deducantur, ut[l] ex multis comparationibus litterarum fides veritatis inlucescere possit. Sin autem nullum aliud ad[ll] veritatem probandam supersit, quam comparationes[m] litterarum, tunc[n] illud teneat, quod usque[o] ad hoc tempus obtinuit[p], ut qui instrumentum producit, legitimum sacramentum subeat, quod nulla malitia[q] usus est; sed et is[r], qui fidem instrumenti exigit[s], de dolo et calumnia iusiurandum subeat[t]. His autem[tt] omnibus necessitatibus homines[u] liberantur, si sub actorum testificatione[v] instrumenta intimentur, et ibi testes et aliae personae suis depositionibus contractum corroborent[x].

CCXXXV. Idem[a].

8. Omnia autem, quae[b] de comparationibus constituimus[c] ab illis instrumentis faciendis, quae sine tabellione composita sunt, maneant[d] in eadem firmitate durantia[e]; illa quoque iura[f], quae de imperitis litterarum in iudiciis probata[g] sunt, inconcussa[h] permaneant[i].

CCXXXVI. Imperiti litterarum quomodo debeant instrumenta componere[a].

9. Si instrumentum litterarum imperitus componere maluerit, necessarius[b] erit tabularius, si in illo loco tabularii sunt, sed et testes non minus quinque[c] scientes eum[d] imperitum litterarum, et[e] ab eo cogniti, et postquam imperitus[f] vel sanctam crucem[g] fecerit, vel paucas litteras, unus ex hisdem[h] quinque testibus pro eo subscribat; omnes autem quinque testes subscribere debent[i], quod et praesentibus eis et cognoscentibus[k] imperitum, omnia processerunt[l].

CCXXXVII. De contractibus sine scriptis compositis[a].

10. Haec autem[b] omnia de his contractibus dicimus, qui[c] scriptura interveniente fiunt. Alioquin si[d] sine scriptura aliqui contraxerint[e], liceat eis[f] vel testimoniis[g] vel iurisiurandi religione[h] veritatem manifestare, scilicet actore quidem[i] testes producente[k], reo autem[l] vel iurante vel iusiurandum referente[m], secundum hoc, quod iudex aestimaverit[n].

CCXXXVIII. De vi et potestate constitutionis in quantitate[a].

11. Huius constitutionis[b] observatio in his contractibus locum habet[c], qui sunt ultra quantitatem[d] librae[e] auri. Nam usque ad libram auri pristinum morem[f] conservari[g] iubemus.

CCXXXIX. De vi et potestate constitutionis in loco[a].

12. Huius[b] constitutionis subtilitas in civitatibus locum habeat[c]. Si enim[d] instrumentum in vico[e] compositum sit, consuetudo pro iure habeatur[f]; rusticorum enim[g] simplicitatem et[h] in testa-

Cap. CCXXXV. Iul. Const. 66, 8. Nov. 73, 7, §. 3, c. f. Auth. Const. 76, 7, §. 3, c. f. 4 CCXX. A. sine numero, coniunxitque hoc cap. cum cap. 234, ut in cod. 12 factum est, propter Novellam sine dubio.

Cap. CCXXXVI. Iul. Const. 66, 9. Nov. 73, 8 princ. Auth. Const. 76, 8 princ. A. VIII. 4 CCXXI.

Cap. CCXXXVII. Iul. Const. 66, 10. Nov. 73, 8, med. Auth. Const. 76, 8, med. 4 CCXXII. A. IX. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 139.

Cap. CCXXXVIII. Iul. Const. 66, 11. Nov. 73, 8 in f. Auth. Const. 76, 8 in f. 4 CCXXIII. 7 CCXXXVII. A. X.

Cap. CCXXXIX. Iul. Const. 66, 12. Nov. 73, 9 init. Auth. Const. 76, 9 init. 4 CCXXIV. 7 CCXXXVIII. A. conflavit hoc et sequens capit. cum anteced. Lr. 244. Cd. 7, 67.

ad *g* M. add. *in iudicium.* ad *f* M. sive. ad *i* M. tabellione.

mentis faciendis[i] non praegravamus[k], quamvis alias[l] in ordinatione testamentorum summa[m] subtilitas exigatur[n].

CCXL. De vi et potestate constitutionis in tempore[a].

13. Haec constitutio in futuris instrumentis et[b] contractibus valet; nam praeteritae causae[c] prioribus legibus[d] dirimantur[e].

CONSTITUTIO LXVII. (LXVIII.)

CCXLI. Quomodo filii naturales legitimi fieri possunt[a].

1. Si quis[b] cum libera muliere[c] consuetudinem habeat[cc] non affectione maritali, et[d] ex ea liberos naturales fecerit[e], eosque velit filios legitimos[ee] et in potestate sua habere[eee]: liceat ei[f] cum matre eorum dotalia instrumenta[g] componere. Nam[h] filii, qui antea naturales erant, post compositionem instrumentorum[i] dotalium sui et in potestate patris efficiuntur, sive postea[k] nati filii vivunt[l], sive mortui sunt[m], sive omnino nullus[n] alius procreatus est, sicut in Institutis[nn] et in Codice didicimus[o]. Quod si antequam[p] dotalia instrumenta fiant, mater concuba[q] decesserit, velit autem pater naturales[r] filios ex ea susceptos[s] legitimos habere, adeat[t] imperatorem cum precibus, et[u] exposcat, ut sibi liceat[v] legitimum nomen eis[vv] imponere, et natalibus[x] suis eos restituere, quemadmodum libertini natalibus[y] restituuntur[z]. Principe enim annuente supplicationibus patris, necesse est, ut liberi legitimi fiant[a], quamvis dotale[b] instrumentum nullum cum matre eorum iam mortua compositum sit[c]. Idem dicimus, et si[cc] filios naturales pater diligat[d], matrem autem odio habeat[dd], quia in corpore suo peccavit[e]. Nam si ea causa sit, et nolit[ee] cum ea nuptias contrahere, licebit ei praedicto modo filios naturales legitimos sibi facere. Item si liberi naturales matrem suam caelaverint[f], ne dotalibus instrumentis cum ipsa[g] factis in potestate patris efficiantur[h], et ususfructus rerum ad eos pervenientium[i] patri adquiratur, si talis dolus factus fuerit, liceat[k] patri praedicto modo preces imperatori porrigere, et filios legitimos facere[kk], et in potestatem suam eos[l] redigere. Eadem dicimus, et si iusta[m] causa dotalia instrumenta impediat[n]. Pone enim patrem naturalem[o] diaconum vel presbyterum factum esse, ut ducere uxorem non possit[p]. Quod si pater non potuit in antefatis casibus[q] imperatori supplicare, liceat ei in testamento suo[r] legitimos successores sibi scribere filios naturales, ut[s] tamen illi post mortem[t] parentis supplicent imperatori, et testamentum patris ostendant[u], et principe annuente in tantum capiant[v] paternam hereditatem, in quantum[x] scripti sunt; aliter enim legitimo nomine non fruantur. Haec autem omnia, quae modo dicta sunt[y], tunc[z] habeant locum[a], cum nulla alia legitima proles, vel antea[b], vel postea patri subsit[c]; legitimis enim filiis natis non aliter[d] naturales legitimi fiunt, nisi dotalia instrumenta pater cum matre eorum[e] confecerit[f].

CCXLII. Quomodo legitimi fieri non possunt[a].

2. Filios[b] naturales antea quidem licebat[c] patribus legitimos sibi per adoptionem efficere, sed divi Iustini[d] constitutio hoc prohibuit, quam noster imperator[e] in suo statu manere iubet.

Cap. CCXL. Iul. Const. 66, 13. Nov. 73, 9, med. Auth. Const. 76, 9, med. 4 CCXXV. 7 CCXXXIX. In 12 cohaeret cum cap. 239 De A. vid. cap. 239, not. sup.

Cap. CCXLI. Iul. Const. 67, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 74, praef., cap. 1 et 2. Auth. Const. 74, praef, cap. 1 et 2. 4 CCXXVI. 7 CCXL. A. 74. Anon. Graec. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203. Coll. Anon. saec. XI*. Ivo, Decr. 8, 36; 16, 140, 141 et Pann. 6, fol. 127.

Cap. CCXLII. Iul. Const. 67, 2. Nov. 74, 3. Auth. Const. 74, 3. 4 CCXXVII. 7 CCXLI.

---

ad *e* M. add. subscript. *Dat. prid. Non. Iun. CP. Imp. DN. Iust. PP. A. Ann. XII. Iohanne V. C. Cons.* ad *i* M. dotalium instrumentorum. ad *l* M. vivant. ad *m* M. sint. ad *i* M. pertinentium. ad *l* M. potestate sua. ad *p* M. non possit uxorem. ad *r* M. suos.

CCXLIII. Qui sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere non possunt[a].

3. Nemo dignitate decoratus senatoria sine dotalibus instrumentis et ante nuptias donatione nuptias[b] contrahat: alioquin filii, qui ex tali copulatione procreati fuerint[c], non erunt legitimi, sed magis naturales. Alii autem, qui militiis[d] honestioribus decorantur, vel negotiationibus, vel[e] quibusdam artibus laudabilibus[f] praediti sunt, et sine dotalibus instrumentis et ante nuptias donatione copulentur, sed[g] non citra scripturae cautelam. Debent enim hoc ipsum defensori ecclesiae[h] vel oratorii dicere[i], et ille adhibeat tres vel quatuor clericos ad testimonium, et conscribatur chartula[k], qua declaretur dies[kk], quo imperatore et consule et[l] mense convenerunt[m] ille et illa in illo oratorii loco et[mm] copulati sunt, et subscribant[n] defensor et clerici. Et si quidem velint chartulam[o] accipere vel ambo vel unus ex his[p], praestetur eis;[q] si nolint, deponatur[r] in sancto oratorio, ut postea[s], si opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum, ut etiam proles[t] ex hac[tt] copulatione procreata legitimo[u] nomine perfruatur. Sin autem vilissimi homines matrimonium contrahere velint, liceat eis[v] et sine scriptura hoc facere. Idem dicimus et de rusticis hominibus, et de militibus, qui in armis[x] occupati sunt.

CCXLIV. Idem[a].

4. Si quis divinis tactis scripturis[b] iuraverit mulieri, legitimam[c] se eam uxorem[d] habiturum, vel si in oratorio[e] tale sacramentum[f] dederit, sit illa[g] legitima uxor, quamvis nulla dos[h], nulla scriptura alia interposita[i] sit. Et si liberos non habuerit, mortuo* marito quartam[k] partem substantiae eius accipiat secundum constitutionem[l] nostri imperatoris, et si eam[m] de domo eiecerit, quamvis sine repudio hoc fecerit[n]. Quod si liberos[o] procreaverit[p], legitimi esse[q] videantur, et si aliis[r] nuptiis contractis legitimos filios pater[s] habuerit, omnes simul legitimum nomen habebunt.

CCXLV. Qui sint legitimi filii, vel naturales, vel neutrum eorum, id est, ex damnata copulatione[a].

5. Ergo si quidem[b] ex huiusmodi matrimoniis[c] filii nascuntur[d], legitimi erunt. Sin autem aliter filios aliquis[e] habuerit, naturales erunt, et tam[ee] ex testamento quam ab intestato[f] patri naturales succedunt[g] secundum[h] observationem constitutionum[i] principis nostri, scilicet si non ex[k] damnata copulatione nati sunt; tales enim liberi neque legitimi, neque naturales appellantur, nec omnino patri succedunt[l].

CONSTITUTIO LXVIII. (LXIX.)

CCXLVI. De appellationibus in Sicilia porrectis[a].

1. Appellationes[b], quae in Sicilia porriguntur adversus sententias[c] praetoris vel ducis vel cuiusvis[d] alterius iudicis in Sicilia constituti[e], apud quaestorem in hac regia[f] urbe exerceri praecipi-

Cap. CCXLIII. Iul. Const. 67, 3. Nov. 74, 4, §. 1—3. Auth. Const. 74, 4, §. 1—3. 4 CCXXVIII. 7 CCXLII. Dee. in cod. 9.

Cap. CCXLIV. Iul. Const. 67, 4. Nov. 74, 5. Auth. Const. 74, 5. 4 CCXXIX. In 7 evanuit numerus. Coll. Can. An. saec. XI.* Coll. Caes. Aug.* Ivo, Decr. 8, 44; 16, 142; Epist. 148, 167 et Pann. 6, fol. 122. Pe. 4, 44. Decr. Grat. cau. 30, qu. 5, can. 9.

Cap. CCXLV. Iul. Const. 67, 5. Nov. 74, 6. Auth. Const. 74, 6. 4 CCXXX. 7 CCXLIV. 5 Const. LXIX. kap. CCXLV., et augetur abhinc series Constitutionum duobus numeris.

Cap. CCXLVI. Iul. Const. 68, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 75, 1, latina, de qua cf. *Savigny*: Zeitschrift cit. T. II. p. 126 sqq et *Biener*: Geschichte p. 81, 108, 455, 498. A. 75. Dee. in Auth., quare gloss. cod. 19 notat ad cap. 247: „Hic deest constitutio Appellationes.“ In breve contractum repetitur hoc cap. infra Const. XCVII. 4 sine numero. Dee. in 10, 12, 17, 18, sed rest. in ima m. cod. 10. 7 CCXLV.

ad *b* M. matrimonium. ad *i* M. dicere, [ut] et. ad *kk* M. dies et tempus, quo. ad *l* M. consule vel mense. ad *m* M. convenerunt. ad *mm* M. loco quo copulati. ad *q* M. eis. Quod si. ad *n* M. add. *quartam partem substantiae eius exigat.* ad *g* M. naturali succedunt.

mus[g], ut ipse discutiat[h] causas provocationis, et[i] sententiam dicat, et nostro imperio[k] referat, ut[l] nostra auctoritate sententia[m] eius roboretur. Sed et[mm] si aliud civile[n] emergat, veluti defensoris[o] confirmatio[p], vel decretum patris[pp] civitatis Siciliae, similiter ad quaestorem referatur, et calculo ipsius confirmetur, nostra scilicet[q] auctoritate[r] suggerente quaestore sequenda[s].

CONSTITUTIO LXIX. (LXX.)

CCXLVII. Si praeses provinciae supplices provinciales contempserit[a].

1. Si quis propter civilem vel[b] criminalem causam praesidem provinciae adierit, et ille[c] contempserit actorem[d], vel alio modo causam[e] cognoscere secundum leges[f] contempserit, liceat[ff] actori[g] supplicare civitatis[h] episcopo, et hoc ipsum in querimoniam[hh] deducere, ut religiosus antistes vel ipse ad praesidem veniat, vel suos homines mittat[i], per quos compellat[k] praesidem sine dilatione[l] et iniuria litem dirimere[m]. Quod si tanta[n] impudentia rector provinciae teneatur, ut nec episcopo[o] nec clericis[p] imminentibus iustitiam sequatur, tunc liceat episcopo, si voluerit actor ad nostram pietatem venire et preces fundere, dare[pp] ei litteras, per quas nobis[q] declaretur superbia atque iniuria praesidis[r]. Nos enim et actori medebimur[s], et praesidi competentem vindictam imponemus[t].

CCXLVIII. Si cui praeses provinciae suspectus sit[a].

2. Si cui[b] praeses provinciae suspectus esse videatur, et[c] litigare apud eum solum noluerit, liceat ei[d] episcopum invocare, ut[e] cum ipso considente[f] litem audiat[g], et vel amicali* compositione litigatores transigere[h] faciant, vel more *παρασημειώσεως*[hh] eos audiant vel cognitionaliter[i], ita tamen, ut sententia legibus[k] consentanea[l] imponatur.

CCXLIX. De provincialibus, qui temere in Constantinopolitanam civitatem veniunt[a].

3. Si quis autem non adito[b] praeside provinciae et[c] sine litteris episcopi in hanc venerit civitatem[d], et de aliqua causa nos molestaverit[e], sciat se tales poenas subiturum[f], quales[g] passurus esset praeses provinciae, si aditus[h] eum contempsisset.

CCL. Si praeses provinciae iniuriam fecerit[a].

4. Si quis a praeside[b] provinciae iniuriam passus fuerit, adeat civitatis episcopum, ut si arbitrio[c] eius praeses condemnatus[d] sit, satisfaciat homini[e] iniuriam passo. Sin autem hoc facere noluerit[f] et veniat[g] ad nostras piissimas aures[h], si quidem iustam[i] sententiam religiosissimi civitatis episcopi[k] comprehendamus, ultimis suppliciis praesidem[l] adfici iubemus[m]. Sin autem innocentem eum inveniamus[n], necesse est, ut nullum responsum[o] a nostra clementia calumniosus[p] actor accipiat.

Cap. CCXLVII. Iul. Const. 69, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 86, 1. A. 86. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach*. 128), 1. 4 CCXXXI. 7 CCXLVI. Lr. 66. 4. P. lemma: *Ut* (4 add. *hii*) *qui audiri* (P. *audire*) *a iudicibus contemnuntur* (4 *contenuntur*) *episcopis pro eis agentibus audiantur. et ut* (4 add. *cum*) *praeses* (4 *praesides*) *si suspectus appareat, in audientiam episcopus* (4 *epici*) *conveniat. sive ut cum litteris patriarchae episcopi, sed et laici cum* (4 *cummi*) *litteris episcopi et praesidis ad regiam veniant civitatem.* Vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCXLVIII. Iul. Const. 69, 2. Nov. 86, 2. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach*. 128). 2. 4 CCXXXII. 7 CCXLVII. Lr. 67. Coll. Can. An. saec. XI.* Pe. 4, 1. Ivo, Decr. 16, 143.

Cap. CCXLIX. Iul. Const. 69, 3. Nov. 86, 3. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach*. 128), 3. 4 CCXXXIII. 7 CCXLVIII. Dee. in 9. Lr 68. Om. numero cohaeret cum cap. antec. ap. A.

Cap. CCL. Iul. Const. 69, 4. Nov. 86, 4. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach*. 128), 4. 4 CCXXXIV. 7 CCXLIX. Lr. 69. A: 86, 3.

---

ad *k* M. compellere. ad *m* M. dirimere possit. Quod. ad *h* M. transire. ad *d* M. civitatem venerit. ad *f* M. noluerit praeses veniat ad - aures: et si quidem.

CCLI. De officio taxeotarum praesidis[a].

5. Curent[b] officiales praesidum, ut lites subiectorum dirimantur[c], et non accipiant sportularum nomine plus, quam nostra constitutione cavetur[d]. Quod si contra haec fecerint[e], ultimis suppliciis subiiciantur[f].

CCLII. Si episcopus ad gratiam praesidis supplicem contempserit[a].

6. Si episcopus ad[b] gratiam praesidis[c] supplicem contempserit, ex[d] sacris regulis poenae[e] subiiciatur.

CCLIII. De officio defensorum et episcopali audientia[a].

7. In civitatibus[b], in quibus praesides praesto[c] non sunt[d], adeant litigatores[e] defensorem civitatis, et ille audiat[f] causas[g]. Sin autem episcopum[h] iudicare sibi[i] maluerint[k],. hoc quoque[l] fieri iubemus.

CCLIV. De episcopis et clericis ad Constantinopolitanam civitatem venientibus[a].

8. Nemo nec[b] episcopus, nec clericus sine litteris patriarchae vel episcopi ad[c] hanc florentissimam* civitatem veniat[d].

CCLV. Ut nemo ultra sportularum modum statutum exigere audeat, et de officio praesidis et episcopi[a].

9. Neque praefectianus[b], neque in rebus agens, neque alius[c] cuiuslibet condicionis homo in provincias[d] veniens, plus exigat[e] sportularum nomine, quam nostra constitutione[f] cavetur. Sin[g] autem plus exegerit[h], suo periculo praeses secundum leges in[i] eum vindicet. Quod si hoc facere neglexerit[k], episcopus civitatis ad nos referat[l], et tam[m] de praesidis negligentia indicet[n], quam de dignitate vel militia[o] vel alia condicione[p] eius, qui plus exegerit[q], ut nos in utrumque[r] competentem coercitionem[s] imponamus[t].

CONSTITUTIO LXX. (LXXI.)

CCLVI. De constitutione imperatoris, quae loquitur de substantiis monachorum vel ascetriarum[a].

1. Scimus[b] in superioribus constitutionem* esse relatam, qua[c] cavetur, ut qui quaeve in[d] monasterium intrant[e], videantur[f] substantias suas monasterio consecrasse; nam ante introitum li-

Cap. CCLI. Iul. Const. 69, 5. Nov. 86, 5. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach.* 128), 5. 4 CCXXXV. 7 CCL. A. 86, 4.

Cap. CCLII. Iul. Const. 69, 6. Nov. 86, 6. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach.* 128), 6. Lr. 70. Cd. 2, 305. 4 CCXXXVI. 7 CCLI. A. 86, 5.

Cap. CCLIII. Iul. Const. 69, 7. Nov. 86, 7. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach.* 128), 7. 4 CCXXXVII. 7 CCLII. A. 86, 6. Lr. 71. Capit. 5, 387. *Gothofredus*: ad const. 1 de Episcop. iud. T. VI. Cod Theod. ed. *Ritter.* pag. 343, col. 2. *Legendre*: de Episcopali Iudicio. Lutet. Paris. 1690. 4. p. 27, 56, 62, 66.

Cap. CCLIV. Iul. Const. 69, 8. Nov. 86, 8. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach.* 128), 8. 4 CCXXXVIII. 7 CCLIII. Dee. in 9. Lr. 72. A. 86, 7.

Cap. CCLV. Iul. Const. 69, 9. Nov. 86, 9. Auth. Const. 129 (ed. *Heimbach.* 128), 9. Dee. in cod 17. 4 CCXXXIX. 7 CCLIV. A. 86, 8. Lr. 73. 7 in m. a poster. m. *De episcopis dic̄.*

Cap. CCLVI. Iul. Const. 70, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 76, 1. Auth. Const. 77, 1. 4 CC.... 7 CCLV. A. Nov. 76. Lr. 175. Cd. 6, 141. Ivo, Decr. 6, 426 et 7, 158 Pe. 1, 24. Lemma cod. 4 et P.: *Ut* (4 *Et*) *monachus ante latam* (4 *an qui eelutam*) *novellam constitutionem in monasterium ingressus* (4 add. *cst*) *licentiam habeat qualiter vult de* (4 *quem vul de*) *suis facultatibus* (P. *rebus*) *ordinare.* Vid. cap 166, not. sup.

ad *b* M. propter gratiam. ad *e* M. poena. ad *a* M. pertinentibus. ad *b* M. om. *nec.* ad *p* M. militia, et condicione. ad *d* M. om. *in.* ad *e* M. intrant [manendi causa,] videantur.

beram habent[g] facultatem, quomodo voluerint[h], bona sua disponere; postquam autem intraverint[i], talem licentiam non habent[k], quamvis liberos habeant[l]. Sed ea constitutio, quae de hoc iure loquitur[m], ex suis temporibus valet[n]. Nam si antequam ipsa introducatur, factus est aliquis monachus, vel facta est mulier monacha, nihil ad eum vel ad eam[o] pertinet, ergo habeant[p] liberam facultatem, qualiter voluerint, sua negotia disponendi[q] et post memoratam constitutionem[r].

CONSTITUTIO LXXI. (LXXII.)

CCLVII. De his, qui per capillum Dei aut per caput iurant, vel alio modo blasphemia contra Deum immortalem utuntur[a].

1. Si quis per capillum Dei vel per[b] caput iuraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit[c], officio praefecti urbis ultimo supplicio subiiciatur[d]. Si quis autem sciens[e] talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quod[f] divina condemnatione[g] similiter coërcebitur. Ipse quoque praefectus urbis, si neglexerit, post Dei iudicium etiam[h] nostram indignationem timeat[i].

CONSTITUTIO LXXII. (LXXIII.)

CCLVIII. De iure aureorum anulorum[a].

1. Si quis[b] famulum[c] suum vel ancillam manumiserit, et cives[d] Romanos fecerit[e] (aliter enim nec valet[f] manumissio), tacito[g] iure videatur[h] ius aureorum annulorum adeptus fuisse[i], et natalibus[k] restitutus[l] esse, et non indigeat[m], ut hoc impetret[n] a principe. Haec[o] constitutio in[p] futuris casibus teneat[q].

CCLIX. De[a] *reverentia et obsequio patronis a libertis praestandis, et de*[b] *ingratis libertis.*

2. Libertus patrono suo competens obsequium[c] et reverentiam praebeat. Quamvis enim libertinos similes[d] ingenuorum hac constitutione fecimus[dd], attamen patronis iura[e] patronatus intacta reservamus, in his scilicet[f] casibus, in quibus reservari[g] possunt secundum nostrarum legum distinctionem[h], nisi forte renuntiaverit[i] patronatus praerogativae[k] manumissor sive per testamentum* iure fideicommissi, sive eo tempore, quo libertatem imponebat. Ingratum autem libertum contra patronum suum exsistere prohibemus, quod et in pecuniariis donationibus introduximus. Et si in illis eo[l], qui liberalitatem accepit, ingrato circa donatorem exsistente[m], infirmatur donatio, quanto magis, si[n] libertus circa patronum[o] ingratus fuerit, rescindi debet[oo] libertas? Causae[p] autem ingratitudinis legibus cognitae sunt: veluti si libertus[q] manus suas contra patronum moverit[r], vel si con-

---

Cap. CCLVII. Iul. Const 71, 1. Vid. cap. 124, not. *a* Nov. 77, 1. Auth Const 78, 1 4 CCXXXI (sic). 7 CCLVI. A. Nov 77 Lr 318. Cd. 12, 1 circa fin. Ben. Lev. 6, 101. Ivo, Decr. 12, 32 et 72. Decret. Grat. cau. 22, qu. 1, can. 10. Lemma codicis 4, quod deest apud P.: *De is qui sic iurare ausi fuerint dicentes per capillum dei per capud Dei ut capitali suplicio muniantur* (puniantur). Vid. cap. 166, not. sup. 7 in m. a posteriore manu *Ut non iuret.*

Cap. CCLVIII. Iul. Const. 72, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 78, 1. Auth. Const. 79, 1. 4 CCXLII. 7 CCLVII. A. Nov. 78. Lemma cod. 4 et P.: *Ut famulis libertate decoratis ius aureorum sine imperiali pragmatica* (4 *pragmatico*) *competat. et ut libertus si ingratus ex causis lege designatis appareat ditioni patroni* (4 *patronis*) *reddatur. Sive ut libertam suam quis uxorem ducere* (P. mendose *cuceret*) *volens dotalia instrumenta componat* (4 *conponant*). *Sed etsi quis* (P. om *quis*) *ex ancilla liberos habens, cum eam manumiserit, factsi dotalibus instrumentis uxorem legitimam habere videbitur, sed et filios eius ex eo ipso intellige liberari* (4 *intelligi liberatori*). Vid cap. 166, not. sup. et cap. 124.

Cap. CCLIX. Iul. Const. 72, 2. Nov. 78, 2. Auth. Const. 79, 2. 4 CCXLIII. 7 CCLVIII. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 63 et 144. 7 in m. a sec. m. *de servo superbo.*

---

ad *k* M. habeant. ad *r* M. add. hanc subscript.: *Dat. Id. Oct. Imp. Dn. Iustin. PP. Aug. Ann. XI. Iohan. V. C. Cons. Ind. II.*
ad *f* M. *quin.* ad *l* M. om. *in illis.*

tumelias atroces[s] ei fecerit, vel si magnum et intolerabile damnum ei dederit; idem est, et si ad dedecus eius pertinentes iniurias[t] effuderit. Si enim horum aliquid patronus vel liberi eius probaverint[u], ad pristinum statum convictus[v] libertus revertetur[x] Quod si competentem[y] reverentiam patrono et honorem tribuat[z], lex quoque ei[a] libertatem ingenuitatis nomine decoratam[b] conservabit[c]. Haec autem totiens patronus habet, quotiens[d] iura sui[e] patronatus non relaxavit[f].

CCLX. Si[a] libertinam suam patronus uxorem habere maluerit.

3. Si quis libertinam[b] suam ducere uxorem voluerit[c], dotalia instrumenta cum[d] ea componat, et habebit[e] eam legitimam uxorem, quamvis ipse summa dignitate praefulgeat[f], et liberi, qui ex tali coniugio procreati fuerint[g], legitimi successores patri suo[h] exsistant[i].

CCLXI. Si quis ex ancilla sua liberos habuerit, et dotalia instrumenta fecerit[a].

4. Si quis ex ancilla sua liberos habuerit, eamque manumittere velit, et dotalibus instrumentis factis uxorem legitimam[b] habere, et ipsa compositione instrumentorum dotalium[c] liberi eius manumitti videantur[d]. Si enim miles legatum[e] servo suo relinquendo videtur et[f] libertatem ei tacite donasse[g], quanto magis hoc obtinere[h] debet in filiis, ubi pater matrem eorum et[i] manumisit, et legitimam uxorem dotalium instrumentorum compositione[k] habuit?

CCLXII. Ratio constitutionis[a].

5. Haec* constitutio non videtur extra iuris divisionem introducta esse. Si enim Pius[b] Antoninus imperator ius Romanae civitatis, antea per singulos impetrandum[c], postea commune fecit omnibus[d] subiectis, et divae[e] memoriae Theodosius ius liberorum, antea per singulos[f] impetrandum, ipse commune[g] Romanis omnibus fecit, quid novum, si nos[h] quoque ius aureorum annulorum et[i] natalium restitutionis generale fecimus omnibus libertinis, salvo patronatus honore[k]?

CCLXIII. De potestate constitutionis in tempore[a].

6. Haec autem omnia in futuris casibus teneant; nam in praeterito[b] tempore locum non habent[c].

CONSTITUTIO LXXIII. (LXXIV.)

CCLXIV. Si quis in ius vocare monachum vel sanctimonialem conatus sit[a].

1. Si quis cum monachis vel sanctimonialibus habeat litigium[b], non audeat monachum vel sanctimonialem in asceterio[c] sive monasterio constitutam ad civilem iudicem accusare vel trahere,

Cap. CCLX. Iul. Const. 72, 3. Nov. 78, 3. Auth. Const. 79, 3. 4 CCXLIV. 7 CCLIX. Coll. Cc.* Coll. Canon. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 8, 57 et 16, 145.

Cap. CCLXI. Iul. Const. 72, 4. Nov. 78, 4. Auth. Const. 79, 4. 4 CCXLV. 7 CCLX. Cohaeret ap. A. cum cap. 260, dee. enim numerus. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 16, 145, ult. part. Cf. supr. cap. 124. *Heimbach.* Auth. p. CCXLIV.

Cap. CCLXII. Iul. Const. 72, 5. Nov. 78, 5. Auth. Const. 79, 5. 4 CCXLVI. 7 CCLXI. A. IV. In 5 designatur *Const. LXXIV.* Dee in 9, 12. 13, 17, 18.

Cap. CCLXIII. Iul. Const. 72, 6. Nov. 78. Epil. Auth. Const. 79. Epil. 4 CCXLVII. 7 CCLXII. In 5 designatur *Const. LXXV.* Dee in 9. 13. 18. A sine numero et cohaeret h. cap. cum cap. 262.

Cap. CCLXIV. Iul. Const. 73, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 79, 1. Auth. Const. 80, 1. A. Nov. 79. 4 CCLVIII (sic). 7 CCLXIII. Lr. 170. Cd. 6, 136. Abbo 26.* Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo 16, 146. Capit. 5, 378 Petr. 4, 47. Vid. infr. cap. 298 et 460. Lemma cod. 4 et P₁: *Ut laici monachos vel sanctimoniales in asceterio vel monasterio constitutas non apud civilem* (4 *civi iudicem accusare sed*) *iudicem, sed magis apud civitatis* (4 *debebat*) *episcopum debeat accusare* (4 om. hoc l. *debet accusare*) *omnibus maioribus minoribusque*

ad *x* M. revertatur. ad *f* M. relaxaverit. ad *a* M. add. *quis.* ad *b* M. legitimam uxorem. ad *d* M. videantur [tacito iure.] Si. ad *g* M. om. *tacite.* ad *i* M. add. *ius.* ad *c* M. add. hanc subscript.: *Dat. XV. Kal. Feb. Const. Imp. Dn. Iustin. PP. Aug. Ann. XV. Arione V. C. Cons.* ad *c* M. asceterio vel monasterio constitutum vel constitutam ad.

sed magis adeat[d] civitatis episcopum. Ille enim aestimabit[e], utrum repraesentari[f] principalis persona debeat, an per ἡγούμενον[g] vel apocrisiarium[gg] defendi, cum[h] omni scilicet[i] honestate, ita ut episcopus legibus et[k] canonibus consentaneam sententiam[l] proferat.

CCLXV. Ut haec constitutio ad curam magistratuum et episcoporum pertineat[a].

2. Hanc[b] constitutionem omnes praefecti praetoriorum[c] custodiant, et praefecti utriusque Romae[d], et praetor populi, et[e] provinciarum praesides, et omnes episcopi, et curent citius[f] monachorum et sanctimonialium lites dirimere.

CCLXVI. De temeratoribus huius constitutionis[a].

3. Si quis[b] hanc constitutionem violaverit, in magistratu quidem positus decem librarum auri poena mulctabitur[c], executor autem[d] litium constitutus in decanicis[e] ecclesiarum recludatur competentes poenas luiturus[f], et postea non concedatur[g] officium exsecutoris[h] habere.

CCLXVII. Quorum haec constitutio interest[a].

4. Haec autem[b] constitutio teneat[c] in monachis, item in sanctimonialibus, quamvis ipsae[d] in monasterio vel asceterio[e] non degant[f]; de clericis enim[ff] aliae leges[g] positae[h] sunt[i].

CONSTITUTIO LXXIV. (LXXV.)

CCLXVIII. De officio quaestoris[a].

1. In hac[b] florentissima civitate alium[c] magistratum addendum esse existimavimus, cui nomen[d] quaestoris imponimus, quem volumus primum[e] quidem dei timorem habere, deinde autem nostras leges custodire, et perscrutari[f] eos, qui de[g] provinciis in eandem[h] civitatem veniunt, et non solum de masculis, sed etiam de feminis inquirat[i], et tam de clericis, quam de[k] monachis et sanctimonialibus, et[l] scholasticis aliarum civitatum[m], vel cuiusvis alterius condicionis, et interrogare, qui sunt, et unde[n] venerunt, et qua occasione, et si quidem coloni sunt, imminere magistratibus, ut eos citius[o] dimittant. Quod si[p] ad privatos dominos suos pertineant[q], et ideo venerunt, ut ipsis[r] supplicarent, cogere dominos debent[s], ut citius eos[t] dimittant. Quod si contra dominos omnes nituntur, multitudo[u] quidem rusticorum statim dimittatur[v], duo autem vel tres more syndicorum[x] litem peragant, dum tamen et sic citius lis[y] dirimatur.

CCLXIX. Idem.

2. Quod si non rustici sint[a], sed alterius condicionis[b], curet modis omnibus, ut iudices[c] citius[d] altercationes eorum dirimant, et in[e] suis redeant locis.

---

iudicibus decem librarum auri poena proposita (4 *prop. servaturis* pro *hanc c. viol.*) *hanc constitutionem violaturis.* Vid. cap. 166, not. sup. *Biener* l. c. p. 225.

Cap. CCLXV. Iul. Const. 73, 2. Nov. 79, 2. Auth. Const. 80, 2. 4 CCXLIX. 7 CCLXIV. Capit. 5, 378. Dee. in 13.

Cap. CCLXVI. Iul. Const. 73, 3. Nov. 79, 3. Auth. Const. 80, 3. 4 CCL. 7 CCLXV. Capit. 5, 378. Abbo 26.* Dee. in 13. Apud A. hoc cap. una cum cap. 4 sine numero cohaeret cum cap. 2 huius Const.

Cap. CCLXVII. Iul. Const. 73, 4. Nov. 79, epil. Auth. Const. 80, epil. 4 CCLI. 7 CCLXVI. Dee. in 13. In 5 est *Const. LXXVI.* De Aug. vid. not. cap. antec. sive 3 huius Const.

Cap. CCLXVIII. Iul. Const. 74, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 80, 1 et 2. Auth. Const. 81, 1 et 2. In 4, 5 om. *Const. LXXIV.* et in 4 rubr. 7 CCLXVII. Dee. in 9, 12, 13, 17, 18. A. 80. Lemma: *De superaddito alio in civitate regia magistratu, id est quaesitoribus et eorum officiis, et quid debeant observare.* Vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCLXIX. Iul. Const. 74, 2. Nov. 80, 3. Auth. Const. 81, 3. 4 sine numero et rubro. 7 CCLXVIII. Dee. in 12, 13, 17, 18. Apud B. hoc et sequens cap. mediam inter antecedentem Const. collocata sunt.

---

ad *e* M. existimabit. ad *gg* M. apocrisarium. ad *f* M. citius et. ad *c* M. add. *et magistrata careat.* ad *g* M. add. *et.* ad *i* M. add. hanc subscr.: *Dat. VI. Id. Mart. Const. Imp. Dn. Iust. PP. Aug. ann. XV. Arione V. C. Cons.*

CCLXX. Idem[a].

3. Quod si domini[b] rusticorum vel iudices imminentem sibi quaestorem[c] neglexerint, ipse quaestor ducat apud se[d] partes, et velociter causae finem imponat[e], et mittat homines[f] in patrias suas.

CCLXXI. Idem[a].

4. Si quis autem sine causa in hac civitate degat[b], et paupertate laboret, liceat quaestori tenere eum[c], et si robustus[d] fuerit, si quidem servus inveniatur, eum[e] invitum reddat domino suo. Sin autem liber sit, tradat eum vel[f] artificibus publicorum[g] operum, vel pistrinariis, vel aliis quibuscumque[h] artificibus. Sin autem noluerit[i] operari, non maneat in ista civitate, hoc enim et ipsi[k] expedit; nam cessantes homines et egentes et fortes[l] mendicando satis non[m] adquirunt, et ad delicta[n] proniores fiunt. Alii autem, qui[o] corpora debiliora habent, misericordia Christianorum alantur[p]; sed nec illi, qui civitatem[q] non gravant, expellantur.

CCLXXII. Idem.

5. Si quis quaestorem[a] adierit, dicens ab aliquo[b] damnum sibi datum[c] fuisse, verbi gratia quod sportularum nomine plus, quam constitutione cavetur[d], exactum est, vel quod sine praesidis[e] iussione admonitus est, diligenter hoc a[f] quaestore perscrutetur, et omnibus modis[g] temeratoribus poenae, quae legibus adversus eos statutae sunt, imponantur[h]. Et haec[aa] disponimus sine ulla fori praescriptione[i], cuiuscumque[k] militiae vel dignitatis reus inveniatur, et postquam sententiam dederit, actor quidem suum consequatur, quaestor autem ad nos[l] referat de residua poena[m], ut ubi aestimaverimus[n], consumatur.

CCLXXIII. Idem.

6. De crimine falsitatis[a] quaestor iudicet, et post inscriptiones[b] actoris et[c] legitimas[d] probationes sententia ipsius reus puniatur, nemine fori praescriptionem habente.

CCLXXIV. Idem[a].

7. Si quaestor[b] adeuntes se[c] contempserit, ipse de suo damna eis[d] resarciat, et aliam gravissimam indignationem[e] exspectet.

CCLXXV. Idem.

8. Neque quaestor, neque officiales[a] et ministri eius lucra ab aliquo capiant; nam et si[b] quid ceperint[c], puniendi sunt a quaestore. Ideo[d] enim ex publicis rationibus destinavimus[e] eis annonas, ut quaestor quidem decem libras auri[f] accipiat, consiliarius autem[g] eius solidos centum, officiales[h] autem solidos trecentos triginta.

Cap. CCLXX. Iul. Const. 74, 3. Nov. 80, 3 in f. Auth. Const. 81, 3 in f. 4 sine num. et rubr. 7 CCLXIX. Abhinc conveniunt in cod. 5 numeri capitulorum cum illis codicis 7, qui semper uno numero, quem minus habet, differt a M. Dec. in 12, 13, 17, 18. Ap. A. conflatum est cum antec. cap.

Cap. CCLXXI. Iul. Const. 74, 4. Nov. 80, 4 et 5. Auth. Const. 81, 4 et 5. 4 sine num. A. III. Lr. 266. Cd. 7, 89. Dec. in 9, 12, 13, 17, 18.

Cap. CCLXXII. Iul. Const. 74, 5. Nov. 80, 6. Auth. Const. 81, 6. 4 sine num. A. IV. Dec. in 12, 13, 17, 18.

Cap. CCLXXIII. Iul. Const. 74, 6. Nov. 80, 7. Auth. Const. 81, 7. 4 sine num. A. V. Dec. in 12, 13, 17, 18.

Cap. CCLXXIV. Iul. Const. 74, 7. Nov. 80, 7 ult. Auth. Const. 81, 7 ult. 4 sine num. A. VI. Dec. in 12, 13, 18.

Cap. CCLXXV. Iul. Const. 74, 8. Nov. 80, 8. Auth. Const. 81, 8. 4 sine num. Dec. in 12, 13, 17, 18. Ap. A. cohaeret cum praeced. cap. In codd. 4–9, 15, ap. A. P. finitur hoc cap. cum v. *triginta*. M. cum eo coniunxit proximi cap. verba *Quaestor — facere*.

---

ad *e* M. is invitus reddatur. ad *l* M. forte. ad *d* M. legitimas [testium] probationes, sententia ipsius [quaestoris] reus. ad *f* M. librarum auri pondus accipiat.

CCLXXVI. Idem.

9. Quaestor[a] licentiam habeat iudices inquietare[b], ut citius dirimant[c] causas, et nobis referre[d], et suo arbitrio[e] ea, quae oportet, facere. Liceat autem ei[f] publicis quoque[g] epistolis uti ad[h] provinciarum praesides, ut eos, quos ipse mittit, illi[i] similiter transmittant[k] in suis provinciis cum quiete moraturos*, et si quo adiutorio indigeant[l], hoc praebeant[m] eis. Nemo autem dimissus[n] a quaestore[o] maneat in ista civitate, nec iterum[p] de eadem causa revertatur, et quaestorem molestet[q]; sin autem tale aliquid fuerit perpetratum[r], poena competens temeratoribus imponatur.

CCLXXVII. Idem.

10. Si quaestor aestimaverit[a] in portibus officiales suos[b] mittere, ut ibi[c] sedeant, et perscrutentur[d], qui sunt[e], qui veniunt, et ob quam causam[f], liberam licentiam[g] habeat hoc facere.

CCLXXVIII. Idem.

11. Et[a] apud antiquos legislatores cessationis[b] accusationes erant, quod nobis quoque placet.

CCLXXIX. Idem.

12. Quaestor et consiliarius et officiales eius neque in palatio nostro[a] aliquid[b] dare compellantur[c], neque in[d] iudicio praefecti praetorio annonarum nomine aliquid praestent[e]; qui enim indemnes nostros subiectos conservant[f], damnum ab aliquo pati non[g] debent[h].

CONSTITUTIO LXXV. (LXXVI.)

CCLXXX. Quomodo ius potestatis dissolvitur.

1. Non solum patriciatus dignitas nexibus paternis filiumfamilias[b] liberet[c], sed etiam ceterae dignitates, quae[d] curiali condicione liberare[e] homines solent, veluti si[f] consul designatus fuerit, si[g] exconsule codicillos accipiat[h], si praefectoriis[i] magistratibus in ipso actu fungatur[k]: pone enim praefectum urbis[m] vel praefectum[n] praetorio factum fuisse, vel[o] magistrum militum. Sequatur autem eos[p] et peculium, quod filiifamilias constituti habebant[q].

CCLXXXI. De legitimis personis[a].

2. Qui ex dignitate paterfamilias fit[b], legitima iura intacta habeat[c] in familia sua. Ideoque liberi eius[d], quos habuit, dum filiusfamilias[e] erat, post mortem patris eius[f] in ipsius[g] transeunt[h] potestatem.

Cap. CCLXXVI. Iul. Const. 74, 9. Nov. 80, 9. Auth. Const. 81, 9. 4, M. sine num. Dee. in 12, 13, 17, 18. A. VII. Vid. cap. anteced., not. super.

Cap. CCLXXVII. Iul. Const. 74, 10 (M. 9). Nov. 80, 9 in f. Auth. Const. 81, 9 in f. 4 sine num. A. VIII. Dee. in 12, 13, 17, 18.

Cap. CCLXXVIII. Iul. Const. 74, 11 (M. 10). Nov. 80, 10, pr. Auth. Const. 81, 10, pr. 4 sine num. A. sine numero et uncinis inclus. et adnotat Av. ad vv. *Apud antiquos* etc.: „Haec verba videntur pertinere ad Nov. 135. sive ad aliam constit. hic quidem certe aliena sunt.“ Profecto aliena non sunt, si Nov. cap. 10 respicitur. Dee. in 12, 13, 18.

Cap. CCLXXIX. Iul. Const. 74, 12 (M. 11). Nov. 80, 10 med. Auth. Const. 81, 10 med. 4 sine num. A. IX. Dee. in 9, 12, 13, 17, 18.

Cap. CCLXXX. Iul. Const. 75, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 81, 1. Auth. Const. 82, 1. 4 CCLII. A. 81. Br. 1, 11, 7. Lemma: *Ut* (4 om. *Ut*) *non solum patriciatus dignitas, sed consulatus ordinarii vel praefectorii magistratus ipso actu administratus* (4 *actuum minestratos*, corr. *minestratis*), *etiam episcopatus* (4 *episcopalis*) *gradus filios a paterna familia alienos efficiant.* Vid. cap. 166, not. sup. *Zachariae* l. c. p. 203.

Cap. CCLXXXI. Iul. Const. 75, 2. Nov. 81, 2. Auth. Const. 82, 2. 4 CCLIII.

---

ad *a* M. vv. *Quaestor — facere* antecedenti capitulo adnectit. ad *h* M. add. hanc subscript.: *Dat. VII. Id. Mai. Const. Imp. Dn. Iust PP. Aug. ann XII. Arione V. C. Cons.* ad *c* M liberat.

CCLXXXII. Ut episcopatus honor ius potestatis dissolvat[a].

3. Si filiusfamilias episcopus fuerit factus[b], ex ipsa consecratione paterfamilias erit. Haec autem constitutio etiam in illis[c] locum habet, qui eo[d] tempore, quo prolata[e] est, in dignitatibus antefatis[f] positi fuerant[g].

CONSTITUTIO LXXVI. (LXXVII.)

CCLXXXIII. De iudicibus.

1. Eos[a] iudices, quos[b] divae memoriae Zenonis[c] constitutio διαιτητὰς[d] vocat, in nostra republica esse[e] non concedimus, sed alios iudices nostra electione[f] fieri iubemus, et elegimus[g] Anatolium virum spectabilem* fisci patronum factum, et Flavianum virum clarissimum[h] fisci patronum constitutum, et[i] Alexandrum et Stephanum et Mennatem[k] facundissimos advocatos, et Alexandrum alterum[l], et Victorem, et Cyzicenum Theodorum[m], viros scholasticos[mm]; ex patriciis[n] autem elegimus Platonem virum[o] gloriosissimum, et Victorem virum[p] eminentissimum, et Phocatem[q] virum gloriosissimum, et Marcellum virum magnificum[r], qui iustitia[s] praecellit, et Appione[t] scholastico consiliario iustissimo utitur.

CCLXXXIV. Idem[a].

2. Et[b] iudices quidem post magistratus populi Romani istos[c] esse sancimus, et causas[d], quas ad eos[e] mittimus, volumus iudicare[f]. Si quis autem magistratus constitutus[g] iudicem dare maluerit, non habeat licentiam[h] ad alium[i] causas[k] delegare, nisi ad praedictos eloquentissimos[l] et gloriosissimos viros, et ad suos consiliarios, ita tamen, ut ubi[m] consiliariis[n] suis delegat[o] causas, ipse sententiam dicat[p].

CCLXXXV. Idem[a].

3. Sedere autem iudices volumus in basilica[b] a mane[c] usque ad vesperum[d] secundum solitum[e] morem, et lites[f] dirimere[g], non solum futuras[h], sed etiam eas, quae apud diaetetas[i] inchoatae sunt.

CCLXXXVI. De provocationibus[a].

4. Si provocatio porrecta[b] fuerit iudici[c], si quidem in ea causa, quam nos delegavimus[d], appellatio exerceatur aut in[e] commune procerum, aut secundum morem[f] apud alios, ex quantitate scilicet litis habita differentia. Sin[ff] autem magistratus ei causam[g] delegavit[h], appellatio apud eum exercebitur.

Cap. CCLXXXII. Iul. Const. 75, 3. Nov. 81, 3. Auth. Const. 82, 3. 4 CCLIV. 5 *Const. LXXVII cap. CCLXXXI.* Lr. 25. Cd. 2, 294. Br. 1, 11, 7.

Cap. CCLXXXIII. Iul. Const. 76, 1. Vid. cap. 124. not. *a*. Nov. 82, 1. Auth. Const. 83, 1. A. 82. 4 sine num. Constit. et cap. et rubr. Vid. cap. seq., not. super. Dee. in 9, 10, 12, 13, 17, 18 (sed rest. in m. cod. 10). *Zachariae* l. c. p. 203. *Mortreuil* l. c. T. I p. 152. *Heimbach* Proleg. p. 25. Ad lemma: *De ordinatis nominatione imperiali deliberatione iudicibus qui in civitate regia post ordinarios magistratus lites examinent et quid ab utraque parte iude a principio vel termino litis accipiat et ut compromissarii iudices nullo interposito sacramento, sed poena tantum intercedente* (P. *antecedente*), *lites diriment: omnibus videlicet iudicibus secundum leges iudicandi ius habentibus, etiam si imperialis praeceptio contrarium iussisse aliquid videatur* cf. cap. 166. not. sup.

Cap. CCLXXXIV. Iul. Const. 76, 2. Nov. 82, 2. Auth. Const. 83, 2. 4 Const. LXXVII. kap. CCLV. *De Iudicibus.* Dee. in 12, 13, 15, 17, 18.

Cap. CCLXXXV. Iul. Const. 76, 3. Nov. 82, 3. Auth. Const. 83, 3. 4 CCLVI. Lr. 254. Cd. 7, 78. Dee. in 15. 18.

Cap. CCLXXXVI. Iul. Const. 76, 4. Nov. 82, 4. Auth. Const. 83, 4. 4 CCLVII. Bis exstat in cod. 5, ubi repetitur in m.

---

ad *g* M. add. hanc subscript.: *Dat. XV. Kal. April. Const. Imp. Dn. Iustin. PP. A. Arione V. C. Cons.* ad *e* M. nostra re praeesse. ad *m* M. Theodorum Quyzicenum. ad *k* M. add. *suas.* ad *d* M. vesperam. ad *h* M. delegaverit.

CCLXXXVII. De iurisdictione iudicum[a].

5. Iudices usque[c] ad trecentos solidos more quidem παρασημειώσεως lites audiant[d], sed tamen sententiam in[e] scriptis dicant. Et provocationes[f] condemnato non denegentur[g], nisi forte[h] ter appellare aliquis maluerit, vel contumaciter in absentia fuit[i]. Nam et tertia provocatio illicita est[k], et contumaces condemnati appellare[l] non possunt.

CCLXXXVIII. De provocationibus et reparationibus[a].

6. Si provocatio in hac civitate iudici[b] porrecta fuerit, usque ad duos[c] menses induciae[d] praestentur, et post duos menses statuti[e] legibus dies suos peragant[f] cursus, nulla reparatione[g] in huiusmodi provocationibus locum habente[h].

CCLXXXIX. De sportulis et officio iudicum[a].

7. Nemo sportulas vel iudiciorum impensas ampliores exigat[b], quam nostra constitutione cautum[c] est; alioquin poenas[d] patiatur[e] legitimas. Unusquisque autem iudex habeat duos exceptores, et duos exsecutores[f] fideles et probatos, ut[g] nulla ab eis astutia vel proditio fiat. Ideoque periculo officialium, vel scholarum[h], sive scriniorum eligantur[i], ut si quid[k] peccaverint, illi detrimenta[l] laesis hominibus resarciant[m]. Magistratus autem[n] competentes aditi damnum exigi iubeant, et iudices, si malitiose versatos exceptores vel exsecutores senserint, removeant[o] eos, et alios probatos electione et periculo scholarum sive scriniorum[p] sive officialium accipiant.

CCXC. De iudicibus mortuis[a].

8. Si quis autem desierit iudex[b] esse, alius iudex in locum eius[c] constituatur nostra iussione atque electione[d].

CCXCI. De solaciis iudicum[a].

9. Unusquisque iudex ab utraque parte binos solidos in litis contestatione[b] accipiat, et binos in termino litis, nisi forte litigium motum[c] intra centum solidos sit[d]. Si enim intra centum solidos fuerit[e], nihil accipiat[f]. Habeant autem singuli iudices ex his octo, quos constituimus[ff], binas libras auri de publico a mensa[gg] praefecti praetorio[g], omnibus autem personis privilegia in sumptibus litium praestita[h] maneant[i] inconcussa.

CCXCII. De definitivis sententiis[a].

10. In definitiva sententia iudex debet definire[b], quid fieri oportet de impensis[c], quas altera pars ab adversario[d] suo passa est, et si quidem iureiurando terminare[e] quantitatem sumptuum iudex aestimaverit[ee], faciat taxationem, et[f] secundum quod is, qui vicit[g], iuraverit, non[h] ultra taxationem sic adversarium eius condemnet. Sin autem propter varietatem litis in nullos sumptus[i] condemnare alterutrum eorum[k] voluerit, et hoc in arbitrio[l] eius ponatur[m].

Cap. CCLXXXVII. Iul. Const. 76, 5. Nov. 82, 5. Auth. Const. 83, 5. 4 CCLVIII. Coll. Can. An. saec. XI[*]. Ivo 16, 147. Br. 4, 34.

Cap. CCLXXXVIII. Iul. Const. 76, 6. Nov. 82, 6. Auth. Const. 83, 6. 4 CCLIX. Dec. in 13, 15, 17.

Cap. CCLXXXIX. Iul. Const. 76, 7. Nov. 82, 7. Auth. Const. 83, 7. 4 CCLX. Dec. in 13, 15.

Cap. CCXC. Iul. Const. 76, 8. Nov. 82, 8. Auth. Const. 83, 8. 4 CCLXI. Dec. in 10, 15.

Cap. CCXCI. Iul. Const. 76, 9. Nov. 82, 9. Auth. Const. 83, 9. 4 CCLXII. Lr. 257. Cd. 7, 81.

Cap. CCXCII. Iul. Const. 76, 10. Nov. 82, 10. Auth. Const. 83, 10. 4 CCLXIII. Schol. Basil. 8, 1, 1 (ed. *Heimbach*. p. 327). *E. Heimbach*. Proleg. p. 25, nr. 10. Pe. 4, 7 med.

---

ad *g* M. denegent. ad *i* M. fuerit

CCXCIII. De legibus iudicialibus.

11. Omnia[a], quae de provocationibus, vel recusationibus[aa], et ut viginti dierum[b] post admonitionem reus inducias habeat, et si quid aliud[c] iudiciale constituimus[d], in sua firmitate permaneant[e].

CCXCIV. Ut arbitri per compromissum, non per sacramentum adsumantur[a].

12. Nemo cum iureiurando iudicem cum adversario suo accipiat; talia[b] enim arbitria nullius momenti sunt. Sin[c] autem cum[d] compromisso poenali aliquis* iudicem elegerit[e], res cauta erit. Duorum enim[f] alterum necesse est fieri, vel sententiam iudicis impleri[ff], vel si hoc is, qui condemnatus est, recusaverit, poenam compromissi praestari. Magistratus autem reipublicae[g] si interpellati fuerint, curent, ut poena compromissaria[h] exacta ab eo, qui obtemperare arbitrio noluit[i], adversario eius restituatur. In summa[k] autem dicimus, posthac licitum non esse, ut cum sacramento[l] litigatorum arbiter eligatur, et si quidem sponte sua contra ius[m] sententiam dederit[n], ipse Deo rationem daturus[o] est. Sin autem per imprudentiam aliquid non[p] iuste iudicaverit, hoc partibus nocere prohibemus. Omnia autem cetera iura, quae de compromissariis[q] vel[r] aliis arbitris[s] non cum sacramento receptis a veteribus[t] legibus vel a nobis introducta[u] sunt, in sua[v] firmitate innovata permaneant.

CCXCV. De provocationibus et retractationibus[a].

13. Omnes autem[b] iudices provocationes sibi[c] porrectas suscipiant, nisi forte[d] praefectus praetorio[e] sit; nam in hac sede ius retractationis[f] integrum[g] custodiri praecipimus[h].

CCXCVI. De diversis rescriptis, et de provocationibus[a].

14. Omnes[b] autem lites secundum leges et constitutiones dirimantur[c], quamvis iussio nostra vel pragmatica sanctio contrarium* statuerit, et[d] provocationes sibi porrectas[e] admittant, in his scilicet causis, in quibus provocare licitum est[f].

CCXCVII. De relationibus[a].

15. Si quid[aa] dubium iudicibus videtur[b], hoc ad nostram maiestatem[c] referant, et competens[d] responsum mereantur[e].

CONSTITUTIO LXXVII. (LXXVIII.)

CCXCVIII. Si quis in ius vocare clericum maluerit tam in pecuniaria, quam in criminali causa[a].

1. Si quis cum clerico litigium[b] habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopum, cuius iudicio clericus suppositus est. Ille enim sine[c] damno, sine dilatione[d] competentem

Cap. CCXCIII. Iul. Const. 76, 11. Nov. 82, 10 in f. Auth. Const. 83, 10 in f. 4 CCLXIV. Ap. A. cohaeret cum cap. 10.

Cap. CCXCIV. Iul. Const. 76, 12. Nov. 82, 11. Auth. Const. 83, 11. 4 CCLXV. Coll. Can. An. saec. XI* Ivo, Decr. 16, 148. Br. 4, 6, 1 et 2. A. XI. Cf. Const. 86.

Cap. CCXCV. Iul. Const. 76, 13. Nov. 82, 12. Auth. Const. 83, 12. A. XII. 4 CCLXVI. Br. 4, 33, 6.

Cap. CCXCVI. Iul. Const. 76, 14. Nov. 82, 13. Auth. Const. 83, 13. 4 CCLXVII. Lr. 263. Cd. 7, 86. Coll. Can. Anon. saec. XI.* Ivo, Decr. 4, 192 et 16, 149. A. XIII.

Cap. CCXCVII. Iul. Const. 76, 15. Nov. 82, 14. Auth. Const. 83, 14. 4 CCLXVIII. Lr. 265. Cd. 7, 88. Apud A. cohaeret cum cap. antec. In 5, 6 prae se fert inscriptionem *Const. LXXVIII.*

Cap. CCXCVIII. Iul. Const. 77, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 83, praef. et cap. 1. Auth. Const. 84, praef. et cap. 1. 4 CCLXIX.

ad *h* M. compromissa. ad *i* M. noluerit. ad *m* M. contrarius sententiam. ad *n* M. dixerit. ad *r* M. vel de aliis. ad *b* M. videatur.

finem liti impositurus est. Sin autem noluerit[e] episcopus litem dirimere, tunc ad civiles[f] iudices disceptatio causae perveniat. Ubi autem episcopus[g] causam dirimere vult, sine scriptura omnia[h] procedant[i], et definitiva sententia sine scriptis[k] ab eo producatur[l], nisi forte partes voluerint[m], ut in scriptis ea inseratur[n]. Quod si de criminali causa litigium emerserit, tunc competentes iudices in hac civitate vel in provinciis interpellati consentaneum legibus terminum[o] causis imponant, ita tamen, ut disceptatio litis duorum mensium spatium non excedat[p] a litis contestatione numerandum[q]. Non aliter autem[q1] puniatur clericus, nisi obnoxius[r] repertus sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo* vel clericatus honore. Sin autem crimen ecclesiasticum est, tunc secundum canones[s] ab episcopo solo[t] causae examinatio et poena procedat[u], nullam communionem aliis iudicibus in[v] huiusmodi causis habentibus.

CCXCIX. De iudiciis[a].

2. Si quae lites iam[b] contestatae sunt in iudiciis[c] civilibus, secundum priora iura suum finem exspectent[d], omnia autem privilegia, quae data[e] sunt a nobis sacrosanctis ecclesiis[f], et religiosis episcopis, et[g] clericis, sive monachis, maneant immutabilia[h].

CONSTITUTIO LXXVIII. (LXXIX.)

CCC. De successionibus, quae ab intestato fratribus deferuntur[a].

1. Si quis decesserit[b] sine liberis, sine patre et matre[c], et fratres eius ab intestato successionem[d] ipsius capere velint[e]: sin autem iuris[f] diversi sint[g], et quidam ex his fuerint consanguinei, non autem ex eadem matre nati, vel ex eadem matre nati, non autem consanguinei[h], et alii appareant eiusdem patris et eiusdem[i] matris progeniti, ipsi aliis anteponantur[k] fratribus. Nam et anteriores[l] leges quodammodo hoc* fieri praecipiunt; nam[m] illis cautum est, ut si pater meus defuncta forte[n] matre mea aliam uxorem duxerit[o], et liberos habuerit, deinde[p] ex nuptialibus lucris vel aliis, quae adquisitionem[q] effugiunt, emolumentum uni[r] ex his contigerit, et mortuus fuerit*, ut anteponantur[s] mihi fratres ipsius, qui non solum consanguinei[t] sunt, sed ex eodem ventre[u] nati, ex quo et ipse progenitus est. Haec autem constitutio non solum in futuris casibus[v] teneat, sed etiam in praeteritis, nisi iudiciali calculo[x] vel amicali compositione decisi[y] sunt. *Dat.*[z] *XV. Kal. Iun. Constantinopoli Imp. Iustiniani anno decimo tertio Apione V. C. Cons.* (539.)

CONSTITUTIO LXXIX. (LXXX.)

CCCI. De fabricensibus, et qui arma gerere possunt[a].

1. Nemo arma[b] facere audeat, nisi qui in publicis fabricis et matriculis fabricensium referuntur[c], et privatis hominibus non vendant. Numerorum[d] autem fabricenses nova arma non fa-

---

Dee. in 10, sed rest. in m. A. 83. Lr. 60. Cd. 3, 250 et 5, 192. Coll. Can. An. saec. XI.* Ivo, Decr. 6, 427 et 16, 150. Pe. 4, 37. Grat. Decr. cau. 11, qu. 1, can. 45. Vid. cap. 264 et 460. In cod. 12 Const. 77 s. cap. 298, 299 translata sunt post cap. 306. Ad lemma: *Ut laicus in pecuniaria causa clericum ad iudicium eius deducat episcopi, cui et in ecclesiastico crimine super eum iudicandi facultas est; clericis non aliter puniendis nisi honore vel sacerdotio a suis primum nudentur episcopis* cf. cap. 166, not. sup.

Cap. CCXCIX. Iul. Const. 77, 2. Nov. 83, 1 in f. Auth. Const. 84, 1 in f. 4 CCLXX. Lr. 61. Cd. 3, 251. Coll. Anon. saec. XI.* Dee. in 10, sed rest. in m. Dee. etiam in 12, 13, 17.

Cap. CCC. Iul. Const. 78, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 84, 1. Auth. Const. 85, 1. 4 CCLXXI. Dee. in 12. A. 84. Ad lemma: *Eos fratres in hereditate decedentium sine parentibus vel liberis germanorum potiores existere qui eodem patre et matre nati sunt* cf. cap. 166, not. sup. Cf. Vid. infra cap. 395.

Cap. CCCI. Iul. Const. 79, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 85, 1 et 2. Auth. Const. 86, 1 et 2. 4 om. num. huius et seqq. capit. usque ad cap. 306, om. etiam *Const.* signum et rubr., sed add. lemma, quod dee. ap. P. et hoc quidem: *Ut nemo arma faceat* (l. *faceret*)

---

ad *c* M. liberis, et sine patre et sine matre, fratres. ad *h* M. om. *vel — consanguinei.* ad *v* M. in praesentibus casibus. ad *y* M. sopita sunt. ad *z* M. om. subscript. ad *b* M. Nemo privatus arma.

ciant[e], tantum illa, quae militum sunt, accurent[f]; si quid autem novum[g] fecerint, hoc ademptum nostro armamento addicatur[h]. Eadem dicimus et de publicis ballistariis[i], ut nemo nova arma faciat[k], sed vetera renovet[l]; si quis[m] vero novum fecerit[n], hoc ad publicum armamentum uniuscuiusque civitatis[o] pertineat.

CCCII. Idem.*

2. Haec[a] autem observari oportet non solum ab ipsis ballistariis periculo eorum, sed etiam patribus civitatum[b], sub quibus et ballistarii sunt, et publica armamenta, et diligentia eorum et custodia[c]. Si enim inveniatur fabricensis[d] arma vendens, curabit[e] praeses provinciae huiusmodi homini poenam competentem imponere, et ab emptore[f] ea sine pretio vindicare, et publico addicere[g]. Eadem dicimus et de his[h], quos deputatos[i] numerorum vocant[k].

CCCIII. Idem.*

3. Sancimus, ut privatus* homo arma non[aa] faciat, sed soli[b] fabricenses, qui[c] ad arma facienda militant, et de publico aluntur[d]. Oportet autem gloriosissimum magistrum officiorum[e] quinque chartularios de scrinio[f] fabricae deputare bonae opinionis homines et primates[g] scrinii, ut quaererent de privatis hominibus, qui arma facere audeant[h]. Et si[hh] quos idoneos invenerint[i], de eis ad nos referant, ut matricula eorum perspecta nostra rescriptione confirmentur[k], et in militia[l] scribantur, et fiant publici fabricenses; nam si ea fuerint observata[m], rustici homines armorum copiam non habebunt*. Oportet autem[n] eos scriniarios, qui mittuntur ad inquisitionem[o] privatorum, qui arma faciunt[oo], depositiones a magistratibus, et defensoribus, et patribus civitatum accipere, quod nemini privato concedant arma facere; si enim[p] concesserint, Alexandrinae[q] quidem civitatis praefectus[r] viginti librarum auri poena percellatur[s], et magistratu suo careat[t], et officium eius viginti librarum auri poena mulctetur[u], et capitali supplicio puniatur[v]. Ceterarum autem provinciarum praesides[x] denas libras auri[y] poenae nomine praestare, et magistratu[z] suo carere iubemus, officiales autem et defensores et[a] patres civitatum tres auri libras dare[b], et capitali puniri supplicio[c].

CCCIV. Idem.*

4. Nemo privatus faciat aut comparet arcus[a], vel tela[b], vel spathas[c], vel gladios, quos parameria[d] vocant, vel zabas[e] sive loricas[f], vel contos[g], aut lanceas, quocumque modo[h] fiant, vel quae[i] ab Isauris monocontia[k] dicuntur, vel zibynnos[l], quos missibilia[m] vocant, vel scuta vel cassides[n]. Liceat autem privatis hominibus[nn] facere et comparare cultellos minimos, quibus in bello quispiam uti non potest[o].

CCCV. Idem.*

5. Sciant chartularii scrinii[a] fabricae, quod si haec[b] saluberrima nostra statuta[c] contempserint[d], non solum pecuniarias poenas[e] subsistent[f], sed[g] etiam corporales, et militia sua carebunt[h], et scrinium eorum ad curam fabricae[i] nullam communionem habebit[k], sed aliis haec cura[l] a nobis committetur.

---

audeat, nisi qui in pluplica (l. *publica*) *fabrica constitutus est nec privatis hominibus cenundetur* (l. *venundet*) *scriniariis Africae si uiusmodi causae decerit constituta neglexerint? damnis et corporali dicta* (l. *vindictae*) *subdendis.* Vid cap 166, not. sup. Dee in 9, 12, 13, 17, 18.

Cap. CCCII Iul. Const 79, 2 Nov. 85, 3, pr. Auth. Const 86, 3, pr Dee in 9, 12, 13, 17, 18 A. om. numerum.
Cap. CCCIII. Iul. Const. 79, 3. Nov. 85, 3, pr. et § 1. Auth. Const. 86, 3, pr. et §. 1. Dee. in 9, 12, 13, 17, 18. A. II.
Cap. CCCIV. Iul. Const. 79, 4. Nov. 85, 4. Auth. Const. 86, 4. Dee. in 9, 12, 13, 17, 18. A. III.
Cap. CCCV Iul. Const. 79, 5. Nov. 85, 5. Auth. Const. 86, 5. Dee. in 9, 12, 13, 17, 18. A IV.

---

ad *h* M. hoc adempto nostro armamento adducatur. ad *l* M. renovent. ad *b* M om *patribus civitatum.* ad *c* M. om. *et custodia.* ad *d* M. Si enim detineatur, id est, fabricensis. ad *f* M. poenas imponere, et ab Imperatore ea. ad *h* M. et [de] his. ad *i* M. Statutos. ad *b* M. nisi soli ad *k* M confirmetur ad *u* M. multentur. ad *h* M. add. *si.* ad *l* M. copia.

CONSTITUTIO LXXX. (LXXXI.)

CCCVI. De diversis donationibus a curialibus faciendis[a].

1. Nemini liceat[b] curiali condicioni obnoxio[c] aliquid donare de sua substantia, nisi quod pertineat[d] ad donationem propter nuptias[e], sive pro semet ipso[f], sive pro liberis dederit. Liceat autem[g] eis et dotare filias suas, si[h] nuptias contrahant; aliter autem[i] non liceat eis immobiles res suas donare sive mortis causa[k], sive non mortis causa. Vendere autem si[l] velint, liceat eis secundum nostras constitutiones[m], nam et dotem dare[n] pro filia sua curialis homo potest[o] usque ad eum modum, qui constitutione* comprehensus est. Scire autem oportet[p], quod aliis privatis hominibus non est interdictum donationes[q] mortis causa facere, et[r] quas voluerint, condiciones[s] inserere; nam eis concessum est[t] etiam talem condicionem[u] addere, ut non liceat donatori mortis causa donationem revocare, alias autem condiciones observari[v]. Sed et[x] non mortis causa donationes[y] qui velint secundum leges faciant. *Dat.*[z] *XV. Kal. Iun. Constantinopoli Imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. Cons.* (539.)

CONSTITUTIO LXXXI. (LXXXII.)

CCCVII. De rebus depositis, et de his, qui denuntiant, ut deposita non reddantur[a].

1. Quidam Titio[b] deposuit pecuniam vel alias[c] res sub aliquibus condicionibus, ut[d] si impletae fuerint, reddatur ei[e] depositum, deinde implevit, et depositarius[f] nihil reddere[g] vult. Iubet[h] constitutio teneri[i] eum, quia condicionibus impletis res depositas[k] reddere debet[l]. Sed et si venerit aliquis, et denuntiaverit[m] depositario, ne aliquid reddat, nihil hoc ei, qui deposuit, noceat; quidquid[n] enim damni[o] post talem denuntiationem vel fortuito casu[p] depositis rebus contigerit, hoc ad eum, qui denuntiavit[q], pertinet, ut depositori[r] indemnitas conservetur[s]. Hoc amplius. Pecunia[t] erat deposita[u], et eam reddi quispiam[v] denuntiatione prohibuit; ex[x] eo tempore cogendus est tertiam centesimae usurarum nomine depositori praestare[y] usque eo[z], donec reddatur pecunia[a].

CCCVIII. De his, qui denuntiant, ut civiles annonae vel pensiones non solvantur[a].

2. Si quis vel civiles[b] annonas dari[c] prohibuerit alicui, cuius[d] se creditorem dicit[e] esse, vel si[f] denuntiaverit inquilinis, ne pensiones[g] praestent, quidquid damni[h] ex hoc domini senserint[i], is qui denuntiavit[k], resarcire cogatur. Hoc amplius: pecuniae, quam prohibuit dari[kk], usuram praestet tertiam[l] centesimae, et nemo dicat, quod potest dominus[m] cautionem defensionis[n] inquilinis dare et pensiones post denuntiationem exigere[o]; defensio enim sine fideiussore omnino[p] idonea non est, et non facile est fideiussorem[q] omnibus invenire. *Dat.*[r] *Kal. Sept. Constantinopoli Imp. DN. Iustiniani PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. Cons.* (539.)

Cap. CCCVI. Iul. Const. 80, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 87, 1. Auth. Const. 87, 1. A. 87. Dee. in 9, 12, 13, 17, 18. *Alb. Kriegel*: Symbolae Criticae ad Novellas Iustiniani etc. Lipsiae 1832. 4. p. 28. Anon. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203. *Osenbrüggen* in edit. Novell. ad Nov. 87, not. sup. De lemmate constitutionis: *Ut curiales de sua substantia quippiam cuilibet extraneo donare non liceat nisi pro se et pro liberis dotem dare et ante nuptias donationem usque ad modum legis definitum; vendendi eis secundum constitutionum tenorem concessa licentia* vid. cap. 166, not. sup. Margini cod. 4 saeculo XVI. adscripta est, fortasse a Pithoeo, haec nota: *Deest* 86. *Novell. cuique abrogatur in Novella* 123. *Photius* 50. Dixi capita 301—306 desiderari in codd. 9, 12, 13, 17, 18, ut haud improbabile sit, haec capita non consilio sublata esse ex Iuliano, sed casu ex codice, qui horum codicum fons communis est. Videtur enim in illo codice una saltem membrana periisse, quae cap. 301—306 continuerit

Cap. CCCVII. Iul. Const. 81, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 88, 1. Auth. Const. 88, 1. 4 CCLXXIII. A. 88. Ad lemma: *De depositariis, ut impletis conditionibus deposita sua recolligant: et ut nihil eis contradictio noceat alterius: casu fortuito, si rebus depositis successerit* (4 add. *a quo omni damno annonis civiles et pensiones debitas indebito contradicentibus non profuturo* vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCCVIII. Iul. Const. 81, 2. Nov. 88, 2. Auth. Const. 88, 2. 4 CCLXXIV.

---

ad *z* M. om. subscript. ad *u* M. deposita erat. ad *r* M. om. subscript.

CONSTITUTIO LXXXII. (LXXXIII.)

CCIX. De liberis naturalibus[a].

1. Haec[b] constitutio de liberis naturalibus loquitur, et dicit, filios[c] natos aut ingenuos et legitimos esse, aut ingenuos et naturales, aut naturales et servos, aut[d] omnino nec naturales[e] appellari. Eorum[f] autem, qui naturales ingenui vel servilis[g] condicionis sunt, aut legitimi postea fiunt, aut[h] in eodem statu manent[i]. Ingenui quidem atque legitimi filii nascuntur, qui ex legitimis nuptiis[k] procreati sunt. Nuptias autem legitimas contrahi[l] diximus aliter in personis senatoriis[m], aliter in vilissimis hominibus, aliter inter eos, qui mediastini[n] status sunt. Successiones[o] autem parentium ad legitimos filios[oo] variis pertinent[p] modis, de quibus plenissime iurisconsulti et constitutiones locuti[pp] sunt. Naturales autem liberi sive ingenui, sive servi, quibus modis postea fiunt legitimi[q], et per quas vias[r] naturalibus succedunt parentibus[s], necessarium est[t] exponere. Igitur si quis filios[u] naturales curiae dederit, vel omnes, vel quosdam, vel unum ex his, legitimos facit[uu] secundum divae[v] memoriae Theodosii constitutionem. Idem iuris est, si[x] filiam[y] naturalem curiali homini pater coniunxerit. Sed quia haec pars et[yy] de successionibus et de aliis multis dubietatem recipit[z], ordinarium est prius* eam plenissime explanare[a]. Igitur si quis naturalem filium vel naturales habuerit, eumque vel eos, vel quosdam, vel unum ex his legitimos facere voluerit, det eos curiae civitatis, quamvis inlustri[b] dignitate decorati sint, et fiunt legitimi, exceptis scilicet illis dignitatibus, per quas, et si* curiales essent[c], a condicione[d] relaxati fuissent. Dari[e] autem eum curiae oportet vel in[f] spectaculo toto populo considente[g], vel actis intervenientibus, vel in testamento suo, si[gg] ille non reclamaverit. Et[h] haec omnia procedunt, sive habeat legitimos filios pater, sive non. Sin autem post mortem[i] patris filius naturalis spontanea[k] voluntate sese curiae dare maluerit[l], non aliter audiatur[m], nisi nullum legitimum filium pater reliquit[n]. Haec autem, quae de patre dicimus[nn], obtineant et[o] in avo et in[p] proavo et in[q] aliis huiusmodi personis. Sed si[r] quidem ex provinciali civitate[s] oriundus est is, qui filium curiae[t] dare velit, in eadem civitate filium suum[u] faciat curialem, sive ipse quoque pater curialis sit, sive non. Sin[v] autem ex vico oriundus est, in ea civitate curialem[x] faciat filium naturalem, cuius[y] in territorio locus[z] est: illo procul dubio observando, ut ubi quidem parens[a] dat, non impediant[b] legitimi filii; ubi autem filius sese[c] dare velit[d], impediatur legitimis filiis superstitibus. Sin autem parens[dd] naturalis vel Romanus sit vel Byzantius[e], liceat ei[ee] in qua voluerit metropolitana civitate[f] filios suos naturales curiae dare. Eadem dicimus, et si[g] quis filiam suam curiali homini coniungere maluerit[h].

CCCX. Idem.

2. Si[a] curialis naturales tantum filios[aa] habuerit, liceat ei[b] manumittere eos, et[c] curiae dare, et hoc modo legitimos facere. Ipsi[d] quoque naturales liberi, si libertatem quoquo modo nanciscantur[e], mortuo patre nullis[f] legitimis liberis[g] superstitibus licentiam habeant curiae se[h] dare, et legitimum nomen[i] mereri.

CCCXI. Idem.

3. Si naturalis[a] filius curiae datus fuerit, legitimus patri successor[b] ab intestato exsistat[c], et ex testamento capiat[d], quantum ei pater naturalis reliquerit[e], nisi forte legitimos filios[f] antea ha-

Cap. CCCIX. Iul. Const. 82, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 89, 1, 2. Auth. Const. 89, 1, 2. 4 CCLXXV. A. 89. Anon. Gr. ap. *Zachariaeum* p. 203. Dictatum de Consiliariis. Ad lemma: *De naturalibus liberis, et ex quibus causis iusti liberi parentibus efficiuntur, et quantum a legitimis existentibus debeant naturalibus alimenta praestari* vid. cap. 166, not. sup. et supr. cap. 115. Dee. in 13, 15, 18.

Cap. CCCX. Iul. Const. 82, 2. Nov. 89, 2, §. 3 in f. Auth. Const. 89, 2, §. 3 in f. 4 CCLXXVI. Dee. in 9, 13, 15, 17, 18.

Cap. CCCXI. Iul. Const. 82, 3. Nov. 89, 3. Auth. Const. 89, 3. 4 CCLXXVII. Br. 1, 9, 13*. Dee. in 9, 13, 15, 17, 18.

ad *e* M. naturales [nec legitimos] appellari. ad *uu* M. dederit: vel o., v. q., vel unum ex his legitimos faciat. ad *a* M. explanere. ad *i* M. dee. *filius*. ad *q* M. om. *in*.

buit: tunc enim non plus habeat[g] naturalis filius, quam is, qui legitimus constitutus minimam habuit portionem. Et si quidem mortuo patre[h] curialia munera subeat, et quod ei donatum vel relictum est[i], possideat, maneat[k] securus. Sin* autem res paternas velit respuere, ut[l] curiali condicione liberetur, omnino non audiatur[m]. Enimvero[n] si ab initio curialem condicionem contempserit, postea[o] autem in possessione[p] rerum paternarum vel omnium[q] vel ex parte inventus fuerit[r], tunc curialis condicionis nexibus teneatur[s]. Quae diximus de masculis curiae datis, intelligenda sunt et de filiabus naturalibus, quae curialibus nupserunt[t].

CCCXII. Idem.

4. Filius curiae datus[a] soli patri tantummodo legitimus fiat successor, non etiam[b] parentibus, vel liberis ipsius, vel agnatis, vel cognatis[c] eius, nisi forte ab aliquo ex his heres instituatur[d].

CCCXIII. Idem[a].

5. Si quis curiae datus et[b] legitimus factus decesserit, si quidem[c] habeat curiales* legitimos liberos, ad ipsos successio eius perveniat[d]; sin autem quosdam curiales habeat, quosdam a condicione[e] liberatos, ad curiales quidem novem unciae substantiae[f] eius veniant, ad alios[g] autem tres unciae. Quod si nullos liberos habeat[h], novem quidem uncias curia et publicum[i] habeat, tres[k] autem uncias vel heredes, quos in testamento suo[l] scripsit, vel hi[m], qui ab intestato ad[n] hereditatem eius vocantur[o]. Sin autem scriptus[p] heres vel non scriptus curiae se dare maluerit[q], et hereditatem ipsius habere[r] nullo modo prohibeatur, sed habeat licentiam[s], ut cum curiali condicione novem uncias ad curiam et publicum[t] pertinentes accipiat[u], scilicet[v] si prius imperatori supplicaverit, et hoc ipsum ei ab[x] imperiali numine concessum fuerit.

CCCXIV. Idem.

6. Si quis naturales habuerit liberos[a], posteaque decedens in testamento suo curiae eos dederit[b], et illi post mortem patris sui naturalis consenserint, habeant[c] novem uncias, qualitercumque distributionem earum[d] pater inter eos fecerit: ita tamen, ut[e] minus novem uncias non accipiant[f]. Melius autem faceret pater[g], si totum assem eis relinqueret[h]. Quod si quidam ex his consenserint[i], quidam autem noluerint* curiales esse, ad eos, qui consentiunt, novem* unciae perveniant[k], tres autem unciae ad eos devolvantur[l], quos testator voluit. Quod si nullus ex naturalibus liberis curialem amplectatur[m] condicionem, ad ipsam curiam novem unciae pertineant[n], scilicet ut secundum nostram constitutionem inter curiam[o] et publicum novem unciae dividantur. Sed[oo] et si quis nihil de naturalibus liberis[p] suis dixerit, sed silentio eos praeterierit, illi autem sua sponte voluerint curiae nexibus esse subiecti, ut patris naturalis successionem capiant, liceat eis[q] hoc facere, ut novem accipiant uncias[r]. Sed et[s] si pater naturalis filium servum habuerit, eumque manumiserit, et curiae dederit, novem uncias ei relinquere compellatur[t]. Hoc amplius: et si tantum manumiserit eum, et post mortem naturalis patris curialis esse maluerit, nihilominus novem uncias accipiat[u]. Idem dicimus, et si testator eum[v] curiae dederit in suo testamento; omni enim modo qui curialia onera subire paratus[vv] est, novem uncias accipiat[x]. Quod si omnes naturales liberi curiales esse volunt, pro rata portione[y] inter eos novem unciae distribuantur[z].

Cap. CCCXII. Iul. Const. 82, 4. Nov. 89, 4. Auth. Const. 89, 4. 4 CCLXXVIII. Dee. in 9, 13, 15, 17, 18.

Cap. CCCXIII. Iul. Const. 82, 5. Nov. 89, 5. Auth. Const. 89, 5. 4 CCLXXIX. Dee. in 9, 13, 15, 17, 18.

Cap. CCCXIV. Iul. Const. 82, 6. Nov. 89, 6. Auth. Const. 89, 6. 4 CCLXXX. Vid. cap. 114 sq. Dee. in 9, 13, 15, 17, 18. *G. Heimbach* ad Athanasium p. XCI.

---

ad *p* M. possessionem. ad *i* M. publicus.

CCCXV. *Idem.*

7. Zenonis[a] divae memoriae constitutio et Anastasii lex[b], de naturalibus liberis[c] posita, maneat secundum sua tempora inconcussa[d]; sed et[e] divi Iustini[f] constitutio in perpetuum maneat, quae prohibet[g] naturales liberos adoptionis modo legitimos fieri.

CCCXVI. *Idem*[a].

8. Si quis cum libera[b] muliere consuetudinem habuerit, et ex ea naturales liberos[bb] procreaverit, postea autem affectione procedente[c] dotalia instrumenta cum ea fecerit[d], dicimus liberos tam eos, qui ante instrumenta, quam illos, qui postea nati sunt, legitimos et in potestate[e] patris fieri, sive post instrumenta facta nati decesserint[f], sive omnino nati non fuerint, nulla discretione[g] habita, utrum alia subsit[h] legitima proles, an non. Sed[i] et si quis conceptus ante instrumentum, postea natus fuerit[k], illud tempus, quo[l] natus est, inspiciatur, ut legitimus fiat, vel si prosit ei tempus conceptionis, illud tempus observetur.

CCCXVII. *Idem*[a].

9. Si quis filios habuerit naturales[b], eorum autem mater mortua sit, ut dotalium instrumentorum compositio fieri[c] non possit, vel si vivat[d] quidem mater, sed ea digna[e] matrimonio non sit, vel si celata[f] fuerit, ut[g] uxor non ducatur[h], pater autem filios suos legitimos facere velit[i], liceat ei supplicare principi et hoc[k] ipsum manifestare in precibus suis, ut principe annuente status[l] filiorum confirmetur: scilicet[m] si in his casibus legitima proles non subsit[n].

CCCXVIII. *Idem*[a].

10. Si pater naturalis, dum vivit[b], praecedentes observationes[c] non fecerit, ut filios suos naturales legitimos efficiat[d], componat testamentum[e], et in eo dicat, se velle[f] eos legitimos sibi[g] successores exsistere. Et si hoc[h] fecerit, liceat filiis hoc docere[i], et testamentum patris[k] ostendere, et legitimam hereditatem eius[l] adipisci, sic tamen, ut prius principi[m] supplicare et haec ipsa allegare[n] debeant[o].

CCCXIX. *Idem*[a].

11. Haec autem omnia[b] totiens locum habent[c], quotiens et ipsi[d] liberi naturales consentiunt; si enim[e] invitus nemo emancipatur, quanto magis non debet aliquis sui iuris constitutus alienae[f] subiici potestati? Quod si quidam ex his[g] voluerint[h], quidam autem noluerint, hii, qui* volunt, legitimi successores exsistant[i] parenti. Illud autem certum est, quod legitimis filiis superstitibus tempore, quo pater moritur, naturalis filius[k] legitimus nullo modo intelligitur, nisi vel[l] curiae datus est, vel dotalia instrumenta cum matre ipsius[m] composita sunt. Nemini[n] autem liceat filium[o] naturalem adoptare, et eo modo[p] legitimum eum[q] facere.

CCCXX. *Idem*[a].

12. Si quis liberos naturales[b] habuerit, si quidem legitimos[c] eos praedictis modis[d] effecerit, ita ei[e] succedant, quemadmodum ex nuptiis lege[ee] cognitis procreati patribus suis succedunt. Sin

Cap. CCCXV. Iul. Const. 82, 7. Nov. 89, 7. Auth. Const. 89, 7. 4 CCLXXXI. Dec. in 9, 13, 15, 17, 18. Cf. cap. 242.

Cap. CCCXVI. Iul. Const. 82, 8. Nov. 89, 8. Auth. Const. 89, 8. 4 CCLXXXII. Br. 1, 9, 14*. Vid cap. 241.

Cap. CCCXVII. Iul. Const. 82, 9. Nov. 89, 9. Auth. Const. 89, 9. 4 CCLXXXIII. Br. 1, 9, 15*. *Francke*: das Recht der Notherben p. 281. *Schirmer:* Römisches Erbrecht p. 210, not. 5. Vid. cap. 241.

Cap. CCCXVIII. Iul. Const. 82, 10. Nov. 89, 10. Auth. Const. 89, 10. 4 CCLXXXIV. Br. 1, 9, 16*. *v. Vangerow* l. c. T. I. § 256 (p. 546, ed. 6). Vid. cap. 241.

Cap. CCCXIX. Iul. Const. 82, 11. Nov. 89, 11. Auth. Const. 89, 11. 4 CCLXXXV. Br. 1, 9, 13, 14*.

Cap. CCCXX. Iul. Const. 82, 12. Nov. 89, 12. Auth. Const. 89, 12. 4 CCLXXXVI. Conflatum est cum antec. capitulo in cod. 17,

ad *c* M. intercedente ad *h* M. dicatur ad *k* M. principi hoc ipsum, manifestare ad *h* M. haec ad *i* M. haec docere ad *f* M. aliena subiici potestate

autem naturales permanserint[f], si quidem legitima[g] proles subsit, non liceat patri filiis naturalibus et matri[h] eorum, id est concubae[i] suae[k], ultra unam unciam dare sive inter vivos, sive[l] mortis causa, ut semiunciam concubina[m] habeat, semiunciam[n] liberi; si quid autem plus[o] dederit[p], hoc habeant[q] legitimi filii. Sed et si[r] solam habeat concubinam, non plus ei, quam semiunciam praestet. Quod[s] si nullos filios[t] legitimos habeat, liceat ei[u] et in toto asse filios suos[v] naturales heredes instituere[x], nisi forte[y] parentes[z] habeat; tunc enim parentibus legitima portione relicta, reliquae partes ad naturales filios transire possunt, eadem licentia[a] patri praestanda, et si donatione vel alio quocunque titulo[b], vivus[c] vel moriens substantiam suam naturalibus filiis praestare voluerit: illo procul dubio observando[d], ut concubinam ille habere possit, qui uxorem non habet[e]. Haec autem totiens teneant[f], quotiens naturalis pater vel testamento vel alio ultimo[g] iudicio suam declaraverit voluntatem. Quod si quis intestatus decesserit, et neque filios habuerit filiasve, neque nepotes aut neptes, vel deinceps alias personas, habeat autem in domo sua[h] concubinam liberam, ex qua etiam filios habuit, tunc etiam intestato patre naturali mortuo duas uncias habeant dividendas inter eos pro virili portione, ut[i] mater eorum unius filii partem accipiat[u]. Et haec ita se habeant[k], quamvis agnatus, vel cognatus*, vel patronus, vel fiscus intestato defuncto patri naturali successerit. Sed et si concubina[l], antequam pater moriatur, decesserit, nihilominus naturales filii duas uncias intestato patre mortuo integras accipiant[m]. Idem dicimus, et si concubina separata est ab eo. Nemo autem intelligat concubinam, quae[n] cum multis mulieribus concumbere[o] cum aliquo solet; nam quemadmodum qui legitimam uxorem habet, aliam habere durante eodem matrimonio non potest[p], ita et qui unam concubinam habet, non potest alias eo[pp] tempore habere. Nulla autem differentia est, utrum masculi an feminae sint[q], qui quaeve ex tali concubinatu progeniti vel progenitae sunt. Quod si quis intestatus decesserit, et legitimos liberos reliquerit[qq] et naturales, nihil quidem naturales capiant[r], alantur autem a[s] fratribus suis, id est a legitimis filiis defuncti secundum substantiam, quae ad eos pervenit ex patre, quemadmodum vir bonus existimaverit[t], id est viri boni arbitratu[u]. Idem iuris est, et[v] si uxorem quidem habeat[x], liberos autem naturales ex concubina ante mortua, ut et[y] hii alantur a successoribus eius; de nepotibus[z] enim naturalibus ea, quae constituimus[a] in Codice[b], teneant[c].

CCCXXI. Idem[a].

13. Sed quemadmodum liberis[b] naturalibus consultum est, sic et ipsi[c] debent patribus suis naturalibus vicissitudinem* dare et in alimoniis et in[d] successionibus, quemadmodum in[e] ipsis filiis constitutum est.

CCCXXII. Idem[a].

14. Si pater naturalis aliquid dederit vel reliquerit filio[b], liceat ei praestare tutores vel curatores[c] in hisdem rebus confirmandos[d]. Liceat autem et[e] matri tutelam filiorum naturalium suscipere[f], et omnia facere, quae in legitimis liberis facere[g] solet.

CCCXXIII. Idem[a].

15. Haec constitutio non pertinet[b] ad eos liberos, qui ex nefariis[c] procreationibus[d] procreati sunt, ideoque nec alimonia[e] eis parentes[f] vel fratres debent[g]. Constantini autem divae memoriae[h] lex ad Gregorium scripta[i] penitus evacuetur[k].

---

sublato omni distinctionis signo Append Marculfi c. 52*. Lib Pap. Rothar. Expos. cap. 155. Pe. 1, 8 et 9. Br. 1, 9, 17*. Coll. Can. Anon. saec. XI*. Ivo, Decr. 8, 60 et 16, 151; Pann. 6, fol. 126[b]. Cf. supr. cap. 118. *Mühlenbruch* (*Glück*): Comment. Pand. T. XXVIII. p. 255. *v. Vangerow* l. c. et §. 413 (T. II. p. 53 sq.).

Cap. CCCXXI. Iul. Const 82, 13. Nov. 89. 13 Auth. Const 89, 13. 4 CCLXXXVII

Cap. CCCXXII. Iul. Const. 82, 14. Nov. 89, 14. Auth. Const. 89, 14. 4 sine num.

Cap. CCCXXIII. Iul. Const. 82, 15. Nov. 89, 15. Auth. Const. 89, 15. 4 CCLXXXIX. In cod. 5 incipit cum hoc cap. *Const. LXXXIII* Pe 1, 39. *v. Vangerow* l. c

---

ad *o* M. plus [ei] dederit. ad *y* M. forte [pater naturalis] parentes. sd *pp* M. eodem. ad *e* M. quemadmodum [in] ipsis ad M. fratres [praestare] debent. ad *k* M. evacuatur

CONSTITUTIO LXXXIII. (LXXXIV.)

CCCXXIV. De testibus[a].

1. Nullius recipiatur testimonium, nisi eius[b], qui sit bonae opinionis, quem vel[c] dignitas commendat[d], vel militia, vel vitae[e] honestas, vel artis laudabilis titulus, vel etiam aliorum testium vox de bona vita[f] eius consentiens. Alias[g] autem testis si[h] vilissimus in iudicio[hh] productus fuerit, liceat iudici, si hoc existimaverit[i], et tormentis eum subiicere, in hac quidem[k] florentissima urbe[l] per praetoris officium, in provinciis autem per defensorem civitatis[m]. Si quis autem scripserit se debere[n] alicui pecuniam, postea autem[o] dicat se sine scriptis eam solvisse, non audietur[p], quamvis testes produxerit, nisi secundum observationem constitutionis nostrae[q], sic tamen, ut testes duorum alterum dicant[r], vel quod praesentibus ipsis et[s] ad hoc ipsum rogatis debitor creditori* pecuniam solvit, vel quod ad[t] hoc ipsum accepti audierunt creditorem dicentem[u] pecuniam sibi solutam fuisse; non enim[v] admittimus testimonia eorum, qui dicere solent, transeuntes se audisse aliquem dicentem pecuniam sibi solutam esse[vv]. Sed nec tabulariorum praesentia sola sufficit[x], nisi testes quoque rogati subscripserint[y], et ipsa principalis persona, si litteras sciat[z], suas depositiones per scripturam[a] declaraverit, scilicet[aa] ut et in hoc casu[b], si quidem bonae opinionis testes inventi fuerint, recipiantur[c], sin autem vilissimi homines[cc], qui et pecunia corrumpi[d] facile poterant[e] et peierare[f] non timebant[g], tunc tormentis subiiciantur. Sin autem testes contraria[h] sibi dicant, oportet iudicem, si contrarietatem testimoniorum perspexerit[i] in ipsis constitutam, quae totam causam continent, reprobare eos, plurium[k] autem et bonorum testimonia[l] sequi, et eos, qui contraria sibi dixerunt[ll], si quidem per errorem, cum venia[m] dimittere[n], sin autem per astutias aliquas, tormentis[o] subiicere.

CCCXXV. Idem[a].

2. Si quis[b] in una eademque lite testes ter[c] produxerit, et renuntiaverit[d] testium[e] productioni, et exceperit[f] testimonia vel ipsa vel perscriptiones[g] adversarii sui[h], postea[i] non concedatur[k] quartam productionem testium facere[kk]. Enimvero si non exceperit neque ipsa[l] testimonia, neque perscriptiones[m] adversarii sui, liceat ei quarta uti productione[n] testium, ita tamen, ut iuret prius, neque se[o] excepisse, neque[p] procuratorem suum[q], vel patronum, vel alium hominem suum, nec aliquo dolo[r], vel arte, vel calliditate quartam[s] productionem desiderare[t]. Hoc amplius: et si[u] semel vel[v] bis produxerit[x] testes, et renuntiaverit[y] productionibus, ac postea velit producere, non audiatur*, nisi in eo casu, ubi neque testimonia excepit[z], neque perscriptiones[a] adversarii sui, quamvis divina[b] iussio dederit ei[c] licentiam producendi.

Cap. CCCXXIV. Iul. Const. 83, 1. Vid. cap. 124, not. a. Nov. 90, 1—3. Auth. Const. 90, 1—3. 4 CCXC. Cf. cap. 323, not. sup. A. 90 et dividitur in duo capita primum cap. Anon. ap. *Zachar.* p. 203. Hincm. Opp. T. II. p. 501*. Lr. 216. Cd. 7, 41. Dictatum de Consiliariis. Coll. Can. Anon. saec. XI*. Coll. Caes. Aug. * Lib. Pap. Liutp. Expos. cap. 62, §. 5 et Ludov. cap. 15, §. 7 c. f. Ivo, Decr. 16, 152 et Pann. 5, fol. 107. Pe. 4, 6, 8, 31, 34, 42. Br. 4, 4, 9*. Ad lemma: *De testibus, atque ut qui bona opinione, vel dignitate atque militia, vel vitae honestae ac bonae artis titulo decorati sunt, ad dicendum testimonium admittantur. et quando etiam quarto ingressu testes introducere liceat. sive ut in pecuniariis causis ad provinciam ubi testes sunt de civitatis* (leg. *civitatibus*) *vel de provinciis ad civitates* (P. om. *de civit. — civitates*) *partes mitti debeant, eisque praesentibus apud defensorem vel eloquentissimos viros testium depositio celebretur. et quando etiam invitus quis testimonium dicere compellatur* vid. cap. 166, not. sup. *Savigny* l. c. T. II. p. 268, not. 19 (ed. 1) et p. 281, not. *d* (ed. 2). De Gregorii M. Epist. lib. 13, ep. 45 ad Ioannem presbyterum, quae transiit in Bernardi Pap. Collect. Decr. Tit. de Testibus 2, 13, 3 et proinde in Gregorii IX. Decret. II, 20. 2, docte disputavit *Antonius Augustinus* in Paratitlis (fol. 14ᵃ). *Biener:* Geschichte p. 230. *Savigny*: Geschichte T. II. p. 263, 264 (ed. 1) et p. 275 sq. (ed. 2). *Pithoeus* ad verbum exscripsit Antonium Augustinum.

Cap. CCCXXV. Iul. Const. 83, 2. Nov. 90, 4. Auth. Const. 90, 4. In 4 des. huius et subsequentium capitulorum numeri usque ad cap. 355 (inclus.). A. 90, 3. Coll. Cc.*

---

ad *c* M. vel quem. ad *hh* M. in iudicium ad *i* M aestimaverit ad *v* M admittere ad *p* M neque per procuratorem ad *u* M. aut si.

CCCXXVI. *Idem.*

3. Antiquitus est constitutum[b], ut si in hac florentissima civitate litigium fuerit motum[c], et adhuc causa pendente[c] opus fuerit testium[d] productione, testes autem in provincia[e] degerint, ut illuc actis[f] intervenientibus mittantur partes, sive[g] procuratores earum[g], et apud defensorem civitatis[h] testes producti dicant[i] ea, quae sciunt, et postea in hac civitate[k] acta mittantur, et competenti calculo a[l] iudice causa terminetur. Idem iubet constitutio obtinere[m], et si in provincia litigium fuerit motum, et testes in hac degerint civitate[n] vel in alia provincia. Actis enim intervenientibus apud quemvis eloquentissimum iudicem testes producantur[o], vel si in alia civitate[p] vel in alia provincia testes sint, apud defensorem acta consistant et signata praestentur[q], vel ei qui produxit, vel adversario eius[r], ne quasi excipienti denegetur iterum ei testes[r] producendi licentia. Haec autem in pecuniariis causis obtineant; nam in criminalibus[s] ipsae personae testium necessariae sunt[t].

CCCXXVII. *Idem*[a].

4. Si testis productus servus esse dicatur, ille autem dicat, se liberum esse, si quidem ingenuum[b], scribatur quidem[c] testimonium ipsius, postea autem, si probatus fuerit servus, nullius momenti est[d]; sin autem libertinum se esse dixerit[e], si quidem instrumentum manumissionis[f] suae ostenderit, dicat testimonium; sin autem in alio[g] loco dicat instrumenta sui[h] status habere, scribatur[i] quidem testimonium eius, postea autem, si non produxerit instrumenta, nullius momenti[k] sit.

CCCXXVIII. *Idem*[a].

5. Si quis dixerit testem productum inimicum suum esse, si quidem ex criminali causa, omnino non dicatur[b] testimonium; sin autem[c] alia occasione, dicatur[h] quidem testimonium eius[e], sed praescriptio[f] ei[g] opponatur.

CCCXXIX. *Idem*[a].

6. Si quis mediatorem se partium dixerit, ideoque se non[b] oportere invitum testimonium in alterutrum eorum dicere, illi autem consenserint[c], ut producatur, consequens est[d], ut in hoc casu[e] etiam invitus testimonium[f] dicat.

CCCXXX. *Idem*[a].

7. Testium productio[b] apud iudices, vel defensores[c], vel magistrum census, non aliter valeat nisi praesente quoque adversaria[d] parte, vel contumaciter non veniente[e], scilicet ut et hic[f] salva praescriptio ei competat[g], quam opponendam[h] existimaverit. Contumaciter autem non videtur abesse[i], qui ex necessitate abfuit[k]; forte enim[kk] intra septa[l] sanctorum fuerat[m].

CCCXXXI. *Idem.*

8. Omnia autem[a] iura, quae posita sunt iam vel[b] a retro[c] principibus[d], vel a nobis de testibus[e], maneant intacta. Hanc[f] autem legem tenere volumus in futurum[g] tempus.

Cap. CCCXXVI. Iul. Const. 83, 3. Nov. 90, 5. Auth. Const. 90, 5. Dee. in 17. A. 90, 4.

Cap. CCCXXVII. Iul. Const. 83, 4. Nov. 90, 6. Auth. Const. 90, 6. A. 90, 5. Lr. 217. Cd. 7, 42. Ivo, Decr. 16, 153. Pann. lib. 5, fol. 107. Coll. Cc.* Coll. Can. Anon. saec. XI*. Lib. Pap. Ludovici Expos. cap. 15, §. 7.

Cap. CCCXXVIII. Iul. Const. 83, 5. Nov. 90, 7. Auth. Const. 90, 7. A. 90, 6. Lr. 218. Cd. 7, 43. Coll. Can. An. saec. XI*. Coll. Cc.* Ivo, Decr. 16, 154 et Pann. 5, fol. 107[b].

Cap. CCCXXIX. Iul. Const. 83, 6. Nov. 90, 8. Auth. Const. 90, 8. A. 90, 7. Lr. 219. Cd. 7, 44. Ivo, Decr. 16, 155. Coll. Can. Anon. saec. XI*.

Cap. CCCXXX. Iul. Const. 83, 7. Nov. 90, 9. Auth. Const. 90, 9. A. 90, 8. In cod. 17 conflatum est in unum capit. cum cap. 329, Coll. Can. Anon. saec. XI*. Coll. Cc.* Ivo, Decr. 16, 156 et Pann. lib. 5, fol. 106[b].

Cap. CCCXXXI. Iul. Const. 83, 8. Nov. 90, 9 c. f. Auth. Const. 90, 9 c. f. Ap. A. conflatum est in unum capitulum cum anteced. cap. De Gregorii M. epist. vid. cap. 324, not. sup.

ad e M. degant. ad t M. sunt in praesentia.

CONSTITUTIO LXXXIV. (LXXXV.)

CCCXXXII. Ut dos prioris uxoris praeferatur doti secundae uxoris, sive ipsa, sive liberis eius agentibus[a].

1. Quaedam mulier Titia nomine Maevio[b] copulata est, et dotem dedit, et liberos ab eo procreavit[c]; postea mortua Titia[d] Maevius secundam uxorem duxit[e] Semproniam[f], et mortuus est. Quaeritur, utrum liberi[g] prioris uxoris dotem matris suae prius recipere debéant, an magis secunda uxor in dote sua[h] validiora iura[i] praetenderit[ii]. Et ita distinguimus, ut si quidem res dotales exsistant[k], sive prioris sive posterioris sint[l], omni modo eas dominus vindicare possit[m]; sin autem vel consumptae[n] sunt vel deminutae, praeferantur secundae mulieri liberi[o] ex priore matrimonio nati[p], vel etiam ipsa[q] prima uxor, si forte repudio[r] primae nuptiae solutae sunt. Idem dicimus, si liberi[s] secundae mulieris cum priore[t] uxore vel liberis eius litigent[u]. In summa enim dicimus: priori[uu] matrimonio hypothecarum privilegia validiora praestamus[v], ubi ipsa mulier agit vel liberi eius ex eo[vv] matrimonio nati. Liberorum autem[x] appellatione omnes descendentes personas complectimur[xx]. Quod[y] non per[z] innovationem a nobis introductum est[a], sed magis per interpretationem priorum constitutionum[b].

CCCXXXIII. Si per maritum steterit, quominus dos ei promissa praestetur[a].

2. Si mulier dotem pro se promiserit, vel alius[b] pro ea sive profecticiam sive adventiciam[c], póstea autem[d] vel ipsa[e] mulier vel promissor dotis paratus sit, id quod promisit daré, et hoc ipsum testatione[f] complectatur, vel obtulerit res[g] vel deposuerit[h], si mobiles sint, vel in iudicio[i] ex una parte iudicem adeat, et missis ab eo[k] hominibus maritus distulerit dotem accipere, posteaque solutum matrimonium[l] fuerit, sic intelligatur maritus, quasi dotem accepisset[m]. Ideoque si quid[n] de ante nuptias donatione accipere mulierem oporteat[o], hoc omni modo[p] accipiat, quamvis nullam dotem dederit[q], quia per maritum stetit, quominus eam susciperet[r].

CONSTITUTIO LXXXV. (LXXXVI.)

CCCXXXIV. De immodicis et inofficiosis donationibus[a].

1. Si pater filios[b] habuerit duos pluresve[c], et uni ex his[d] donare suas res[e] voluerit, non liceat ei ultra bessem[f] substantiae suae donare, vel ultra dimidiam[g] secundum numerum[gg] liberorum, ut[h] ceteri liberi[i] modis omnibus legitimam portionem, id est, Falcidiam[k] accipiant[l], quam haberent, si tertiam partem vel dimidiam eo tempore acciperent[m], antequam[mm] donatio[n] facta sit, scilicet nisi ingrati fuerint. Nam si[o] probatae sunt[p] ingratitudinis causae, legibus[q] pristinis subiiciantur[r]. *Dat.*[s] *Id. Octob. Indict. VII. Mens. Mart. (?)* (539?).

Cap. CCCXXXII. Iul. Const. 84, 1. Vid. cap. 124, not *a*. Nov. 91, pr. et cap. 1. Auth. Const. 93, pr. et cap. 1. A. 91. *E. Heimbach* Prol cit p 24, 27. *Biener* l. c. p 74. not 108 *Mortreuil* l c T I p. 299, not *b* Ad lemma: *Ut primae uxoris dos doti secundae uxoris sive (4 in facultatibus decedentis mariti potior habeatur et ut mulier ante nuptias donatione minime 4 minime minime defraudetur, si non eius sed mariti vitio dos suscepta non fuerit* vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCCXXXIII. Iul. Const. 84, 2. Nov. 91, 2. Auth. Const. 93, 2.

Cap. CCCXXXIV. Iul. Const. 85, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 92, 1. Auth. Const. 91, 1. 9 Cons. *LXXXVI.* A. 92. Lr. 232. Cd. 7, 56. Ad lemma: *Repetita lex ut non liceat parentibus plures filios habentibus uni eorum plus quam bessem vel semissem pro modo filiorum de sua conferre substantia, si alii (4 alias) videlicet non probabuntur ingrati* vid. supr. cap. 166, not. sup. *Zachariae v. Lingenthal*: Innere Geschichte des Griechisch-Römischen Rechts. Leipzig 1856—1864 8 p 133, not 447.

---

ad *m* M. potest. ad *k* M. ab ea ad *h* M. ut et ceteri ad *s* M. om. subscript

CONSTITUTIO LXXXVI. (LXXXVII.)

CCCXXXV. Si appellatione introducta compromissarium arbitrum[a] litigatores elegerint.

1. Si quis appellaverit, et appellatione introducta[b] apud praefectum praetorio vel apud quemvis[c] alium iudicem compromissarios arbitros[d] elegerit[e] cum adversario suo[f], non sit exclusus[g] venire iterum ad appellatorium iudicium[h], quamvis biennium fuerit transactum. Quod si postquam[i] a compromissario recessum[k] est, biennium transierit, dicimus[l], priorem calculum firmum[ll] esse, et appellatorium iudicium non exerceri[m]. Cetera autem omnia iura, quae de provocationibus posita[n] sunt, in suo robore maneant[o]. *Dat. V. Id. Octob. Indict. V. Imp. Dn. Iustinian.*[p] (539?)

CONSTITUTIO LXXXVII. (LXXXVIII.)

CCCXXXVI. Si mater filiorum suorum tutelam gubernare maluerit[a].

1. Si[b] mater marito[c] defuncto filiorum suorum tutelam gubernare maluerit, renuntiet secundis nuptiis in iudicio[d] sine iureiurando, res autem suas impuberi filio suo obliget[e], atque ita tutela ei committatur[f], sive creditrix[g] sit filii sui[h], sive debitrix. Idem et in[i] filiabus dicimus. Haec[k] autem observare[kk] procuret tam praefectus urbis, quam praetor, et in[l] provinciis praesides, et diligenter inventaria conscribantur[m], scriba praesente[n] et aliis publicis personis secundum consuetudinem, et satisdationes idoneae[o] exigantur, ut res salva pupilli fiat[p]. *Dat. VII. Id. Oct. anno XIII. Imp. Dn. Iustiniani*[q]. (539.)

CONSTITUTIO LXXXVIII. (LXXXIX.)

CCCXXXVII. De officio omnium magistratuum provincialium, et de quinquaginta diebus[a].

1. Si quis civilis vel militaris iudex adhuc in magistratu suo[b] positus sine iussione divina[c] provinciam, quam sortitus est, dereliquerit, reus sit maiestatis[d], et reducatur[e] in illam provinciam, de qua fugit[f], et postquam accusatoribus[g] satisfecerit, ultimo supplicio puniatur. Sin autem magistratus esse desierit, quinquaginta[h] dies ibi faciat, et[i] publice pareat[k], et volentibus adversus eum[l] agere respondeat, et metropolitana civitate[m] non exeat, antequam quinquaginta dies fuerint transacti. Ubi autem successor alicui magistratui a nostra pietate[n] mittitur, non antea[o] desinat esse magistratus ille, qui prior est, nisi ante duos dies, quam in provincia[p] successor venerit[q]; tunc enim et amicalem[r] epistolam mitti ei[s] praecipimus, ut[ss] publicas annonas usque ad hoc tempus decessor[t] accipiat[u].

Cap. CCCXXXV. Iul. Const. 86, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 93, 1. Auth. Const. 100, 1. A. 93. Ad lemma: *Ut appellatione* (4 *appellationem*) *interposita liceat unicuique ad compromissarium venire iudicium, et iterum post compromissarium arbitrium* (4 *arbitros*) *etiam transacto ab appellationis die biennio remeare* vid. supr. cap. 166, not. sup. Dee. in cod. 18.

Cap. CCCXXXVI. Iul. Const. 87, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 94, 1, 2, epil. Auth. Const. 92, 1, 2, epil. 9 *Const. XC.* A. 94. Coll. Can. Anon. saec. XI*. Ivo, Decr. 8, 274 et 16, 157; Pann. lib. 6, fol. 129b. Ad lemma: *Ut intermisso sacramento mater filiorum suorum tutelam administret et satisdationes idoneae* (4 *idoneas*) *officio competentis iudicis praestentur* (4 *praestantur*) vid. supr. cap. 166, not. sup.

Cap. CCCXXXVII. Iul. Const. 88, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 95, 1. Auth. Const. 94, 1. A. 95. Cf. cap. 57. Ad lemma: *Ut civilis vel militaris iudex de provincia in qua est positus non recedat sine divina pragmatica: et ut quinquaginta diebus administratione deposita in provincia commoretur adversus eum interpellantibus responsurus* vid. cap. 166, not. sup. Deest in 9, 13, 15, 17.

---

ad *p* M. om. subscript. ad *c* M. marito [suo] defuncto. ad *p* M. pupillis fiat. ad *q* M. deest subscript.

CONSTITUTIO LXXXIX. (XC.)

CCCXXXVIII. De in ius vocando[a].

1. Non aliter reus actori respondeat[b] libellum accusationis mittenti[c], nisi prius[d] ille caverit[e] reo atque litis executori, quod[f] intra duos menses contestationem litis[g] apud iudicem facturus sit[h]; alioquin damnum in duplum[i] reo se[k] restituturum. Cautio autem triginta sex solidorum quantitatem[l] non excedat[m].

CCCXXXIX. Idem[a].

2. Si quis ab aliquo fuerit accusatus[b], et voluerit[c] ipsum actorem suum accusare, apud eundem iudicem hoc faciat. Nam apud alium iudicem trahere eum[d] non potest. Quod si iudex ei[e] displiceat, licebit ei[f] recusare eum ante litis contestationem in viginti[g] dierum relaxamento[h]; post litis enim contestationem recusare iudicem[i] non potest, nec actorem in aliud iudicium[k] trahere. *Dat.*[l] *Kal. Novemb. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. Cons.* (539.)

CONSTITUTIO XC. (XCI.)

CCCXL. De exaequatione dotis et propter nuptias donationis[a].

1. Donationum[b], quae propter nuptias fiunt, parem[c] volumus esse quantitatem doti[d] mulieris. Item pacta et stipulationes[dd] in dote et propter nuptias donatione[e] pari modo[f] componantur[g]. Hoc[h] autem capitulum[i] in futuro quoque tempore teneat[k].

CCCXLI. Quando liceat mulieri dotem suam augere[a].

2. Si mulièr dotem suam augere maluerit[b], non aliter hoc facere possit[c], nisi maritus quoque[d] propter nuptias donationem pari quantitate[e] augere paratus[f] sit. Quod si creditores[g] maritus habeat, augere mulier dotem suam debet in rebus[h] immobilibus. Quod si[i] res mobiles dederit, sciat se privilegium dotis in rebus mariti sui non habituram[k]. Sin autem nullum creditorem maritus habeat[l] eo tempore, quo[m] dotem suam mulier augebat[n], habeat privilegium, quod dotibus in[o] hypothecaria actione[p] praestitum est[q].

CCCXLII. De privilegiis dotis[a].

3. Saepissime relatum est, eum, qui pecuniam praestat[aa] ad[b] comparandam rem vel renovandam vel faciendam[c], validiora iura in[d] hypothecis habere in ipsa re[e], quam priores creditores[f]. Sed hoc[g] in dotibus non observetur[h]; nam dotem praecipimus ei quoque praeferri[i], qui postea[k] pecuniam[l] dedit marito ad[m] aliquam rem comparandam vel renovandam[n] vel etiam faciendam.

Cap. CCCXXXVIII. Iul. Const. 89, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 96, 1. Auth. Const. 95, 1. Dec. in 15. A. 96. Cf. vult Av. Decr. Grat. cau. 3, qu. 3, can. 4. Ad lemma: *De exponenda ab actore* (4 *actoribus*) *cautione*, *interposita triginta sex solidorum poena*, *quod intra duos menses cum adversario suo litis contestationem efficiet. et ut accusato apud eundem iudicem adversarium suum liceat accusare* vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCCXXXIX. Iul. Const. 89, 2. Nov. 96, 2, §. 1. Auth. Const. 95, 2, §. 1.

Cap. CCCXL. Iul. Const. 90, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 97, 1. Auth. Const. 96, 1. A. 97. Enantioph. ad Basil. 22, 6 (ed. *Heimb.* II, 580?). Anon. sec. *Zachariaeum* l. c. p. 203 sq. *Mortreuil* l. c. T. I. p. 154. *G. Heimbach*: Kritische Jahrb. T. XVII (1845). p. 323. *Ern. Heimbach.* Proleg. cit. p. 27. Ad lemma: *De aequalitate dotis et ante nuptias sive propter nuptias donationis* vid. cap. 166, not. sup. Pe. 1, 43. Br. 2, 13, 9.

Cap. CCCXLI. Iul. Const. 90, 2. Nov. 97, 2. Auth. Const. 96, 2. Vid. not. super. anteced. cap. Cf. cap. 149.

Cap. CCCXLII. Iul. Const. 90, 3. Nov. 97, 3. Auth. Const. 96, 3.

---

ad *k* M. se reo. ad *i* M. recusare [eum] iudicem. ad *l* M. om. subscript. ad *dd* M. stipulatio. ad *f* M. modo pari. ad *b* M. ad aliquam comparandam rem. ad *g* M. haec ad *h* M. observentur.

CCCXLIII. De privilegio creditoris, qui militiae causa marito mutuavit[a].

4. Si quis marito[b] mutuam pecuniam dederit militiae causa[c] et inter eos fuerit[d] pactum, ut in casu[e] militiae creditor anteriora iura[ee] aliis creditoribus habeat, id quod actum est, teneat, ut etiam doti talis creditor[f] praeferatur[g]: si tamen hoc et in scriptis processerit[h], et testium habeat subscriptiones[i], et[k] ex ipsa veritate[l] confirmetur.

CCCXLIV. Ut eadem quantitas dotis filiae in secundis nuptiis a patre conservetur[a].

5. Si quis[b] pro filia sua dotem[c] dederit, verbi gratia triginta[d] librarum auri, postea genero defuncto et dote ad eum[e] reversa filiam velit[ee] alii copulare, prohibetur[f] minorem quantitatem[g] dotis nomine pro ea praestare, quamvis ex priore matrimonio[h] lucrata est filia ab ante nuptias[i] donatione[k] quindecim[l] libras auri, nisi[m] forte pater probaverit, fortuito quodam[n] casu substantiam suam deminutam fuisse[o].

CCCXLV. De collatione dotis[a].

6. Quaedam mulier defuncto patre suo exigebatur[b], ut dotem suam conferret, si velit[c] hereditatem paternam suscipere, dicebat[cc] autem, inopem esse maritum suum, et[d] nihil ab eo exigi posse. Contradicebatur[e] ei, quod oporteret inopiam[f] mariti ad damnum[g] ipsius respicere. Quaesitum est, quid iuris sit. Et dicimus, si quidem mulier sui iuris[h] erat, culpam eius esse, quia poterat eo tempore, quo viderat[i] maritum suum pauperiorem, statim adversus eum et[k] constante matrimonio dotis actionem movere et res dotales consequi; nam et propter nuptias donationis res[l] etiam constante matrimonio vindicare[m] potest, si viderit maritum ad paupertatem[n] inclinantem, scilicet si non[o] minor erat mulier materfamilias[p] viginti quinque annis. Sin autem filiafamilias fuerat[q], debet patri suo dicere, ut cum eo agat, et si quidem egit[r], salva res est. Sin autem pater agere supersederit[s], inopia mariti ipsi et coheredibus eius imponatur[t], et habeant[u] omnes communiter actiones contra maritum, et quod potuerint[v] consequi, in commune deducatur. Haec autem[x] totiens vera sunt, quotiens dotis quantitas ampla non sit[xx]. Si enim ampla fuerit, et[y] cessante patre liceat filiaefamilias constante matrimonio contra maritum dotis actionem movere[z], et si non moverit, ad ipsam[a] futuri temporis periculum spectet[b]. Ea autem obtinere volumus in omnibus personis, in quibus collatio dotis exigitur, sive filiabus sive nepotibus[c] et deinceps personis volentibus hereditatem[d] amplecti[e] tam patris sui[f], quam matris, avi vel aviae, et[g] superiorum[h] personarum. *Dat. XV. Kal. Decemb. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XIII. Apione V. C. Cons.*[i] (539.)

CONSTITUTIO XCI. (XCII.)

CCCXLVI. Ut proprietas dotis vel ante nuptias donationis mortua alterutra persona filiis communibus conservetur[a].

1. Si maritus mortua uxore, vel uxor marito[b] defuncto dotem vel ante nuptias donationem lucratus lucratave[c] fuerit, modis omnibus proprietatem liberis suis ex ipso[cc] matrimonio natis[d] con-

Cap. CCCXLIII. Iul. Const. 90, 4. Nov. 97, 4. Auth. Const. 96, 4. Dec in 9. 13. 17. Cf. cap. 180.

Cap. CCCXLIV. Iul. Const. 90, 5. Nov. 97, 5. Auth. Const. 96, 5.

Cap. CCCXLV. Iul. Const. 90, 6. Nov. 97, 6. Auth. Const. 96, 6. *Zachariae v. Lingenthal*: Innere Geschichte d. Griechisch-Römischen Rechts cit. p. 171, not. 540.

Cap. CCCXLVI. Iul. Const. 91, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 98, 1. Auth. Const. 99, 1. A. 98. Lr. 309. Cd. 7, 131. Pe. 1, 33. Cf. cap. 142. Ad lemma: *Ut marito vel uxore mortua ante nuptias donationem vel dotem in proprietatem* (P. *proprietam*) *communes filii consequantur: solum scilicet usumfructum venientibus vel non eorum parentibus ad secundas nuptias habituris* vid. cap. 166, not. sup. De cod. 1 vid. not. *s*.

ad *e* M. dotem genero dederit. ad *g* M. etiam ad *i* M. om. subscript.

servent, usumfructum autem[e] nuptialium lucrorum habeat ipse vel ipsa, sive[f] ad secundas migraverit nuptias sive non. Idque[g] obtineat in omnibus matrimoniis, quae posthac[h] fuerint dissoluta quocunque modo, vel si antea[i] quidem soluta sunt, sed[k] adhuc in suspenso causa est alterutra[l] persona vivente. Si enim ambae[m] mortuae sunt, heredibus earum[n] haec constitutio non prosit[o], sed veteribus legibus subiiciantur[p]. Cum autem dominium rerum liberorum[q] esse coeperit, sive ad secundas migraverit[r] nuptias, sive non, ea iura locum habere certum est, quae de his rebus posita[s] sunt, quarum[t] proprietatem liberi lucrati sunt parentibus suis secundas contrahentibus nuptias.

CCCXLVII. Ut repudio vel bona gratia soluto matrimonio id, quod[a] alterutra persona lucrata est, filiis suis conservet, et de alendis liberis a parentibus suis.

2. Si[b] repudio misso matrimonium solutum sit[c] culpa uxoris vel mariti, et[d] vel ille dotem[e] vel illa propter nuptias donationem lucratus lucratave[f] fuerit[g], liberis quidem proprietas statim competat[h], uxori vel marito rerum ususfructus[i]. Ea autem persona, quae usumfructum[k] habet, liberos alere[kk] debet. Sed si bona gratia matrimonio soluto[l], quasi transactionis nomine[m], alterutra persona aliquid acceperit, nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant[n], parens[o] autem usumfructum. *Dat.*[p] *Kal. Iul. Constantinopoli Dn. Iustiniani A. anno XIV. Iustino V. C. Cons.* (540?)

CONSTITUTIO XCII. (XCIII.)

CCCXLVIII. De reis promittendi[a].

1. Si qui[b] rei promittendi fuerint[c], ut alter[d] pro altero fideiubeat[e] invicem, si quidem additum non fuerit, ut[f] unusquisque ex his in solidum teneatur[g], tunc pro portione sua sit obligatus. Sin autem additum sit[h], ut singuli in solidum teneantur[i], si quidem omnes vel quidam ex his sol vendo sint[ii] et praesentes fuerint, in ipsos[k] actio competat. Onus[l] autem inopiae promissoris vel absentiae praesentes[m] et locupletes promissores sustineant. Iubemus[n] autem, eos, qui praesto sunt, a competente iudice[o] compelli communiter agenti[p] stipulatori respondere, ut ibi[q] cognoscatur, si locupletes sint, an non, ut[r] communiter condemnentur, et[s] qui solvendo sunt, onera inopiae[t] aliorum sustineant. Quod si iudex aditus[tt] magistratus non est, per competentem magistratum hoc impetret[u]. Haec[v] autem in futuris obtineant casibus[x]. *Dat. XVIII. Kal. Ian. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. A. anno XIII. Apione V. C. Cons.*[y] (539.)

CONSTITUTIO XCIII. (XCIV.)

CCCXLIX. De dote cauta et non numerata[a].

1. Si mulier pro se dotale[b] instrumentum conscripserit[c], vel pater vel quivis[d] alius pro ea, posteaque vel repudio[e] vel morte solutum fuerit matrimonium, si quidem antequam biennii[f] tem-

Cap. CCCXLVII. Iul. Const. 91, 2. Nov. 98, 2. Auth. Const. 99, 2. 5 *Const. XCIII.*, err., nam et sequens cap. 348 eundem prae se fert constitutionis numerum. Lr. 309. Cd. 7, 132. Coll. Can. Anon. saec. XI*.

Cap. CCCXLVIII. Iul. Const. 92, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 99, 1. Auth. Const. 97, 1. A. 99. *Vangerow* l. c. §. 573, not. 4. nr. 2. *Savigny*: Das Obligationenrecht. I. T. Berlin 1851. p. 285. *Puchta*: Vorlesungen §. 235, not. 7. *Wieding:* Novella Iustiniani XCIX. Berolini 1857. *Fitting*: Turiner Institutionenglosse u. d. sog. Brachylogus. Halle 1870, p. 76. Cf. supr. cap. 10, not. sup. Ad lemma, quod etiam 1 habet: *Ut existentibus singulis in solidum fideiussoribus, omnes si praesentes solvendoque sint, et non unus pro suis portionibus respondere cogantur* (1 *cogentur*) vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCCXLIX. Iul. Const. 93, 1. Vid. cap. 124, not. *a* Nov. 100, 1 et 2 pr. §. 1. Auth. Const. 98, 1 et 2 pr. §. 1. A. 100.

ad *f* M. habeat, ipse vel ipsa sive. ad *r* M. sive migraverit ad secundas nuptias. ad *a* M. add. *ab.* ad *h* M. statim competat proprietas. ad *p* M. deest subscript. ad *a* M. De [duobus] r. pr. ad *x* M. casibus obtineant. ad *y* M. deest subscript. ad *a* M. cauta [vel adscripta] et non.

pus impleatur, liceat marito vel heredibus eius[g] non numeratae pecuniae[h] dotis intra annum ex* tempore soluti matrimonii** numerandum querimonia uti. Quod si supra duos annos[i] (intra decennium tamen) matrimonium solutum fuerit, intra[k] tres menses maritus vel heredes[l] eius eadem querimonia utentur[m]. Decennio autem completo, modis omnibus, si nulla querimonia usus[n] est, videatur[nn] dotem accepisse. Et si quidem[o] minor viginti quinque annis maritus sit[p], non plus quam duodecim annos in restitutionem[q] habeat. Sin autem intra hoc tempus decesserit, heredes ipsius unum annum habeant[r], si legitimae aetatis sint. Sin autem minores fuerint, quinquennium habeant[s], nulla discretione interposita, utrum is, qui decessit[t], minor fuerit, an maior viginti quinque annis; ille[u] autem debet non numeratae dotis querimoniis uti[v], qui scriptus est dotem suscepisse, et[x] sive legitimam habeat aetatem, sive minor sit, secundum sua tempora negotium dirimetur[y]. Querimoniam[z] autem fieri oportet non nuda denuntiatione[zz], sed in scriptis. Quod si[a] in iudicio[b] instruatur, oportet omni modo mulierem certiorari[c]; alioquin si eam[d] non certioraverit vel parentem[e] ipsius, nihil videbitur[f] maritus egisse.

CCCL. De potestate constitutionis in tempore[a].

2. Haec constitutio ad futura matrimonia pertinet[b]; nam in his[c], quae adhuc constant[d], illa praecipimus observari[e], ut si quidem[f] residuum decennium sit, vel non minus biennio, id[g] tempus habeat in querimoniam[h], quae ei et transmissionem[i] praestat. Sin autem minus[k] biennio residuum[l] tempus fuerit, vel forte transactum est totum[m] decennium, tunc ipsi quidem biennium habeant[n], heredes autem eorum tres menses, postquam nuptiae[o] solutae fuerint.

CONSTITUTIO XCIV. (XCV.)

CCCLI. De curialibus[a].

1. Liceat curiali non solum curialem patriae suae[b] heredem scribere, sed etiam non[c] curialem cuiusvis[d] civitatis[e], sive cognatus sit[ee], sive extraneus, aut in totum[f] aut in partem non minus[g] novem unciis[h], ita tamen, ut curialis fiat, et curialia[i] munera impleat non tantum ipse[k], sed etiam liberi ipsius[l], quasi[ll] ab initio pater[m] curialis fuisset. Sed et si[n] curialis testamentum non fecerit, exsistat autem cognatus ipsius, sive curialis sive non[o], et sit paratus[p] curialia munera implere, habeat[q] successionem ipsius et liberi eius[r] curiales esse videantur, et nullam[s] patiatur inquietudinem[t] sive de novem unciis sive de* quarta portione, quia sic videtur, quasi curialis ab initio natus fuisset[u].

*CCCLII. Idem**.

2. Sed et[a] si quis donaverit alicui non minus novem unciis res, et postea ille paratus sit curialia munera implere cum liberis[b] suis et sua[c] substantia, liceat hoc facere, quia nihil interest, utrum curiali[d] suae civitatis aliquis propriam substantiam[e] dat[f], an eiusdem civitatis curiali[g] futuro[h]. Cognatus[hh] autem extraneus, si intestati curialis[i] cognati successionem voluerit occupare, intra[il] sex menses actis intervenientibus suam manifestet[k] voluntatem.

---

1 *Const. XC. CCCXLVIII. G. Heimbach*: Anecdot. Lips. 1838. T. I. p. XCVIII. *Gneist*: Die formellen Verträge. Berlin 1843. 8. p. 93. Ad lemma, quod etiam in cod. 1 legitur: *Intra quantum tempus maritis et eorum heredibus exceptione dotalis non numeratae pecuniae uti concessum est* vid. cap. 166, not. sup. Cf. supr. cap. 9. De cod. 1 vid. not. *mm.*

Cap. CCCL. Iul. Const. 93, 2. Nov. 100, 2, §. 1 c. fin. Auth. Const. 98, 2, §. 1 c. f. Dee. in 12, 13, 15, 18. *Sintenis*: Das praktische gemeine Civilrecht (ed. 2), §. 96, not. 45. Coniungitur ap. A. cum cap. 349.

Cap. CCCLI. Iul. Const. 94, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 101, praef., cap. 1 et 2 init. Auth. Const. 101, praef., cap. 1 et 2 init. Cod. 1 *Const. XCI. CCCL.* A. 101. Ad lemma, quod exstat etiam in cod. 1: *De testamentis sive donationibus curialium*: *et* (1 om. *et*) *ut heredes quamvis extranei ab eis non* (1 *extraneis non*) *minus quam in novem uncias instituti curialibus muneribus obligentur* (1 *ob..gantur*) vid. cap. 166, not. sup. Dee. in 9, 12, 13, 15, 17, 18.

Cap. CCCLII. Iul. Const. 94, 2. Nov. 101, 2 secund. part. Auth. Const. 101, 2 secund. part. Dee. in 9, 12, 13, 15, 17, 18.

---

ad *q* M. in restitutione. ad *s* M. habent. ad *x* M. om. *et.* ad *y* M. dirimatur. ad *c* M. certiorare.

CCCLIII. Idem.*

3. Si curialis res suas, ita ut diximus, non curiali[a] donaverit, non aliter rerum[b] traditio fiat[c], nisi in gestis sine[d] ullo damno celebrandis apud praesidem[e] provinciae curialia munera confiteatur[f] se impleturum et liberos suos[g]. Sin autem donator[h], antequam hoc[i] procedat[k], res suas[l] non curiali tradiderit, liceat curiae[m] usque ad novem uncias res donatas vindicare, nisi is[n], cui donatae[o] sunt, munera curialia subeat[p].

CCCLIV. Idem[a].

4. Si quis ex testamento vel ab[aa] intestato non curialis heres curiali exsistat[b], conveniat curia statim, ut mortuus est curialis, cum defensore civitatis, et relictam substantiam sine ulla fraude[c] inventario[d] conscribat, et praesente religioso episcopo una cum eiusdem civitatis defensore[e] signacula rebus imponantur[f], curiaeque tradantur[g], ac postea si heres curiae se[h] dederit et[i] substantiam suam et liberos, actis[k] apud praesidem sine ullo damno celebrandis, tunc res[l] ei reddantur[m]. Sin autem noluerit curialis esse, vocatur[n] autem ab intestato ad successionem[o] defuncti cognati curialis, tres quidem uncias ipse capiat[p], novem autem curiae concedat[q]. Quod si eiusdem gradus[r] multi cognati exsistant, et[s] alii quidem curiales esse[t] volunt, alii autem tale onus recusant, volentibus quidem munera curialia subire[u] novem unciae praestentur[v], recusantibus autem tres concedantur[x]; non curialibus enim[y] ex substantia curialis non plus dari[z] quam tres unciae possunt.

CCCLV. Idem.*

5. Si curialis habuerit filiam[a], eaque nupta fuerit curiali, vel aliquis paratus sit eam uxorem ducere, ut[b] munera curialia impleat, non minus novem unciis[c] a paterna substantia capiat[d], scilicet si aliae filiae[e] curialibus nuptae non sunt[f], vel his forte nupturae sunt[g], qui curiales fieri volunt[h]. Generaliter enim dicimus, eas quidem, quae curialibus nuptae sunt[hh], non minus accipere novem unciis. Quae autem[i] curialibus nec constitutis, nec futuris[k], coniunctae sunt, non plus quam tres uncias habeant[l]. Illud autem dubium non[ll] est, quod dominium quidem novem unciarum mulier habet[m], curialia autem munera maritus ex hisdem rebus[mm] implere debet. Quod si talis mulier decesserit[n], si quidem liberos habeat[o], apud ipsos curiales constitutos[p] res manebunt. Sin autem filiae sint[q], si quidem iunctae[qq] sunt curialibus, vel nupturae[r], ipsae iterum[s] habeant. Sin autem non, tres uncias capiant. Quod[t] si neque filios neque filias habuerit[u], maritus eius curialis[v] res habeat. Et si quidem ex secundo matrimonio filios habuerit, vel filias curialibus nuptas vel[x] nupturas, ad ipsos vel ipsas[y] novem unciae pertineant[z]. Quod si nemo[a] sit curialis, nemo[b] curiali nupta, nemo futuro[c] curiali nuptura, novem unciae ad curiam revolvantur[d].

CONSTITUTIO XCV. (XCVI.)

CCCLVI. De officio moderatoris Arabiae[a].

1. Arabiae praeses moderatoris nomine decoretur, et spectabilis sit, et duce[b] militari non minor in dignitate[c]. Publica tributa exigat cum instantia, privata damna[d] medicina sua resarciat.

Cap. CCCLIII. Iul. Const. 94, 3. Nov. 101, 3, pr. Auth. Const. 101, 3, pr. Dee. in 9, 12, 13, 15, 17, 18. Cohaeret ap. A., omisso numero, cum cap. 352.

Cap. CCCLIV. Iul. Const. 94, 4. Nov. 101, 3, §. 1. Auth. Const. 101, 3, §. 1. Dee. in 9, 12, 13, 15, 17, 18. A. *III.*

Cap. CCCLV. Iul. Const. 94, 5. Nov. 101, 4. Auth. Const. 101, 4. Dee. in 9, 12, 13, 15, 17, 18., A. *IV.* Cod. 1 *CCCLIV G. Heimbach:* Authent. p. CCLXIX.

Cap. CCCLVI. Iul. Const. 95, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 102, 1—3. Desideratur in Auth. De antiqua eius versione latina, quae numerum XXXII. habet, cf. *Biener:* Geschichte p. 460. 4 *Const. XCII.* Dee. in 9, 10, 12, 13, 15, 17, 18, ap. A. Ad lemma, quod etiam 1 habet: *Ut praeses Arabiae spectabilis sit, et duci* (ita 1; 4, P. *duciano*) *militari non inferior, moderatoris nomine decoretur* vid. cap. 166, not. sup.

ad *i* M add. *nec* ad *h* M. neque curiali

Si iustitiam secum habeat, non timeat neque ducem neque phylarchum, id est, Saracenorum ducem[e], neque potentium domus[ee], neque imperialem domum, aut patrimonium, aut aerarium publicum. Sacramenta autem praestet[f], quae magistratus pro innocentia sua et puritate in ipso initio sui honoris[g] solent praestare. Et mandata principis accipiat. Habebit[h] autem subiectos sibi[i] milites omnes ad conservandam[k] provincialium disciplinam et devotionem. Et quae diximus de viro spectabili moderatore Ponti[kk], eadem[l] dicimus et de moderatore Arabiae tam in dignitate[m] spectabilitatis, quam in appellationibus et ceteris exercendis et administrandis[n]. Habeat[o] autem de publico moderator quidem quindecim libras[p] auri, consiliarius autem eius duas libras auri. Milites autem, qui ibi sedent[pp], moderatori tantum subiiciantur[q]. Dux autem eiusdem provinciae nullam communionem habeat[r] in rebus civilibus: alioquin honore, quem gerit[s], expellatur. Publicas autem annonas, quae duci debent administrari[t], inde accipiat dux, unde ei[u] moderator delegaverit. Sin autem moderator adversus ea[v] quidpiam fecerit, quinque libras auri poenae nomine[x] praestet.

CONSTITUTIO XCVI. (XCVII.)

CCCLVII. De officio proconsulis Palaestinae[a].

1. In Caesarea Palaestina[b] proconsul sit spectabilitate[c] decorandus, et[d] ab aliis Palaestinis appellationes[e] audiat, si decem[f] librarum auri quantitatem[g] non egrediantur. Induatur autem et tebennum[h] (id est aliquod[i] genus vestimenti) in festis diebus. Subiiciantur[k] autem et ei milites, ut ea, quae reipublicae[l] prosint, non impediantur[m]. Habeat autem[n] annonarum nomine viginti* duas libras auri, ut** et ipse solatium habeat, quod convenit, et consiliario[o] suo praestet, et[oo] officialibus suis distribuat[p], ut postea principali pragmatica sanctione[q] confirmetur indicata nobis ab eo facta distributio. Dux autem spectabilis nullam communionem[r] in civilibus habeat causis; nam proconsulem[rr] oportet et publicas annonas[s] exigere, et privatas lites audire, et populares[t] strepitus et seditiones compescere. Liceat[u] autem proconsuli et ad secundam Palaestinam venire, et seditiones placare[v]. Habeat autem et[x] milites, quos nos deputavimus[xx]. Milites autem proconsuli subiectos neque vir spectabilis dux, neque vir inlustris magister[y] militum abstrahere audeat. Si quis autem detentus fuerit a proconsule quasi crimine seditionis obnoxius, neque cinguli praerogativa, neque dignitatis utetur[a], neque sacerdotali privilegio, sed unum solum eximat[b] eum de manibus proconsulis, si[c] appareat innocens.

CONSTITUTIO XCVII[a]. (XCVIII.)

CCCLVIII. De officio quaestoris[b].

1. Provocationes a Sicilia in hanc civitatem[bb] venientes apud excellentissimum quaestorem ventilentur. Et si defensorum[c] civitatis creandorum vel patrum decreta[d] opus sit celebrari[e], apud eundem inlustrissimum virum celebrentur.

CONSTITUTIO XCVIII. (XCIX.)

CCCLIX. De consulibus[a].

1. Consules[b] sportularum et distributionum aliarumque[bb] impensarum nomine ea[c] tantum consumant[d], quae praesenti lege permissa fuerint. Processiones autem ipsius* esse volumus septem,

Cap. CCCLVII. Iul. Const. 96, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 103, 1—3. Desideratur in Auth. De antiqua eius versione, quae numerum XXXIII. prae se fert, cf. *Biener* l. c. p. 460. 1 et 4 *Const. XCIII.* Dee. in 9, 10, 12, 13, 15, 17, 18, ap. A. *Osenbrüggen*: praef. cit. p. IV. Ad lemma codicum 1, 4 et P.: *Ut Caesarea Palestina proconsulis spectabilitate decoretur, et appellationes provinciarum subiectarum intra quantitatem decem auri* (1 om. *auri*) *librarum examinandas suscipiat* vid. cap. 166, not. sup.

Cap. CCCLVIII. Iul. Const. 97, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov 104 latina. Cf. Const. LXVIII, cap. 246, not. sup. Dee. in codd. 9, 10, 12, 13, 15, 17, 18, ap. A. 1 *Const. XCIV. CCCLVII.* Cf. Const. LXXIV. Lemma codd. 1 et 4: *Repetita lex ut provocationes a* (1 *ad*) *Sicilia venientes apud quaestorem eminentissimum ventilentur* mutatum est a P. in rubr. capituli, sed om. vv. *Repetita lex*. *Biener* l. c. p. 460 sq., 108.

Cap. CCCLIX. Iul. Const. 98, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 105, cap. 1, 2, §. 1, 2. Auth. Const. 34, cap. 1, 2, §. 1, 2. A. 105.

omnes in circo et in arena[e] et in theatro. Et prima quidem processio erit Kalendis Ianuariis. Secunda[f] autem ea, quae mappa[g], tertia autem ea, quae theatro-quinegium[h] appellatur, ut semel[i], non bis celebretur. Quarta autem ea, quae monimerium[ii] dicitur, ubi et quod pancarpum[k] vocant, celebrandum est. In[l] quinta autem in theatro id faciat, quod porna[m] dicitur. In sexta autem in[n] circum procedat[o], et faciat mappam, et* in septima processione faciat[oo] spectaculum, in qua[p] honorem suum deponat[q]. Uxor autem consulis decoranda est maritalibus[r] infulis, ideoque et[s] de expensis eius competens[t] descriptio facta est. Quod si[u] non habeat uxorem, matri suae talem[v] honorem praestet, si velit; aliae[x] autem mulieri non habeat licentiam honorem consulariae[y] dignitatis praestare. Aurum tamen[z] non liceat consuli spargere, argentum autem liceat, si velit. Si quis autem descriptionem a nobis factam[a] transgrediatur, centum libras auri poenae nomine[aa] praestet. Aurum autem soli[b] imperatori liceat spargere, non liceat[bb] autem consulibus[c] vasa maiora spargere[d]

CONSTITUTIO XCIX. (C.)

CCCLX. De nautico foenore[a].

1. Ista constitutio de nautico foenore loquitur, et est[b] pro non scripta, quia[c] ab alia posteriore constitutione[d] penitus deleta[e] est, quasi nec[f] scripta, nec promulgata fuisset[g].

CONSTITUTIO C. (CI.)

CCCLXI. De voluntatibus parentum in distributione patrimonii faciendis[a].

1. Si quis inter liberos suos ultimam voluntatem componere maluerit, inprimis tempus conscribat[b], postea autem nomina liberorum suorum sua manu, et unciarum quantitates[c], ex quibus heredes eos[d] instituit, non per numerorum notas, sed ita, ut litteris[e] numerus exprimatur. Sed et si res aliquas liberis suis relinquere velit[f], aut ex rebus certis quosdam[g] de liberis suis heredes[h] instituere malit[i], dicat rerum demonstrationes* et manu propria[k] significet, ut[l] nulla postea dubitatio inter liberos fiat. Sin autem extraneis personis vel uxori[m] suae legata vel fideicommissa relinquere velit[n], et hoc manu propria[o] scribat, et ante testes nuncupet, et valeat, quod ita actum[p] est, quamvis[q] ceteras testamentorum observationes non habeat, et si quidem in ea perseveraverit[r] voluntate, nihil amplius quaeratur[s]. Sin autem dixerit aliquis[t], testatorem poenituisse[u], non aliter audiatur, nisi probaverit[v], defunctum postea septem testibus praesentibus dixisse[x], priorem voluntatem suam velle se[y] irritam esse, et forte eam rupisse[z]. Posterius autem testamentum vel in[a] scriptis vel[b] sine scriptis compositum validum est[c].

Dee. in codd. 9, 10, 12, 13, 15, 17, 18. 1 *Const. XCV. CCCLVIII.* De lemmate, quod etiam 1 habet: *De quantitate sportularum et distributione* (1 *distributionem*) *aliarumque* (4 *aliarumqui*) *impensarum quas ordinarii consules* (4 *ordinari.* P. *ordinar. cons.*) *consecuti erogant* (1 *consoles cons..*, supra lin. *ad; 4 consules consequi adnotent*) cf. cap. 166, not. sup. *G. Heimbach*: Authent. p. CCX sq., CCCXLIII.

Cap. CCCLX. Iul. Const. 99, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 106, 1. Auth. Const. 130, 1. 1 *Const. XCVI. CCCLIX.* 4 *Const. XCVI.* A. 106. Dee. in 9, 12, 13, 15, 17, 18. Cf. Const. CIII, cap. 365. *Biener* l. c. p. 78, 83, not. 121. Lemma codd. 1 et 4: (1 add. *ut*) *De nautico fenore, quae alia constitutione deleta* (1 alia *promulgata omnino* deleta) *est* dee. ap. P. Cf. cap. 166 not. sup.

Cap. CCCLXI. Iul. Const. 100, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 107, 1, 2. Auth. Const. 101, 1, 2. 1 *Const. XCVII. CCCLX.* 4 sine numero constitut. et cap. A. 107. *Andreä*: Archiv f. civilistische Praxis T. IV. p. 383. *Mühlenbruch*: Fortsetz. d. Commentars der Pandekten v. *Glück* T. 42. p. 172. *G. Heimbach*: Auth. p. CCLXX. *Neuner*: d. Heredis institutio ex re certa. Giessen 1853. 8. p. 195. De lemmate, quod etiam 1 habet: *Quomodo unusquisque inter liberos componens ultimam voluntatem non per numeros* (1 *numerum*) *uncias, sed per litteras adnotet. et quod* (1 annotet *quia*) *validum est si non solum ipse testator* (4 *testatur*), *sed eius liberi eidem ultimae voluntati subscribant* cf. cap. 166, not. sup.

---

ad *x* M. alii. ad *f* M. non. ad *d* M. eos heredes ad *e* M. ut per litteras. ad *m* M. uxoris. ad *c* M. esse.

CCCLXII. Idem[a].

2. Quia autem scimus[b], quosdam rerum suarum inter proprios liberos[c] distributionem facere, et[d] sub eadem liberos quoque[e] eorum subscribere, hoc quoque validum sit secundum nostrae constitutionis observationem[f], quam de huiusmodi distributionibus[ff] promulgavimus. Sed et si sine[g] subscriptione liberorum ipse parens subscribat, et omnia[h] per subscriptionem[i] suam manifesta faciat[k], id quoque ratum habebitur[l], quoniam et hoc antefata[m] constitutione continetur. Haec autem[mm] lex* in his casibus[n] locum habebit, quos[o] postea moveri[p] contigerit[q].

CONSTITUTIO CI. (CII.)

CCCLXIII. De fideicommissariis hereditatibus[a].

1. Si quis[b] heredem scripserit, et rogaverit eum, id[c], quod ex hereditate[d] supererit, tempore mortis suae aliis[e] restituere, novem quidem uncias hereditatis[f] scriptus heres[g] habebit, ita ut quoquo[gg] modo voluerit eis utatur[h]. Tres autem uncias generali[i] fideicommissario restituere cogatur[k], ut nullo modo eas deminuat[l], nisi vel dotis nomine, si[m] aliam substantiam non[n] habeat, vel redemptionis captivorum causa, vel si egestate[o] laborans ex ipsis tribus unciis vivere speraverit[p]. Quod si aliam substantiam habens tres istas uncias[q] deminuat, repleatur id, quod deminutum est, ex ipsius proprio patrimonio. Sin autem substantia[r] quidem eius nulla pareat[rr], tres autem uncias consumpserit habens aliud, unde viveret[s], liceat fideicommissario in rem agere et hypothecaria actione[t], ut res pro rata trium[u] unciarum evineat[v]. Ideoque conveniens est, ut[x] scriptus heres generali fideicommissario cautionem[xx] praestet de tribus unciis restituendis, nisi forte testator huiusmodi satisdationem sive cautionem[y] specialiter[yy] concesserit. Haec autem constitutio locum habet[z] non solum in futuro tempore, sed etiam in omnibus causis[a], quae adhuc pendent[b]; pendere autem causa[c] videtur, si nondum scriptus heres decessit[d]. Nulla autem discretio[e] personarum sit; nam et[f] in liberis et in cognatis et in extraneis[ff] ea lex locum habebit[g]. *Dat. Kal. Febr. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XIV. Basilio V. C. Cons.*[h] (541.)

CONSTITUTIO CII. (CIII.)

CCCLXIV. De haereticis[a].

1. Nullus haereticus militet*, vel curas publicas gerat. Haereticos autem dicimus et[b] Nestorianos[c], et Eutychianistas[d], et Acephalos, qui Dioscori et Severi superstitionem secuti sunt[e], a quibus Manichaei[f] et Apollinarii[g] sacrilegia renovata sunt, et omnino eos[h], qui non communicant* in ecclesia, haereticos vocamus, quamvis nomen Christianorum usurpant[i]. Ut tamen orthodoxi plus quam haeretici[k] iuris habeant, sciendum est, mulieribus haereticis privilegia in dotibus vel propter

Cap. CCCLXII. Iul. Const. 100, 2. Nov. 107, 3. Auth. Const. 102, 3. Cf. cap. 120. 1 CCCLXI. Vid. infr. not. *o*.

Cap. CCCLXIII. Iul. Const. 101, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 108, 1, 2, epil. Auth. Const. 103, 1, 2, epil. 4 *XCVIII* (Const.). A. 108. Enantioph. ap. *E. Heimbach.* Proleg. cit. p. 25. Ad lemma: *Ut heres scriptus id quod ex hereditate ei remanserit, alii tempore mortis suae rogatus restituere, novem ex eadem* (4 *mortis tuergo restituas n. e. ea*) *hereditate uncias consequatur, reliquas tres uncias generali fideicommissario* (4 *fidemcommissario*) *servaturus* cf. cap. 166, not. sup. *Marani* Opp. cit. p. 334.

Cap. CCCLXIV. Iul. Const. 102, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 109, praef., cap. 1, 2. Auth. Const. 104, praef., cap. 1, 2. 4 Const. XCVIII. cap. CCCXCII. Dec. in 9, 12, 13, 15, 17, 18. A. 109. Lr. 321. Cd. Part. 12 in f. Coll. Can. An. saec. XI*. Ivo, Decr. 16, 158. Ad lemma: *Nullus hereticorum militet vel curas publicas gerat. denominat autem hereticos. sed et mulieribus hereticis dotis et ante nuptias donationis tacitarum hypothecarum denegat praerogativa* cf. cap. 166, not. sup. *Biener*: Geschichte p. 82.

ad *c* M. inter liberos proprios. ad *g* M. om. *si*. ad *m* M. quod iam antefata. ad *f* M. uncias ex hereditate. ad *h* M. utetur. ad *v* M. evincatur. ad *yy* M. specialiter [non] concesserit. ad *c* M. autem [adhuc] causa ad *d* M. decesserit. ad *h* M. deest subscript. ad *i* M. usurpant, ut — habeant. Sciendum.

nuptias donationibus, hypothecarum, quae[l] tacita[m] dedimus, denegari[n] et omnes huiuscemodi praerogativas[nn]. Sin autem poenitentiam egerint[o], et in ea perseveraverint[p], non[q] careant beneficiis nostris. Eaque observare procurent[r] non solum religiosissimi episcopi, sed etiam magistratus et iudices omnes[s], sive maiores sive minores. *Dat. V.*[t] *Non. Mai. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XV. Basilio V. C. Cons.* (541.)

CONSTITUTIO CIII. (CIV.)

CCCLXV. De nautico foenore[a].

1. Haec constitutio tollit priorem[b] constitutionem, quae de nautico foenore posita est, per[c] innovationem, ut sic accipiatur, quasi omnino nec scripta[d] nec posita esset[e].

CONSTITUTIO CIV. (CV.)

CCCLXVI. De praescriptione centum annorum sublata, quae sanctis ecclesiis et aliis locis venerabilibus competebat[a].

1. Iubemus[b], ut in negotiis, quae antehac[c] triginta annorum removebat exceptio[d], nunc venerabilibus ecclesiis, vel[e] monasteriis, et xenodochiis[f], nec non orphanotrophiis, ac brephotrophiis, et ptochiis[ff] quadraginta annorum protelatio[g] conferatur: salva scilicet inter alias personas et causas[h] virtute, quam[i] semper tricennalis sibi praescriptio vindicavit[k], quoniam hanc decem annorum adiectionem[l] religiosis locis praestamus, ut personales et hypothecariae actiones in tanto tempore propagentur, annali autem exceptioni[m] vel triennii[n], vel aliis[o] huiusmodi exceptionibus non derogetur[p]. Haec autem constitutio[q] et in praeteritis temporibus locum habet[qq], nisi quaedam causae amicali[r] transactione vel iudiciali sententia sopitae sint[s]. *Dat.*[t] *Kal. Iun. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno*[u] *XV. Basilio V. C. Cons.* (541.)

CONSTITUTIO CV. (CVI.)

CCCLXVII. De litigiosis[a].

1. Res mobiles vel se[b] moventes vel immobiles litigiosas volumus appellari, quarum de dominio[c] apud iudicem inter actorem et possessorem quaestio orta est[d], aut iudiciali admonitione, aut per preces imperatori porrectas[e], et apud iudicem intimatas, ac[f] per ipsum[g] adversario litigatori manifestatas[h]. Nam secundum talem distinctionem et constitutionem[i] nostram intelligi[k] volumus, in qua cautum est de sciente vel ignorante[l] emptore. Si quis autem pluribus heredibus derelictis de-

Cap. CCCLXV. Iul. Const. 103, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 110, 1. Auth. Const. 105, 1. Vid. Const. 99, cap. 360. Dee. in 4, 9, 12, 13, 15, 18, unde factum est, ut proximarum Constitutionum numeratio perturbata sit. A. 110. *Biener*: Geschichte p. 78, 83.

Cap. CCCLXVI: Iul. Const. 104, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 111 lat. et graece Ed. Iustiniani V. A. 111. Anon. Gr. ap. *Zachariaeum* p. 203. Vid. Const. 8, cap. 44, not. sup., sed add. *Biener*: Geschichte p. 462. 522. *Heimbach*: Anecdot. T. I. p. XCVIII sq. Lr. 107. Bo. 81. Lib. Pap. Liutpr. Expos. cap. 69, §. 7. Dee. in 4. Exstat in cod. Paris. olim S. Germani 366 et in vetusto cod. Phillipsii 1745, olim *Meermani* 578.

Cap. CCCLXVII. Iul. Const. 105, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 112, 1. Auth. Const. 108, 1. 4 Const. CII. cap. CCCXCI. A. 112. Lib. Papiens. Liutpr. Expos. cap. 66, §. 1. Dictat. de Consiliariis in f. *Savigny:* Geschichte. T. II. p. 188, not. 36 (ed. 1), p. 196, not. *b* (ed. 2). *Biener* p. 19, not. 44, p. 462. *Osenbrüggen* l. c. ad Nov. 112, not. *a*. *G. Heimbach*: Auth. p. CCLXXII. In 6 ad rubr. add. vetus glossula: *Latina est cons̄. tota.* Similiter 10, 19 De litigiosis *latina est constitutio* et 11 De litigiosis *latiñ.* Ad lemma: *Quae res litigiosae dici et intelligi debent, et ut lite pendente nullo modo comparentur. Sive ut actore* (4 *actori*) *fideiussores prius dante reus conveniatur. et quia non semper habet regula qua cautum est, neminem invitum agere compelli* (4 *compellit*) cf. cap. 166, not. sup.

ad *l* M. hypothecarumq; tacita ad *n* M. denegare. ad *q* M. non eae careant. ad *t* M. dee. subscript ad *u* M. A. PP. Basilio. ad *g* M. ipsum [iudicem] adversario.

cesserit[m], et illi cum aliis hereditariis rebus[n] rem litigiosam diviserint[o], id quod factum est lege non reprobatur[p]. Non enim recte videtur alienatio[q] esse inter coheredes facta divisio[r]. Si quis autem rem litigiosam[s] legaverit, eventum litis videatur legasse[t], ut si quidem heres vicerit, legatum accipiat legatarius[u], sin autem victus fuerit, nihil accipiat[v]. Ideoque libera licentia legatario datur[vv] adesse in iudicio, ut nulla negligentia vel collusio[x] ab herede committatur. De hypothecis autem quaestio rem[xx] litigiosam non facit[y]; nam et[z] si specialiter hypothecae nomine res obligata est[a], tamen vendere eam debitor non prohibetur, ita tamen ut ex quantitate pretii creditori debitum[aa] persolvatur, aut si hoc factum non fuerit, licebit* creditori hypothecariam movere[b], et rem sibi suppositam[c] vindicare, donec satisfiat[d], scilicet ut creditoribus anteriora iura[e] habentibus secundum priores leges temporum praerogativae serventur[f]. Ex his apparet, multo minus litigiosam rem[g] vocari eam, quae generaliter hypothecarum titulo[h] obligata est.

CCCLXVIII. De interlocutionibus iudicum, per quas accusati rei conveniri iubentur, et de[a] satisdationibus reorum, et de decima parte litis.

2. Si iudex aliquem teneri[b] voluerit, talem condicionem in sua interlocutione[c] debet inserere, ut non aliter libellus accusationis[d] reo detur, vel sportulae ab eo exigantur[e], nisi prius[f] actor in libello subscripserit[g], vel sua manu, vel[h] per tabularium, et monumentis intervenientibus fideiussorem praestet idoneum periculo[i] officii promittentem[k], quod actor et[l] observabit in iudicio[m], et exercebit suas actiones, et si postea ostendatur iniuste litem[n] movisse, sumptuum nomine decimam partem dabit quantitatis, quae libello[o] comprehensa est, ut eam is, qui accusatus fuit[oo], accipiat. Sin autem dicat, se[p] non habere fideiussorem[q], sanctis evangeliis propositis iuret, quod non potest dare fideiussorem, ac postea iuratoriae cautioni committatur[r], in qua promittere debet[s] ea, quae supra scripta sunt[t]. Quod si alio modo factum fuerit, nullum responsum dare litis[u] exsecutori reum concedimus. Et si adversus ea factum fuerit[v], iudex quidem cum officio suo denarum librarum auri poena[x] multetur, exsecutor autem litis[y] publicatione suae substantiae[z] punitus[a] in exsilium per quinquennium mittatur[b], poenae autem ex hac lege irrogatae[bb] periculo comitis rerum privatarum fisco nostro inferantur[c]. Quidquid autem ex hac inlicita conventione[d] detrimenti reus passus est, resarciatur ei[e] ex substantia actoris[f] periculo iudicis eius, a quo exsecutor missus est. Excipimus[g] autem ab huiusmodi poenis illa litigia, quae ex consensu[h] litigatorum in iudiciis ventilantur[i].

CCCLXIX. Si admonito reo actor iudicium deseruerit[a].

3. Si quis per[b] iudicialem admonitionem vel preces imperatori[c] porrectas, et apud iudicem[d] intimatas, ac per eum adversario manifestatas[e], et sub legitima disceptatione[f] iudicis factas reum illigaverit[g], non liceat ei recedere a[h] iudicio, et negotium suspensum[hh] deserere. Quod si hoc* fecerit actor, liceat reo petere[i] a iudice, apud quem lis contestata est, ut admoneatur actor, ut[k] veniat in iudicium[l], vel[m] procuratorem legitimum mittat; quod si nec ipse venerit, nec procuratorem miserit, vocetur per tria[n] edicta per intervallum in singulis non minus[o] triginta dierum. Nam ordinarios iudices non solum praeconiis[oo], sed etiam propositionibus edictorum absentes partes vocare[p] iubemus. Proponendi autem edicta licentiam[q] et illis iudicibus damus, qui ex principali[r] iussione facti sunt iudices. Haec, si litis contestatio facta est[s]. Sin autem sola admonitio et precum intimatio atque manifestatio[t] facta est tantum, deinde actor negotium deseruit[u], liceat reo similiter iudicem adire et petere[v], ut tria edicta proponantur, et si propositis eis[x] actor neque venerit[y], neque procuratorem legitimum miserit, habeat inducias* unius anni, et si non[yy] venerit, licentiam

Cap. CCCLXVIII. Iul. Const. 105, 2. Nov. 112, 2. Auth. Const. 108, 2. 4 CCCXCII
Cap. CCCLXIX. Iul. Const. 105, 3. Nov. 112, 3. Auth. Const. 108, 3. 4 CCCXCIII.

ad *q* M. alienatio videtur. ad *r* M. divisio. Non enim alienat qui dividit. ad *s* M. litigiosam rem. ad *b* M. add. *actionem*. ad *a* M. et [de] satisdat. ad *d* M. accusationis libellus. ad *n* M. litem iniuste. ad *oo* M. fuerit. ad *t* M. sunt [implere]. ad *z* M. substantiae suae. ad *e* M. resarciatur ei ex. ad *k* M. ut [vel] veniat. ad *p* M. vocari. ad *a* M. deseruerit negotium. ad *x* M. petere [ab eo] ut.

indici[z] damus et ab una parte reo solo praesente litem audire[a], et legibus consentaneum calculum proferre[b]. Quod si intra praedictum annum pervenerit[c], et suas actiones exercere maluerit, non ante[d] eum suscipiat iudex, quam impensas reo praestaverit[e], ita tamen, ut a[f] iudicio iterum non recedat[g]; alioquin si hoc fecerit, et annus[h] transactus sit, careat actionibus suis. Illam autem regulam, qua[i] cautum est, neminem invitum agere compelli[k], tunc locum habere volumus, cum res integra est, et actor adversarium suum teneri non fecit[l]. Hanc autem constitutionem in his casibus volumus observari[m], qui nec iudiciali sententia, nec amicali compositione[n] vel alia legitima decisione[o] sopiti[p] sunt. *Dat.*[q] *IV. Id. Sept. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XV. Basilio V. C. Cons.* (541.)

CONSTITUTIO CVI. (CVII.)

CCCLXX. De[a] pragmaticis sanctionibus, et de diversis iussionibus principis, et officio iudicum, et iudiciorum ordine, et definitivis sententiis.

1. Nemo iudicum nostrorum[b] sive in pecuniaria[c] sive in criminali causa pragmaticam nostram timeat sanctionem, vel aliud cuiusvis[d] generis rescriptum sive divinas iussiones sive referendariorum dispositiones[e], aut illustrium magistratuum praecepta[f]. Nam secundum generales leges[g] singulas causas finiri[h] iubemus, et praedictas ambitiones nullum sibi locum[i] in iudiciis vindicare. Nam si velit[k] princeps aliquam causam dirimere, ipse[kk] sententiam dicit[l], non iudicibus imperat[m], quomodo debent[n] in singulis causis emergentibus iudicare[o], nisi forte de iure fuerit dubitatum; tunc enim licebit iudici[p] ad imperatorem referre, ut sibi iuris obscuritas illuminetur. Et haec omnia volumus observari[q] non tantum apud magistratus[r], sed etiam apud iudices quoscumque[s] sive divina iussione deputatos[t], sive ab aliis magistratibus datos, immo etiam apud compromissarios arbitros, sive cum scriptis, sive sine scriptis[u] apud eos causarum processerit[v] disceptatio. Hanc autem constitutionem locum habere volumus non solum in iudiciis postea movendis, sed etiam in his, quae adhuc pendent, ut unusquisque[x] hac generali lege fiduciam habeat, non ambitiosis rescriptionibus[y]. Finita autem iam negotia refricari[z] nullo volumus modo. Finitum autem[a] videtur id, de quo[b] sententia definitiva[c] prolata est, quamvis appellatio vel retractatio contra eam speretur. Excipimus[d] autem illa rescripta, quae iudices iubent sine tarditate et mora causas dirimere, vel legibus calculum consentaneum[e] proferre, vel acta litigatori edere, vel si[f] iusserint eum cum alio iudicare; tales enim iussiones[g] sive sine scriptis, sive in scriptis[h] fieri non prohibemus. Iudex autem, qui generalem legem[i] contempserit, et illicitam rescriptionem[k] admiserit, decem librarum[l] auri poena et alia[ll] gravissima indignatione nostra plectetur. Sed ut nemo haec saluberrima nostra statuta[m] ignoret, iubemus, in ipso litis exordio ante ipsam personarum[n] confirmationem praesentem legem inseri, ut nemo possit contra generales leges aliquid sibi[o] praecipuum sperare. *Dat. X.*[p] *Kal. Dec. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XV. Basilio V. C. Cons.* (541.)

CONSTITUTIO CVII. (CVIII.)

CCCLXXI. Si[a] qua nova lex post porrectam provocationem promulgetur.

1. Si contra sententiam iudicis[b] provocatio[c] porrecta fuerit, et postea lex nova sit promulgata, deinde iudices appellationis[d] dubitent, quomodo causam[e] definirent, utrum secundum leges,

Cap. CCCLXX. Iul. Const. 106, 1. Cf. cap. 124, not. *a* Nov. 113, 1—3. Auth. Const. 111, 1—3. Docum. Ravennat. a. 974 Cf. *Ficker*: Forschungen. T. III p. 111 4 *Const. CIII. kap. CCCXX* (sic). A. 113. Ivo 4, 193 Ad lemma: *Lex quae iussa est ab omnibus magistratibus sive iudicibus nec non etiam compromissariis arbitris in principio poni gestorum* cf. cap. 166, not. sup. Post Nov. 113 posuit A. Novellam 114 (Latinam Iustiniani) Ut divinae iussiones etc., adnotans tamen: ,,Iuliani epitomen desideramus.“

Cap. CCCLXXI. Iul. Const. 107, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 115. praefat. et cap. 1. Auth. Const. 112, praefat. et cap. 1.

ad *e* M. depositiones   ad *a* M. autem (negotium)   ad *c* M. definitiva sententia.   ad *p* M. deest subscript.   ad *a* M. lex per   ad *b* M. om. *iudicis*.

quae[f] positae erant rei iudicatae tempore, an secundum legem[g], quae postea secundum innovationem[h] introducta est, aequum nobis videtur, illas observari[hh] leges, quae tempore[i] rei iudicatae valebant[k], quamvis lex postea lata retrorsum se retulit[l]. Idque non solum in provocationibus iubemus[m] obtinere, sed etiam in retractationibus[n] vel in relationibus, ubi iudices, postquam[o] litigatores allegationibus renuntiaverint, ignorantes, quid statui oportet[oo], nostram interrogant pietatem.

CCLXXII. De[a] his, qui post renuntiationem adversariorum habere se dicunt allegationes.

2. Sunt quidam malitiosi litigatores[b], qui post renuntiationem adversariae partis[c] et tempora probationum[d] statuta tamen dicunt ipsi[e], aliquas habere se[f] allegationes, ut nullus scilicet liti terminus[g] imponatur. Ideoque iubemus, unum mensem ei ad inducias dari[h], et iubeatur a iudice, ut quod vult dicat[i], et si dicat, se iterum dilatione[k] opus habere, praestetur ei mensis secundus: quo completo, si[l] iterum dilationem petat, ad vincendam malitiam eius tertius mensis praestetur: quo completo, si nihil dixerit, omnibus modis iudex legitimam sententiam dicat.

CCLXXIII. Quae sunt causae iustae liberorum exheredationis[a].

3. Neque pater aut mater, neque avus vel avia, neque proavus aut proavia[b] liberos suos praeteritos vel exheredatos in suo testamento faciant, quamvis per[c] donationem vel per[cc] fideicommissum vel alium modum[d] legitimam portionem eis dereliquerint[e], nisi forte ingrati[*] probentur, et ipsas ingratitudinis causas parentes proprio scripserint[f] testamento. Causae autem ingratitudinis[g] iustae sunt hae[gg]. Si quis parentibus suis audaces manus imponat[h]. Si gravem atque inhonestam[i] contumeliam eis faciat. Si in criminalibus causis accusator contra parentes suos[k] exstiterit, exceptis insidiis adversus principem vel rempublicam[l]. Si cum maleficis[m] quasi maleficus conversetur. Si vitae suorum parentum[n] per venenum[o] vel alio modo insidiari tentaverit. Si novercae suae vel concubinae patris se[p] turpiter miscuerit[q]. Si calumniator contra parentes filius[r] fiat, et per delationem suam gravissimum damnum eis inflixerit[s]. Si inclusus in carcere[ss] parens liberos suos vel unum ex his, qui ad successionem eius[t] ab intestato vocantur, rogaverit[u], ut in fidem suam[v] ipsum recipiant, et illi vel ille noluerint[x] fideiubere sive pro persona, sive pro[y] debito, in quantum idoneus[z] esse is, qui rogatus est, probetur. Hoc autem, quod de fideiussione diximus, ad masculos[a] liberos[b] pertinere volumus. Item si convictus fuerit filius[c] prohibuisse parentes suos testamentum facere, si quidem illi postea potuerint[d] testamentum ordinare, liceat eis propter[e] hanc causam exheredare eum. Sin autem in[f] ipsa prohibitione decesserint[g], omnes sive[h] heredes futuri, vel legatarii, vel alii[i] qualemcumque laesionem passi secundum priora iura suas[k] adversus eum exerceant[l] actiones. Item si contra voluntatem parentum filius cum arenariis aut mimis conversetur[m], et in hac professione permanserit[n], nisi forte[o] et parentes ipsius arenarii vel mimi fuerint[p]. Item si pater quidem[q] vel avus filiam suam vel neptem marito[r] voluerit collocare[s], et illa non consenserit[t], sed[u] turpiter[v] vivere malit[x]. Sin autem filia[xx] XXV annorum aetatis facta a parentibus suis marito non sit copulata[y], et ex hoc contigerit eam in corpore suo[z] peccasse, vel sine consensu parentum

---

4 *Const. CIV kap. CCCXXII* pro *CCCXXI* Dec. in 9. 13 A. 115. Form. et Gl. Long. * Edict. Rothari cap. 168, 169. Ad lemma: *De causis in appellatione positis secundum veteres examinandis et ut tribus vicibus uno mense in singulis dicenti se aliquas habere allegationes, praestentur induciae. sive ut pater vel mater, avus vel proavus, avia vel proavia suos liberos nec praeteritos, nec exheredes efficiant* cf. cap. 166. not. sup.

Cap. CCCLXXII. Iul. Const. 107, 2. Nov. 115, 2. Auth. Const. 112, 2. 4 CCCXXII.

Cap. CCCLXXIII. Iul. Const. 107, 3. Nov. 115, 3. Auth. Const. 112, 3. 4 CCCXXIII. Cf. cap. 161. Gl. Taur. 180. Lr. 132. Lib. Pap. Liutpr. cap. 5, §. 5. Br. 2, 23, 2. Pe. 1, 15, 17, 18. *E. Heimbach.* Prol. cit. p. 27. Edict. Rothari cap. 168, 169 et Concordiae Lib. Langob. cap. 14. *Zachariae* l. c. p. 203 et: Innere Geschichte des Griechisch-Römischen Rechts p. 136, not. 455.

---

ad *f* M. om. *quae* ad *e* M. dicunt tamen. ad *f* M. inscripserint. ad *g* M. ingratitudini ad *n* M. parentum suorum ad *p* M. sese. ad *b* M. masculos tantum liberos. ad *f* M. om. *in* ad *h* M. sibi ad *v* M. turpiter cum aliis vivere

marito, libero[a] tamen, se coniunxisse, hoc nolumus ad ingratitudinem filiae reputari[b]. Item si furioso parenti liberi[c] curam non adhibeant[d], sed alii cognati, qui ab intestato vocantur, si quidem resipuerit[e], liceat ei, si velit, inofficiosos liberos ingratos[f] in suo scribere testamento. Sin autem in ipso furore decesserit[g], et liberis nullam curam adhibentibus unus ab[h] extraneis vel his[i], qui ab intestato vocantur, misericordia[k] ductus curare eum voluerit, testatione[l] in scriptis utatur ad eos, qui ex[m] testamento vocantur ante furorem forte composito, vel ad eos[mm], qui ab intestato exsistunt, ut[n] curam adhibeant[o] furioso. Sin autem et post[p] huiusmodi testationem in eadem negligentia perseveraverint, et extraneus in sua domo[q] furiosum susceperit, et impensis suis usque ad mortem eius curam fecisse probatus fuerit, ipsum, quamvis extraneus sit, ad successionem furiosi[r] sancimus pervenire, refutata institutione testamenti eius et[s] heredibus[ss] scriptis, ut pote indignis repellendis, ceteris videlicet capitulis testamenti in sua firmitate duraturis[t]. Item si unus ex parentibus in captivitate sit, et liberi eius[tt] vel unus ex his non curaverit eum redimere, si quidem redierit[u] ille ab hostibus, liceat ei inofficiosos liberos[v] ingratos in suo scribere testamento[x]. Sin autem apud hostes decesserit, et omnes liberi eius redemptionem facere contempserint[y], omnes res ipsius ecclesiae civitatis addicantur[z], qua[a] oriundus est, inventario scilicet cum publica testatione faciendo, ut nihil ex substantia eius pereat, sic tamen, ut omne[b], quod ex hac causa[c] ad ecclesiam pervenerit, in redemptionem captivorum expendatur. Et generaliter dicimus[d], quotiens aliquis ex his[e], qui ab intestato vocantur ad successionem eius, qui in captivitate est, non curaverit eum[f] redimere, nullatenus ei[g] heres exsistat, et si[h] testamento heres scriptus est ante captivitatem forte composito, similiter ab hereditate repellatur, ceteris[hh] testamenti capitulis valituris; substantia scilicet[i] similiter, ut supra diximus, ecclesiae addicenda[k] civitatis, unde captivus oriundus fuit[l], et ad nihil aliud procedente, nisi ad captivorum redemptionem; et[m] si extraneus heres ante captivitatem scriptus est, et ille sciens se[n] heredem scriptum non curaverit eum[nn] redimere, simili poena afficiatur[o], quam in illis[p] personis volumus obtinere, quae[q] octavum decimum annum suae aetatis impleverint[r]. Ubi autem pro[s] redemptione captivorum necessarium sit pecuniam dari[t], facultatem habeat[u], si praedictae aetatis sit, mutuam pecuniam sumere[v], et res mobiles vel immobiles obligare hypothecae[x] titulo, sive suas proprias habeat, sive illius, qui in captivitate tenetur[y]. Tales enim contractus, qui in redemptionem[z] captivorum in praedictis casibus fiunt, valere volumus, quasi sui[a] iuris et legitimae aetatis fuisset is, qui contraxisset[b]; redempto autem a captivitate[c] necessitas imponetur[d] ratum contractum habere, et id quod dedit[e] creditor, ei persolvere, et quasi suo debito[ee] respondere atque obligari. Item si parens liberos suos vel unum ex his haereticum[f] habeat, ipse vero[g] orthodoxus constitutus, liceat[h] eos vel eum in testamento suo[hh] exheredare, quoniam non minima haec[i] causa ingratitudinis est. Orthodoxos autem dicimus eos[ii], qui communicant[k] in sacrosancta ecclesia catholica[l], in qua omnes patriarchae una conspiratione et concordia colliguntur et quatuor sancta concilia[m] praedicantur: Nicenum et Constantinopolitanum, et Ephesinum primum, et Chalcedonense. Haereticos[mm] autem dicimus eos[n], qui catholicis non[o] conveniunt[p], quibus connumerari[q] necesse est Nestorianos atque[r] Acephalos. Sed ut plenius de hac parte loquamur[rr], sciendum est[s], non posse haereticos parentes[ss], si orthodoxos liberos habeant[t], alios quam ipsos heredes[u] instituere, vel liberis non exstantibus, cognatos suos, catholicos scilicet[uu], heredes instituant. Quod si[v] ex liberis superstitibus alii quidem orthodoxi, alii autem haeretici appareant[x], omnem substantiam parentis ad orthodoxos pervenire volumus, ut fratres eorum[y] haeretici, si[z] in[y] eodem errore perseveraverint usque ad mortem, nihil omnino[a] accipiant, sed mortuis eis sine poenitentia[b], liceat orthodoxis partes eorum alienare[c]. Sin autem poenitentiam egerint, portiones suas capiant, sine* fructibus tamen medii temporis et sine ulla de[d] administratione rerum molestia. Quod si[e] omnes liberi haeretici fuerint, alii autem cognati defuncti orthodoxi exsistant, ipsi liberis[f] anteponantur in

ad *f* M. [ingratos] in. ad *s* M. add *et*. ad *a* M. [de] qua. ad *i* M. substantia [scilicet] similiter ut supra diximus. ad *q* M. qui. ad *h* M. liceat [ei] eos. ad *uu* M. suos catholicos, scilicet heredes.

successione. Quod si et ipsi haeretici fuerint, si quidem is[g], qui defunctus est, habitum clerici habeat, ecclesiae civitatis, in qua domicilium habuit, substantia eius[h] deferatur, sic tamen, ut si[i] intra annum non vindicaverint[k] ecclesiastici, huiusmodi personarum patrimonia ad fiscum nostrum devolvantur[l]. Sin autem laici fuerint, sine ulla discretione[m] res eorum fisci viribus[n] vindicentur. Quod non solum si testamento scripto haereticus decesserit[o], locum habere sancimus, sed etiam si intestatus defunctus sit: omnibus scilicet legibus valituris, quae contra haereticos et Nestorianos atque Acephalos, et omnes, qui non communicant catholicae ecclesiae, positae sunt.

CCCLXXIV. De inofficioso testamento[a].

4. Sive igitur[b] omnes praedictas causas sive unam ex his parentes in suo scripserint testamento[c], et filios suos exheredaverint[d], si quidem[e] scripti heredes probaverint[f], causam[g] ingratitudinis veram[h] esse, valeat testamentum. Sin autem probare non potuerint[i], institutiones eorum infirmentur, et parentum hereditatem[k] filii[l] ab intestato[m] venientes ex aequis portionibus capiant[n]. Legata autem, vel fideicommissa, vel libertates, vel tutorum dationes[o], vel alia legibus cognita[p] capitula in testamento conscripta valeant[q], ut sola[r] institutio heredum tollatur. Haec de testamentis parentum constituimus; modo videamus[s] de testamentis liberorum.

CCCLXXV. Quae sint iustae causae parentium exheredationis[a].

5. Sancimus itaque, non licere liberis parentes suos praeterire, vel alienos a substantia sua quocumque modo facere[b], nisi specialiter causas testamentis suis scripserint[c], quas expositúri[d] sumus: id est, si vitae[e] liberorum parentes insidiarentur[f], excepto crimine maiestatis. Si venenis[g] aut susurris magicis vitae[h] eorum insidiarentur[i], et hoc ipsum probatum postea fuerit[k]. Si pater cum nuru sua vel concubina[l] filii sui commixtus[m] fuerit. Si parentes liberos suos[n] testamenta[o] facere prohibuerint, in his rebus, in quibus[p] testari possunt. Quae autem[q] diximus de parentibus, in[r] hoc casu similiter[s] teneant. Si maritus uxori suae venenum dederit, sive ut occidatur[t], sive ut mentem eius cognoscat[u], vel e contrario si uxor marito dederit huiusmodi venenum[v], moveatur quidem inter eos[x] crimen publicum, et competenti vindicta tale[y] facinus remedium capiat[z], liberis autem liceat, ei, qui[a] tale aliquid perpetraverit[b], nihil omnino[c] relinquere. Item si furiosus filius, vel quaecunque[d] persona liberorum sit in furore, eadem teneant, quae superius[e] de furiosis parentibus diximus. Item si unus[f] ex liberis in captivitate sit, eumque parens non redemerit, eadem teneant[g], quae de parentibus captivis supra constituimus. Item si filius orthodoxus fuerit, et[h] parentem suum senserit haereticum esse[i], eadem iura teneant, quae supra de parentibus diximus[k]. Si igitur liberi omnes[l] istas causas vel unam[m] ex his contra suos parentes[n] scripserint[o], et heredes eorum omnes, aut[p] certas, aut unam ex his probaverint, testamentum in suo robore permanere[q] praecipimus. Enimvero si haec[r] non fuerint observata, testamentum quidem refutetur, iura autem ab intestato successionis locum habeant, legatis scilicet et[rr] fideicommissis et libertatibus et tutorum dationibus[s] et aliis capitulis in testamento conscriptis in sua firmitate durantibus. Quidquid[t] autem huic constitutioni in aliis legibus contrarium inveniatur[tt], hoc irritum atque inutile sit. Et hae[u] quidem exhere-

Cap. CCCLXXIV. Iul. Const. 107, 4. Nov. 115, 3 in f. Auth. Const. 112, 3 in f. 4 CCCXXIV. A. sine numero, cohaeret enim ibi cum anteced. cap. 373, ut in Nov. Cf. supr. cap. 114 et 161. Dictatum de Consiliariis. Lr. 133, ubi bis hoc cap. scriptum est et secundo quidem loco cum numero CCCLXXV. Lib. Pap. Rothar. Expos. cap. 169, §. 4. Dissensiones Dominorum, Cod. Chis. §. 53 et Hugolinus §. 288 (ed. *Haenel.* Lipsiae 1834. p. 159, 454). *Bluntschli*: Entwickelung der Erbfolge etc. Bonn 1829. p. 269 sqq. *Mühlenbruch* l. c. T. XXXVII. p. 251, not. 83, p. 308.

Cap. CCCLXXV. Iul. Const. 107, 5. Nov. 115, 4 et init. 5. Auth. Const. 112, 4 et init. 5. A. Nov. 115, 4. 4 CCCXXV. Lr. 134. Edict. Rothar. cap. 170. Concordiae Lib. Langobard. cap. 14. Coll. Can. saec. XI[a]. Ivo, Decr. 13, 90. *Bluntschli* l. c. p. 270. *Mühlenbruch* l. c. p. 196. *Heimbach*: Anecd. T. I. p. XCIX sq. *Neuner*: die Heredis Institutio ex re certa. Giessen 1853. p. 350.

ad *u* M. iuribus. ad *c* M. inscripserint. ad *r* M. add. *et* ad *e* M. supra

dationis et praeteritionis[aa] poenae, quantum[a] ad ingratitudinis causas[a] adversus praedictas personas, dispositae sunt. Si quae autem[a] ex his ad crimina referuntur[a], non prohibemus ceteris poenis[a] subiici eos, qui obnoxii fuerint reperti. Si qui autem heredes[b] scripti ex certis rebus iussi fuerint[bb], ut nihil amplius quaererent[c], in hoc casu hoc[cc] tantum iubemus fieri, ut si quid eis[d] desit ad legitimam portionem[e], hoc quidem repleatur[f], testamentum autem non rescindatur[g].

CCCLXXVI. Ut non liceat creditori debitore suo mortuo ante novem luctuosos dies aliquem molestare propter hoc, quod defunctus debebat[a].

6. Si quis in quacumque[b] causa obnoxium habuerit aliquem, et ille decesserit[c], non liceat ei neque parentes[d] defuncti, neque liberos, neque uxorem, neque agnatos, neque cognatos, neque heredes, neque fideiussores[e] eius convenire vel molestare vel in[f] iudicium vocare, antequam novem dies luctuosi transeant[g]. Sin autem[h] ante[hh] praedictos dies contra aliquid fecerit[i], et vel cautionem[k] vel promissionem vel fideiussionem ab eis acceperit[l], omnia irrita sint[m]; post novem tamen dies[n], si quas sibi competere[o] putaverit actiones, eas exerceat[p], nulla temporali praescriptione vel alia allegatione[q] legitima ex hac dierum transactione creditori generanda[r].

CCCLXXVII. De constituta pecunia[a].

7. Si quis alicui constituerit[b] dicens: satis tibi[bb] facio, in quantitatem[c], quam dixerit[cc], modis omnibus obligetur[d], ut debitum solvat. Si quis autem constituerit[dd] dicens: tibi satis erit[e], non tenebitur, quia[f] impersonaliter locutus est[ff]. Quod si quis dixerit: erit tibi satis a me, et ab illo[g], et illo, eis quidem[gg], quos nominavit, non consentientibus[h] non praeiudicat, sed neque pro ipsis obligetur[hh], sed pro rata parte debiti teneatur[i]. Sin autem ita dixerit: erit[k] satis tibi a me, vel ab illo, vel illo, illis quidem non praeiudicet[kk], ipse autem in toto debito[l] teneatur. Si quas[m] autem adversus eos[n] sibi competere putaverit[o] actiones, eas moveat, et auxilio iuris[p] perfruatur. Haec autem omnia[q] in his causis sancimus obtinere, quae nondum[r] iudiciali calculo vel amicali compositione finitae[s] sunt. *Dat.*[t] *Kal. Febr. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XV. post Cons. Basilii V. C.* (542.)

CONSTITUTIO CVIII. (CIX.)

CCCLXXVIII. Si quis filiumfamilias heredem instituerit[a], ut pater ipsius usumfructum hereditatis non habeat, et de donationibus, et de aliis liberalitatibus eodem modo in filiumfamilias factis, et de curatoribus rerum.

1. Si[b] mater vel avia vel quicumque[c] parens filium[d] heredem scripserit[e] ex parte legitima, liceat ei nepotibus vel neptibus ab eo procreatis[f] et omnibus deinceps personis aliam[g] substantiam suam[h] vel partem eius[i] donare vel relinquere[ii] sub hoc modo et[k] condicione, ut pater eorum in

---

Cap. CCCLXXVI. Iul. Const. 107, 6. Nov. 115, 5, s. 1. Auth. Const. 112, 5, § 1. 4 CCCXXVI. A. 115, 5. Lr 247. Cd. 7, 70. Cf. cap. 196.

Cap. CCCLXXVII. Iul. Const. 107, 7. Nov. 115, 6 et Epilog. Auth. Const. 112, 6 et Epilog. 4 CCCXXVII. A. 115, 6.

Cap. CCCLXXVIII. Iul. Const. 108, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 117, 1. Auth. Const. 113, 1 (*Heimbach*. ed. Auth. 112). 4 CCCXXVIII. A. 117. Lib. Pap. Leg. Rothar. Expositio cap. 184. *Biener:* Geschichte p. 82 sq., not. 119, 120, 123 et p. 464. *Zachariae* l. c. p. 203. *E. Heimbach* Prol. cit. p. 27. Ad lemma: *Quando in rebus quae a liberis in potestate patris acquiruntur, nec usumfructum parentes habere noscuntur et ut nominato a quocumque filio nec addito legitimus videatur* (corr. in 4 *ceter*.). *Sive quia ducta maritali affectione, sine dotalibus instrumentis uxore filii legitimi e ea procreentur et ut inlustres intervenientibus sibi uxores copulent dotalibus instrumentis. et de causis mittendi repudii* cf. cap. 166, not. sup.

---

ad *a* M. quantum pertinet ad ... ad *e* M. desit, ad legitimam portionem hoc ... ad *k* M. vel promissionem vel cautionem vel fideiussionem. ... ad *a* M. Constitutae pecuniae ... ad *i* M. teneatur. ... ad *t* M. Dat. Procon. Belisarii ... ad *d* M. filium suum ... ad *h* M. substantiae suam totam vel ... ad *ii* M. relinquere liberis suis.

his rebus nec usumfructum, nec ullam omnino habeat communionem. Quod similiter obtinere iubemus[l], et si extraneus filiofamilias[m] reliquerit, aut[n] donaverit sub eodem modo et condicione. Et si[o] quidem ipsi, qui alieni iuris sunt, vicesimum quintum annum egressi fuerint[p], licentiam habeant[pp] quo[q] voluerint modo res sibi donatas administrare: sin autem adhuc minores[r] sint, per quem velit testator vel donator, administrari res[s] debent. Licentiam autem habeat[ss] testator vel donator matri vel aviae filiifamilias administrationem[t] credere, quamvis maritos habeant, si tamen et ipsae[u] administrationem receperint. Quod[ut] si testator vel[v] donator vel omnino administratorem[x] non dederint, vel dederint[y] quidem, ille autem[z] noluerit vel non potuerit, vel ante mortuus fuerit, tunc* competens iudex curatorem eis dare[a] cum idoneo fideiussore debet[b], ut curator res[c] eorum administret[d] et conservet[e] eis[f], donec legitimae aetatis[g] fiant. Nam in his[h] casibus volumus usumfructum patrem[i] habere, in quibus nulla talis condicio imposita[k] est.

CCCLXXIX. De[a] eo, qui filius ab aliquo in[b] instrumento nominatus[c] est.

2. Si quis aliquem[d] in instrumento, quod idoneos tres habeat[e] testes, vel[f] in testamento, vel in monumentis[g] publicis filium suum nominaverit[h], neque addiderit, utrum[i] naturalem an[k] legitimum, videatur eum legitimum dixisse, et[l] nulla ab eo[m] alia probatio[n] exigatur[o], sed rebus paternis[oo] potiatur, et proficiat matri[p] suae, ut[q] etiam illa[r] videatur patri eius[s] legitima uxor fuisse[t], et si fratres habeat[u] ex eadem matre progenitos, ipsis[v] quoque eiusdem testimonii[x] defensio prosit[y].

CCCLXXX. De[a] muliere, quae sine dotalibus instrumentis maritata est, et de filiis ex tali matrimonio natis.

3. Si quis[b] sine dotalibus instrumentis[c] maritali affectione uxorem duxerit, et ex ea[d] liberos habuerit, ac[e] postea secundas contraxerit[f] nuptias, et[g] ex eo quoque[h] matrimonio filios procreaverit, utraque progenies similiter ad patris hereditatem vocetur[i]. Et ex diverso[k], si quis cum dotalibus instrumentis nuptias celebraverit[l], et liberos habuerit, posteaque[m] sine scriptis affectione sola matrimonium[n] contraxerit, et ex eo habuerit liberos, similiter[nn] omnes ad paternam successionem vocabuntur[o].

CCCLXXXI. De nuptiis[a].

4. Inlustres homines[b], et qui supra eos sunt[c], sine dotalibus instrumentis matrimonia non contrahant. Quod si ante dignitatem[d] sine scriptis uxorem[e] duxerint[f], maneat[g] et post dignitatem legitima copulatio[h], et liberi procreati legitimi sint, exceptis tantummodo[i] barbaris dignitate decoratis[k]; his enim sub[l] nostra ditione[m] constitutis propter simplicitatem eorum[n] damus licentiam et nuda affectione[o] nuptias facere[p]. Ceteris autem nostris subiectis licebit et sine dotalibus instrumentis sola[q] affectione nuptias facere, ut[r] ex hoc matrimonio nati liberi[rr] legitimi sint[s]. Legibus[ss] nostri[t] principis cautum est, ut si quis sine scriptis uxorem habuerit[u], eamque[u] sine causa repudiaverit, ut quartam partem suae propriae[v] substantiae ei daret[x], et quarta pars centum librarum[y] auri quantitatem[z] non excedat. Eademque[a] statuta sunt, et si usque ad mortem mariti in eodem habitu[b] matrimonii perseveraverit. In utroque autem casu liberi procreati ad legitimam patris here-

Cap. CCCLXXIX. Iul. Const. 108, 2. Nov. 117, 2. Auth. Const. 113, 2. 4 CCCXXIX. Lr. 269. Cd. 7, 92. Epit. Graec. Nov. (ap. *Zachar.* l. c. p. 203, 208). Cf. *G. Heimbach*: krit. Jahrb. 1845, p. 324.

Cap. CCCLXXX. Iul. Const. 108, 3. Nov. 117, 3. Auth. Const. 113, 3. 4 CCCXXX. Epit. Graec. Novell. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203, 208. *G. Heimbach* l. c. p. 325.

Cap. CCCLXXXI. Iul. Const. 108, 4. Nov. 117, 4, 5. Auth. Const. 113, 4, 5. 4 CCCXXXI. P. CCCXXXI., err. Epit. Graec. Nov. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203, 208. *G. Heimbach* l. c. p. 325. L. Baiuv. T. 14. cap. 6. Pe. 1. 30. *Savigny*: Geschichte. T. II. p. 84 (ed. 1), p. 88 (ed. 2). *Biener*: Gesch. p. 228, not. 7. *Vangerow* l. c. §. 488, no. 4 et 5. *Schirmer*: Römisches Erbrecht. T. 1. Leipzig 1863, p. 286, not.

ad *m* M. filiofamilias extraneo reliq. ad *r* M omnino [administratorem] non. ad *f* M eas. ad *s* M. sunt

ditatem vocentur[c], mulier autem in utroque casu, si quidem usque ad tres liberos[d] maritus eius reliquerit[e], sive ab ea[f] sive ab alia uxore natos, quartam ipsam[g] portionem accipiat. Sin autem ultra tres[h] habuerit, tantum ipsa[i] habeat, quantum ex liberis defuncti unus accepturus est, ita tamen ut usumfructum quidem eius portionis ipsa habeat[k], proprietatem autem[l] liberis lex conservet, qui ex ipso matrimonio nati sunt. Quod si liberos non habeat, iure quoque dominii* portionem eandem mulier[m] capiat. Ea autem, quae sine causa repudiata est, in ipso tempore repudii praedictam[mm] capiat portionem, sed in talibus casibus[n] nolumus maritum quartam partem[o] ex bonis uxoris suae[p] sibi vindicare.

CCCLXXXII. De Leoniana[a] et Constantiniana lege.

5. Leonis[b] divae memoriae constitutio[c] in omnibus obtineat casibus, qui praesenti constitutione non[d] continentur. Constantini[dd] autem piissimi constitutionem[e], quae ad Gregorium rescripta[f] est, et interpretationem eius, quam divus Marcianus[g] scripsit, exponens[h], quae sunt viles mulieres[hh], quas copulari[i] maritis quibusdam dignitatibus decoratis[k] Constantiniana[l] lex prohibebat[m], nullo modo valere[mm] concedimus, sed facultatem[n] praestamus tales mulieres ducere[o] etiam eis, qui magnis dignitatibus laetantur[p], dotalibus[q] tamen instrumentis compositis[r]. Qui autem non magnas dignitates habent, non solum in[s] scriptis, sed etiam sine scriptis, maritali tamen affectione huiusmodi mulieres ducant, si modo liberae[t] sunt, et matrimonium earum[u] licitum[v] est.

CCCLXXXIII. De liberis ex eo matrimonio natis, quod repudio solutum est[a], quemadmodum alantur.

6. Si quando matrimonium solutum fuerit[b], discidium[c] eius[d] liberis ex eo procreatis[e] non noceat, sed habeant[f] integra iura hereditatis parentum capiendae[g], et sine ulla dubitatione alantur ex paterna substantia, et si quidem pater causam divortii dedit[h], et mater ad secundas nuptias non[i] migraverit, apud matrem alantur sumptibus patris; sin[k] autem probatum fuerit, causam discidii matrem dedisse, apud patrem alantur, et maneant liberi. Sin autem pater inopia laboraverit[kk], mater autem[l] locuples est, apud matrem[m] alantur, ipsa[n] sumptus liberis suis administrante, quemadmodum liberi[o] locupletes matrem suam egentem alere[p] coguntur[q]. Quod et[r] in omnibus parentibus et liberis invicem obtinere[s] iubemus.

CCCLXXXIV. De repudiis a marito mittendis[a].

7. Anteriores[b] quidem constitutiones[c] de pluribus[d] causis faciunt commemorationem[e], quarum singulae si intercesserint[f], causam repudii iustam praestabant[g]. Sed nos praesenti lege certas[h] et pauciores causas enumeraturi sumus, quas[hh] solas volumus ad repudii iustam occasionem* sufficere. Et[i] maritus quidem iustas causas repudii, ut dotem[k] uxoris lucretur, conservanda[l] liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate[m], vel si liberi non sint, etiam dominio earum[n] sibi vindicando, tales habet[o]: Si contra imperatorem[oo] quibusdam aliquid molientibus mulier conscia fuerit[p], et marito suo non[pp] manifestaverit. Sin autem maritus hoc ab uxore sua[q] sibi indicatum tacuerit[r], liceat mulieri per qualemcumque personam[s] hoc ad imperatorem referre, ut vir[t] ex hac causa nullam inveniat occasionem repudii. Si de adulterio maritus putaverit[u] uxorem suam posse[v]

Cap. CCCLXXXII. Iul. Const. 108, 5. Nov. 117, 6. Auth. Const. 113, 6. 4 CCCXXXI (sic). Dee. in 9, 13, 15. A. dee. numerus et cohaeret cum cap. 381. Epit. Graec. Nov. apud *Zachariaeum* l. c. p. 203, 208.

Cap. CCCLXXXIII. Iul. Const. 108, 6. Nov. 117, 7. Auth. Const. 113, 7. 4 CCCXXXIII. A. V.

Cap. CCCLXXXIV. Iul. Const. 108, 7. Nov. 117, 8. Auth. Const. 113, 8. 4 CCCXXXIV. A. VI. Dee. in 9. Ivo, Decr. 8, 109 et 16, 159. Coll. Can. An. saec. XI*. Br. 1, 9, 4. Pe. 1, 37.

ad *n* M. volumus. ad *r* M. compositis Si autem. ad *d* M. huius. ad *l* M. mater autem eorum. ad *l* M. add. *quidem*.

convinci, prius debet inscriptiones[x] deponere vel contra mulierem, vel adversus[y] adulterum: et si talis accusatio vera[z] comprobata fuerit, tunc[a] repudio misso habere[aa] maritus non solum propter nuptias donationem, sed etiam dotem, et si[b] liberos non habeat, tantum capere ex alia substantia mulieris, quantum pars tertia dotis facit[d], ut dominio eius addicatur[e] non tantum[f] dos, sed etiam poena[g], quam nos constituimus. Si enim liberos habeat ex eo[h] matrimonio, iubemus et dotem[i] secundum leges[k] et aliam substantiam mulieris[l] liberis conservari, sic deinde adulterum legitime[m] convictum cum muliere puniri[n], et si quidem habeat adulter uxorem, capere[o] eam dotem suam et propter nuptias donationem, sic tamen, ut liberis superstitibus usumfructum[q] quidem donationis[r] mulier habeat, proprietatem autem[s] liberi secundum leges lucrentur[t], quibus donamus[u] ex nostra mansuetudine[v] etiam aliam[x] adulteri[y] patris substantiam[z]: nullis autem exstantibus liberis[a] dotem quidem cum donatione propter nuptias facta[b] pleno iure mulier habeat[c], aliam[d] autem substantiam adulteri mariti[e] fisco nostro secundum veteres leges vindicamus. Item si quocumque modo vitae[f] mariti insidiaretur[g], vel aliis hoc facientibus conscia marito non manifestarit; vel nolente[h] marito conviviis extraneorum[i] conversetur, vel cum masculis laverit[k]. Item si nolente marito extra domum manserit[l], nisi forte apud parentes suos*. Si in circo vel[m] theatro vel arena[n] perveniat spectaculi causa ignorante vel prohibente marito. Sin autem contigerit aliquem sine ulla[o] causa ex his, quas diximus, suam uxorem propria domo expellere, ut illa[p] non habens parentes, apud quos permanere possit, ex necessitate foris[q] per noctem manserit, iubemus nullam[r] marito fieri facultatem propter istam[s] causam repudium mittere mulieri[t].

CCCLXXXV. De repudiis ab uxore mittendis[a].

8. Causas autem[b], propter quas iuste potest uxor marito repudium mittere, et dotem suam capere[c], et ante nuptias donationem similiter exigere, dominio rerum scilicet[d] liberis conservando, vel eis non exstantibus[e] etiam dominio apud mulierem residente[f], eas solas esse constituimus: Si contra imperatorem ipse[g] aliquid molitus[h] sit, vel aliis hoc[hh] molientibus conscius non manifestaverit[i] imperatori, aut per se aut per aliam[k] quamcumque personam. Si vitae[m] mulieris quocumque modo insidiatus fuerit, vel[n] si aliis hoc[nn] facientibus conscius non manifestaverit mulieri, et secundum leges[o] eam non vindicaverit. Si castitati mulieris insidiatus fuerit[p], vel si aliis eam in adulterium[pp] prodere conatus[q] fuerit. Item si maritus de adulterio inscriptionem[r] posuerit, et[s] adulterium probare non potuerit[t], liceat mulieri volenti[u] vel propter hanc causam repudium mittere marito, et suam recipere[v] dotem et donationem[w] propter nuptias[x], et propter hanc calumniam[y], si liberos non habeat ex eodem matrimonio, tantum capiat[z] iure dominii ab alia mariti substantia, quantum tertia pars ante nuptias donationis facit. Si enim liberos habeat, iubemus omnem mariti probatam[a] substantiam liberis conservari, scilicet his firmiter permansuris, quae de donatione propter nuptias aliis[b] legibus continentur[c]: sic tamen, ut etiam illis[d] poenis maritus subiiciatur, si adulterii accusationem[e] non probaverit, quas mulier passura esset[f], si convicta fuisset[g]. Si in eadem domo, in qua mulier cum ipso habitat[h], contemnens eam, cum alia muliere inveniatur[i] in domo manens, vel in eadem civitate degens[k] in alia domo cum alia muliere frequenter manens convincatur[l], et semel et bis[ll] criminatus, vel per parentes suos, vel parentes[m] mulieris, vel per alias idoneas personas[n], huiusmodi turpitudine non abstinuerit, liceat mulieri et ob[o] hanc causam dissolvere nuptias, et recipere dotem, quam dedit, et ante nuptias donationem[p], et pro hac iniuria[q] tertiam partem aestimationis, quam propter nuptias donatio facit[r], ex alia mariti substantia[s] capere[t]: sic tamen, ut si liberos habeat, usum[u] tantum mulier habeat ante nuptias donationis et poenae[v] tertiae

Cap. CCCLXXXV. Iul. Const. 108, 8. Nov. 117, 9. Auth. Const. 113, 9. 4 sine numero. A. VII. Coll. Can. An. saec. XI*. Lib. Pap. Grim. Expos. cap. 7, §. 3. Br. 1, 9, 4. Pe. 1, 37. Ivo, Decr. 8, 110 et 16, 160.

ad *aa* M. maritum. ad *x* M etiam [aliam] adulteri. ad *p* M ut illam non habentem. ad *s* M. ipsam. ad *i* M. manifestaverit [hoc] imperatori. ad *m* M Si vir vitae. ad *pp* M. in adulterio. ad *v* M. pene.

portionis, dominio scilicet[x] communibus liberis conservando[y]. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio, et[z] dominium rerum ei concedimus[a].

CCCLXXXVI. Non liceat consensu matrimonium solvere, nisi ex causa probabili[a].

9. Nulli liceat consensu[b] matrimonium solvere[c], nisi forte castitatis amore hoc fecerit[d]. Sed si[e] huiusmodi personae liberos habeant[f], tam dotem quam donationem propter nuptias liberis custodiri[g] praecipimus. Sin autem post solutum matrimonium per consensum castitatis velamine factum inventi fuerint vel nuptias contrahentes[h] alias vel turpiter viventes, vel unus[i] ex his hoc faciens repertus fuerit, si quidem liberi exstent[k], ipsi capiant dotem, et ante nuptias donationem, et dominium substantiae[l] illius personae, quae hoc perpetrasse convicta[m] fuerit. Sin autem liberi imperfectae aetatis sint, ali eos[n] et res eorum administrari[o] ab ea vel ab eo parente iubemus, qui quaeve huic legi nihil[oo] contrarium fecit. Sin autem ambo parentes tali delicto tenentur[p], utriusque parentis substantia liberis addicatur[q]; administratorem eis in[r] imperfecta aetate constitutis a competenti iudice[s] deputari [disponimus][t]; liberis autem nullis exstantibus substantiam[u] delinquentis personae publicis rationibus vindicari[v] sancimus, et legitimis poenis subiicimus[x]; aliter enim disiunctionem[y] nuptiarum fieri ex consensu nulla ratione[z] concedimus.

CCCLXXXVII. De[a] *uxoribus militum.*

10. Iubemus[b], uxores militum sive in expeditionibus degentium[c] sive in militiis, sive milites sint, sive foederati, sive scholares, sive alia qualicumque[d] armata militia decorati, exspectare, quantoscumque annos in expeditione fecerint; et si[e] nullas litteras, nullum responsum a maritis[f] suis receperint. Sin autem talis mulier maritum suum defunctum audierit[g], non liceat ei statim ad alias nuptias pervenire, nisi[h] prius pervenerit[i] aut per se, aut per[k] parentes suos, aut per aliam qualemcumque personam ad priores numeri[l] et cartularios scrinii[ll], in quo maritus eius militabat[m], et eos vel tribunum, si praesto sit, interrogaverit, si revera[mm] defunctus est maritus ipsius, ut[n] illi sanctis evangeliis propositis sub fide[o] monumentorum deponant, si revera maritus mortuus est, et[p] postquam haec fecerit, et exceperit mulier monumenta pro testimonio pudoris sui, exspectet[q] unius anni spatium, et postquam transierit[r], liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod si contra hanc observationem mulier ausa sit nubere[s], et ipsa, et ipse, qui eam duxit uxorem, ut adulteri puniantur. Quod si qui[t] sub fide gestorum deposuerunt, convicti[u] postea fuerint falsas depositiones dixisse[v], ipsi quidem militia sua nudati decem auri librarum[x] poenam compellentur[y] praestare ei, quem falso[z] dixerunt decessisse[a], ipse autem, si velit[b], licentiam habeat[bb] uxorem suam recipere. Quod si scholaris sit ille[c], de cuius morte dubitatio est, de primatibus scholae et[d] actuario, sin autem foederatus[dd], de ordine[e] praedictam depositionem uxorem eius iubemus[f] capere: hisdem ipsis[g] custodiendis et[h] in aliis omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

CCCLXXXVIII. Ex quibus causis matrimonia sine poena solvuntur[a].

11. Sunt quaedam[b] causae, ex[c] quibus matrimonia sine poena solvuntur: veluti si[d] maritus misceri mulieri[dd] suae non potuerit; si maritus vel uxor religiosam vitam et solitariam elegerit[e]; si in captivitate[f] ad certum[g] tempus tenti fuerint: de quibus tribus causis[h] ea firma esse iubemus,

Cap. CCCLXXXVI. Iul. Const. 108, 9. Nov. 117, 10. Auth. Const. 113, 10. 4 sine numero. A. VIII. Coll. Can. V librorum in cod. Vat. 1339 V, 169*. Pe. 1, 37. *Biener*: Geschichte p. 75, not. 110.

Cap. CCCLXXXVII. Iul. Const. 108, 10. Nov. 117, 11. Auth. Const. 113, 11. A. IX. Dec. in 9, 13, 17, 18. Cf. supra cap. 132 et 134.

Cap. CCCLXXXVIII. Iul. Const. 108, 11. Nov. 117, 12. Auth. Const. 113, 12. A. X. Br. 1, 9, 4. Pe. 1, 37. Cf. supr. cap. 132.

ad *z* M. om. *et*. ad *d* M. fecerint. ad *h* M. nuptias contrahentes vel alias turpiter. ad *q* M. tenentur: utriusque — addicatur administratorem. ad *f* M. nautis. ad *n* M. et illis. ad *s* M. nubere: et mulier, et ipse. ad *y* M. poena compellantur. ad *dd* M. foederati. ad *h* M. casibus.

quae superioribus[i] nostris legibus continentur. Omnes[k] igitur antefatas causas, quae nostra hac lege continentur, sufficere iubemus[l] ad solutionem[m] matrimoniorum, alias autem omnes cessare praecipimus[n], et[o] nullam aliam causam posse matrimonia solvere, sive nostris, sive[p] veteribus cognita legibus[q] est, nisi nominatim in hac[r] constitutione inventa fuerit[s].

CCCLXXXIX. Si mulier marito suo sine iusta causa repudium miserit[a].

12. Si[b] mulier marito suo sine iusta causa[c] repudium miserit, et in hac impia voluntate perseveraverit[d], dotem quidem ipsius maritus habeat, proprietatem rerum dotalium[e] communibus liberis reservaturus[f]. Sin autem liberos non habeat, ipse eam[g] lucretur, mulier autem periculo iudicis huic causae praesidentis[h] religiosissimo antistiti tradatur eius civitatis, in qua communiter domicilium habebant[i]. Episcopus enim curabit[k] in[l] monasterio eam immittere et ibi degere[m] usque ad mortem suam[n]. Et si quidem liberos[o] habeat, bessem[p] quidem substantiae eius ipsi capiant[q], tertia autem portione[r] monasterium potiatur iure dominii. Sin autem nullos[s] liberos habeat, sed parentes[t], ipsi quidem tertiam partem accipiant[u], monasterium autem bessem, nisi forte mulier in potestate parentis constituta consensu[w] eius repudium sine[x] causa miserit: tunc enim nihil ex filiae[y] patrimonio parentem sperare oportet, sed omnia monasterium capiat. Quod similiter[z] procedere debet, et si nullos neque liberos neque parentes[a] habuerit. Sin autem iudex, apud quem convicta[b] est mulier sine causa repudium misisse[c], non tradiderit[d] eam civitatis episcopo, ut immittatur[e] in monasterium, si quidem in hac florentissima civitate magistratus sit, ipse quidem XX libras[f] auri poenae nomine dabit, officium autem eius alias[g] X. Quod si provincialis sit[h] magistratus, et praecepta nostra[i] neglexerit[k], ipse quidem X libras[l] auri poenae nomine praestabit, officium autem eius V. Sin[ll] autem iudex sit non magistratus, ipse quidem[m] X libras auri praestabit[n], ministri autem eius[o] V. Istae[p] autem poenae per comitem rerum privatarum[pp] et scholam palatinorum fiscalibus rationibus inferantur[q]. Sed et si maritus sine causa repudium miserit[r] uxori suae, reddat ei[s] dotem et propter nuptias donationem, et[t] extrinsecus[u] ex substantia sua tantum[v] praestet, quantum tertia pars propter nuptias donationis[x] facit. Et si quidem habeat liberos[y] ex eodem matrimonio natos, ipsa quidem usum[z] habeat, liberis autem proprietatem custodiat tam[a] donationis quam poenae; sin autem nullos liberos habeat[b], tunc et proprietatem omnium[c] rerum praedictarum[d] lucrabitur.

CCCXC. Si quis uxorem suam flagellis castigaverit[a].

13. Si[b] quis uxorem suam flagellis vel lignis[bb] castigaverit sine aliqua earum[c] causa, quae contra mulierem[d] ad dissolvendum[e] matrimonium sufficit[f], pro hac contumelia convictus[g] maritus tantum[h] praestet mulieri ex substantia sua[i], quantum tertia pars propter nuptias donationis[k] facit.

CCCXCI. Si quis suspicatus fuerit de aliquo, velle eum pudori uxoris suae inludere[a].

14. Si quis suspicatus fuerit de aliquo[b], velle eum pudori[c] uxoris suae inludere, liceat ipsi[d] marito testationem in[e] scriptis habitam[f] ad suspectum hominem mittere, et ter ei[g] denuntiare[h] per ipsas testationes[i] idoneos testes continentes, ne cum[k] uxore sua inveniatur. Et si[l] post tres[m] testationes in[n] scriptis habitas et idoneos[o] homines habentes invenerit eum[p], quem contestatus est, cum

---

Cap. CCCLXXXIX. Iul. Const. 108, 12. Nov. 117, 13. Auth. Const. 113, 13. A XI. *G. Heimbach*: Auth. p. CCLXXVI.

Cap. CCCXC. Iul. Const. 108, 13. Nov. 117, 14. Auth. Const. 113, 14. A. XII.

Cap. CCCXCI. Iul. Const. 108, 14. Nov. 117, 15 pr. Auth. Const. 113, 15 pr. A. XIII. Coll. Can. An. saec. XI*. Ivo, Decr. 8, 111; 16, 161 et Epist. 280. *Biener*: Histor. Auth. cit. p. 12.

---

ad *i* M. superius. ad *o* M. ut nullam. ad *g* M. lucretur: muliere ad *n* M. ad diem mortis suae. ad *o* M. autem [eius] V. ad *v* M. tantum [ei] pr. ad *g* M. ei ter.

uxore sua vel in sua domo[q], vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in popina[r], vel in proastio[s], liceat marito sine ullo periculo[t] suis manibus[u] eum occidere. Sin autem in[v] alio loco cum deprehenderit[x] cum uxore sua colloquium habentem[y], convocatis[z] tribus idoneis testibus, per quos possit[a] probare apud iudicem, invenisse eum cum uxore sua colloquium habentem, tradat eum iudici[b], et si iudex invenerit post tres testationes[c] suspectum hominem collocutum[d] mulieri fuisse, nullo alio exquisito[e], quasi adulterum puniat, marito autem liceat contra suam uxorem[ee], qualiter voluerit[f], secundum leges[g] crimen exsequi[h].

CCCXCII. Si post tres contestationes invenerit maritus uxorem suam in sancto loco cum suspecto homine colloquium habentem[a].

15. Si post tres contestationes[b] invenerit maritus uxorem suam in sancto loco[c] cum suspecto homine colloquium habentem, tradat ambos[d] ecclesiae defensori[e] vel aliis clericis, ut separati[f] custodiantur periculo defensoris vel clericorum[g], ut aditus[h] iudex mittat ad religiosum civitatis episcopum[i], et auctoritate[k] ipsius accipiat eos[l], et poenis contra adulteros[m] positis utrosque afficiat[n], nullo alio requisito[o], nisi quod post tres contestationes[oo] inventus est cum muliere[p] locutus. Est autem iustissimum[pp], neque adulterum[q], neque raptores[qq] mulierum, sanctorum[r] septis vindicari, et multo magis, si quis de ipso[rr] adulterio intra[s] sanctos alienae mulieri locutus est. Et generaliter definimus, si[t] quis invenerit uxorem suam, vel filiam[u], vel neptem[v], vel nurum[x] cum aliquo colloquium habentem, et suspicatus fuerit turpitudinis causa[y] eos convenisse, liceat ei ambos[z] tradere vel[z] defensori ecclesiae vel aliis eiusdem[a] ecclesiae clericis, periculo eorum[b] separatim[c] custodiendos, donec iudici innotesceret[d], et ille secundum leges personas acceperit, et causam discusserit[e]. Quae omnia huius[f] constitutionis capitula valere sancimus tam in futuro tempore[g], quam in praeterito, nisi[h] iudiciali calculo[i] vel amicali compositione[k] causae decisae sunt[l]. *Dat.*[m] *III. Id. Dec. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani Aug. anno XVI. post Basilii V. C. Cons.* (542.)

CONSTITUTIO CIX. (CX.)

CCCXCIII. De hereditatibus, quae ab intestato deferuntur[a].

1. De hereditatibus, quae ab intestato nobis deferuntur[b], multae leges a veteribus conscriptae sunt[c], quas ab hoc tempore placet cessare, et praesentem legem in[d] huiusmodi successionibus valere. Nam et simpliciter et[e] sine ulla obscuritate divisionem[f] huius[g] causae per hanc constitutionem exponimus[h]. Constat enim apud omnes, cognationes[i] tres ordines habere, quorum alius est[k] ascendentium personarum, alius[l] descendentium, alius ex latere[m] venientium, quorum alii agnati sunt[n], alii cognati. Sed descendentium quidem ordinem aliis omnibus anteponimus*, ut in successione[o] ab intestato capienda potiora iura habeant[p] aliis omnibus[q] et ascendentibus et[r] ex latere venientibus personis, cuiuscumque fuerint[s] sexus, qui ad successionem vocantur[t], cuiuscumque[u] gradus: nulla discretione habita[v], utrum ex masculina progenie, an ex feminina editi sint[x], et utrum filiifamilias sint, an patresfamilias[y]. Licet[z] enim filiusfamilias[a] is, qui mortuus est, fuerit, attamen

Cap. CCCXCII. Iul. Const. 108, 15. Nov. 117, 15, §. 1 et Epilog. Auth. Const. 113, 15, §. 1 et Epilog. A. XIV. Coll. Can. Anon. saec. XI*. Ivo, Decr. 8, 112; 16, 162.

Cap. CCCXCIII. Iul. Const. 109, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 118, praef. et cap. 1. Auth. Const. 114 (ed. *Heimbach*. 113), praefat. et cap. 1. A. 118. Ioannis VIII. Ep. 129*. Fragm. Graec. Novell. Epit. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 209. Lib. Pap. Heinrici Expos. cap. 1, §. 2 et Additio II. ad Libr. Pap. §. 5. Pe. 1, 6. Br. 2, 34, 1. *Biener*: Geschichte p. 82, not. 120. *Friedr. Ortloff*: Iustinians neue Verordnungen über die Intestaterbfolge etc. Coburg 1810. 8. Ad lemma: *De omnibus successionibus, quae ab intestato deferuntur, et ut cui* (ita 4, P*.; P. et ut *qui*) *defertur hereditas ipsi etiam tutelae onus incumbat* cf. cap. 166, not. super.

ad *rr* M. om. *quis*. ad *y* M. liceat etiam hos trad. ad *a* M. huiusmodi. ad *m* M. deest subscript. ad *q* M. om. *et*. ad *u* M. cuiuscumque (fuerint) gradus. ad *x* M. sunt. ad *a* M. filiusfamilias est is qui mortuus fuerit.

liberos eius omnibus aliis praeponimus, in his[e] scilicet rebus, quae adquisitionem[f] effugiunt: ut in proprietate capienda defuncto succedant, usufructu[i] scilicet ad patrem pertinente[k]; sic tamen, ut si contigerit unum ex descendentibus personis decedere[l], liberi ab eo relicti locum ipsius obtineant[g], et tantum capiant, quantum pater ipsorum[h], si vivus esset, accepturus fuisset, quam successionem veteres leges in stirpes[k] vocant. Unde si aliquem mori contigerit filio vel filia derelicta, et[m] ex filio vel filia iam[n] defuncto vel defuncta nepotibus vel neptibus relictis, nepotes vel neptes[o] una cum filio vel filia successionem avi sui capere debent: nam in personis descendentibus gradus differentia nulla[p] est, nec ulla discretio inducitur[q], utrum masculi sint[r], an feminae, et utrum ex masculino sexu, an ex feminino[t] progeniti[u] sunt, et[v] utrum sui iuris, an alieni[x] fuerint. Haec de personis descendentium[y].

CCCXCIV. Idem[a].

2. De[b] ascendentibus autem personis talis observatio tenet[c]. Si enim decesserit aliquis intestatus nullo liberorum relicto[d], sed patre vel matre vel aliis[e] ex ordine ascendentium personis, praeferantur[f] omnibus, qui ex latere[g] veniunt, excepto[h] fratre et sorore, qui ex utroque parente defuncto copulantur, secundum quod interius declarabitur. Sin autem multi ascendentes supersint[k], eos anteponi volumus, qui proximiores[l] gradu fuerint, sive masculi sint, sive feminae, sive ex masculino sexu[m], sive ex feminino cognationi defuncti iungantur. Sin autem parem[q] gradum cognationis obtineant[r], pariter vocabuntur, ut qui per patrem ascendunt, dimidiam portionem hereditatis[s] accipiant, quanticumque inventi fuerint, qui autem per matrem ascendunt, alteram[r] dimidiam capiant, quanticumque sint, nisi forte[u] fratres defuncti exsistant[v] ex utroque parente eidem mortuo fratri suo copulati, vel sorores eodem[x] iure coniunctae: tunc enim cum[z] proximis parentibus ad hereditatem vocabuntur, hereditate scilicet[a] pro virili portione, id est, in capita inter[b] omnes dividenda, quamvis pater et mater fuerint: ut[c] tamen pater usumfructum partis ad filium vel filiam pervenientis[d] nullum habeat, sed pleno iure apud filium vel filiam maneat[e], nulla observanda differentia[f] inter istas[g] personas, utrum masculini sexus an feminini sint, et utrum per masculinum sexum an[k] per femininum defuncti cognationi[l] iungantur. Sed neque in defunctis interest, cui succedant[o], utrum sui an alieni iuris decessit[p].

CCCXCV. Idem[a].

3. Reliquum[b] est, ut dispiciamus[c] de tertio ordine[d], ex latere venientium personarum, qui[e] in agnatos et cognatos dividitur; hac enim[g] parte disposita plenissima constitutio erit. Si quis igitur decesserit, et neque descendentes neque ascendentes reliquerit, primum[h] ad hereditatem vocamus fratres et sorores, qui quaeve ex eodem patre eademque[m] matre geniti vel genitae sunt, ex[n] quibus et mortuus editus est; talibus autem fratribus vel[p] sororibus non superstitibus, illos fratres vel[r] sorores vocamus, qui ex uno parente defuncto copulantur, id est, sive per patrem sive per matrem. Quod si decesserit aliquis fratre vel sorore relicta[v], et ex alio fratre vel[x] ex alia sorore iam defuncto vel defuncta liberis relictis[z], cum avunculis suis vel patruis liberi fratris vel sororis venient[b], et tantam capiant portionem, quantam[d] pater eorum vel mater accepisset[e], si

Cap. CCCXCIV. Iul. Const. 109, 2. Nov. 118, 2. Auth. Const. 114, 2. Fragm. Graec. Nov. Epit. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203, 209. Lib. Pap. Rothar. Expos. cap. 226, §. 4. Pe. 1, 6, 2. Br. 2, 34, 2. *Vangerow* l. c. §. 416, adnot. 3, nr. 4. *G. Heimbach:* Krit. Jahrb. cit. 1845, p. 326 sq.

Cap. CCCXCV. Iul. Const. 109, 3. Nov. 118, 2 fin., 3 et 4. Auth. Const. 114, 2 fin., 3, 4. 6 CCCXCVI, err. Cf. supr. cap. 300. Fragm. Graec. Nov. Epit. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203 et 209 sq. Lr. 229, 230. Cd. 7, 53, 54. Pe. 1, 6, 3. Br. 2, 34, 3. *Glück:* Intestaterbfolge, §. 147 et 168. *Vangerow* l. c §. 416, adnot. 1, nr. 2 et 3.

ad *dd* M. perveniente ad *m* M. derelicta, ex eo filio. ad *c* M. teneat. ad *f* M. ascendentium, personis praeferantur ad *l* M. proximiore ad *d* M. ordine, (scilicet) ex ad *e* et *f* M. quae — dividuntur.

vivus vel viva fuisset. Unde consequens est, ut si ante mortuus[f] frater tam ex patre quam ex matre[g] copulatus fuisset ei, qui modo defunctus est, alii autem fratres supersint vel sorores, qui ex matre tantum vel ex[gg] patre defuncto copulantur, praeferantur[h] eis filius et filia[i] eius, qui utroque iure[k] subnixi[l] sunt. Et e contrario[m], si filius vel filia exsistat[n] fratris vel sororis defuncti vel defunctae uno tantum[o] iure coniuncti, alii autem fratres exsistant[p] vel sorores utroque iure decorati, praeponantur[q] fratres filiis vel filiabus ante defuncti fratris[r] vel ante defunctae sororis. Nulla enim[s] differentia est, utrum de hereditate masculi, an[t] feminae quaeratur, et utrum masculini[u] sint, qui inter se certant[v], an feminini sexus. Alia autem persona ex transverso gradu in locum defuncti parentis sui omnino non succedat[x], nisi fratris filius; tunc autem cum avunculis suis vel patruis fratris vel sororis[xx] filii filiaeve vocantur[y], cum nullus ex ascendentibus personis defuncto[z] supersit, tunc enim[a] excludendos[b] eos esse censemus. Quod si nullus ex ascendentibus[c] sit, tunc fratris vel sororis filii quasi[d] secundum gradum obtinentes, sic ad hereditatem defunctae[e] personae vocentur ideoque modis omnibus avunculis vel patruis[f] defuncti praeponantur[g], quia illi[h] tertium gradum cognationis obtinent[i]. Quod si neque fratres[k], vel sorores, neque filios vel filias fratrum vel[l] sororum defunctus reliquerit, alia deinceps cognatio ad successionem eius vocabitur secundum sui gradus praerogativam, ut qui proximior[m] est, ipse ceteris praeponatur[n]. Quod si plures[o] personae eundem gradum cognationis obtineant[p], et aliis proximiores sint, in capita[q] dividatur[r] inter eos hereditas, nulla differentia habenda, utrum qui vocantur[s] ad successionem defuncti, masculi sint[t] an feminae, et[u] utrum persona[v] defuncta masculini an feminini sexus fuerit[x]. Nulla autem differentia sit[y] agnationis et[z] cognationis, sed solus gradus[a] sanguinis naturalis spectetur[b]; nam cognatus proximior ulteriori[c] agnato praeponitur[d]. Haec de successionibus.

CCCXCVI. De legitima tutela, et de matre et avia tutelam liberorum administrantibus[a].

4. Ex his autem, quae de[b] hereditatibus ab intestato deferendis[bb] diximus, facile possumus[c] intelligere, quid[d] de tutelis iuris sit. Nam quaecumque persona sive agnationis sive cognationis[e] titulis decorata ad hereditatem impuberis, si[f] moriatur[g], vocabitur, necesse est, ut etiam tutelae onus suscipiat[gg]. Nam ibi tutelae gravamen imponendum est, ubi hereditas deferri[h] speratur. Nam[hh] si multi eundem gradum proximiorem[i] cognationis obtineant[k], omnes pariter[l] ad tutelam[m] vocantur, exceptis feminis, et minoribus[n] XXV annis, et[o] his, qui propter diversas rationes[p] tutores esse non possunt, veluti milites, et his[q], qui excusatione vallati sunt. Mater autem vel avia si velint[r] tutelam gerere[s] filiorum suorum vel nepotum, non prohibentur[t], si tamen actis intervenientibus nuptiis aliis[u] et Velleiano senatusconsulto renuntiaverint[v]; haec[x] enim facientes omnibus ex transverso venientibus cognatis[y] praeponuntur in tutela, solis[z] cedentes testamentariis tutoribus. Ubi autem multi ex eodem gradu cognationis[a] ad tutelam impuberis vocantur[b], convenire eos oportet apud competentem iudicem[c], ut ille unum vel plures ex his, qui ad[d] administrationem pupillarem[e] sufficiunt, creet[f], quem ipsi[g] vel quos utpote[h] idoneos elegerint et nominaverint[i], ut periculum ad omnes respiciat, et substantiae[k] eorum tacitis hypothecae[l] titulis pupillo obligentur[m].

CCCXCVII. De vi et potestate constitutionis in personis et temporibus[a].

5. Haec autem, quae de[b] successionibus diximus[c], obtinere oportet in his personis[d], quae fidem[e] catholicam sequuntur. Nam leges[ee] de haereticis positas[f] nullo modo ex hac lege innovari

Cap. CCCXCVI. Iul. Const 109, 4. Nov 118, 5. Auth. Const. 114, 5. *Zachariae* l c p. 203. Pe. 1, 3. Br. 1, 13, 6*. *Ficker*: über die Zeit u. den Ort der Entstehung des Brachylogus iuris civilis. Wien 1871. 8. p. 18.

Cap. CCCXCVII. Iul Const. 109, 5. Nov. 118, 6 Auth. Const. 114. 6. *Zachariae* l. c. p. 203 et p. 209 Dee in 13, 16. Apud A. cohaeret cum cap 396 Cf. cap 373 ultima pars

ad *u* M. sunt ad *q* M. et hi ad *s* M. filiorum suorum gerere ad *u* M. aliis nuptiis. ad *r, t, v* M velit — prohibetur — renuntiaverit. ad *y* M. cognatis (sive agnatis) praeponuntur. ad *a* M. cognati. ad *a* M vi ac potestate.

patimur[g]. Haec autem constitutio teneat in iis casibus[h], qui ab initio Iulii mensis praesentis[hh] sextae indictionis[i] contigerunt[k], vel postea contigerint; praecedentes[l] enim causas, quae emerserunt[m] usque ad memoratum tempus, veteribus legibus relinquimus[n], ut ex his dirimantur. *Dat.*[o] *VII. Kal. Aug. Septimo Miliario Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XVI. post Consulat. Fl. Basilii V. C. anno II.* (543.)

CONSTITUTIO CX. (CXI.)

CCCXCVIII. Ut donatio propter nuptias non indigeat insinuatione monumentorum[a].

1. Propter nuptias donatio insinuatione[b] monumentorum non indigeat, quamvis supra quingentos solidos sit[c], sed valeat et[d] in persona[e] mulieris et in persona mariti[ee], sive ipse maritus[f] conscripserit eandem[g] donationem, sive alius[h] pro eo, sive in persona ipsius[i] mariti, sive in persona[k] mulieris.

CCCXCIX. Qui servos suos manumittere possint, vel non[a].

2. Qui[b] quartum decimum[c] annum aetatis impleverit[d], et testamentum propter hoc facere[e] potest, non impediatur in ultima voluntate[f] servos suos manumittere[g], quamvis imperfectae[h] aetatis sit.

CCCC. Si quis in aliquo instrumento alterius instrumenti mentionem fecerit[a].

3. Si quis[b] in aliquo instrumento[bb] alterius instrumenti mentionem[c] fecerit, non aliter hoc[d] factum esse videatur, nisi ipsum prolatum[e] fuerit, id est[ee] antiquum[f] instrumentum, vel alio modo legitimo debita[g] quantitas probata[h] sit; hoc[i] enim et veteribus legibus cognitum est[k].

CCCCI. De appellationibus[a].

4. Sancimus, ut[b] in provocationibus ultimo[c] fatali die, vel utraque parte veniente, vel eo[d] solo, qui appellavit[e], et manifestante[f] praesentiam suam vel magistratui, qui de appellatione[g] cogniturus est, vel consiliariis eius, vel eis, qui lites introducunt[h], et si[i] iudex eum intra statutos dies recipere distulerit[k], nullum praeiudicium sit partibus, vel uni ex his propter huiusmodi[l] causam, sed provocationes[m] tales legitimo calculo terminentur[n].

CCCCII. De retractationibus sententiarum praefecti praetorio[a].

5. Leges quidem nostrae praecipiunt[b], ut contra sententias gloriosissimorum praefectorum praetorio[c] cuiuscumque[d] regionis provocatio non porrigatur[e], sed certo[f] tempore elapso[g] retractatio sententiae concedatur[h]. Sed humanitatis ratione facultatem praestamus ei[i], qui se[k] ex sententia praefectorum gravatum[l] esse putaverit, libellos adferre[m] vel ipsi praefecto praetorio[mm], qui[n] sententiam dixit, vel consiliariis[o] eius, vel his, qui lites introducunt, intra decem dies post sententiam prolatam[p], ut hoc subsecuto non aliter[q] exsecutioni sententia tradatur[qq], nisi prius[r] fideiussores[s] ido-

Cap. CCCXCVIII. Iul. Const. 110, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 119, 1. Auth. Const. 115 (ed. *Heimbach.* 114), 1. Dec. in 16. A. 119. Ad lemma: *De propter nuptias donationibus, quae etiam non allegatae quantaecunque fuerint quantitatis valeant. et ut libertas ab omnibus* (4 *ad* oṁs) *quindecim annorum testantibus praestita convalescat. sive ut instrumentum cuius in alio instrumento fit mentio praesentetur. et de appellationibus. et ut a sententia praefectorum liceat appellare. et de malae fidei possessoribus, sive de eis, qui ab eis* (P. in Err. et P[a]. ab *aliis*) *invasa, emptione aut donatione suscipiant* cf. cap. 166, not. sup. Vid. cap. 424.

Cap. CCCXCIX. Iul. Const. 110, 2. Nov. 119, 2. Auth. Const. 115, 2. 16 CCLXIV. Lr. 240. Cd. 7, 63. Conflatum est in 12 cum cap. 398.

Cap. CCCC. Iul. Const. 110, 3. Nov. 119, 3. Auth. Const. 115, 3. 16 CCLXV.

Cap. CCCCI. Iul. Const. 110, 4. Nov. 119, 4. Auth. Const. 115, 4. 16 CCLXVI.

Cap. CCCCII. Iul. Const. 110, 5. Nov. 119, 5. Auth. Const. 115, 5. Dec. in 15, 16, 18. Br. 4, 33, 5.

ad *o* M. Datum Septimiliario Imp. Iustiniano et des. *PP.* — *II.*

neos dederit is[t], qui vicit, de tanta[u] quantitate reddenda, quantam sententia continet, ut si[v] postea retractatione[x] legitimo modo veniente calculus[y] rescindatur, res adversariae parti[z] cum legitimis augmentis restituantur. Quod si[a] intra decem dies post sententiam prolatam[b] libellus ab ea parte, quae victa[c] est, non porrigatur[d], sine fideiussione[e] quidem exsecutio sententiae fiat[f], sed tamen ius retractationis[g] integrum[h] adversariae parti custodiatur, sibi imputaturae[i], quod intra decem dies libellum praestare secundum definitionem[k] nostram non curaverit[l].

CCCCIII. Si minor viginti quinque annis restitutionem adversus aditionem hereditatis petere maluerit[a].

6. Si minor viginti quinque annis temere[b] susceptam a se hereditatem nolit[c] habere, et in[d] integrum restitutionem imploraverit[e], si quidem praesto sint[f] omnes creditores hereditatis, vocentur iussione[g] iudicis, et praesentibus eis restitutio petatur. Quod si[gg] vel omnes vel quidam[h] ex his absint[i], vocentur quidem legitimis praeconiis[k]; sin autem intra tres menses non venerint[l], liceat adultis in[m] integrum restitutionem[n] impetrare sine periculo, ut tamen iudex[o], qui praesidet, prospiciat, ubi debent[p] res hereditariae mobiles et immobiles servari[q]: quantitate[r] scilicet earum per[s] publicam descriptionem[t] actis intervenientibus manifestanda[u].

CCCCIV. De mala fide possessoribus res alienas alienantibus[a].

7. Si quis mala[b] fide res alienas possidens[c] vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit, is autem, qui se dominum earum putat[d], sciens hoc testatione[e] non denuntiaverit[f] ei, qui res cepit[g], intra decennium inter praesentes[h], vel inter absentes intra vicennium, res firmiter[i] apud emptorem vel qui donationem[k] excepit, vel alio modo alienationis[l] nactus est, permaneant[m]. Quod si ignorante[n] domino mala fide[o] possessor alienaverit, non aliter hoc[p] praeiudicet domino, nisi XXX annorum spatium transactum sit, quamvis is[q], qui emit, vel alio modo alienationis[r] nactus est, bonae fidei possessor fuerit[s].

CCCCV. De praesentibus et absentibus intra decennii praescriptionem[a].

8. Scimus[aa], quod inter praesentes longi temporis praescriptio[b] decennium est[c], inter absentes autem vicennium. Quid[d] ergo, si in quibusdam annis[e] praesto sit aliquis, in quibusdam[f] autem abfuerit[ff]? Et dicimus[g], tantum aliud[h] tempus decennio[i] expleto adiiciendum[k] esse, quantum in absentia fuit. Ea autem, quae de[l] temporali praescriptione constituimus, non in praeteritis[m] causis, sed[n] in futuris casibus obtinere sancimus, qui[o] post hanc legem emerserint[p].

CCCCVI. De testatore non cogendo sua propria manu vel testium nomina heredum scribere[a].

9. Nemo cogatur in testamento suo[b] propria[c] manu vel testium nomina heredum scribere, sed valeat testamentum ipsius, sive per ipsum testatorem, sive per aliam qualemcumque[d] personam nomen heredis eius[e] scribatur[f], si[ff] tamen aliam testamentorum observationem[g] habeat[h].

CCCCVII. De rebus immobilibus, quae ad loca venerabilia pertinent[a].

10. Scimus legem nos[b] posuisse, qua cautum[c] est, ut non[d] transeant[e] ad alias[f] domos res immobiles, quae ad nostram domum[g] ab ecclesia sacrosancta pervenerint[h]. Hanc igitur legem

Cap. CCCCIII. Iul. Const. 110, 6. Nov. 119, 6. Auth. Const. 115, 6. 16 dee. numerus cap.
Cap. CCCCIV. Iul. Const. 110, 7. Nov. 119, 7. Auth. Const. 115, 7. 16 CCLXVII. Lr. 108. Bo. 79. Pe. 3, 10.
Cap. CCCCV. Iul. Const. 110, 8. Nov. 119, 8. Auth. Const. 115, 8. 16 CCLXVIII. Lr. 109. Bo. 80.
Cap. CCCCVI. Iul. Const. 110, 9. Nov. 119, 9. Auth. Const. 115, 9. 16 CCLXIX.
Cap. CCCCVII. Iul. Const. 110, 10. Nov. 119, 10. Auth. Const. 115, 10. 16 CCLXX. Lr. 143. Dee. in 15.

ad *c* M. hereditatem habere noluerit. ad *d* M. rerum. ad *g* M. accepit intra. ad *m* M. permaneat. ad *a* M. praescriptione

praecipimus evacuari[i] non solum in[k] his, quae postea pervenerint ad nostram domum, sed etiam in his, quae[l] iam pervenerunt.

CCCCVIII. Si quis familiae suae legaverit, vel aliae personae[a] legatum reliquerit, et rei legatae alienationem prohibuerit.

11. Si quis testamentum fecerit, et rem immobilem[b] familiae suae legaverit, vel aliae personae legati nomine reliquerit[c], et[d] specialiter dixerit[e], nullo tempore eandem[f] rem alienari[ff], sed apud heredes, vel[g] successores eius[h], cui res relicta[i] est, semper manere[k], in hoc[l] legato iubemus Falcidiam legem locum[m] omnino non habere, quia[n] alienationem eius[o] ipse prohibuit, qui testatus est. Haec[p] autem obtinere[q] iubemus in his casibus, quos nec iudicialis calculus, nec amicalis compositio[r], nec alius modus legitimus[s] terminavit. *Dat.*[t] *XIV. Kal. Feb. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani Aug. anno XVII. post Cons. Basilii anno III.* (544.)

CONSTITUTIO CXI. (CXII.)

CCCCIX. De[a] alienationibus et aliis contractibus immobilium rerum, vel annonarum civilium, vel rusticorum mancipiorum, quae ad loca venerabilia pertinent.

1. Nulli liceat administratori[b] rerum ecclesiae maioris huius[c] imperialis civitatis, vel orphanotrophii, vel xenodochii[d], vel ptochotrophii, vel nosocomii, vel alterius religiosi[e] loci intra imperialem civitatem vel intra territorium eius positi[ee], exceptis monasteriis, vendere, vel donare, vel[f] permutare, vel in pari[g] donatione, vel alio[h] quocumque modo alienare rem[i] immobilem, vel annonas civiles, vel rusticum mancipium, nisi ad[k] imperialem domum permutatio tantum[l] fiat. Sed neque paroecico[m] iure dari[n] quidpiam concedimus. Emphyteuseos autem contractus ab antefata[o] maiore ecclesia et aliis[p] memoratis locis fieri iubemus in persona ipsius[q], qui accepit, et in[r] duobus aliis heredibus, ut non plus quam sexta[s] portio subsistentis reditus concedatur ei, qui emphyteusin accepit[ss]. De proastiis autem, quae ad praedictas pertinent[t] domos, iubemus, si quidem talia proastia reditum habeant, in solidum reditum[u] ab administratoribus iure emphyteuseos ea[v] praestari secundum praedictum modum, id est, in personam eius, qui accepit[x], et alias duas successiones, ut[xx] nulla relevatio[y] fiat, sed magis accedat[z] augmentum. Quod si nullum reditum eadem proastia habeant, tunc liceat administratoribus ea praestare[a] sub quadam quantitate. Quod si[b] res emphyteuseos iure[c] ab antefatis domibus praestita vel[d] ad imperialem domum pervenerit, vel ad fiscum, vel ad aliquam civitatem, vel ad curiam, vel[e] ad aliam religiosam domum, liceat administratoribus locorum, a[f] quibus ab initio emphyteusis constitit[ff], quando ad aliquam personam[g] talis contractus pervenerit[gg], manifestare[h] voluntatem suam intra biennium, et duorum alterum, vel apud eos[i] relinquere rem et annuum[ii] reditum, qui pacto continetur[k], accipere, vel[l] ipsam rem recipere,

Cap. CCCCVIII. Iul. Const. 110, 11. Nov. 119, 11. Auth. Const. 115, 11. 16 CCLXXI. De Graec. Epit. Nov. cf. *Zachariae* l. c. p. 203, 210, not. 29.

Cap. CCCCIX. Iul. Const. 111, 1. Nov. 120, 1—6 pr. Auth. Const. 116 (ed. *G. Heimbach.* 115), 1—6 pr. Cf. supr. cap. 32, not. sup. et cap. 124, not. *a.* Dec. in 13, 15, 16 et partim in 18, vid. not. *a.* A.120. Dictatum de Consiliariis, initio. Lr. 135. L. 1. Heinrici II. Long. * Pe. 1, 65. Glossa *Sub alterno* Nov. 120. *Heimbach*: Auth. Proleg. p. CCLXXIX. *Biener*: Geschichte p. 82, not. 120. Decr. Grat. cau. 10, qu. 2, cau. 2. Ad lemma: *De sanctae ecclesiae regiae urbis et religiosorum locorum rebus immobilibus, nullo modo alienandis* (4 nullo modo alienandis immobilibus) *nisi per emphyteuma sub certa definitione* (4 *districtione*). *Caeterarum vero provinciarum ecclesiis concessum non solum perpetuum emphyteuma celebrare, sed et si necessitas exigat debiti, vel rei damnosae, venumdare. commutationibus non inhibitis si maluerint religiosa loca inter se peragere. Odessenae et* (4 *Adessenae vel;* P. et *iis,* sed in Err. P. delet et P[a]. om. *iis*) *Ierosolymitanae ecclesiae* (4 *ecclesiis*) *privilegia adiecta* (4 add. *nam*). *Et si quae res damnosae episcopis donatae vel venditae sunt, restitui ab eis iubentur. etc.* cf. cap. 166, not. sup.

ad *a* M. om. *legatum reliquerit.* ad *d* M. et [is] specialiter. ad *h* M. illius. ad *m* M. omnino locum. ad *t* M. Dn. N. Iustiniano, et om. *Aug.* — *III.* ad *u* M. habeant insolidum reditum, ab admin. etc.

iure emphyteuseos resoluto, si[ll] hoc ipsum conducere sibi putaverint[m]. Quod si quaedam sint[n] loca, in quibus positae[o] veteres domus dirutae sunt, ex quibus nullus reditus praedictis[p] religiosis locis colligitur, neque possint[q] dirutas[r] domos renovare[s], liceat administratoribus huiusmodi loca emphyteuseos iure perpetuo praestare, sic tamen[ss], ut tertia[t] portio pensionum religiosis locis praestetur, quae[u] colligebantur ex habitationibus nondum dirutis, eandemque tertiam[v] portionem cedere ab initio contractus emphyteuseos. Quod si emphyteuticarius magis[x] eligat sub hac pactione loca accipere, ut prius aedificet, et ex[y] venientibus postea pensionibus[z] dimidia portio religiosis locis[a] praestetur, et hoc fieri concedimus. Sed et[aa] si materias ex dirutis aedificiis in eodem loco emphyteuticarius invenerit, sine impedimento eis utetur[b]. Quod si quis[c] velit rem immobilem ab antefatis[d] religiosis locis usus nomine accipere, non aliter hoc accipiat[dd], nisi aliam rem statim iure dominii[e] praestet eidem religioso loco, a quo eandem rem accepit[f], tantum habentem reditum, quantum habet[g] res, quae ei datur, et non pluribus tributis gravatam[h], ut post mortem eius vel post tempus, quod[i] usui additum est (ut tamen non sit longius, quam vita[k] eius, qui accepit)[l], utraque res in integrum tam iure dominii quam iure usus in eundem religiosum locum perveniat[m]. Locationes autem ab iisdem[mm] religiosis locis fieri concedimus[n] in tantos annos, quantos inter contrahentes placuerit, ut tamen non extendantur ultra triginta annos. Quod si contigerit memoratis[o] locis, propter tributa[p] vel alias necessitates pecuniis opus habere, liceat administratoribus rem immobilem supponere, et dare[q] in speciale pignus[qq], ut creditor possideat eandem rem[r], et fructus eius capiat[rr], et imputet sibi in ipsas[s], quas mutuavit[ss], pecunias, quosdam[t] in usuras, non ampliores quam quarta portione[u] centesimae. Quod si administratores debitum solverint, vel ex fructibus creditori[v] satisfiat, iubemus rem ad locum religiosum redire[x]. Contractus autem emphyteuseos et hypothecas et ultra[y] quinquennium locationes volumus fieri a sacrosancta quidem maiore ecclesia[z] huius civitatis arbitrio et consensu beatissimi[a] eiusdem civitatis patriarchae, iurantibus, praesente eo, tam religiosis[b] oeconomis, quam chartulariis eiusdem maioris[c] ecclesiae, quod non[d] ad fraudem ipsius ecclesiae contractus fit; in aliis autem religiosis domibus, si quidem sint chartularii[e], eodem modo eos[ee] iurare praesente[f] administratore; quod si nulli chartularii sint, ipsos[ff] administratores propositis[g] sacrosanctis evangeliis contractum facere in scripto[h] cum iureiurando huiusmodi instrumentis, eo[i] quod non ad laesionem vel circumscriptionem religiosi loci contractus fiat. Oeconomis autem et[k] orphanotrophis, et ceterorum locorum administratoribus*, et cuiuscumque loci[l] chartulariis, et parentibus et liberis eorum, et aliis, qui iure cognationis vel[m] affinitatis eis copulantur, interdicimus emphyteuses, et[n] locationes, vel hypothecas rerum ad religiosa pertinentium loca, sive[o] per se, sive per interpositam personam accipere: scituris[p], quod si tale aliquid perpetratum[q] fuerit, et hoc ipsum invalidum[r] erit, et omnem substantiam eorum, qui acceperint[s], et oeconomorum, et chartulariorum, et administratorum[t], quibus secundum praedictum modum copulantur, in religiosam domum, ex qua rem acceperunt[u], post mortem eorum pervenire iubemus. Et haec* quidem de sacrosancta maiore ecclesia[v] et praedictis[x] religiosis locis, quae intra imperialem civitatem sunt vel intra[y] territorium eius[z], disposuimus.

CCCCX. Idem[a].

2. De aliis autem[b] sacrosanctis ecclesiis et monasteriis, et xenonibus[c], et nosocomiis, et ceteris religiosis domibus, quae in omnibus[d] provinciis nostrae reipublicae positae sunt, nec non monasteriis in* imperiali civitate[e] et territorio eius positis consequenter[f] definiendum est. His igitur locis[g] liberam facultatem praestamus[h] non solum temporalem emphyteusin facere[i] immobilium re-

---

Cap. CCCCX. Iul. Const. 111, 2. Nov. 120, 6. 7 pr. Auth. Const. 116, 6. 7 pr. 16 CCLXXII. Dec. in 15 et partim in 13. Lr. 136. *Zachariae* l. c. p. 203. *Miraeus*, praef. (p. 3). *Biener* l. c. p. 79, not. 115.

---

ad *h* M. gravatam, ita ut   ad *o* M. memoratio. err. typ.

rum ad ipsos[k] pertinentium, sed etiam perpetuo eas[kk] iure emphyteutico volentibus dare[l], et si quidem sacrosanctae ecclesiae fuerint, vel aliae religiosae[m] domus, quarum administrationem episcopus vel per se vel per clerum[n] expediat, arbitrio eius et consensu fieri[o] talem contractum: iurantibus, praesente eo[p], oeconomis, et administratoribus, et chartulariis eiusdem religiosae domus, quod ex hoc[q] emphyteuseos contractu nullum damnum eidem religiosae domui fiat[r]. Quod si ptochia, vel xenones[s], vel nosocomia, vel alia religiosa loca sint[t] propriam habentia[u] administrationem, si quidem sanctas domos oratorias[v] habeant[x], consensu amplioris partis clericorum oratorii contractus procedat, nec non[y] oeconomi. Quod si solum xenodochium sit, vel ptochium, vel nosocomium, vel alia religiosa domus, is qui praepositus ipsis[z] est, contractum faciat[a], iurantibus administratoribus earum[b] sub praesentia religiosissimi episcopi[c], a quo praepositi vel creati fuerint, quod nihil ad laesionem[d] vel circumscriptionem[e] eorundem locorum in tali contractu fiat[ee]. In monasteriis autem per hegumenos[f] eorum cum[ff] ampliore parte[g] eiusdem monasterii monachorum contractum fieri[h]. Et in his autem omnibus iubemus inscribi[i] instrumentum cum iureiurando, quod non ad laesionem vel[k] circumscriptionem eorundem locorum negotium agitur, et[l] hac tamen observatione procedente[m], relevationem[n] non amplius fieri sexta[o] portione reditus, quam habet res[p] iure emphyteuseos praestita. Quae autem[q] diximus de aedificiis dirutis[r] pertinentibus ad[s] religiosas domos in hac imperiali civitate positas, eadem obtinere[t] volumus et in istis[u] religiosis domibus. Illud quoque iubemus obtinere, ut si quando eaedem religiosae domus[v] vel propter publicas tributiones, vel propter alias necessarias causas[x] obligatae fuerint, et non habeant ex rebus mobilibus, unde eadem debita persolvant[y], tunc primo quidem[z] ordine in speciale pignus rem immobilem dari creditori volumus, ut huius[a] pignoris fructus accipiens imputet sibi[b] quosdam in ipsa pecunia credita, quosdam in usuras, non plures[c] quarta portione centesimae. Quod si non possint[d] hoc modo debitum obtinere, iubemus per[dd] eos quidem, qui a beatissimo patriarcha[e] creantur, sive metropolitani, sive alii[f] episcopi fuerint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, vel ptochotrophi, vel xenodochi, vel nosocomi[g], vel aliarum religiosarum domorum administratores, apud sanctissimos[h] patriarchas, a quibus creantur, monumenta fieri cum[i] sacramento administratorum et consensu maioris partis eorum, qui ibi ministerium* faciunt, debitum manifestum fiat[ii], et quod non est possibile ex rebus mobilibus hoc exsolvi. Eos autem, qui a metropolitanis episcopis[k] creantur, sive[l] episcopi sint, sive archimandritae, sive orphanotrophi, sive ptochotrophi, vel aliarum* domorum religiosarum administratores, apud ipsos similiter metropolitanos[m] episcopos talia monumenta conscribere. Apud illos autem[mm] episcopos, qui vel a patriarchis, vel a metropolitanis[n] episcopis creantur, et habent sub[nn] iurisdictione sua monasteria, vel ptochia, vel xenones*, vel nosocomia, vel[o] alias religiosas domus, eodem modo monumenta[oo] fieri, sic tamen, ut apud patriarchas, vel metropolitanos, vel alios[p] episcopos talia monumenta si fiant, ut[q] nullum super his damnum vel sumptum domos[r] religiosas pati[rr]. Propter hoc enim* volumus de cetero[s] apud praesides provinciarum vel apud defensores locorum talia monumenta[t] praedictis personis vel domibus fieri[u], ut nullum detrimentum patiantur*. Postquam autem hoc[uu] ita secutum fuerit apud memoratos sanctissimos patriarchas, vel metropolitanos, vel alios episcopos, tunc antefatos[v] administratores eius loci[vv], cui debitum imminet, in scriptis in publico[x] civitatis proponere per viginti dies, et hoc modo adhortari[y] eos, qui comparare rem immobilem volunt, ut[z] is, qui plus praestiterit[a], aliis praeponatur. His autem omnibus procedentibus[b] venditionem fieri[c], pretio modis omnibus pro debito dando[d], ut non aliter habeat emptor cautum, nisi pretium super[e] ipso debito solverit, et hoc[f] specialiter inscriptum[g] sit cum iureiurando in emptionali conscriptione[h], quod nihil ad laesionem vel[i] circumscriptionem eiusdem religiosae domus fiat[k]. Sin autem per antefatum modum emptor talis rei nullus[l] inveniatur, iubemus debitum quidem recipere[m] creditorem iure eo, quod pro soluto[n] dicitur, ut ipsam possessionem creditor accipiat, iusta et subtili[o] aestimatione facienda[p], et adiicienda pretio decima[q]

ad *p* M. et. ad *f* M. legumenos. ad *dd* M. om. *per*. ad *f* M. om. *alii*.

portione totius aestimationis, et sic in ea quantitate capere rem[r] creditorem pro solutione firmo dominio possidendam[s], sic tamen, ut[t] administratores eius loci, cui debitum imminet[u], et maior pars[u] eorum, qui ibidem ministerium faciunt[uu], huiusmodi venditionibus[v] consentire. Ea autem res, quae pro soluto immobilis constituta[x] datur, non electione creditoris praestetur, sed quod medium est fertilium[y] et infertilium possessionum, quae ad religiosum pertinent locum[z], aestimari ad hoc oportet ex[a] reditu suo, et publicarum tributionum[b] functione, et reliquo statu. Si quis autem episcopus vel oeconomus, vel administrator cuiuscumque religiosi loci, sive in[c] imperiali civitate sive in provinciis positi, pecuniam mutuatus est[d], vel postea mutuatus fuerit, iubemus non aliter[e] ei in rationes[f] religiosae domus imputari, nisi prius[g] probaverit, quod ad causas[h] praedicti religiosi loci haec processit[hh], sed neque ipsum creditorem vel heredes eius contra domum religiosam habere aliquam actionem, nisi probaverint[i] in causas ad religiosam domum[k] pertinentes pecuniam processisse, sed contra[l] eum, qui mutuatus est[m], vel heredes eius, suas movere actiones. Hoc quoque iubemus, ut excepta sanctissima maiore ecclesia[n] imperialis civitatis, et sancto orphanotrophio, et[o] xenonibus, et ptochiis, quae in hac imperiali civitate sunt[p], vel quae intra[q] territorium eius, licere[qq] omnibus sanctissimis ecclesiis et religiosis[r] domibus, nec non monasteriis, quae vel in[s] imperiali civitate vel in diversis provinciis posita sunt, permutationes[t] secum facere cum indemnitate utriusque loci[u], consentientibus in scriptis vel depositione[v] huic contractui non solum administratoribus utriusque religiosi loci[x], sed etiam maiore parte[y] eorum, qui ibi* ministerium faciunt. Res autem immobiles, quae ab imperiali domo ad quemcumque religiosum locum pervenerunt, vel postea pervenerint[z], nullo modo vendi, vel supponi, vel permutari, vel quocumque modo alienari[a] concedimus, nec si secum[b] religiosae domus tale aliquid fecerint[c].

CCCCXI. Idem[a].

3. Nulli[b] liceat monasterium alienare, ut in[c] profanum statum[d] transeat, sed liceat episcopis huiusmodi[e] facinora emendare, et in pristinum statum locum[f] reducere. Si[g] quis autem ex praedictis[h] locis excepta maiore ecclesia[i] imperialis urbis possessionem habeat tributis plurimis praegravatam[k], ex qua nullus reditus[l] sancto loco praestatur[m], facultatem liberam damus administratoribus[n] religiosi loci talem[o] possessionem[p] alienare, quocumque modo putaverint[q] commodum eidem religioso loco[r] fore, monumentis scilicet in tali alienatione faciendis apud illos[s], a quibus administratores talium[t] locorum praeponuntur[u], vel creantur[v], et iurantibus[x] per divinas[y] scripturas his, qui iisdem[z] locis praepositi sunt, et maiore parte eorum, qui ibi[a] ministerium faciunt, quod nulla proditione[b], nulla gratia[c], nulla circumscriptione[d] alienatio fiat[e]. Oeconomis autem vel administratoribus, vel chartulariis cuiuscumque[f] religiosi loci et parentibus et liberis eorum et aliis, qui vel cognatione vel iure nuptiarum eis copulantur, locationes, vel emphyteuses[g], vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium apud eosdem[gg] religiosos locos[h] pertinentium subire vel per se vel per[i] interpositam personam sub iisdem poenis interdicimus, quas[k] supra[l] diximus[m].

CCCCXII. Idem[a].

4. Si quis autem conductor[aa] vel emphyteuticarius rei[b], quae ad locum religiosum pertinet, deteriorem eam fecerit[c], vel per biennium emphyteuticum canonem[d] sive mercedem non solverit[e], liceat religioso loco[f] expellere eum[g] de locatione[h] vel emphyteuseos contractu[i], et[k] exigere ab eo

---

Cap. CCCCXI. Iul. Const. 111, 3. Nov. 120, 7, §. 1. Auth. Const. 116, 7, §. 1. 16 CCLXXIII. Lr. 168. Cd. 6, 134. Cre. I. A. III. et IV.

Cap. CCCCXII. Iul. Const. 111, 4. Nov. 120, 8. Auth. Const. 116, 8. 16 CCLXXIV. A. V. Lr. 137. Bo. 78*. Cre. II. Lib. Pap. Ludov. II. Expositio 53 (55). Docum. Ravennat. a. 953. Pe. 1, 60.

---

ad *t* M. add. *rerum.* ad *b* M. rem. ad *f* M. religiosi loci administratoribus expellere.

transacti temporis debitum[kk] canonem, et[l] propter emponemata nullam ei competere actionem. Sin autem nolint[m] administratores[n] religiosi loci eum expellere, id quod debet, praestet, et teneat[o] rem, donec tempus statutum[p] finiatur, et canonem, secundum quod pactus[q] est, praestet[r]. Quod si fugerit, liceat administratoribus religiosi loci[s] indemnitatem servare ex rebus ipsius[t], et propter emponemata[u] nullam timere actionem.

CCCCXIII. Idem[a].

5. Sanctissimis ecclesiis Odessi[b] et Tomeos[c] permittimus alienare res[d] immobiles pro captivorum redemptione[e], nisi forte ad hoc eis[f] praestitae fuerint, ut[g] nullo modo alienentur[h]. Illud quoque[i] concedimus, ut[k] Hierosolymitana[l] sanctissima ecclesia licentiam habeat domos suas in eadem civitate[m] positas vendere non[n] in minore pretio, quam ex pensionibus earum[o] per quinquaginta annos colligitur, ut ex[oo] ea aestimatione alius[p] reditus melior comparetur.

CCCCXIV. Idem[a].

6. Si quis cuicumque[b] sancto loco vel in[c] imperiali civitate vel in provinciis posito[d] possessiones penuria laborantes[dd] donaverit vel vendiderit, vel alio modo praestiterit, vel reliquerit, iubemus pro talibus rebus nullam laesionem perpeti religiosam domum, ad quam talis possessio pervenit, sive publicarum functionum[e] nomine, sive alterius cuiuscumque causae, sed totum gravamen in eos[f], qui dederunt, vel heredes eorum redire[g], cogendos[h] recipere[i] tales possessiones, et restituere de sua substantia[k] religioso loco omne detrimentum, quod ex tali causa ei contigit[l]. Sed et si fraus intercesserit tanta, ut etiam pecunia religioso[m] loco praestetur[n], ut possessiones illas religiosus locus[o] suscipiat, iubemus, ut is, qui dedit[p], vel heres[q] eius recipiat[r] possessiones, et pecunias non exigat[s]. Nulli autem ecclesiae necessitatem[t] imponi volumus, possessiones ubicumque positas, quamvis fertiles sint[u], comparare.

CCCCXV. Idem[a].

7. Si quis usus nomine rem immobilem[b] ab ecclesia provinciali accipere velit[c], eodem iure[cc] et sub iisdem[d] condicionibus accipiat, quas supra[e] diximus in[f] ecclesiis, quae in imperiali[g] civitate sunt, vel in territorio[h] eius positae[i].

CCCCXVI. De sacris vasis cuiuscumque ecclesiae vel oratorii[a].

8. Haec[aa] de rebus immobilibus. Nam[b] de sacris vasis cuiuscumque ecclesiae vel oratorii iam[c] legem posuimus, ut[d] non aliter liceat ea distrahere, nisi[e] pretium eorum procedat in redemptionem[f] captivorum: aliter enim vendi vel[g] obligari non possunt. Sin autem religiosa domus habeat superflua vasa[h], quae nullum necessarium[i] usum faciunt, ipsa autem debitis praegravetur[k], et[l] non sint[m] aliae mobiles res[n], ex quibus possint[o] debita persolvi[p], licentiam damus[q] actis intervenientibus secundum modum superius[r] praefinitum memorata superflua vasa vel aliis religiosis locis[s], si hoc eis[t] utile sit, vendere[u], vel conflare et similiter vendere[v], et eorum pretium[x] debiti nomine dare, ut res immobiles[y] non alienentur[z].

Cap. CCCCXIII. Iul. Const. 111, 5. Nov. 120, 9 pr. Auth. Const. 116, 9 pr. A. VI. Lr. 138. Cre. sine numero, cohaeret cum cap. 412. Dee. in 9, 10, 13, 15, 16, 18.

Cap. CCCCXIV. Iul. Const. 111, 6. Nov. 120, 9 princ., poster. pars (discerpsit enim Iulianus princ. cap. 9 in duo capitula) et §. 1 pr. Auth. Const. 116, 9 princ., posterior pars et §. 1 pr. 16 CCLXXV. A. VII. Dee. in 15. Lr. 139. Cre. sine numero, cohaer. cum cap. 413.

Cap. CCCCXV. Iul. Const. 111, 7. Nov. 120, 9, §. 1 med. Auth. Const. 116, 9, §. 1 med. 16 CCLXXVI. A. VIII. Lr. 140. Cre. sine num., cohaer. cum cap. 414. Abbon. Floriac. Coll. Can. C. 25*.

Cap. CCCCXVI. Iul. Const. 111, 8. Nov. 120, 10. Auth. Const. 116, 10. 16 CCLXXVII. A. IX. Lr. 141. Cre. III.

---

ad *q* M. pactum. ad *k* M. add. *in*. ad *o* M. eorum. ad *p* M. aliis. ad *h* M. redire, et cogendo. ad *l* M. et si non. ad *u* M. vendere vel conflare: et.

CCCCXVII. Quibus[a] poenis subiiciantur, qui praesentem constitutionem violaverint[b].

9. Si contra ea, quae diximus in praesenti lege[c], contractus[d] fiat in rebus mobilibus et[e] immobilibus ad religiosam pertinentibus domum[f], iubemus, reddi quidem eidem[g] religioso loco rem, in qua[h] tale aliquid secutum est, cum medii temporis fructibus, maneat[i] autem apud eundem[k] religiosum locum et[l] pretium[m], et si quid[n] remunerationis vel permutationis[o] gratia vel alterius cuiuscumque causae nomine ei praestitum est[p]. Quod si emphyteusis facta sit[q] contra ea[r], quae disposuimus[s], res quidem religioso loco[t] reddatur, pactionem autem emphyteuticam praestet[u] emphyteuticarius secundum tenorem instrumentorum, quae in[u] huiusmodi contractu composita fuerint. Quod si donata fuerit[v] res ad religiosum locum pertinens, reddatur ei cum medii temporis fructibus, et[x] aliud tantum, quantum eadem res digna est. Sin autem[y] hypotheca contra praedictas distinctiones[z] data fuerit[a], creditor quidem debitum amittat, et rem[b] religioso loco reddat. Tabelliones autem, qui contra praesentem legem instrumenta componere ausi fuerint[c], perpetuo exsilio condemnentur.

CCCCXVIII. De vi ac potestate constitutionis in tempore[a].

10. Quidquid[b] ante praesentem constitutionem* factum est, si quidem secundum leges veteres[bb], valeat; sin autem adversatur eis, radicitus eruatur[c]. De cetero autem, veteribus legibus in hac parte[cc] evacuatis, praesentem legem in nostra republica[d] pollere sancimus. *Dat.*[e] *VII. Id. Maias Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XVIII. post Basilii V. C. Cons. anno III.* (544.)

CONSTITUTIO CXII. (CXIII.)

CCCCXIX. Ut[a] iudices nulla relatione utantur ad principem.

1. Iudex[b] sententiam definitivam ex[c] suo arbitrio consentaneam legibus promat[d], et non utatur[e] indicatione[f] ad nostram clementiam[ff], nec referat, sed quod sibi[g] visum fuerit legitimum, dicat, postquam perfectissime de lite cognoverit[h]. Quae similiter obtinere iubemus, sive unus[i], sive duo, sive plures iudices fuerint causae cuiuscumque cognitores[k].

CONSTITUTIO CXIII. (CXIV.)

CCCCXX. Quomodo sacrum auditorium celebrari oportet[a].

1. Invenimus, quaestorem et praefectum praetorio[b] per Orientem[c] in sacro auditorio[d] hisdem interlocutionibus uti[e], quibus nos utimur; dicebant[f] enim: nostra serenitas[ff], et nostra pietas[g] et mansuetudo; et advocati[gg] hisdem vocibus ad eos[h] utebantur, et vestitu[hh] eodem omnes ornabantur, quo[i] tantum uti apud principem licet. Nos autem quaestorem quidem cum praefecto consi-

Cap. CCCCXVII. Iul. Const. 111, 9. Nov. 120, 11. Auth. Const. 116, 11. 16 CCLXXVIII. 4 in m., 7, 18 *Const. CXIII.* 5 *Const. CVIII.* 6 *Const. CXII.* Abhinc iterum turbata est series numerorum Constitutionum in codd. 4—7, 18. A. X. Cre. IV. Lr. 142.

Cap. CCCCXVIII. Iul. Const. 111, 10. Nov. 120, 11 in f. Auth. Const. 116, 11 in f. 16 CCLXXIX. Dee. in 13, 15, 18. A. sine num. et cohaeret uti in cod. 17 cum cap. 417.

Cap. CCCCXIX. Iul. Const. 112, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 125, 1. Auth. Const. 117 (*Heimbach.* 116), 1. 3, 4, 7 *Const. CXIV.* 5 *CX.* 16 CCLXXIX, err. Dee. in 13. A. 125. Br. 4, 34, 2. Ad lemma: *Iubetur, ut sine consultatione principis unusquisque iudex legibus concordans* (4 *concordantem*) *ferat iudicium* cf. cap. 166, not. sup. In cod. 4 textus capituli loco motus et translatus est post lemma cap. 420, ut lemmata Const. 112 et 113 coaluerint. *Biener*: Geschichte p. 82.

Cap. CCCCXX. Iul. Const. 113, 1. Vid. cap. 124, not. *a.* Nov. 126, praef. et cap. 1. Non exstat in Auth. In 5 dee. Constit. numerus. 3, 4, 7 *Const. CXV.* Dee. in 9, 12, 13, 15, 16, 18. A. 126. Ad lemma: *Quaestores etiam non uti verbis convenientibus maiestati. et ut intra triennium appellantium negotia iudices perscrutentur. Et omnes iudices appellantibus inter triginta dies accedere non differant. et quae sit poena eorum qui haec facere distulerunt* cf. cap. 166, not. sup. Exstat hoc lemma etiam in cod. 11.

ad *d* M. pollere iubemus. ad *e* M. Dn. N. Iustiniano anno XIX. et om. rel.

dere[k], et tales causas audire[l], et legitimos calculos proferre, et[m] consueta[n] scrinia in talibus causis[o] suum ministerium[p] praebere permittimus, illa autem illicita[q] verba et vestitum[r] vindicare sibi nulli[s] concedimus. Sin autem hoc fiat[t], maiestatis crimine[u] temeratores obnoxii sunt[v].

CCCCXXI. De appellationibus[a].

2. In omnibus provocationibus hoc[aa] obtinere iubemus, ut appellatione facta intra tempus statutum, si utraque pars fatalem diem[b] observaverit[c], sine dilatione iudices[d] et ea, quae acta sunt, perscrutentur[e], et legitimum calculum proferant[f]. Quod si solus qui appellavit, intraverit[g], iudices exspectent[h] usque ad ultimum fatalem diem[i]. Et si[k] is, qui vicit, non inveniatur[l], perscrutentur[m] acta, et finis legitimus sequatur[n]. Quod si victor intraverit[o], et is qui appellavit, requisitus[p] non inveniatur, exspectent[q] iudices non solum ultimum fatalem diem, sed etiam tempus reparationis[r], id est, tres[s] menses. Quod si his quoque[t] transactis, is qui provocavit[u], non inveniatur, nullatenus temporis cursu[v] calculus confirmetur, sed ex[x] una parte iudices perscrutentur[y] acta prioris iudicii[z]. Et si quidem recte pronuntiatum est, confirmare[a], quod si[b] aliquid non recte habet[c], debent[cc] hoc corrigere et legitimum calculum proferre[d]. Semel autem appellatione[e] intra fatales dies vel ab una vel[f] ab utraque parte introducta, nullatenus biennalis temporis transactione[g] primus calculus confirmetur, sed veritas et iustitia[h] perscrutetur, et finis legitimus talibus[i] causis imponatur, sive una sive utraque parte praesente. Et propter hoc iubemus in talibus causis non in primo introitu omnes cognitiones referri[k], sed singulas propriam diem praescriptam[l] habere.

CCCCXXII. Idem.

3. Omnes iudices legibus non interdictam[a] provocationem intra statutos[b] dies recipere non recusent, intra[bb] triginta autem[c] dies postquam provocatio porrecta est, acta cum sua subscriptione[cc] litigatoribus dare, ut illi[d] apud competentem iudicem ea[dd] intimare possint. Si quis autem iudicum[e] hoc facere distulerit, calculus[f] quidem temporis transactione[g] non confirmabitur[h]; ipse autem index, qui ea non[i] observavit[k], et qui[l] ministerium ei[m] praebent, omne[n] damnum, quod litigator passus fuerit, actis ei[o] non editis, de suis substantiis reddere compellantur[p], et denas[q] auri libras poenae nomine nostris privatis inferendas exsolvant[r].

CONSTITUTIO CXIV. (CXV.)

CCCCXXIII. De successione[a], quae ab intestato defertur fratribus, et parentibus, et filiis fratrum[b].

1. Sancimus[c] ex hoc tempore, si quis intestatus decesserit[d] fratribus derelictis[e] ex utroque parente sibi[f] copulatis, et filio ex fratre antea[g] mortuo, qui et[h] ipse ex utroque parente ei[hh] copulabatur, et aliquo[i] ex personis ascendentibus, simul omnes ad hereditatem vocari[k], et ascendentes personas non impedire fratris filios[l] ad hereditatem defuncti capiendam[m]. Et ut simpliciter dica-

Cap. CCCCXXI. Iul. Const. 113, 2. Nov. 126, 2. 16 CCLXXVIIII (!). Cf. cap. 89 et 401.

Cap. CCCCXXII. Iul. Const. 113, 3. Nov. 126, 3. 16 CCLXXX (sic!).

Cap. CCCCXXIII. Iul. Const. 114, 1. Nov. 127, 1. Auth. Const. 121 (*Heimb.* 120), 1. Vid. cap. 124, not. *a*. 4 *Const. CXVI.* 16 CCLXXXI. A. 127. Ad lemma: *Ut fratrum filii cum fratribus et parentibus defuncti ab intestato vocentur. et ut allegentur antenuptiales donationes. et ut parentes, qui secundo non nubunt, habeant partem secundum ius dominii in ante nuptias donationibus et dotibus. Et ut aequales sint poenae adversus viros vel mulieres sine ratione mittentes repudium* cf. cap. 166, not. sup. *Biener*: Geschichte p. 82, not. 119 et p. 83, not. 123. *Hombergk zu Vach* l. c. praef. (p. 15). *Ortloff*: Justinians Neue Verordnungen über die Intestaterbfolge. Coburg 1816, p. 14, not. **. *Schirmer*: Handbuch des römischen Privatrechts. T. I. Leipzig 1863. 8. p. 251, not. 22. Vid. infra not. *b* et *c*.

ad *r* M. vestimentum. ad *a* M. confirmare. Quod. ad *bb* M. recusent. Intra.

mus[n], quem dedimus eis[o] ordinem ascendentibus personis non suppositis, eundem eis[p] praestamus, etsi parentes[q] exsistant eius[r], cuius de hereditate agitur.

CCCCXXIV. Si propter nuptias donatio gestis intimata non fuerit[a].

2. Si propter nuptias donatio[b] quingentorum solidorum quantitatem excedat[c], intimari[d] eam iubemus[e] monumentis publicis, celebrandis in hac quidem regia[ee] civitate apud magistrum[f] census, in provinciis autem apud defensores[g] civitatum, vel apud quos huiusmodi monumenta agi possibile est. Sin autem non insinuetur[h], sit quidem ex parte mulieris[i] propter nuptias donatio valida[k], ex parte autem mariti[l] irrita, et ideo matrimonio[m] soluto mulieri quidem ante nuptias donatio[n] sive ex toto[o], sive ex parte, secundum quod casus[p] tulerit, sine ullo obstaculo competat, marito autem dotis[q] retentio sive ex parte sive in totum[r] secundum eventus qualitatem[s] nullo modo concedatur[t], quia in potestate eius fuerat[u], propter nuptias donationem ultra[v] quingentos solidos constitutam actis insinuare, et ideo periculum non intimatae[x] propter nuptias donationis[y] ad ipsum[z], non ad mulierem respiciat.

CCCCXXV. De his, qui secundas non contrahunt nuptias[b].

3. Si mulier[c] marito suo defraudata ad secundas non pervenerit[d] nuptias, habeat[e] quidem ante[f] nuptias donationis usumfructum, secundum[g] quod iam disposuimus; lucretur[h] autem et[i] portionem[k] proprietatis tantum, quantum[l] numerus liberorum[m] eius concedit[n], ut ipsa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de matribus[o] diximus, hoc et de patribus[p] intelligendum est[q], et de aliis personis ascendentium[r], quae non ad secundas perveniunt[s] nuptias.

CCCCXXVI. Si vir vel uxor sine causa legitima matrimonium dissolverit[a].

4. In superioribus posita est constitutio*, qua cavetur[b], ne uxori maritus vel uxor marito[c] sine causa eidem constitutioni[d] cognita matrimonium dissolvere audeat[e]. Quod si hoc ausi fuerint[f] facinus perpetrare, poenis quibusdam eos subiecimus[g]. Ipsis[h] autem poenis relevavimus[i] maritum, graviore[k] animadversione mulieribus imposita[l]. Sed hanc legem merito corrigentes, iubemus iisdem poenis temerarios[m] maritos subiiciendos esse, quae[n] mulieribus[o] discidii sine causa legitima cupidis[p] imminere noscuntur, ut in[q] pari[r] delicto par[s] poena utrosque[t] comitetur[u]. *Dat.*[v] *Kal. Sept. Constantinopoli Imp. Dn. Iustiniani PP. Aug. anno XXI*[x]. *post Cons. Basilii*[y] *anno VI.* (547.)

CONSTITUTIO CXV. (CXVI.)

CCCCXXVII. De proposito constitutionis[a].

1. De[b] administratione et privilegiis et aliis diversis capitulis ad ecclesias[c] et[d] alias religiosas domos pertinentibus iam quaedam disposuimus[e]; in praesenti autem ea, quae[f] de religiosissimis

Cap. CCCCXXIV. Iul. Const. 114, 2. Nov. 127, 2. Auth. Const. 121, 2. 16 CCLXXXII. Dee. in 15. Fragm. Epit. Graec. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203 et p. 210, not. 31. *G. Heimbach*: Kritische Jahrb. 1845, p. 326. Cf. cap. 398.

Cap. CCCCXXV. Iul. Const. 114, 3. Nov. 127, 3. Auth. Const. 121, 3. 16 CCLXXXIII. Fragm. Epit. Gr. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203 et p. 210, not. 33. Cf. *G. Heimbach*. l. cit. Lr. 314. Cd. 7, 137.

Cap. CCCCXXVI. Iul. Const. 114, 4. Nov. 127, 4. Auth. Const. 121, 4. 5 *Const. CXII.* 16 CCLXXXIV. Fragm. Epit. Graec. ap. *Zachariaeum* l. c. p. 203 et p. 210, not. 34. Dee. in 15. Cf. *Heimbach*. l. c. Coll. Can. V libr. in Cod. Vatic. 1339, V, 426.

Cap. CCCCXXVII. Iul. Const. 115, 1. Vid. cap. 124, not. *a*. Nov. 123, praef. Auth. Const. 134, praef. 4 in m. *Const. CXVII.* A. Nov. 123, sed primum hoc cap. sine numero. Bo. *Const. CXXII.* (cf. *Maassen* l. c. p. 10). Dee. in 13, 15, 16. Dictatum de Consiliariis init. Ad lemma: *De regulis ecclesiasticis et quae oportet observari in ordinationem episcoporum, vel omnium clericorum. et de* (4 *sive*) *monachis utriusque sexus eorumque abbatibus, et ut adscripticii in monasterium conversi post definitum tempus non repetantur* cf. cap. 166, not. sup. Idem lemma habet cod. 10. Nonnulla huius Constitutionis capita sub numero *Const. CXVII.* dicuntur exstare in Cod. Guelferbyt., olim Helmsted. 1562, 4. saec. X. (sec. *Wasserschleben.* saec. IX.). *Biener*: Geschichte p. 82, not. 119, 120.

ad *x* M. intimare. ad *b* M. contraxerint. ad *g* M. subiicimus. ad *q* M. ut [in] pari. ad *v* M. Dn. N. — XXII. ad *a* M. add. *quae de ecclesiasticis diversis capitulis loquitur.*

episcopis et clericis et monachis antea in diversis constitutionibus[f] disposita[g] sunt[h], cum[i] competente emendatione hac continere[k] lege aestimavimus[l].

CCCCXXVIII. De episcoporum consecratione[a].

2. Sancimus[b] igitur, quando opus fuerit, episcopum creari[c], clericos et primates civitatis eius[d], cuius episcopus desideratur[e] fieri, in tribus personis decreta facere propositis[f] sanctis evangeliis periculo animae suae, dicentes[g] in ipsis decretis, quod neque propter aliquam praestationem[h], neque propter promissionem, vel amicitiam, vel aliam[i] qualemcumque causam, sed scientes eos rectae et[k] catholicae fidei, et honestae[kk] vitae esse, et litteras scire, eos elegerunt[l], et quod neque uxorem, neque liberos quis eorum habet[m], neque concubinam[n] vel liberos naturales cognoscunt eum[o] habuisse vel habere, sed et[p] si uxorem prius[q] quis habuit[r], et ipsam unam, et primam, neque viduam, neque[s] marito disiunctam, neque legibus vel sacris[t] canonibus reprobatam, id est, scenicam[u], sed neque curialem, vel[v] taxeotam eum esse cognoscunt, vel si curiali vel taxeoticae[x] suppositus est condicioni, sciunt ipsum[y] in monasterio non[z] minus quindecim annis solitariam vitam peregisse[a], et hoc autem[b] decretis oportet imponi, quod non minus quam[c] triginta quinque aetatis[d] annos agere[e] electam a se personam cognoscunt[*], ut ex[ee] tribus personis, pro quibus talia decreta fuerunt[f], melior crearetur[g] electione et periculo creatoris. Curialem autem vel[h] taxeotam, qui secundum ea[i], quae diximus, per quindecim annos in monasterio[k] moratus est, et ad[l] episcopatum provectus[m], liberum esse propria condicione, sic tamen[n] ut liberatus curia quartam portionem sui patrimonii[o] sibi retineat, ceteris rebus ipsius[p] secundum nostram legem[q] curiae et publico[r] vindicandis. Damus autem licentiam[s] illis, qui decreta faciunt[t], si quem laicum citra[u] curialem et[u] taxeotam dignum praedictae[v] electionis esse putaverint, talem hominem una cum aliis[x] duobus clericis vel[y] monachis eligere, sic tamen, ut laicus, qui hoc[z] modo ad episcopatum[a] electus est, non statim episcopus creetur[b], sed primum[c] clericis non minus tribus mensibus connumeretur[d], et ita sanctos[e] canones et sacrum sanctae ecclesiae[f] ministerium edoctus episcopus creetur[g]: qui enim alios docere[h] debet, ab aliis post consecrationem doceri[i] non debet[k]. Quod si in aliquibus locis non inveniantur[l] tres personae ad talem electionem[m] idoneae[n], liceat decretum facientibus[o], et in duabus et in una[oo] persona decretum facere, ut tamen[p] omnia antefata habeat[q] testimonia. Sin autem hi, qui debent episcopum eligere, talia decreta intra sex[r] menses non fecerint, tunc[s] periculo animae suae ille[t], cui competit consecrare[u] episcopum, consecret, omnibus aliis[vv], quae diximus, observandis[x]. Si quis autem praeter memoratam observationem episcopus creatus sit, iubemus eum modis omnibus ab[xx] episcopatu repelli, sed[y] et illum, qui contra haec[yy] praecepta ausus fuerit episcopum consecrare[z], separari[zz] per unum annum[a] sacro[b] ministerio[c], et totam eius substantiam, si[d] qualicumque tempore vel modo in ipsius dominium[e] pervenerit[f], propter delictum, quod[g] fecit, dominio ecclesiae, cuius episcopus est, vindicari[h].

CCCCXXIX. De accusatoribus episcoporum[a].

3. Si quis autem[b] eius, qui ad episcopatus consecrationem electus est[c], accusator exstiterit in causa[d], quae per leges vel per[e] canones possit inhibere[f] consecrationem eius[g], prius de accusatione[h] episcopus, qui consecraturus[i] erit, disceptationem faciat[*], vel praesente accusatore[k] et implente[l] suam accusationem, vel[m] non implente, sed per tres menses[n] differente. Et si quidem in-

---

Cap. CCCCXXVIII. Iul. Const. 115, 2. Nov. 123, 1. Auth. Const. 134, 1. A. I. Dee. in 15, 16. Lr. 16. Cd. 2, 293. Bo. 1*. Anselmus Lucensis 6, 3. Cod. Vat. 1339 (Coll. V libr. tit. CCCXXVIII). Connexum est in 9 cum cap. 427. *G. Heimbach*: Anekdota, T. II. p. LXII et Authent. Prolegom. p. CCCVII.

Cap. CCCCXXIX. Iul. Const. 115, 3. Nov. 123, 2, pr. Auth. Const. 134, 2, pr. A. II. 16 CCLXXXV. Dee. in 15. Lr. 21. Cd. 3, 245. Bo. 2*.

---

ad *h* M. dispersa. ad *x* M. taxeotica conditione. ad *ee* M. ut a tribus. ad *b* M. annum a sacro

venerit eum, qui electus est, obnoxium[oo], inhibeatur consecratio. Enimvero[o] si innocens appareat, non impediatur; sed accusator, qui vel non probavit[p] id, de quo accusavit[q], vel si destituit litem, expellatur[r] provincia, in qua domicilium habet. Si quis autem ante cognitionem[s] accusatum consecraverit[t], consecratus quidem sacerdotio[u] expellatur; qui autem consecrare[v] eum praecipitatus est, superius expositis poenis subiiciatur, id est[x], ut per[y] unum annum ministerio[z] sacro abstineat, et ut[a] res ipsius[b] ecclesiae addicantur[c], cuius episcopus est.

CCCCXXX. Ut nulla pecunia data episcopi consecrentur[a].

4. Ante[b] omnia illud observari[c] sancimus, ut nemo sub praestatione auri vel alterius rei episcopus consecretur[d]. Quod si tale aliquid admissum[e] fuerit, semet ipsos[f] et suas animas hi, qui pecunias accipiunt[g] vel praestant, et mediatores eorum[gg] secundum divinas regulas et sacros[h] canones condemnationi subiiciunt[i]. Et propter hoc et qui dat, et qui[k] accipit[l], et qui mediator factus est, sacerdotio[ll] vel clericatus honore removeatur[m]. Quod autem pro ea[mm] causa datum est[n], ecclesiae illi[o] vindicetur, cuius voluit sacerdotium emere[p]. Sin autem laicus[pp] erit, qui[q] pro hac causa aliquid accepit[r], vel mediator rei[s] factus est, ea quae data sunt, in duplum ab eo exigi[t], ecclesiae vindicanda. Non solum autem ea, quae data sunt, vindicari praecipimus, sed et[u] omnem cautionem super[v] hoc quocumque[x] modo expositam, et pignorum obligationem, et[y] omnem aliam qualemcumque actionem[z] cessare sancimus, ut ille, qui promissionem accepit, non solum cautionem reddere[a], sed et[b] aliud tantum, quantum cautio[c] continet, conveniatur ecclesiae[d] dare.

CCCCXXXI. Si episcopus ante consecrationem suam, vel postea venerabili loco res suas obtulerit[a].

5. Si quis post episcopatum[b] vel ante consecrationem voluerit proprias res[c] vel earum[d] partem ecclesiae offerre, cuius episcopus erit, hoc laudabile est, quia non est emptio[e], sed oblatio[f]. Pro consuetudine autem illa sola concedimus praestari[g] ab episcopis consecratis, quae[gg] deinceps praesenti lege continentur[h]. Iubemus[hh] igitur beatissimos quidem patriarchas[i], id est, papam Romanum[k] et Constantinopolitanum et Alexandrinum, et Theopolitanum, id est, Antiochenum, et Hierosolymitanum, si[l] quidem consuetudo est episcopis vel[ll] clericis in eorum consecratione[m] minus quam viginti libras auri[n] praestari, ea tantum dare[o], quae consuetudo vult[p]; quod si plus sit, quod antea[q] dabatur, nihil ab hoc tempore[r] ultra viginti libras auri praestetur[s]. Metropolitanos[t] autem, qui a concilio suo vel beatissimis patriarchis creantur[u], et alios[v] omnes episcopos, qui vel a[x] patriarchis vel a metropolitanis consecrantur[y], si quidem non minus triginta libras auri[z] reditum habet ecclesia consecrati[a], dare pro cathedratico solidos centum, notariis autem consecrantis[aa] et aliis, qui[b] ministerium ei faciunt, et aliis, qui[c] ex consuetudine capiunt, solidos trecentos[cc]. Sin autem ecclesiae reditus minor sit XXX libris[d] auri annalibus, non minor autem decem[e], pro cathedratico[f] quidem dare solidos centum, aliis autem omnibus[g], qui ex consuetudine capiunt, solidos CC[h]. Sin autem reditus minor[i] sit decem, non minor[k] autem quinque libris auri[l], pro cathedratico quidem quinquaginta[m] solidos dare[n], omnibus autem aliis, qui ex[nn] consuetudine capiunt, solidos septuaginta. Sin autem minorem[o] quidem quinque, non minorem[p] autem tribus[q] libris auri habeat ecclesia reditum[r], pro cathedratico quidem XVIII solidos[rr], omnibus autem, qui ex consuetudine[s]

Cap. CCCCXXX. Iul. Const. 115, 4. Nov. 123, 2, § 1. Auth. Const. 134, 2, § 1. A. III. 16 CCLXXXVI. Dee. in 15. Lr. 15. Abbo Floriac. Coll. Can. 13*. Deusded. (Cod. Vat. 3883) IV, 152*. Bo. 3*.

Cap. CCCCXXXI. Iul. Const. 115, 5. Nov. 123, 3. Auth. Const. 134, 3. Dee. in 16; in 10, 13, 15, 19 mutil. est. A. IV. et V. Vid. not. *f*. De cod. 15 vid. infr. cap. 436, not. *m*. Lr. 17. Cd. 2, 292. Bo. 4*. Cod. Vat. 1339 (Coll. V libr. I, 103) et 8487. *Maassen*: Pancapalea, Wien 1859. p. 49.

ad *i* M. condemnatione. ad *i* M. beatissimum quidem patriarcham. ad *m* M. add. *non*. ad *o* M. dari. ad *u* M. creatur. ad *aa* M. consecratis. ad *f* M. quidem dari solidos. ad *o, p* M. minor. ad *r* M. reditus.

capiunt[t], solidos XXIV. Sin autem minor tribus, non minor[u] duabus auri libris[v] sit quantitas ecclesiastici reditus, pro cathedratico quidem praestare solidos[x] XII, pro omni autem[y] alia consuetudine solidos XVI[z]. Episcopum enim[a] ecclesiae minorem[b] duabus auri libris reditum habentis[c] neque pro cathedraticis[d], neque pro alia consuetudine aliquid dare concedimus. Ea autem, quae praestari disposuimus, primus[e] presbyter consecrantis[ee] episcopi et archidiaconus eius suscipientes, ex consuetudine capientibus dividant[f]. Haec itaque[g] iubemus modis omnibus[h] observari, ne ex talibus[i] occasionibus ecclesiae debitis praegraventur[k], et sacerdotia venalia[l] fiant. Si quis autem[ll] ultra statutam a nobis quantitatem[m] pro cathedratico vel consuetudine[mm] quocumque modo[n] ausus fuerit capere, iubemus eius[o], quod plus accepit[p], triplum ex rebus ipsius[q] vindicari ecclesiae eius, qui dedit.

CCCCXXXII. De servis et adscripticiis, et taxeotis, et curialibus ad episcopatum venientibus[a].

6. Consecratio episcopi liberum faciat[b] eum tam servili quam adscripticia[c] condicione; taxeotas[d] enim vel curiales, qui contra[e] praedictam distinctionem ad episcopatus apicem prosiluerunt[f], officio iterum[g] et curiae restitui[h] sancimus, ne ex tali condicione[i] sacerdotio iniuria fiat[k]; illos autem, qui ante nostram praesentem legem ex curiali condicione inventi fuerint episcopi creati[l], tali quidem condicione liberos esse[m], legitimam autem[n] portionem de rebus suis curiae et[o] publico praestent, sic tamen, ut nullam deminutionem patiantur[p] ecclesiastica iura in rebus, quas post[q] episcopatum adquisitas ecclesiae eorum competere[r] disposuimus.

CCCCXXXIII. De presbyteris et diaconis et subdiaconis iure cognationis ad tutelam vel curam vocatis[a].

7. Presbyter, diaconus, subdiaconus[b] iure cognationis ad[c] tutelam vel curationem[cc] vocatus[d] munus administrationis in hoc casu[e] tantum suscipere[f] concedatur[g]; si tamen intra[h] quatuor menses numerandos ab eo[i], quo vocatus est, per[ii] competentem iudicem in scriptis[k] manifestaverit, quod huiusmodi[kk] munus sua sponte recepit[l]. Si quis eorum hoc fecerit[m], nullum ex hoc[n] circa[o] aliam tutelam vel curationem praeiudicium[p] patiatur.

CCCCXXXIV. De clericis, ut exceptores vel exactores publicarum tributionum, aut conductores vectigalium vel alienarum possessionum, vel curatores domus vel procuratores litis, vel fideiussores in talibus causis non fiant[a].

8. Clericus neque exceptor neque exactor[b] publicarum[c] sit tributionum, neque conductor[d] vectigalium, vel alienarum[e] possessionum, vel curator domus[f], vel procurator litis[g], vel fideiussor in talibus causis, sive episcopus sit, sive oeconomus[h], vel alius clericus[i] cuiuscumque gradus, vel monachus, suo nomine[k] vel ecclesiae vel monasterii causa[kk] exsistat, ne ex[l] hac occasione[m] sanctis locis damnum fiat[n], et divina ministeria[o] impediantur. Quod si ecclesiis[p] vel monasteriis possessiones quaedam[q] confines[qq] inveniantur, et voluerint[r] administratores eorumdem venerabilium locorum ad conductionem vel emphyteusim eas capere[s], tunc omnibus clericis et[ss] monachis super talibus causis vel[t] in ipso instrumento vel in publicis monumentis consentientibus, et[u] certum facientibus, pro utilitate[v] venerabilium locorum hoc fieri[x], concedimus tales contractus procedere[y]. Ipsis[z]

Cap CCCCXXXII. Iul. Const 115, 6. Nov 123, 4 Auth Const. 134, 4. 16 CCLXXXVII. Dec. in 15. Lr. 22.

Cap. CCCCXXXIII. Iul. Const. 115, 7. Nov. 123, 5. Auth. Const. 134, 5. 16 CCLXXXIX. Lr. 43. Cd. 4, ult. Grat. Distinct. 54, 20. Dec. h. cap in cod 15, sed vid. cap. 436, not *m*

Cap. CCCCXXXIV. Iul. Const. 115, 8. Nov. 123, 6. Auth. Const. 134, 6. 16 CCXC. Dec. in 15. Lr. 44. Bo. 28*. Cd. 5, 186. Ben. Lev 6, 124 (Addit 3, 46 et 47). *G. Heimbach:* Auth p. CCCVIII. Cf. cap. 410.

ad *x* M. om. *solidos*. Idem praestari. ad *z* M VI ad *i* M. menses ab eo [die], quo vocatus est, numerandos. ad *a* M. om. *domus vel procuratores litis.* ad *e* M. aliarum ad *m* M. add. *ecclesiae et.* ad *y* M. fieri: tales contractus procedere concedimus.

quoque sanctis[b] ecclesiis et aliis sanctis locis damus facultatem conductiones et emphyteuses secum facere[c], et clericis similiter, suarum[d] ecclesiarum possessiones conducere et administrare[e], consensu tamen episcopi et[f] oeconomi, exceptis illis personis, quas[g] per aliam legem hoc facere prohibuimus. Si quis autem contra praedicta aliquid fecerit, si quidem episcopus sit[h], omnes eius[i] res, ex quacumque causa vel persona sive[k] ante episcopatum sive postea[l] ad eum pervenerint[m], ecclesiae eius vindicari sancimus. Sin autem[mm] oeconomi vel alii clerici sint, qui hoc admiserunt, poenam eos pecuniariam, quam episcopus eorum aestimaverit, exigi[n] ecclesiae vindicandam[o], cum et[p] hi, qui locationem vectigalium vel cuiuscumque possessionis[q] vel publicarum tributionum exceptionem vel exactionem[r] vel curationem domus eis[rr] committentes, vel fideiussores eos[s] pro memoratis causis capientes, nullam contra ecclesiam, vel monasterium, vel res eius[t], vel administratores, vel adversus illas personas[u], quibus crediderint, vel contra substantias vel fideiussores eorum habeant[v] actionem. Illi autem, qui publicarum tributionum[x] vel vectigalium exceptionem, vel locationem, vel exactionem memoratis personis crediderint, vel fideiussores eos acceperint[y], quidquid publico damni contigerit, hoc de sua substantia restituere compellantur[z].

CCCCXXXV. De episcopis in iudicium testimonii causa vocatis[a].

9. Nullus episcopus[b] cogatur ad iudicium venire dicendi testimonii[c] causa, sed iudex apud episcopum[d] mittat ministros suos, ut[e] propositis sanctis evangeliis, quod scit[f] episcopus, dicat[g] secundum hoc, quod sacerdotibus honestum est[h].

CCCCXXXVI. De episcopis in iudicium non vocandis[a].

10. Nullus episcopus neque pro civili[b], neque pro criminali causa apud quemvis iudicem, sive civilem, sive militarem producatur vel exhibeatur, nisi imperialis iussio praecesserit[c]. Magistratus enim, qui hoc iubere ausus[d] fuerit, amissione cinguli[dd] et viginti librarum auri condemnatione plectetur[e], ut istae[f] XX librae ecclesiae addicantur[g], cuius episcopus produci[h] vel exhiberi iussus est. Litis autem executor[hh] post cinguli amissionem[i] tormentis subiiciatur[k], et in exsilium[l] mittatur[m].

CCCCXXXVII. De episcoporum profectione[a].

11. Non liceat episcopis[b], suas quidem ecclesias[c] relinquere, in alias[d] autem provincias pervenire. Sin autem hoc ex causa fecerint[e] necessaria, ostendant[f] vel litteras patriarchae aut metropolitani sui[g], vel imperialem iussionem[h]; nam[i] nec illis episcopis, qui sub patriarcha Constantinopolitano sunt[k], aliter in hanc imperialem[l] civitatem venire[m] permittimus, nisi ex permissu[n] eius vel nostra iussione pervenerint. Quicumque autem ex quavis dioecesi venerit[o] in hanc civitatem episcopus, intret primum apud[p] beatissimum patriarcham Constantinopolitanum[q], ac per ipsum ad nostram[r] postea serenitatem. Iis[r] autem, qui contra praesentem dispositionem proficiscuntur[s], vel ultra unius anni spatium extra suam provinciam[t] degunt, primum quidem sancimus non subministrari[u] impensas ab oeconomis ecclesiae suae[v], deinde admoneri per litteras a[x] sacerdotibus, quibus subiecti sunt, ut redeant[y] in suas ecclesias; quod si distulerint[z], secundum sacros canones evocari[a], et si intra[b] definitum tempus a sacerdotibus ad[c] ecclesias suas non redierint, ipsos quidem[d] episco-

Cap. CCCCXXXV. Iul. Const. 115, 9. Nov. 123, 7. Auth. Const. 134, 7. 16 CCXCI. Decr. Grat. caus. 11, quaest. 1, can. 9. Abbo Floriac. Coll. Can. cap. 45*. Lr. 40. Coll. Can. saec. XI*. Bo. 9*. Ivo, Decr. 5, 369. Cre. V. Pe. 1, 63

Cap. CCCCXXXVI. Iul. Const. 115, 10. Nov. 123, 8. Auth. Const. 134, 8. 16 CCXCII. Lr. 41. Bo. 10*. Abbo Floriac. Coll. Can. cap. 46. Coll. Can. saec. XI*. Ivo, Decr. 5, 278 et 369. Ben. Lev. 5, 390. Burch. Wormat. 1, 168. Decr. Grat. cau. 11, qu. 1, can. 8. Exstat in appendice cod. 7.

Cap. CCCCXXXVII. Iul. Const. 115, 11. Nov. 123, 9. Auth. Const. 134, 9. 16 CCXCIII. Cf. supr. cap. 25, 26. Lr. 31. Cd. 2, 295. Hincmar. Opp. T. II. p. 440. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCVIII sq.

ad *o* M. exigere ecclesiae vindicandam. ad *c* M. testimonii dicendi causa. ad *e* M. processerit. ad *d* M. alienas.

patu repelli[e], alios autem pro ipsis meliores[f] consecrari secundum vim[g] praesentis legis: hoc eodem[h] et in clericis obtinente[i], cuiuscumque gradus sint[k] vel[l] ministerii.

CCCCXXXVIII. De conciliis episcoporum per singulos annos[a] faciendis.

12. Unusquisque episcopus vel patriarcha vel metropolitanus subiectos[b] sibi episcopos semel aut bis per singulos annos apud se convocare[c] debet, et omnes causas subtiliter[d] cognoscere, quas episcopi vel clerici vel monachi[e] secum habent[f], easque componere; et si quid[g] contra[h] canones ex quacumque persona admissum est, emendare[i].

CCCCXXXIX. De episcopis et aliis religiosis viris tablizantibus[a].

13. Neque episcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus, neque lector[b], neque alius cuiuscumque religiosi[c] consortii[d] vel habitus constitutus tablizare[e] audeat, vel socius ludentium[f] fieri, vel spectator, vel in quocumque spectaculo spectandi causa venire. Ac[g] si quis contra haec[h] fecerit, per tres annos[i] omni sacro ministerio prohibeatur, et in monasterium mittatur. Sin autem dignam[k] poenitentiam erroris sui[l] in citeriore[m] tempore ostenderit[n], statim revocetur, et dignus[o] sacerdotio reddatur, vel ministerio suo: scientibus sacerdotibus[p], qui talia peccata scientes dissimulaverint[q], quod ipsi deo[r] rationem reddant[s].

CCCCXL. Ut nullus episcopus cogatur subiectum sibi clericum de suo clero[a] dimittere.

14. Nullus episcopus invitus cogatur[b] subiectum sibi clericum[c] qualemcumque[d] de suo clero dimittere.

CCCCXLI. De his, qui sine causa excommunicant[a].

15. Nemo episcopus, nemo[aa] presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur[b], propter quam ecclesiastici canones[c] hoc fieri[d] iubent. Si quis autem adversus ea[e] excommunicaverit aliquem, ille[f] quidem, qui excommunicatus est[g], maioris sacerdotis[h] auctoritate ad gratiam[i] sanctae communionis[k] redeat; is autem, qui non legitime excommunicavit[l], in tantum abstineat a[m] sacra communione tempus, quantum maiori[n] sacerdoti visum fuerit[o], ut quod iniuste fecit, ipse[p] iuste patiatur.

CCCCXLII. De episcopis sua manu caedentibus[a].

16. Non liceat[b] episcopo[c] manibus suis aliquem caedere[d]; hoc enim alienum a[e] sacerdote est.

Cap. CCCCXXXVIII. Iul. Const. 115, 12. Nov. 123, 10, pr. Auth. Const. 134, 10, pr. 16 CCXCIV. Bo. in l. [illegible] hoc caput positum est post cap. 439. Lr. [illegible] Cd. 3, 243. Bo. 15*.

Cap. CCCCXXXIX. Iul. Const. 115, 13. Nov. 123, 10, med. Auth. Const. 134, 10, med. 16 CCXCV. Lr. 42. Cd. 2, 302. Bo 16*. Cod. Vat. 1349, 1339 (s. Coll. Can. quinque libr. III, 144) et 8487. Coll. Can. An. saec. XI*. Cre. VI. Ivo, Decr. 5, 370. Add. Cap. 3, 53.

Cap. CCCCXL. Iul. Const. 115, 14. Nov. 123, 10, in f. Auth. Const. 134, 10, in f. 16 CCXCVI. Lr. 55. Cd. 2, 304. Bo. 17*. Cod Vat. 1349 et 1339.

Cap. CCCCXLI. Iul. Const. 115, 15. Nov. 123, 11, princ. Auth. Const. 134, 11, princ. 16 CCXCVII. Ioannis VIII. P. Ep. 129. Hincmari Opp. T. II. p. 509. Lr. 37. Cd. 2, 300, sed in Lr. Cd. hoc cap. positum est post cap. 442. Bo. 18*. Abbon. Floriac. Coll. Can. cap. 36*. Cod. Vat. 1339 (III, 224*). Coll. Can. An. saec XI. l. 10. cap. 64*. Coll. Anon. saec. XI*. Ivo, Decr. 5, 371; 14, 42 et 21, et Pann. 5, fol. 119[b]. Decr. Grat. cau. 2, qu. 1, can. 11; cau. 24, qu. 3, can. 6. *Biener*: Hist. Auth. p. 12 sq. et Geschichte p. 274. *Savigny* l. c. T. II. p. 266, not. 15, 267, not. 19 (ed. 1) et p. 280, not. *i*, 281, not. *d* (ed. 2). *G. Heimbach*: Auth. p. CCCIX.

Cap. CCCCXLII. Iul. Const. 115, 16. Nov. 123, 11, med. Auth. Const. 134, 11, med. 16 CCXCVII. Lr. 36. Cd. 2, 299. Bo. 19*. Cod. Vat. 1339* et 1349. Cre. VII. Burchard. Decr. 1, 202. Ivo, Decr. 5, 316. Decr. Grat. Dist. 86. 25. Vetus manus notat in m. edit. Augustini, quam possideo, „ex Canonibus Apostolorum 26. seu 28".

ad *h* M. circa. ad *e* M. digne. ad *d* M. cedere.

CCCCXLIII. Si[a] episcopus expulsus ab sua ecclesia ingredi civitatem, de qua repulsus est, ausus fuerit[aa].

17. Si episcopus expulsus[b] ausus fuerit ingredi civitatem, de qua repulsus est, vel exire de loco, in quo degere[c] iussus est, iubemus eum in[d] monasterio in alia provincia[e] constituto tradi, ut quae[f] in sacerdotio peccavit, degens in monasterio corrigat[g].

CCCCXLIV. Quales homines clerici fieri debent[a].

18. Non[b] alium[bb] clericum concedimus creari, nisi eum, qui[c] litteras scit, et rectam fidem et vitam honestam[d] habet, et neque concubinam[e] vel naturales[f] liberos habet vel habuit, sed vel[g] castitate praeditum, vel uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentem[h], vel si iam[i] habuerit[k], et neque viduam, neque disiunctam[l] a marito, neque aliter[ll] legibus vel divinis canonibus reprobatam[m].

CCCCXLV. Cuius aetatis clericus fieri debeat[a].

19. Nemo presbyter consecretur[b], qui minor triginta[bb] annis sit, nemo[c] diaconus vel subdiaconus fiat, qui[cc] minor viginti quinque annis sit[d], nemo lectoribus connumeretur[e], qui minor decem et octo[f] annis fuerit[g], nemo[h] inter diaconissas consecretur sacrosanctae ecclesiae, quae[i] minor sit quadraginta annis[ii], vel ad secundum matrimonium pervenit[k].

CCCCXLVI. De accusationibus[a] clericorum.

20. Si[b] consecraturo clericum episcopo cuiuscumque collegii vel[bb] gradus accusator[c] exstiterit[d], qui diceret[e], illum indignum consecratione esse, ipsa[f] quidem consecratio differatur[g]; omnia autem, quae pro cognitione[h] vel coercitione[i] consecrationis[k] episcoporum superius[l] diximus, et in hac obtineant[m] parte.

CCCCXLVII. De nuptiis clericorum[a].

21. Si[b] diaconus vel subdiaconus futurus non habet[c] uxorem secundum ea, quae supra[d] exposuimus, sibi coniunctam[e], non aliter consecretur, nisi prius a consecratore[f] interrogatus promiserit, posse post[g] consecrationem et[h] sine legitima uxore caste vivere[i], non concedendo consecratore[k] tempore consecrationis[l] diacono vel subdiacono[m] futuro permittere[n], ut post consecrationem uxorem accipiat. Quod si hoc permiserit fieri[o], episcopatu[p] suo repellatur[q]. Presbyter autem vel diaconus vel[r] subdiaconus, qui uxorem[s] duxerit[t], repellatur quidem de clero, curiae autem eius[u] civitatis, in qua[uu] clericus erat, cum facultatibus suis tradatur. Sin autem lector secundas[v] contraxerit nuptias, vel primas quidem, sed duxerit uxorem viduam vel disiunctam[x] a marito, vel legibus vel[y] sacris canonibus reprobatam[z], in alium gradum ecclesiae non procedat; sed si[a] quocumque modo in maiorem[b] gradum productus sit, reiiciatur ab eo et priori restituatur[c].

Cap. CCCCXLIII. Iul. Const. 115, 17. Nov. 123, 11, in f. Auth. Const. 134, 11, in f. 16 CCXCVIII. Hincmar. T. II. p. 710. Lr. 39. Cd. 2, 301. Burchard. Decr. 1, 184. Cod. Vat. 8487. Ivo, Decr. 5, 300.

Cap. CCCCXLIV. Iul. Const. 115, 18. Nov. 123, 12. Auth. Const. 134, 12. 16 CCXCIX. Lr. 6. Cd. 5, 179 (s. 180). Cod. Vat. 1349 et 1339, II, 44. Cf. supr. cap. 428.

Cap. CCCCXLV. Iul. Const. 115, 19. Nov. 123, 13. Auth. Const. 134, 13. Lr. 7. Cd. 5, 181. Cod. Vat. 1349 et 1339. Bo. 29, 1*. Decr. Grat. Dist. 78, 2. 16 CCC.

Cap. CCCCXLVI. Iul. Const. 115, 20. Nov. 123, 14, pr. Auth. Const. 134, 14, pr. Dee. in 15 una cum proximis capitulis usque ad cap. 453 et videtur unum folium post fol. 74 e cod. excidisse. 16 CCCI. Lr. 9. Cd. 3, 246. Bo. 29, 2*. Cf. cap. 429.

Cap. CCCCXLVII. Iul. Const. 115, 21. Nov. 123, 14 a med. Auth. Const. 134, 14 a med. 16 CCCII. Bo. 30*. Concil. Ticin. c. a. 1022*. *Savigny* l. c. T. II. p. 271, not. 25 (ed. 1), p. 285, not. *c* (ed. 2). *G. Heimbach*: Anekdota, T. II. p. LXII et Auth. p. CCCIX.

---

ad *b* M. Nullum. ad *p* M. episcopatui.

CCCCXLVIII. De curialibus et taxeotis ad clericatus honorem venientibus[a].

22. Neque curialis[b], neque taxeota clericus consecretur. Quod si hoc factum fuerit, priori condicioni[c] restituatur, nisi[d] forte non minus quam quindecim annos[e] in solitaria vita peregerit[f]. Tales enim homines consecrari[g] iubemus, reddenda scilicet a[h] curiali legitima portione tam curiae quam publico[i].

CCCCXLIX. Si monachus clericatus honorem meruerit[a].

23. Si monachus clericatus honorem meruerit[b], solitariae vitae[c] canones non transgrediatur. Ideoque[d] quamvis in tali gradu fuerit, ut liceat clericis in eo[e] constitutis uxorem ducere, non[f] audeat ipse hoc[g] facere: alioquin si concubinam[h] vel uxorem duxerit[i], curiae, vel officio, vel condicioni, cui subiectus antea fuerat[k], restituatur. Idemque dicimus[l], et si nulla antea[ll] condicione suppositus[m], postea monachus factus ad[n] clericatus honorem[o] pervenerit. Et[p] generaliter definimus, nulli licere in quocumque gradu ecclesiastico posito recedere[q] ab eo, et inter laicos communerari[r]: si enim hoc[s] ausus fuerit facere, cingulo, vel dignitate[t], vel militia, si quam habet[u], exspoliatus[v] curiae suae civitatis[x] tradatur.

CCCCL. De his, qui ante tempora constitutionis clerici facti sunt[a].

24. Eos[b] autem, qui ante nostram legem[c] clerici creati sunt a[d] curiali condicione[dd], per substitutas personas pecuniaria munera[e] implere, de corporalibus[ee] autem immunes et liberos custodiri[f].

CCCCLI. Ut clerici sine pecunia fiant[a].

25. Nullus clericus cuiuscumque gradus praestet[b] aliquid ei, a[c] quo consecratur[d], vel aliae cuicumque[e] personae, solas[ee] autem consuetudines consecratoris[f] ministris ex more capientibus unius anni dona[h] non excedentes pecunias[i] praestet. In sancta autem ecclesia[k], in qua consecratur, nihil omnino conclericis[l] suis praestet super processu suo[m], neque propter hanc causam[n] propriis solaciis[o] vel aliis partibus suis[p] defraudetur.

CCCCLII. Ut locorum venerabilium administratores sine pecunia fiant[a].

26. Nullus neque[b] xenodochus, neque ptochotrophus[c], neque nosocomus[d], neque alius religiosae domus administrator, vel[e] cuiuscumque curae ecclesiasticae gestor praestet aliquid ei, a quo praeponitur[f], vel cuicumque personae pro commissa sibi administratione: qui autem praeter[g] haec, quae disposuimus, dederit aliquid[h], vel acceperit[i], vel mediator[k] factus fuerit, sacerdotio vel clero vel commissa[l] sibi administratione nudabitur[m]: his, quae[n] data sunt, vindicandis[o] religioso loco[p], cuius talis persona[q] consecrationem[r] vel curam vel administrationem accepit[s]. Sin autem laicus sit, qui acceperit[ss] vel mediator factus est, duplum ab eo exigatur, et religioso loco, in quo talis persona vel[t] administrationem, vel consecrationem, vel curam[u] accepit, praestetur.

Cap. CCCCXLVIII. Iul. Const. 115, 22. Nov. 123, 15, init. Auth. Const. 134, 15, init. 5 *CCCCXLV.*, err. et deminuta est abhinc capitulorum numeratio in cod. 5 tribus numeris. 16 CCCIII. Dee. in 9. Lr. 8. Cd. 5, 182. Cod. Vat. 1349 et 1339. Cf. supr. cap. 428, 432.

Cap. CCCCXLIX. Iul. Const. 115, 23. Nov. 123, 15 med. Auth. Const. 134, 15 med. 16 CCCIV. Lr. 167. Cd. 6, 133. Bo. 65*. A. sine numero. Ans. Luc. Coll. can. 6, post c. 215.

Cap. CCCCL. Iul. Const. 115, 24. Nov. 123, 15 in f. Auth. Const. 134, 15 in f. Dee. in 9, 12, 16, 17, 18. A. sine num. Lr. 45. Cd. 5, 187.

Cap. CCCCLI. Iul. Const. 115, 25. Nov. 123, 16, princ. Auth. Const. 134, 16, princ. Translat. est in cod. 16 post cap. 452, sed om. num. cap. Dee. in 18. A. XXIII. Lr. 18. Cd. 5, 183. Bo. 31*. Cf. cap. 430, 431.

Cap. CCCCLII. Iul. Const. 115, 26. Nov. 123, 16 med. Auth. Const. 134, 16 med. 16 CCCV. A. XXIV. Lr. 19. Hincmar. T. II p. 587*. Bo. 32*. Vat. 1339 et 1871. Cf. Decr. Grat. cau. 1, qu. 7, can. 2, §. 5.

---

ad *h* M. concubam. ad *dd* M. sunt, a curiali condicione per substitutas personas. ad *l* M. cum clericis ad *m* M. in *suo*. ad *p* M. religioso loco.

CCCCLIII. De administratoribus venerabilium locorum suas res offerentibus[a].

27. Si clericus cuiuscumque gradus sive administrator[b] cuiuscumque religiosi loci[c], vel ante[d] consecrationem vel administrationem vel curam sibi commissam, vel postea voluerit aliquid de propriis[e] rebus[f] offerre ecclesiae, in qua consecratur[g], vel loco, cuius administrationem vel curam recipit[h], non solum non[i] prohibemus[k] hoc fieri, sed magis exhortamur talia pro salute[l] animae suae facere[m]; nos enim[n] illa tantum dari prohibemus, quae specialibus[o] quibusdam personis praestantur, non ea[p], quae sacrosanctis ecclesiis vel aliis religiosis locis[q] offeruntur.

CCCCLIV. Si servus clericus fiat[a].

28. Si servus sciente et non contradicente domino[b] in clero sortitus sit[c], ex hoc ipso liber et ingenuus fiat[cc]. Si enim ignorante[d] domino consecratio facta fuerit, liceat domino[e] intra annum tantum condicionem probare, et proprium[f] servum recipere. Sin autem servus sciente[ff] vel ignorante domino secundum ea, quae diximus, ex ipso honore clericatus[g] libertatem meritus[h], postea ecclesiasticum[i] ministerium reliquerit, et ad laicorum[k] vitam transierit, domino suo in servitio[l] tradatur[m].

CCCCLV. Si adscripticius clericus fiat[a].

29. Adscripticius[b] in ipsis tantum[c] possessionibus, in quibus[d] censitus est[e], clericus fiat, quamvis invito domino hoc fuerit factum[f], sic tamen, ut etiam[g] clericus factus impositam sibi culturam impleat[h].

CCCCLVI. De clericis electis ab aedificatoribus venerabilium locorum, vel heredibus eorum[a].

30. Si quis oratorium in domo[b] aedificaverit, et ipse vel heredes eius clericos[c] in ipsâ domo[d] consecrare maluerit[e], sumptus ministrantes[f] eiusdem domus audiantur[g], si dignos nominaverint[h] clericos. Sin autem illi tales sint, ut divinis[i] canonibus non comprobentur, ad episcopum pertinebit, alios clericos idoneos eligere[k].

CCCCLVII. De clericis ministerium dei non implentibus[a].

31. Sancimus, ut reverendissimi clerici[b] suis observent[c] ecclesiis, et sibi[d] competens ecclesiasticum impleant[e] ministerium, idque[f] inquirere debet[g] cuiuscumque[h] civitatis religiosissimus[i] episcopus, et in singulis gradibus ecclesiasticis[k] primates, ut qui ea[l] non custodierint[m], canonicis poenis subiiciantur[n].

CCCCLVIII. De peculio quasi castrensi clericorum, et de significatione clericatus[a].

32. Presbyteri, diaconi, et subdiaconi[b], lectores, et cantores[c], (quos omnes clericos vocamus[d]) res quocumque modo[e] in eorum dominium[f] pervenientes habeant[g] in propria potestate[h] ad simili-

Cap. CCCCLIII. Iul. Const. 115, 27. Nov. 123, 16 in f. Auth. Const. 134, 16 in f. Lr. 20. Bo. 33*. 16 CCCVII. A. XXV. Hincmar. Opp. T. II. p. 799*. Cod. Vat. 1339 (I, 105) et 1349. Deusded. 3, 141. Cf. supr. cap. 430, 431. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCX.

Cap. CCCCLIV. Iul. Const. 115, 28. Nov. 123, 17. Auth. Const. 134, 17. 16 CCCVIII. A. XXVI. Lr. 23. Cd. 5, 184. Bo. 34*. Coll can. An. saec. XI*. Cap. incerti a. c. 2*. Ivo, Pann. 3, fol. 79[b]. Brach. 1, 12, 3. Decr. Grat. Distinct. 54, 20.

Cap. CCCCLV. Iul. Const. 115, 29. Nov. 123, 17 in f. Auth. Const. 134, 17 in f. 16 CCCIX. A. XXVII. Lr. 24. Cd. 5, 185. Bo. 35*. Decr. Grat. Distinct. 54, 20 in f.

Cap. CCCCLVI. Iul. Const. 115, 30. Nov. 123, 18, princ. Auth. Const. 134, 18, princ. 16 CCCX. A. XXVIII. Abbo Floriac. Coll. Can. 11, 32. Lr. 13. Cf. cap. 205.

Cap. CCCCLVII. Iul. Const. 115, 31. Nov. 123, 18 in f. Auth. Const. 134, 18 in f. 16 CCCXI. A. XXIX. Dec. in 15. Lr. 79. Cd. 5, 198. Bo. 36*. Cod. Vat. 1349.

Cap. CCCCLVIII. Iul. Const. 115, 32. Nov. 123, 19. Auth. Const. 134, 19. 16 CCCXII. A. XXX. Lr. 56. Cod. Vat. 1339 (Coll.

ad *i* M. ministerium ecclesiasticum. ad *k* M. eligere idoneos. ad *b* M. reverentissimi clerici. ad *c* M. observiant.

tudinem castrensis[i] peculii, ut liceat eis[k] donare, et secundum leges in eas testari[l], quamvis in parentum suorum fuerint potestate[m], sic tamen, ut liberi[n] eorum, vel liberis[o] non superstitibus, parentes eorum legitimam portionem capiant[p].

CCCCLIX. De testimoniis clericorum[a].

33. Presbyteri et diaconi[b] si in causa pecuniaria falsum testimonium dixerint, non tormentis subiiciantur[bc], sed per tres annos separentur a divino[c] ministerio, et monasteriis[d] tradantur: pro criminalibus autem[e] causis si falsum[f] testimonium dixerint, clericatus honore nudati legitimis poenis subiiciantur. Ceteri autem in alio ordine[g] ecclesiastico relati[gg] si falsum testimonium in quacumque re[h], sive pecuniaria, sive criminali dixisse convincantur[i], ordine ecclesiastico reiecti[k] legitimis coërcitionibus[l] subiiciantur.

CCCCLX. De clericis vel monachis, vel diaconis, vel ascetriis conveniendis in civili vel criminali causa[a].

34. Si quis contra clericum, vel[aa] monachum, vel diaconissam, vel monastriam[b], vel ascetriam habeat aliquam actionem[c], adeat prius[d] religiosissimum[e] episcopum, cui eorum[f] unusquisque subiectus est: ille autem rem inter[g] ipsos discernat, et si[h] quidem utraque pars iudicatis adquiescat[hh], iubemus per praesidem locorum ea exsecutioni[k] plenissimae tradi. Sin autem unus ex litigatoribus intra[l] decem dies contradixerit[m] iudicatis, tunc locorum praeses[n] rem cognoscat[o], et si invenerit iudicatum recte[p] prolatum, et suo calculo hoc[q] confirmet, et exsecutioni tradat iudicata[r], et non liceat ei[s], qui in[t] tali re victus est, provocare[u]. Sin autem calculus praesidis contrarius sit[uu] episcopali[v] calculo, tunc locum habeat[x] appellatio contra calculum praesidis, et ea[y] secundum legis ordinem referatur[z] et exerceatur[a]. Sin autem[b] ex imperiali vel iudiciali iussione episcopus iudicaverit inter[c] qualescumque personas, provocatio ad imperatorem vel ad[d] iudicem, qui iussit[dd], referatur. Sin autem crimen[e] sit, quod adversus memoratas[f] reverendissimas personas referatur[g], si quidem apud episcopum aliquis accusetur[h], et ipse veritatem invenire potuerit, de honore vel gradu eum[i] secundum ecclesiasticos canones reiiciat, et* tunc competens iudex ipsum comprehendat[k], et secundum leges litigium discernens[l] finem ei imponat[ll]. Si enim prius[m] civilem praesidem adeat accusator[n], et crimen per legitimam disceptationem potuerit probari[o], tunc episcopo locorum[p] monumenta intimentur[q], et si ex ipsis cognitum fuerit, proposita[r] crimina eum admisisse[s], tunc ipse episcopus locorum[t] secundum regulas[u] de honore vel gradu, quem sustinet[v], separet[vv], iudex autem ei vindictam[x] inferat legibus competentem. Sin autem putaverit episcopus[y] acta non iuste[z] constitisse, liceat[a] ei honoris exspoliationem differre, sic[b] tamen, ut talis persona sub legitima cautela[c] fiat, et ita ad nos[d] causa per episcopum et[dd] iudicem referatur, ut eam[e] nos cognoscentes, quod nobis iustum fuerit visum[f], hoc iubeamus[g]. Si quis autem pro pecuniaria causa[h] contra praedictas personas aliquam habuerit actionem[i], et episcopus distulerit inter eos[k] iudicare, licentiam habeat actor civilem praesidem adire, sic[l] tamen, ut accusata persona nullo[m] modo cogatur fideiussorem[n] dare, sed tantum[o] promissionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Sin

quinque libr. I, 44). Bo. 37*. Cre. VIII. Cf. *Biener*: Hist. Auth. p. 6 sqq. *Savigny*: Geschichte T. II. p. 264, not. 7 (ed. 1) et p. 277, not. *f* (ed. 2). Augustinus verba Iuliani referri scribit ab Ansel. Lucen. lib. 4. cap. 55.

Cap. CCCCLIX. Iul. Const. 115, 33. Nov. 123, 20. Auth. Const. 134, 20. 16 CCCXIII. A. XXXI. Lr. 57. Cd. 3, 247; 5, 190. Bo. 38*. Abbo Floriac. Coll. Can. cap. 48*. Ben. Lev. 6, 123. Lib. Pap. Otton. Expos. cap. 6, §. 8. Pe. 1, 63. Decret. Grat. cau. 5, qu. 6, can. 3. II. Par. §. 2.

Cap. CCCCLX. Iul. Const. 115, 34. Nov. 123, 21. Auth. Const. 134, 21. 16 CCCXIV. A. XXXII. Lr. 58. Cd. 3, 248; 5, 191 et partim 3, 221. Abbo Flor. cap. 48*. Pe. 4, 47. Brach. 4, 8, 5, 6. Decr. Grat. cau. 11, qu. 1, can. 38. Cf. *Biener*: Hist. Auth. p. 6 sq. *Savigny*: Geschichte T. II. p. 264, not. 7 (ed. 1) et p. 277, not. *f* (ed. 2). Cf. etiam cap. 298.

ad *k* M. plenissime. ad *r* M. iudicata tradat. ad *f* M. reverentissimas. ad *k* M. comprehendat ipsum. ad *f* M. visum fuerit.

autem pro[oo] criminali causa accusatio[p] contra memoratas personas deponatur[q], sub legitima cautela accusata[r] persona fiat.

CCCCLXI. De his[a] personis pro canonica causa conveniendis.

35. Si de negotio ecclesiastico, id est[aa] canonico, causa emerserit[b], non magistratus, sed religiosus[c] episcopus secundum sacros[d] canones imponat[e] negotio finem.

CCCCLXII. De rebus dubiis in conciliis episcoporum emergentibus[a].

36. Si inter episcopos[b] eiusdem concilii[c] dubitatio emerserit de[d] ecclesiastico iure, vel de[e] aliis negotiis, prius[f] metropolitanus eorum[g] cum aliis quibusdam[h] concilii[i] sui considerans rem iudicet[k]; et si non adquiescat[kk] utraque pars[l] iudicatis, tunc beatissimus patriarcha illius regionis[m] inter ipsos audiat, et quod ecclesiasticis[n] canonibus et legibus nostris consentaneum[o] sit, hoc definiat[p], et nulla pars valeat[q] calculo eius[r] contradicere.

CCCCLXIII. Si clericus vel quivis alius contra episcopum adire potestatem maluerit[a].

37. Si[b] clericus vel quivis[c] alius contra episcopum propter qualemcumque causam adire[d] maluerit, prius metropolitanus eorum secundum sanctas regulas[e] et nostras leges[f] negotium discernat, et si quis iudicatis[g] contradixerit, ad patriarcham illius regionis[h] res[i] referatur[k], et ille secundum canones et leges finem[l] ei[m] praebeat.

CCCCLXIV. Si quis contra metropolitanum adire potestatem maluerit[a].

38. Si contra metropolitanum[b] adire quispiam velit, regionis[c] illius patriarcha[d] negotium discernat[e].

CCCCLXV. De episcopis apud iudicem vocatis[a].

39. Quicumque episcopus apud quemvis[aa] iudicem accusatus fuerit, omnino nullam neque[b] fideiussionem, neque promissionem pro litigio facere compellatur[c], sic tamen, ut[d] operam daret intentiones[e] et causas actoris[f] dissolvere[g].

CCCCLXVI. De administratoribus venerabilium locorum propter administrationem suam ad iudicium vocatis[a].

40. Oeconomos[b] et xenodochos et nosocomos et ptochotrophos et aliorum sanctorum administratores locorum[c], et omnes clericos iubemus super administrationibus sibi commissis apud[cc] proprium episcopum, cui[d] subiecti sunt, respondere, et rationes[e] suae administrationis facere, et exactionem[f] suscipere[g], si quid[h] ab his debitum fuerit comprobatum[hh], ut hoc ei loco[i] reddatur,

---

Cap. CCCCLXI. Iul. Const. 115, 35. Nov. 123, 21, §. 2, in f. Auth. Const. 134, 21, §. 2, in f. 16 CCCXV. A. XXXIII. In cod. 15 est lacuna usque ad cap. 474 inclus. Lr. 59. Cd. 3, 249. Bo. 14*. Abbo Flor. cap. 48*. Cre. IX. Brach. 4, 8, 4. Cf. Schol. cap. 76.

Cap. CCCCLXII. Iul. Const. 115, 36. Nov. 123, 22, pr. Auth. Const. 134, 22, pr. 16 CCCXVI. A. XXXIV. Lr. 38. Cd. 3, 244. Bu. 1, 57. Bo. 15*. Br. 4, 8, 7. Ivo, Decr. 5, 167 et Pann. 4, fol. 89[b]. Polycarp. 5, 4*. Decret. Grat. cau. 6, qu. 4, can. 3.

Cap. CCCCLXIII. Iul. Const. 115, 37. Nov. 123, 22 med. Auth. Const. 134, 22 med. 16 CCCXVII. A. XXXV. Lr. 62. Cd. 1, 134 et 5, 193. Bo. 20*. Abbo Flor. cap. 47*. Br. 4, 8, 7. Cf. *Savigny:* Geschichte T. II. p. 264, not. 7 (ed. 1) et p. 277, not. *f* (ed. 2).

Cap. CCCCLXIV. Iul. Const. 115, 38. Nov. 123, 22 med. Auth. Const. 134, 22 med. 16 CCCXVIII. A. XXXVI. Lr. 63. Cd. 1, 133. Bo. 21*. Abbo Flor. cap. 47*. Br. 4, 8, 8.

Cap. CCCCLXV. Iul. Const. 115, 39. Nov. 123, 22 in f. Auth. Const. 134, 22 in f. 16 CCCXIX. A. XXXVII. Lr. 64. Abbo Flor. cap. 47.

Cap. CCCCLXVI. Iul. Const. 115, 40. Nov. 123, 23. Auth. Const. 134, 23. Cod. Vat. 1339 (Coll. quinque libr. II, 11). A. XXXVIII. Lr. 47.

---

ad *d* M. audiri. ad *f* M. actionis ad *a* M. iudicium. ad *g* M. suscipere: et si

cuius ex[k] administratione debitum apparuerit[l]. Sin autem putaverint[m] sese praegravatos, post[n] exactionem metropolitanus rem discernat. Sin autem metropolitanus sit, qui iudicavit[o], et exegit[p], et ille, qui exactionem passus est, putaverit se laesum fuisse[q], administrationis illius[r] beatissimus patriarcha rem discernat[s]. Non enim concedimus[t] antefatis personis in memoratis causis[u] ante disceptationem et[v] exactionem debiti[x] suos episcopos deserere[y], et in alia pervenire iudicia[z].

CCCCLXVII. De heredibus eorum, qui res venerabilium locorum gesserunt[a].

41. Si quis[b] ex his, quibus[c] administratio religiosi loci[d] commissa est, antequam rationes[e] exponat, et debitam a se quantitatem[f] exsolvat, decesserit, heredes eius similiter[g] et rationibus et exactionibus subiiciantur[h].

CCCCLXVIII. De episcopis et clericis pro civitate conveniendis[a].

42. Si episcopus, vel quivis clericus in civitate Constantinopolitana[b] inveniatur[c] ex quacumque provincia[d], et aliquis voluerit[e] adversus eum actionem[f] movere, si quidem iam de ea re litis contestatio[g] facta est in provinciali iudicio, ibi impleatur[h], id est, in ea[i] provincia, in qua lis contestata est. Sin autem nondum coepta est, apud eminentissimos tantum praefectos[k] praetorio Orientis iudicium peragatur, vel apud eos iudices, quos nostra iussio deputaverit[l].

CCCCLXIX. De apocrisiariis[a].

43. Nullus apocrisiarius cuiuscumque ecclesiae sive in hac civitate degens, sive apud patriarchas[b] vel metropolitanos[c] ab episcopo suo missus pro suo episcopo[d] vel pro negotio ecclesiastico, vel pro[dd] debito publico sive privato aliquam actionem vel[e] exactionem patiatur, nisi forte ei[f] mandatum est ab episcopis[ff] vel oeconomis quosdam convenire; ipsis enim, qui conveniuntur, solis praestamus facultatem[g], si quas actiones habuerint[h] contra ecclesiam vel episcopum[i], adversus apocrisiarios eas[k] movere. Sed si obligaverint[l] se in eo tempore, quo[m] apocrisiarii officium peragunt[n], et ex his causis actiones suscipiant.

CCCCLXX. De[a] episcopis et clericis pro civitate, vel ecclesia sua, vel consecratione in qualemcumque locum pervenientibus.

44. Episcopi vel[aa] clerici pro civitate vel ecclesia sua legationis causa[b] vel consecrationis episcopi in imperialem civitatem[c] sive in[d] alium quemcumque locum pervenientes[e], nullam[f] molestiam vel repulsam a quacumque persona patiantur[ff]; nam qui obnoxios eos[g] habere putaverint[h], postquam in provinciam revertantur[i], pulsare eos poterunt[k], nullo eis praeiudicio generando[l] in temporali praescriptione[m], propter tempus, quod in tali profectione[n] transactum est[o].

CCCCLXXI. De executione religiosae personae[a].

45. Si quando causa emerserit, ut admonitio vel exsecutio[b] afferatur[c] pro pecuniaria causa[cc] sive publica sive[d] privata clerico vel monacho[e], vel cuicumque[f] monasterio, et maxime mulieribus[g],

Cap. CCCCLXVII. Iul. Const. 115, 41. Nov. 123, 23 in f. Auth. Const. 134, 23 in f. A. XXXIX. Lr. 46. Cre. X. Dee in 10.
Cap. CCCCLXVIII. Iul. Const. 115, 42. Nov. 123, 24. Auth. Const. 134, 24. A. XL. Dee. in 10—12, 16, 18. Lr. 32.
Cap. CCCCLXIX. Iul. Const. 115, 43. Nov. 123, 25. Auth. Const. 134, 25. 16 CCCXXII. A. XLI. Dee. in 9. Lr. 65.
Cap. CCCCLXX. Iul. Const. 115, 44. Nov. 123, 26. Auth. Const. 134, 26. 16 CCCXXIII. A. XLII. Dee. in 9. Lr. 33. Cd. 2, 297.
Cap. CCCCLXXI. Iul. Const. 115, 45. Nov. 123, 27. Auth. Const. 134, 27. 16 CCCXXIV. A. XLIII. Lr. 48. Cre. XI. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCX.

ad *k* M. ex cuius administratione. ad *q* M. laesum, fuisse administrationis. ad *g* M. facta est, in. ad *a* M. apocrisariis, et infra apocrisarius etc. ad *c* M. add. *episcopos*. ad *d* M. om. *pro suo episcopo*. ad *g* M. facultatem praestamus. ad *n* M. peragunt: et [pro] his. ad *b* M. legationis vel consecrationis episcopi causa. ad *d* M. om. *alium*. ad *f* M. cuicumque [ex] monasterio

sine iniuria et cum omni honore admonitio vel[h] exsecutio fiat, monacha* autem vel ascetria[i] a monasterio vel asceterio non detrahatur[ii], sed[k] procuratorem ab his praeponi iubemus[l], qui pro negotio respondebit[m]. Monachis autem liceat sive per se, sive per[n] procuratores suas[o] vel asceterii causas[p] peragere, sciente eo, qui[q] transgressus fuerit haec statuta[r], sive iudex sit[s], sive exsecutor litis[t], quod et cingulo spoliabitur, et poenam quinque librarum auri[u] praestabit, quam debet exigere ab[uu] eo vir magnificus[v] comes privatarum, exsecutor[x] autem et[y] pericula[z] patiatur, et in exsilium mittatur, religiosis[a] locorum episcopis prospicientibus, ut nihil istis contrarium[b] fiat, vel si quid[c] peccatum fuerit, ut[d] praedicta coërcitio[dd] fiat; praeside[e] autem vindictam differente[f] imponere, ad nostram scientiam episcopus[g] referat.

CCCCLXXII. De sportulis religiosae personae[a].

46. Sportularum[b] nomine quaecumque persona in quocumque[c] ecclesiastico ordine constituta, item diaconissa et monachus et ascetria[d] et monacha pro quacumque[e] criminali vel pecuniaria causa, cuiuscumque sit quantitatis[ee], sive a clerico sive ab[f] aliquo militante admonitionem susceperint[g], sive in[h] imperiali civitate, sive in provinciis, in quibus degunt[i], non plus[k] quam quatuor siliquas praestent. Si vero ex[l] nostra iussione, sive a praeside[m], vel a beatissimo patriarcha missus exsecutor in alias provincias[n] admonitionem obtulerit[o] alicui de memoratis[p] personis, non ultra solidum accipiat. Sed[pp] et si plures pro una eademque causa conventi fuerint, non plus sportularum nomine[q] praestent, quam si[r] una persona conventa fuisset[s].

CCCCLXXIII. De episcopis pro rebus ecclesiae non conveniendis[a].

47. Nullus episcopus pro rebus ecclesiae suae[b] exsecutionem vel molestiam patiatur; sportulas autem nec pro suis negotiis admonitus praestet. Actiones autem contra ecclesias[c] propositas oeconomi suscipiant[d], vel illi, qui in hac causa praepositi sunt[e].

CCCCLXXIV. De[a] his, qui sportulas exigunt ultra modum statutum.

48. Si quis adversus nostra statuta[b] sportulas exigere fuerit ausus[c], in duplum, quod acceperit[d], praestet ei, a quo exegit[e]; et si quidem militat, amittat[f] cingulum, sin autem clericus[g] sit, clero[h] expellatur.

CCCCLXXV. De clericis, qui mulieres in domo sua habent[a].

49. Presbyteris et diaconis et subdiaconis[b] et aliis in clero constitutis[c] non habentibus uxores secundum divinas regulas[d] interdicimus et[e] nos, mulierem habere[f] in domo sua, excepta matre, et filia, et sorore, et aliis personis, quae omnem querelam[g] effugiunt. Si quis autem adversus istam observationem mulierem in domo sua[h] habuerit, quae potest suspectionem[i] inferre turpitudinis, et[k] ille a conclericis[l] suis audierit[m] cum tali muliere non habitare, et noluerit[n] eam sua domo repel-

Cap. CCCCLXXII. Iul. Const. 115, 46. Nov. 123, 28, princ. Auth. Const. 134, 28, princ. 16 CCCXXV. A. XLIV. Lr. 49. Bo. 45*. Cre. XII, in f. mut. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCXI.

Cap. CCCCLXXIII. Iul. Const. 115, 47. Nov. 123, 28 med. Auth. Const. 134, 28 med. 16 CCCXXVI. A. XLV. Translatum est in codd. 4, 10 post cap. 475, quare ibi cap. 474 et 475 efficiunt cap. 473 et 474 et occupat cap. 473 locum cap. 475. Lr. 34. Cd. 2, 298 Bo. 46*. Cre. XII, pr. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCXI seq.

Cap. CCCCLXXIV. Iul. Const. 115, 48. Nov. 123, 28 in f. Auth. Const. 134, 28 in f. 16 CCCXXVII. A. XLV. in f. Vid. cap. 473, not. sup. Lr. 50.

Cap. CCCCLXXV. Iul. Const. 115, 49. Nov. 123, 29. Auth. Const. 134, 29. 16 CCCXXVIII. A. XLVI. Vid. cap. 473, not. sup. Lr. 52. Cd. 5, 189. Bo. 47*. Hincmar. Opp. T. II. p. 787.

ad *o* M. suos. ad *r* M. om. *haec statuta.* ad *u* M. quinque librarum auri poenam. ad *x* M. privatarum [rerum,] executor. ad *f* M. differente vindictam. ad *f* M. om. *ab.* ad *h* M. sit, e clero. ad *f* M. nos habere mulierem.

lere, vel accusatore[o] emergente probatus fuerit inhoneste cum tali muliere[p] versari, tunc episcopus secundum ecclesiasticos canones[q] clero eum repellat[r], curiae[s] civitatis, cuius clericus est[t], tradendum[u].

CCCCLXXVI. De episcopis, qui cum mulieribus habitant[a].

50. Nullus episcopus cum muliere habitet penitus[b]. Sin autem probatus[bb] fuerit hoc non[c] observasse, episcopatus honore[d] reiiciatur, quia ipse se indignum[e] sacerdotio[f] ostendit.

CCCCLXXVII. De diaconissis, quae cum masculis habitant, et de liberis earum.

51. Caveant[b] diaconissae cum masculis habitare[c], per quos inhonestae vitae suspectio[d] possit emergere. Sin autem haec non observaverint[e], sacerdotis[f], cui subiectae sunt, admonitione[g] abstineant conversatione[h] masculorum. Sin autem hoc[*] distulerint facere, ecclesiastico ministerio et suis salariis[i] careant, et[k] monasterio tradantur, et[l] omnem vitam suam ibi[m] peragant; res autem earum[mm], si quidem liberos habeant, inter ipsas et illos[n] secundum numerum personarum dividantur[o], ut competens eidem mulieri portio monasterio addicatur et alat[p] eam. Sin autem non habeat liberos, tota ipsius substantia[q] inter monasterium, ubi immissa[r] est, et ecclesiam[s], in qua prius fuerat, ex[t] aequa portione dividatur[u].

CCCCLXXVIII. Si quis inter celebranda divina mysteria ministris dei iniuriam fecerit[a].

52. Si quis[b] divinis mysteriis[c] vel aliis sanctis ministeriis celebrandis in sanctam intraverit ecclesiam[e], et episcopo vel clericis vel aliis ministris[f] ecclesiae iniuriam[g] fecerit, iubemus eum tormentis subiectum in exsilium[h] mitti. Sed et si[i] ipsa sancta oratoria vel divina[k] mysteria conturbaverit, vel celebrari[l] prohibuerit, capitali[m] supplicio puniatur: hoc eodem observando et in litaniis[n], in quibus episcopi vel clerici inveniuntur[o], ut si quidem contumeliam tantum fecerit[p], tormentis et[pp] exsilio tradatur; sin autem litanias conturbaverit[q], capitale periculum[r] subsistat, eaque[s] defendere volumus non solum civiles, sed etiam militares[t] iudices.

CCCCLXXIX. De litaniis laicorum[a].

53. Non liceat laicis litanias facere sine episcopo[b] et clericis, qui sub ipso[c] episcopo sunt. Sanctas[d] quoque cruces, quas in litaniis[e] portant, in sanctis locis reponi iubemus, et[f] ex his proferri, si litaniae tempus vocaverit[g], eaque observent[h] non solum[i] antistites locorum et clerici, sed etiam magistratus. Si quis autem[k] praesentis legis vim transgressus[l] fuerit, vel vindictam[m] imponere neglexerit, praedictas poenas patiatur.

CCCCLXXX. De monachis et monastriis, et monasteriis[a].

54. Restat, ut de monachis dicamus. Igitur sancimus, ut abbas[b] sive archimandrita singulis monasteriis praeponatur[c], non secundum gradus monachorum, sed quem[d] cuncti monachi vel me-

Cap. CCCCLXXVI. Iul. Const. 115, 50. Nov. 123, 29 in f. Auth. Const. 134, 29 in f. 16 CCCXXIX. A. XLVII. Transpositum est in 17 post cap. 516. Lr 53. Cd 2, 303 Bo. 48*.

Cap. CCCCLXXVII. Iul. Const. 115, 51. Nov. 123, 30. Auth. Const. 134, 30. 16 CCCXXX. A. XLVIII. Lr. 54. Cod. Vat. 1339 (Coll. quinque libr II, 178 et 8487. Cf supr. cap. 29.

Cap. CCCCLXXVIII. Iul. Const. 115, 52. Nov. 123, 31. Auth. Const. 134, 31. 16 CCCXXXI. A. XLIX. Ben. Lev. Cap. 6, 129. Addit. cap. 3, 28. Cre. XIII. Cod. Vat. 1339 (Coll. quinq. libr. III, 141) et Vat. 1349. Deusded. 3, 138*. Bo. 49 init.*

Cap. CCCCLXXIX. Iul. Const. 115, 53. Nov. 123, 32. Auth. Const. 134, 32. 16 CCCXXXII. A. L. Cre. XIV. Bo. 50*. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCXII.

Cap. CCCCLXXX. Iul. Const. 115, 54. Nov. 123, 33 et 34. Auth. Const. 134, 33 et 34. 16 CCCXXXIII. A. LI. Lr. 148. Cd. 6. 114. Bo. 56*. Abbo Flor. cap. 14*. Cf. supr. cap. 21 et 428. *G. Heimbach*: Auth. p. CCCXIII.

ad *p* M. cum tali muliere inhoneste versari. ad *q* M. canones a clero. ad *h* M. masculorum conversatione. ad *n* M. inter ipsam et illos. ad *t* M. exaequa. ad *k* M. ministeria. ad *k* M. autem in praesentis.

lioris opinionis[e] constituti elegerint[f], propositis sanctis[g] evangeliis dicentes, quod non propter amicitiam[gg] vel gratiam, sed scientes eum[h] fidei rectae, et vitae castae[i], et administratione dignum, et potentem[k] monachorum disciplinam[l] et omnem monasterii statum utiliter[m] custodire, eum elegerunt[n]. Et si sic electus fuerit, modis omnibus confirmetur[o] ab episcopo, cui monasterium subiectum est. Quae autem de monasteriis monachorum diximus[p], eadem teneant et in monasteriis[q] vel asceteriis[r] mulierum.

CCCCLXXXI. Idem[a].

55. Si quis[b] monachus esse velit, si quidem notus[c] sit nulla[d] condicione subiectus esse, hegumenus[e] monasterii, quando[f] aestimaverit, habitum ei[g] praestet. Sin autem cognitus non[h] sit, per tres annos habitum ei non praestet, sed[hh] experimentum et probationem vitae[i] ipsius accipiat, et si quidem[k] intra triennium venerit aliquis dicens, eum[l] servum suum[ll] esse vel adscripticium vel colonum, et ideo ad monasterium venisse, ut culturam agrorum fugiat[m], vel propter furta vel alia delicta in monasterium[mm] intrasse, eaque fuerint approbata[n], domino suo reddatur[o] cum rebus, quas in monasterium[p] duxisse probatur[q], ut tamen prius fidem[r] accipiat a domino suo, quod nihil patiatur[s]. Sin autem intra triennium nemo ex praedictis[ss] personis inquietaverit eum, et[t] transacto triennio[u] probatum se hegumeno[v] ostenderit, tunc accipiat habitum, et nemo eum postea pro condicione inquietet, sic tamen, ut[x] res, quas in monasterium duxit[y], domino restituantur[z]. Sin autem monasterium reliquerit, et[a] laicus fiat, vel in civitatibus[b] vel in agris deambulet[c], suae condicioni reddatur.

CCCCLXXXII. Idem[a].

56. Monachi in una domo habitent[b], communiter alantur[c], in una domo semotim[d] dormiant, nisi forte quidam ex his[e] propter prolixam[f] in monasterio exercitationem semoti[g] velint vivere, vel senectutis vel corporalis imbecillitatis[h] causa in cellulis quibusdam intra monasterium[i] degerint, et hoc tamen non citra voluntatem[k] hegumeni fiat[l]: his omnibus et[m] in monasteriis et in[n] asceteriis mulierum[o] observandis.

CCCCLXXXIII. Idem[a].

57. In nullo loco monachos et monachas permittimus[b] unum monasterium habere, sed[c] nec ea, quae duplicia vocant, et[d] si quid tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco studeat[e] manere, monachos[f] autem aliud[g] monasterium aedificare sibi cogat[h]. Sin autem plura sint talia[i] monasteria, separentur in aliis[k] monasteriis monachae, et in aliis monachi, res autem, quas habent communes, secundum iura eis[l] competentia distribuantur[m]. Quem autem monachae presbyterum vel diaconum[n] elegerint, ut eum apocrisiarium[o] habeant[p], vel sanctam communionem[q] eis afferat, religiosus episcopus, cui subiectae sunt[r], deputet, si tamen et[s] fidei rectae et vitae bonae[t] fuerit. Sin autem is[u], quem elegerunt, neque presbyter, neque diaconus sit, probatus[v] tamen[x] castitate et[y] fide, consecret eum episcopus in illa[z] consecratione, qua dignus sit[a], et fiat apocrisiarius, et sanctae communionis minister, sic tamen, ut[b] nec ipse habeat licentiam, quamvis ita[c] electus est, in monasterio[d] mulierum permanere.

Cap. CCCCLXXXI. Iul. Const. 115, 55. Nov. 123, 35. Auth. Const. 134, 35. 16 CCCXXXIV. A. LII. Lr. 149. Cd. 6, 115. Cf supr. cap. 13. Decr. Grat. caus. 17, qu. 2, can. 3.

Cap. CCCCLXXXII. Iul. Const. 115, 56. Nov. 123, 36, pr. Auth. Const. 134, 36, pr. 16 CCCXXXV. A. LIII. Lr. 152. Cd. 6, 118. Cf. cap. 15.

Cap. CCCCLXXXIII. Iul. Const. 115, 57. Nov. 123, 36 med. et in f. Auth. Const. 134, 36 med. et in f. 16 CCCXXXVI. A. LIV. Cohaeret in 17 cum cap. 482, omni distinctione sublata. Lr. 153. Cd. 6, 119. Burch. 8, 65. Ivo, Decr. 7, 83. Polyc. 4, 34*. Decr. Grat. cau. 18, qu. 2, can. 22.

---

ad *h* M. add. *esse*. ad *p* M. monasteriis diximus monachorum. ad *d* Mendose M. ondicione. ad *p* M. introduxisse. ad *r* M. fidem prius. ad *t* M. et (hic) transacto. ad *i* M. alia. ad *o* M. apocrisarium et infra apocrisarius. ad *d* M. monasterium.

CCCCLXXXIV. Idem[a].

58. Si quis sub condicione nuptiarum, vel liberorum*, vel dotis causa, vel ante nuptias donationis[b] donaverit, vel reliquerit[c] suis liberis, vel[d] alii cuicumque personae hereditatem vel legatum, vel[e] ab initio pure reliquerit vel donaverit, substitutiones autem vel restitutiones eis[f] fecerit sub condicione quacumque ex his, quae praedictae[g] sunt, iubemus, talibus condicionibus subiecti tam masculi[h] quam feminae, si monasterium[i] intraverint, vel clerici vel[k] diaconissae vel ascetriae fuerint, tales condiciones[l] irritas et pro non scriptis[m] esse. Hoc autem auxilio clerici vel[n] diaconissae ecclesiarum fruantur[nn], si in eadem vita perseveraverint[o], et ea, quae sic eis[p] donata vel relicta fuerunt, in pias causas[q] consumpserint, vel donaverint, vel reliquerint[r]; nam de his, quae[s] in monasterium vel asceterium intraverint, certa forma[t] est[u], ut totum patrimonium eorum vel earum cum huiusmodi[v] rebus ad monasterium vel asceterium pertineat[x]. Sin autem ad redemptionem captivorum vel[y] alimonias[z] substitutio vel restitutio[a] facta est sub antefatis condicionibus[b], ex nullo modo praedicto recludi[c] eam concedimus.

CCCCLXXXV. Idem[a].

straverint, omnia habeant. — Cap. 126. Curialis sine filio mortuus, novem untias ad civitatem pertinent, tres ad parentes eius. — Cap. 127. Curialis defunctus si reliquerit[d] filios aut nepotes qui administrent, octo untias habeant, reliquas autem cui voluerit defunctus. — Cap. 128. Curialis filia, si curialem maritum accipiat, novem uncias habeat, tres habeant aliae filiae et neptes quae curialem non habent. — Cap. 129. Curialis filii et nepotes, si curialem maritum acceperit, ut aeque dividant substantiam; si non acceperint curialem, tres untias accipiant. — Cap. 130. Curiales si uxores ex quacunque conditione habuerint, filii, qui nati fuerint, patrem sequantur. — Cap. 131. Si dominus servum debilem a se repellit, liber efficiatur. — Cap. 133. Mulier post annum ad secundas veniat nuptias. — Cap. 136. Conditionalis liberam mulierem non ducat uxorem. — Cap. 137. Si quis sine dotali instrumento coniugium fecerit, si eam vir dimittere voluerit, quartam partem substantiam illi det et si CCCC libre auri sit idoneus et post annum ducat maritum; quod si mulieris culpa est, post V annos nubat. — Cap. 138. Si filiusfamilias repudium sine patris voluntate non obmittat statuta dote et sponsalia. — Cap. 139. Sine liberis si uxor aut maritus mortuus fuerit superstis lucretur dotem et sponsalia ita ut una summa contineat[e] scriptus aut certe pars minor maiore si pacta intercesserint de futura successione. — Cap. 140. Ingrati si filii circa parentes fuerint ex omni acquisitione parentum excluduntur. In Falcidiam redigitur nepoti cum patruo ad successionem veniant. — Cap. 141. Mulier si post obitum mariti infra annum ad secundas pervenerit[f] nutias, omnia quae a priore marito relicta sunt, ad filias restituat et dimidiam partem bonorum suorum, si autem filii[g] non sunt, res defuncti ad parentes[h] anterioris mariti restituat[i]. — Cap. 146[k]. Post mortem parentum filii dividant cum noverca vel vitrices pro praesente lege, ut unusquisque matris suae habeat facultatem. — Cap. 147. Qui ad secundas nuptias non migravit, quae illi relicta sunt, habeant. — Cap. 148. Et si divortium fiat dotalis res filiis sint pro futura indotata mulier quartam partem de bonis mariti habeat quae filiis[l] conservet. — Cap. 149. Licet augere vel diminuere dotem et in secundis nuptiis scribi, si ex priore matrimonio non sunt filii. — Cap. 150. Ususfructus mulieri relictus, si ad secundas migraverit nuptias post annum ususfructus non auferatur. — Cap. 151. Si testator dixerit, sponsalia vel alias non habeat; si ad secundas migraverit nutias, valet. — Cap. 153. Mater, quod donavit[m] filio auferre non potest, nisi certas culpas ostenderit. — Cap. 154. Mulier quae ad secundas migraverit nuptias privilegia et dignitatem prioris mariti non habet. — Cap. 155. Si liberta patrono suo uxoris loco fuerit et nolentem eam ad aliam declinaverit meretrix est. — Cap. 156. Vivente coniugio non compellitur maritus restituere dotem quam accepit; si eam bene conservat et si ad secundas nuptias migrat ipse eas conservet, si male egit restituat illas. — Cap. 157. Si mulier tutelam filii administraverit et ad secundas migrare voluerit nuptias si tutorem filiis non quaesierit et rationes non fecerit vel inventarium in eo res et secundo marito filius prioris competat et morte filii non lucretur talis mulier. — Cap. 158. Si pater per testamentum filio suo iusserit, ut det filiis suis[n] aliquid, non exigitur, si non ad secundas migraverit nuptias mulier. — Cap. 159. Primicerius lectorum et cantorum, subdiaconus, diaconus diaconus et presbyteri uxores non accipiant; laicus bicamus ad honorem ecclesiae non veniet. — Cap. 160. Uxor et maritus per testamentum si[o] reliquid legata, ut si ad secundas pervenerit nuptias accipiat[p] eas post annum sub cautione, ut si migraverit cum relictis[q] rebus vel usuris eas reddat heredibus defuncti. — Cap. 161. Si filius sine liberis matrem heredem fecerit validum est; si sine liberis intestatus decesserit, aequum est, succedat mater cum reliquis filiis. — Cap. 162. Mater iure directo lucretur res filii, quae ei[r] relictum est ab ipso, quod non est ex iure patris. — Cap. 163. Connexum est hoc capitulum cum §. studeant prioris capituli[s]. — Cap. 164. Si quis unum ex liberis suis heredem instituerit vel extraneum heredem scripserit et rogare noluerit eum. — Cap. 165. Mulier si[t] post mortem mariti sui ex adulterio pareat, nihil habeat de substantia mariti aut si adultere-

d) 8 *dereliquerit.* *e*) 8 gl. interl. *i. e. teneat.* *f*) 8 gl. interl. *accesserit.* *g*) 5 *liber.* *h*) 8 gl. interl. *i. e. consanguineos.* *i*) 8 *reddat.* *k*) Dee. in cod. 5. *l*) 8 *quae lucro filiis cons.* *m*) 8 gl. interl. *demonstraverit.* *n*) 5 add. *filiis.* *o*) 8 *sive.* *p*) 5 *accipiet.* *q*) 5 *relatis.* *r*) 5 *et.* *s*) Vid. cap 162. *t*) 5 om. *si.*

tur. — Cap. 169. Tabelliones et magistratus scripturas non conficiant, nisi inter aures[u] publicas renuntiaverint. — Cap. 170. Tabelliones in Constantinopolitanam si fecerint scripturam in carta ubi protocollum non est, invalida sit. — Cap. 171. Curialis qui christianus non est, non administret et privilegium et honorem non habeat. — Cap. 172. Testes heretici contra hereticum audiantur, non contra catholicum. — Cap. 173. Omnes scripturae initium habeant. — Cap. 174. Scrinia publica graeca cum graecis scripturis et latini latinas literas[v]. — Cap. 177. Collationes manus. — Cap. 178. Post principalia sacramenta per omne petentem provocationem iuret non scientem petere hoc. — Cap. 179. Qui mulierem exigit suo sacramento, ut debeat adulterare, X libr. auri det[x] fisco. — Cap. 180. Si creditor de loco debitori[y] suo alieno homine exigerit, quadruplum reddat illi, quod exigerit. — Cap. 181. Qui imperatori donat non cogatur gestis alligare D solidis rem privatam[z]. — Cap. 182. Qui adversario in iuditio deposuit et una pars observans X dies manifestet iudicis se observare et sic addicatur fugiens omnes expensas reddere quantum iuratus qui observavit dicere et sic cautionem[a] fecit de observatione, poenam simul solvat. — Cap. 183. Qui in provintia compellit adversarium ut ad civitatem veniat[b] spondeat; si non venerit vel si non vicerit, poena illi solvat vel quantum iurat[c] expensam fecerit. — Cap. 184. Acceptum genus actionis post XXX[d] dies reddat responsum. Suspectum iudicem recusare licet, quod et secundo recusaverit, tertius quem elegit, non audiatur. — Cap. 185. Si quis iuraverit, se observaturum iudicium et ante incoata lite se removerit et tunc pars fugientis introducatur in rem, quando reus advenerit non recipiat rem, nisi prius expensas reddiderit et fideiussorem dederit se observare in iudicio. — Cap. 186. Qui militiam se provocavit, si non militavit, nihil consequitur. si mortuus fuerit. Quod si observabit et posteros reliquid ipsi consequantur. aut si dereliquit creditores. — Cap. 187. Mulier indotata post soluto coniugio quartam partem facultatis consequatur usque ad C. libras auri si habet filios aut si non locuples sit, mulier nihil consequatur[e]. — Cap. 193. Qui ecclesiam aedificat non quos ipse vult faciat clericos, sed quos elegerit episcopus. — Cap. 194. Qui oratorium in domo habet sine computato clero et missam ibi facere praesumpserit, ipsa domus infiscetur et iudex si praetermiserit L librarum auri multetur. — Cap. 196. Si quis debitorem suum in exitu molestaverit vel eum sepelire impediverit vel domum eius signaverit vel heredes eius ipso vivente inquietaverit, amittat debitum et aliud tantum det et tertiam partem bonorum. — Cap. 198. Si quis dotem pro muliere spopondit adimplere cogatur nec eas vendi nec opponi[f] licet, nec si ipsa mulier simul consentiat. — Cap. 199. Omnibus audientibus liceat appellationem suscipere. — Cap. 200. Praefectus urbi omni dignitate praecedat, subsequitur, quae dignitas aliis praecedat. — Cap. 201. In Constantinopoli nullus talem aedificium faciat alta ut alii conspectum maris tollat. — Cap. 204. Testamenta secundum novella constitutione fiat post duos menses datae legis. — Cap. 205. Ecclesiae et oratoria antequam fundentur, episcopus veniat et ponat crucem et placeat crucem. — Cap. 206. Episcopus si pro voluntate multum tempus foris ecclesia vacaverit: hyconomus non illi transmittat expensas. — Cap. 207. Immobiles res ecclesiae distrahantur cum consilio episcopi et cleri et patriarchae. — Cap. 208. In coniunctionem pactuali (?) licet de successione filiorum. — Cap. 209. Praesidi liceat omnes causas audire et nullus praesumat dicere: ante non dico causam propter privilegium, praeter imperatorem. — Cap. 210. Qui litigant et petierint inducias certas tribuatur; intra provintiam quattuor menses, in alia provintia octo menses, trans mare novem. — Cap. 211. Qui hominem in iuditio petit per se aut[g] per procuratorem non observavit dispendia multetur[h]. si criminalis causa est reus discutietur et adiudicetur quod si culpabilis non fuerit accusator et spensas condamnetur per absentiam. — Cap. 212. Ad iudicem provintiae non licere dici non ad te dico causam nisi ad imperatorem. — Cap. 213. Nullus utatur privilegium contra legem. — Cap. 214. Haec constitutio a praesenti tempore loquitur. — Cap. 215. Preses provintiae, si legem non observat, X libras multetur. — Cap. 216. Praefectoriae dignitates

u) 8 om. *aures*. Gl. interl. *i. e. populi*. v) 8 gl. interl. *literis*. x) 5 *debet*. y) 5 *debitori sub*. z) 8 *privatus*. a) 5 *si auditionem*. b) 8 add. *si*. c) 5 *iubat* d) 8 *XX*. e) 5 *consequantur*. f) 5 *apponi*. 8 gl. interl. *i. e. pignori dari*. g) 8 *et non per aut per*. h) 8 supr. lin. *i. e. conponat*.

quattuor sunt: Orientalis et Illirici et Affricae et Italiae. — Cap. 217. Tutores vel curatores pupilli ad suum nomen non transcribant. — Cap. 218. Creditor non fiat tutor vel curator ad pupillum. — Cap. 219. Creditor vel debitor si tutor inveniatur, alius illi iungatur. — Cap. 220. Non se excuset tutor vel curator administrare, nisi claruerit eius esse creditores aut si iuraverit. — Cap. 221. Creditor si admittit administrare tutelam. — Cap. 222. Si tutor vel curator pupillo ad suum nomen transcripsit invalidum sit, nisi securitatem munitus sit. — Cap. 223. Illa lex de pupillis[i] et debilibus loquitur. — Cap. 224. Tutor et curator non permittat pupillum debilem contrahere, quod si ipse contraxerit duos menses per annum usuras relaxentur[k]. — Cap. 225. Si pupillus reditus habeat adsufficientes, tutor vel curator debitum non contrahat; si plus fuerit ad usuras detur aut comparet reditus; si male compâraverit, ipsius est periculum. — Cap. 226. Si pupillus pecunias habuerit super sufficientiam tutor eas det ad usuras. — Cap. 227. Tutor et curator sacramenta praestita bene agere. — Cap. 228. Qui commendat aliquas res per scripturas tres testes subscribant. Nam sola scriptura non sufficit. — Cap. 229. Qui cautionem vel alio instrumento sine tabellionem[l] fecerit, testibus roboretur[m]. Nam sola subscriptio manus collationis non admittatur. — Cap. 230. Qui commendat aliquas res per scripturas sive per instrumentum litterarum prolato instrumento si adversarius neget suam esse manum si testes dixerint, ipsius est, hoc credatur. — Cap. 231. Documentis sine testis reus non convincitur, si ipse non confiteatur sine sacramento. — Cap. 232. Documentum a tabellionibus factum testibus roboretur. — Cap. 234. Documentum factum a tabellionibus sine testes non fiat comparatio litterarum, si conscripti sunt et mortui fuerint fiat consimilatio[n]. Et si tabellius vivet, det testimonium et sine comparatione litterarum firmetur. — Cap. 235. Comparatio litterarum de illis instrumentis fiat, quae sine tabellionem scripta sunt. — Cap. 236. Documentum sine tabellione factum quinque testes subscribant, aut tabularius. — Cap. 237. Quae sine scriptura fiet[o], per testium sacramenta probentur. — Cap. 238. Ex his chartis comparatio litterarum fiet, quae intra illa summa soliq; lex praecipiet. — Cap. 240. Ante prolatam legem quae facta sunt, non retractantur. — Cap. 241. Qui liberam mulierem in consuetudine habuit[p] filii exinde naturales[q] erunt. Quod si illam matrimoniavit, filii anteriores et posteriores aequum succedunt patri. Defuncto patre eius[r] qui reliquid solos naturales petat ad imperium ut ipse succedat heres[s]. Et si per testamentum heredes scripti sunt, petant imperatorem ut hoc confirmet. — Cap. 242. Filii naturales per adoptionem patris non efficiuntur legitimi filii. — Cap. 243. Honoratam personam sine scripturam dotalem filii vel uxor legitimi non dicuntur; clerici praesente alio clerico vel in sacrario hoc constituat, legitima erit uxor. — Cap. 244. Homo dives si iuraverit mulieri, ut eam habeat uxorem legitima[t] est et filii, et si filios non habeant, quattuor untias substantiae habeat, vel si de domo eius eam tulerit vel si ad secundas nuptias venerit ita sit. — Cap. 245. Naturales filii ab intestato ut naturales succedunt si non de indigna nascuntur. — Cap. 246. In Sicilia qui appellat in Constantinopolin ad quaestorem referatur. — Cap. 247. Si praeses provintiae contempserit causam audire vel contra leges iudicare contestetur ab episcopo et si eum non audierit cum litteras episcopi ad imperatorem vadat causidicus. — Cap. 248. Si praeses provintie in suspecto est episcopus cum eo audiat et ex legibus iudicet[u]. — Cap. 249. Absque litteras episcopi nemo vadat ad imperatorem pro reliqua causa. — Cap. 250. In Syria si praeses pro alicui causa contempserit episcopo et ad imperatorem repertum fuerit et culpabilis inveniatur, vindicta subiciatur. — Cap. 251. Executor si contra constituta sportula tulerit poena sustineat. — Cap. 252. Iudex si episcopo supplicante contempserit, poenis affligatur. — Cap. 253. Ubi iudex non est, audiant causam curia et episcopus. — Cap. 254. Sine litteras episcopi in Constantinopolin non vadat. — Cap. 255. Executor[v] provintias si contra iustitiam exiget iudex in eum resecetur (?) aut episcopus imperatori scribat. — Cap. 256. In monasterio qui ingreditur masculus sive femina si filios habuerint, omnes res

i) 8 gl. interl *i. e. orfanis.* k) 8 gl. interl. *diminuantur.* l) 8 gl. interl *i. e. scriniario.* m) 5 *roborentur.* n) 5 *similatio.* o) 8 gl. interlin. *fit.* p) 5 *in consuetudinem habuerit.* q) 8 gl. interl. *i. e. legitimi* r) 5 dee. *eius.* s) 5 *h redes* t) 5 *legitimam.* u) 5 dee. *episcopus* et *ex legibus iudicet* v) 5 add. *in.*

eorum monasterii sunt nec licet illis exinde deliberare. — Cap. 257. Si quis per capillum dei iuraverit vindicta corporis patiatur. Et qui hoc audierit et non manifestaverit vel si iudex non presecavit[x], similiter patiatur. — Cap. 258. Sine libertate data, servi liberi non est. — Cap. 259. Libertus si honorem patrono non praestaverit aut iniuriam ei fecerit vel damnum afflixerit in servitio redeat. — Cap. 262. Quomodo valuerit (?) dominus de servo libertatem. — Cap. 263. Lex a quo tempore data est conservetur[y]. — Cap. 264. Religiosas personas non in publico trahantur causa dicere, sed episcopus iudicet legibus et per canones. — Cap. 265. Superior lex ab omnibus iudicibus custodiatur. — Cap. 266. Has leges si iudex contempserit X librarum auri multetur, executor poena subiaceat. — Cap. 267. Haec lex de monachis dicit. — Cap. 268. Magisteria dignitas de omnibus qui veniunt Constantinopolin sollicitus sit eos dimittere. — Cap. 269. Magister ut immineat iudicis causas finire. — Cap. 270. Quaestoris sollicitudo sit in Constantinopolin de peregrinis vel servis alienis ut celere egrediantur. — Cap. 271. Quaestor si[z] et contra legem acta sunt. — Cap. 273. De falso quesitor iudicet sine foris[a] perscriptionem. — Cap. 274. Si questor adeuntes sibi interpellantes contempserit de suo damna eis restituat. Quaestor et officium eius si ab aliquo praemium acceperint puniantur. — Cap. 277. Liceat quaestori mittere ad inquirendum eum qui venerit pro causis. — Cap. 278. Accusatores essent. — Cap. 279. Quaestor a nullo praetorio damnum sustineat quia pro populo sollicitus est. — Cap. 280. Omnis dignitas si filiusfamilias est a patris potestate non liberat. — Cap. 281. Qui ex dignitate patrisfamilias fiat iura sua in potestatem habet. Filii post obitum patris in sua sunt potestate. — Cap. 282. Episcopus filiusfamilie dici non potest. — Cap. 284. Qui in magistrato sunt alios iudices non faciant sed suos consiliarios iubeant audire sententiam aut ipse det. — Cap. 285. Iudices in basilica[b] causas audiant. — Cap. 286. Ex deputatione imperatori causa audita appellari licet. — Cap. 287. Super CCC solidos sine scriptis iudicare non licet. — Cap. 288. In Constantinopolim qui appellant, intra duos menses reddat rationem. — Cap. 289. Iudex duo habeat executores et duo exceptores[c] et neminem contra iusticiam gravet, si gravaverit mulctetur. — Cap. 290. Qui nolit amplius iudex esse alius fiat[d]. — Cap. 291. Privatus iudex si causam audit supra centum solidos quaternos solidos per partes[e] accipiat; intra centum solidos nihil accipiat, sed de publico duas libras accipiat. — Cap. 292. Dispendia litis liceat iudicare et reddi, quanto iudex prospexerit, de quo victor iuraverit se lesum; si parvum **** parva causa fuerit, non eum addicat. — Cap. 294. Compromissarum iudicis quattuor fiant (?); cum sacramento arbiter non eligatur; si contra leges iudicaverit, parti non nocebit. — Cap. 295. Praeter praefecto omnibus liceat appellari. — Cap. 296. Legibus iudicent omnes. — Cap. 298. Sine iussione episcopi religiosus non compellatur, si episcopus sine scriptis iudicat. Quod si partes scriptis fuerit, ita fiat. Criminalis causa in publico intra duo menses dicatur. — Cap. 299. Causae quae in publico inchoatae sunt, ibi finiantur. — Cap. 300. Quomodo successio competet. — Cap. 301. Armas nemo faciat, nisi publicas stationes, nec privatis vendat[f]; ad[g] quos invenitur publico sotietur. — Cap. 302. De balistarios, ita ut supra dictum est. — Cap. 303. Armas nemo faciat nisi publicis artificibus; nam si idoneus est fiscalis conscribatur, si pauper est, fustibus castigetur; si iudex hoc fieri permittat, certas poenas cadat[h]. — Cap. 304. Nullus privatus armam emat. — Cap. 305. Interea si neglexerit desuper scripta arma puniantur. — Cap. 306. Curiali non liceat res suas donare praeter in suas vel filii nuptias; per testamento liceat ei tres untias donare. — Cap. 307. Qui pignus posuit a constituto die eum retollat, qui autem interdixit reddere, ipse tertia parte usure persolvat usque ad diem solutionis. — Cap. 308. Qui interdicit pensionem dare, omne dampnum restituat domino. — Cap. 309. Curialis si[i] legitimum filium habuerit, naturalem suum faciat curialem. — Cap. 311. Si curialis filius naturalis fuit heres legitimus illi succedat; quod si filii legitimi fuerunt et mortui sunt, portionem falcidiam habeant naturales ex curia administrare. —

x) 8 gl. interlin. *i. e. antepunivit.* y) 8 gl. interl. *i. e. non transgrediatur.* z) 5 *sic.* a) 5 *furis.* b) 5 *basilicam.* c) 5 om. *et duo exceptores.* d) In cod. 8 dee. unum fol. cum capp. 291–301. e) 8 gl. interlin. *i. e. per mensuras.* f) 8 *vendant.* g) 5 *a.* h) 8 gl. interl. *incidat.* i) 5 *sit.*

Cap. 312. Curialis si solum naturalem reliquid, filius heres succedat. — Cap. 313. Novem untias ad curiam competit et tres ad parentes defuncti. Curialis qui filium non reliquerit, si quis vult curiae administrare ab imperatorem petat, ut novem suis untias habeat. — Cap. 314. De legitimos et naturales curialis filios et qui administrant et de novem untias praesens lectio docet. — Cap. 315. Naturales filii non fiant adoptati. — Cap. 316. Mulier libera quae habuit coniuncta filii exinde[k] naturales erunt et postea matrimoniata fiat filii anteriore et posteriores legitimi sint. — Cap. 317. Filii naturalis[l], cuius mater indotalis, licet patri ex iussione imperatoris eum legitimum facere. — Cap. 318. Naturales suos filios nullos sibi legitimos heres[m] scribat sine concessu imperatoris. — Cap. 319. Superstitem legitimo filio pater naturalem suum legitimum adscribere non potest. — Cap. 321. Sicut naturalis pater succedit, ita et pater illi. — Cap. 322. Naturalis liceat fratri vel matri tutelam praestare. — Cap. 323. Ex adulterio procreatis superioris legi non pertinet[n]. — Cap. 324. De testibus qui sunt bone opinionis vel vitae honestatis subiicere iudici. — Cap. 325. Qui tres testes deduxerit dicta eorum vel disputationes susceperit non liceat alios producere testes; si hoc fecerit quarta vice liceat introducere testes, si in prima vel secunda vice dixerit conclusi[o] de testibus non illi liceat. — Cap. 326. Testes in provincia longinqua discutiantur et acta[p] signata et deferantur in pecuniariis causis, nam in criminali ante iudicem discutiantur. — Cap. 327. Testis si liberum se esse dixerit et postea servus appareat reprobetur; similiter si liberum se esse dixerit et non ostendit. — Cap. 328. Qui dixerit testem inimicum suum esse refutetur et probatio fiat. — Cap. 329. Qui iudex fuit, testari exinde non potest, ni ambo consenserint. — Cap. 330. Testem absentem partes contumaces discutiantur sola a praescriptione[q]. — Cap. 331. A die prolatae leges valeant. — Cap. 332. Vir qui duas uxores habuerit et mortuus est, sponsalia prioris adimpleatur et sic secundae. — Cap. 333. Dos et sponsalia scripta ostendatur. — Cap. 334. Non liceat parentibus uni filio plus donare, quam et Falcidiam reliquis retineat. — Cap. 335. De appellatione intra biennio causis et apud praefectum vel quaestorem vel compromissario iudice. — Cap. 336. Si mater filiorum tutelam gubernare voluerit gestis promittat non ad secundas venire nuptias et res suas opponat et inventarium faciat. — Cap. 337. Iudex vel magistro milex, si sine iussione provincia deseruerit, puniatur. Iudex si post successionem suam L dies non steterit, L libras det. — Cap. 338. Qui accusatus crim. non teneatur, nisi actor sponderit, ut intra duas menses agat sub poena[r]. — Cap. 339. Qui accusatus est liceat ei ipsum actorem in iudicio accusare; quod si illum iudicem suspectum habet ante cautionem illum reputet. — Cap. 340. Secundum sponsalia ita dos scribatur. — Cap. 342. Creditori posterior, de cuius pecunia res comparata est, priorum creditorum non obligantur preces in dotis (?). — Cap. 343. Si mulier marito suo pro militia solidos mutuat exigat sponsalia. — Cap. 344. Si paterfamilias copulaverit et maritus mortuus fuerit et pater egeat, liceat ei retollere quandam partem de dote filiae superscriptae[s]. — Cap. 346. Qui in dote conscribuntur superstes si migret ad nuptias aut non usumfructum habeat. — Cap. 347. Repudium daturum quod diebus eorum C scripto sunt filiis et proprietas (?) et cui contigerit habere usumfructum, ipse nutriat filios suos. — Cap. 348. Qui cabuerint fide dicentes si non promiserint in integrum reddentes non exigetur unus pro alio; si hoc fecerit, tunc unus exigetur pro alio si locuplex est vel pauper. — Cap. 349. Post dissoluto matrimonio ex morte vel ex repudio superstis si intra quo tempus, quae in coniunctione scripta sunt, non petierit ut amittat. — Cap. 350. Post dissoluto matrimonio si filii non petierint, quae in coniunccione conscripta sunt, post tres menses admiserunt. — Cap. 351. Curialem liceat in quem voluerit, novem uncias conscribere ita ut curialis fiat. — Cap. 352. Qui curialis in substantiam succedere velit, intra sex menses succedat. — Cap. 353. Curiali qui vult res succedere coram iudicem respondeat curiae administrare. — Cap. 354. Curiali heres succedat ut honus curiae administratur reliquos parentes consequentur. — Cap. 355. Qui filiam curialem ducit, ut curiae administret, novem

k) 5 dee. *exinde.* l) 8 *naturales.* m) 8 gl. interl. *filius.* n) Abest hoc lemma a cod. 5. o) 8 gl. interl. *i. e. constringi det.* p) 8 gl. interl. *facta.* q) 5 *perscriptione.* r) 5 *poenam.* s) Abhinc exciso singulo folio perierunt in cod. 8 lemmata cap. 345—385.

nutias habeat heres defuncti curialis, ut accidit filiis eorum. — Cap. 358. A Sicilia appellationes apud questorem Constantinopolitanum audiantur. — Cap. 359. Consul qualis praecessit et quid gessit et uxor eius et mater ipsius honorem habeat. — Cap. 361. Si testator testamentum suum validum facere vult, coram VII testes dicat, eum volo valere. — Cap. 362. Si testator testamentum suum validum facere vult tres ita testes subscribat: validum est. — Cap. 364. Quibus sectis dicuntur heres, et heretici exsecutores non sint nec iudices, nec mulieres tales beneficium acquisitionis muniantur praeter si regressi fuerint. — Cap. 366. Quadraginta annis extenduntur venerabilibus locis movere actiones. — Cap. 367. Qui pretio de venditore et de emptore et divisionem vel legatario cui res obligatas relicta sunt. — Cap. 368. In conventionem prius petitus spondeat si evictor ita ut non speret habere decimam partem litis det. quod si aliter factus fuerit, iudex et ex se tutor poenam sustinebit. — Cap. 370. Imperialem iussionem contra legem iudex non recipiat. — Cap. 371. Si secundum legem, quae iam posita erat, iudicatum est et si postea alia lex data fuerit, retractari non licet, quia lex novella anteriori non nocet. — Cap. 372. Qui dicit, habeo adhuc quod dicere, detur illi unum mensem spatium et aliud ei iterum et non amplius. — Cap. 373. Avus, pater suos filios praetermittere vel exhereditare nisi certas culpas, quae hic leguntur, non licet. XV annorum filia sub patre, si propria voluntate ad maritum se sociaverit, non culpatur. qui captivos neglexerit heres illi non succedat, sed ecclesia, et in captivis redemptionem proficiat, et XIX annorum aetate pro tali casu res vendere liceat et pignus ponat. Ubi catholici excludent hereticos a successione. — Cap. 374. Qui filiam exheredaverint sine causa probata per testamentum, nihil est. — Cap. 375. Qualis culpa si fecerint parentes in filiis, ut liceat filiis testari et parentes praetermittere. — Cap. 376. Intra novem dies defuncti, qui hereditatem eius exigerit, restituat illi. — Cap. 377. Si qualiter spondeat ut teneatur. — Cap. 378. Parentes si legitimam portionem reliquerint ad quem vult filius, qui ab aliquo adquirat rem, ut pater non inde habeat usum, ita erit. — Cap. 379. Filium suum si quis uxorem per scripturam testium trium roborata aut in testamento aut in publicis monumentis et non naturalibus legitimus est et heres. — Cap. 380. Filii ex uno patre et singulas matres sine instrumenta dotalia equo succedunt patri. Et si unus de dotata matre nascitur et alius sine dote, equum succedunt patri. — Cap. 385. Per cuius lucra divortium fiat, lucret dotem et sponsalia et aliam quartam partem, quanta eius chartula legitur. si filii non sunt et si incriminaverit uxorem suam, illa eius poenae ipse remundet. — Cap. 386. Uxor et maritus si ex utraque eorum culpa se divident, si filii sint, omnem substantiam tollent, si non sint, fiscus succedet praesenti et ipsi supplicium sustineant. — Cap. 387. Si maritus non potuerit uti uxorem suam aut converti vult, ducat mulier alium maritum et dotem suam habeat. — Cap. 388 . Sunt quaedam causae, ex quibus matrimonia sine poena solvuntur, veluti si maritus miscere se mulieri sue non potuerit. — Cap. 389[u]. Si mulier marito suo sine iusta causa repudium miserit et in hac impia voluntate perseveraverit, dotem, quod quidem ipsius.... — Cap. 390. Qui uxorem suam fustibus vel lignis caederit tertiam partem bonorum illi det et quantum legitur sponsalia. — Cap. 391. Si suspicato hominem[v] habet de uxore sua contestationem scriptam, ut cum ea non inveniatur, liceat marito suis manibus eum occidere, si autem loquentes eos invenerit, adiutore testium iudex eos puniat. — Cap. 392. Homo qui ter contestatus est cum uxorem alienam non loqui et in eo loco[x] eos invenerit loqui, tradat eos ministris et postea iudex eos tollat et puniat. qui cum filiam suam[y] vel parentem invenerit cum extraneo loqui, iudici suggerat et examinentur. — Cap. 394. De duobus ascendentibus gradibus: avus a linea paterna et alius a materna equum succedunt. — Cap. 395. Glossa[z]. Defuncta persona relicto consobrino et thio succedit consobrinus. Defuncta[a] persona sine[b] parentes et thyos aut nepotes reliquerit[c] tunc proximi[d] parentes succedunt[e]. — Cap. 396. Qui prestent tutelam aut non. — Cap. 397. Hereticus tutelam non praestet. — Cap. 398. Scripturae doctorum et supra quin-

t) 5 om. hoc lemma. u) Hoc quoque lemma abest a cod. 5. v) 8 *homine*. 5 *uxorem suam*. x) 8 gl. interl. *in ecclesia*. y) 8 *filia sua*. z) Ita cod. 8 minio colorat. a) 8 gl. interl. *id est mortua*. b) 8 gl. interl. *absque*. c) 8 gl. interl. *id est dimittit*. d) 8 gl. interl. *id est consanguinei*. e) 8 gl. interl. *subsistunt*.

gentos solidos sine gesta valeant. — Cap. 399. Quartum decimum expletum annum aetatis per testamentum libertas dari liceat. — Cap. 401. Cautio qui ante legitur ex anteriore[f] debitum esse, non exigetur, nisi anterior cautio ostensa fuerit aut certe probatio debet. — Cap. 404. Decem et viginti annis, cuius res ab alio alienata est, non impedit illi, si ignoravit, cuius res fuerat, sed XXX annis impedit. — Cap. 405. De praescriptione X et XX ann.; ignorantibus subvenitur, aliis X annis. — Cap. 406. Testamentum, et si in uno loco nomen heredis habeat, firmum sit. — Cap. 407. Res ecclesiasticae ad fiscum nullo modo perveniant. — Cap. 409. De locis venerabilibus res alienari non liceat, praeter commutari cum fisco; monasteriis autem liceat. — Cap. 410. Qui res immobiles usufructu accepit, alias tales det ei in perpetuo iure; liceat res venerabiles in pignus ponere sub IV. part. usurarum. — Cap. 412. Res conductores venerabilium locorum, si intra biennium non adimplet pensionem, expellatur. — Cap. 413. Res de locis venerabilibus vendi liceat pro captivorum redemptione. Propter famem res immobiles sancti loci non vendant; qui comparant, amisso pretio restituant[g]. — Cap. 416. Vasa sacrata pro debito vendi liceat, non immobiles res. — Cap. 417. Quocumque modo res ecclesiasticae alienantur, cum designata poena restituant, qui accipiunt. — Cap. 418. Quod ante positam legem factum est, validum sit. — Cap. 419. Iudex arbitrio suo dicat sententiam, quae legitima est. — Cap. 422. Iudex si intra XXX dies non dederit acta et suam scripturam, qui appellavit, damnum non sustinet. — Cap. 423. Quae superstis relinquerit fratri et nepoti ex fratre heredes ad ea omnes succedunt. — Cap. 458. Ministri ecclesiae res suas, quomodo velint, distribuant. — Cap. 459. Presbyter, diaconus, si falsum testimonium dicit, tres annos poeniteat et in monasterio sit, alii autem ad supplicium veniant. — Cap. 460. Religiosi apud suum episcopum litigent, et si male litigat, appelletur et iudex; et iudex discernat inter laicum et religiosum, et quid aliud id fiat, invenit hic. — Cap. 462. Lex ut supra. — Cap. 463. Qui contra episcopos habet causas, iudex sine dispendio inter actores eius audiat. — Cap. 466. Administratores venerabilium locorum apud episcopum suum faciant rationem et si ibi gravantur apud patriarcham dicant causam. — Cap. 467. Administratores heredum ita rationes faciant. — Cap. 468. Religiosus ex quacumque provincia inventus fuerit Constantinopoli, si quis contra eum causam alibi inchoaverit, ubi inchoata est, ibi dicatur. — Cap. 469. Nullus apochrisarius ecclesiae, ubi inventus fuerit missus, non pulsetur ab aliquo pro aliqua causa, nisi is, a quo fuit directus. — Cap. 470. Qui pro utilitate ecclesiae vel civitatis directus est pro sua causa alibi non inquietetur. — Cap. 471. Religiosas (religiosae) per procuratores litigent. — Cap. 472. Religiosas personas (Religiosae personae) sportulas non dent plus quam quatuor siliquas. Laicorum causas uno solid. datur (In laicorum causis unus s. d.). — Cap. 474. Qui plus exigit sportulam duplum reddat amissa militia. — Cap. 475. Ministri ecclesiae, qui uxorem non habuerunt, non habeant mulierem in domo, nam extra clero curialis est. — Cap. 476. Episcopi si cum mulieribus habitant, repellantur. — Cap. 477. Diaconissae cum laicis non habitent, sed in monasterio mittantur amissis rebus. — Cap. 478. A laicis litaniae si fiant. — Cap. 481. Servus aut conditionalis, si in monasterio intraverint, post tres annos a domino suo non retollatur. — Cap. 482. Monachi in una domo habitent et dormiant excepta iusta causa. — Cap. 483. Monachi et monachae in unum non habitent. — Cap. 485. Qui in monasterio intrat, si filium habet, unam portionem, qualem filio dat, talem monasterio det. — Cap. 486. Sponsa si quis eorum in monasterio intrat, simplex arras reddet. — Cap. 487. Si maritus convertatur det uxori dotem et aliam talem partem, si mulier convertatur reddat. — Cap. 488. Parentibus filii qui in monasterio intrant, non exheredentur. — Cap. 489. Parentes filios suos a monasterio non adtollant. — *Incert.* Si quis per viam publicam ambulaverit et equum invenerit et adprehenderit, si dominus equi veniens post ipsum tollat sua quae sunt cum pace; sin autem in via publica aut in vico tulerit illi aliquam causam duplum reddat. — Clericus iustitiam illi faciat et in quadruplum ei reddat.

f) 5 *anteriorum*. *g*) Abhinc desunt summaria in cod. 5.

VIII.

Glossae.

1) *Veteres Codicum* 5, 6, 8, 9[a].

Cap. 8. 9 *conservet:* „si non alienaverit ante secundas nuptias.“ — *tertiam centesimae persolvant:* „ita ut aliis minus (?) et matri tertiam centesimam persolvant; ipsi similiter solvant in unoquoque anno.“ — Cap. 10. 9 *constituit:* „qui constituit se soluturum esse pro alio sine stipulatione.“ — *diem oportet:* „N. in codice l. III, cap. XI.“ — *principalis rei venire:* „auctoritate praesidis.“ — Cap. 13. 9 *Si haec vera:* In codice l. I. cap. X.“ — Cap. 15. 8 (11, 19) *ad cubiculum:* „id est locum privatum, ut camerula“ et *anachoretas:* „id est discendentes, id est quiescentes.“ — Cap. 17. 9 *Si igitur habeant:* „et tertiam portionem si aliquis in monasterium introierit quid filiis relinquere debet“ et *inter virum et uxorem:* „N. in codice l. I, cap. VI.“ — Cap. 24. 9 (17) *tenera aetate:* „per quintecim annos et non minus, aliter enim non debet fieri monachus.“ — *Secundum legis observantiam:* „id est secundum observationem constitutionis authenticae.“ — (9, 11, 19) *amittat. consecratio:* „Infra de accusatione episcoporum.“ — *Sin autem:* „quia eum revocare debet cum legitimis praeconiis et observatione sacrorum canonum.“ — (Glossam huius cap. in cod. 8 vid. infra Varias lectiones p. 168* col. 2.) — Cap. 25. 9 *Sin autem:* „Infra si episcopus per multum tempus ab ecclesia defuit.“ — 9 *metropolitanus:* „id est maior civitas hinc metropolitanus dicitur archiepiscopus.“ — 6 *apocrisarios:* „apocrisarius dicitur apochisee (?) qui apochas apportat et reportat.“ (17, 19 interlin. *apocrisarios:* „id est defensores.“) — *yconomos:* „yconomus economist dispensatores domus“ (ad cap. 32 „id est dispensator ecclesiae“). — Cap. 29. 9 *amittat honorem:* „vel antequam consecratus vel postquam consecratus fuerit.“ — Cap. 30. 9 „Ut quartam partem suae curiae praestet.“ — 9 interlin. *taxeoticam:* „cancellariorum officium est i. e. dispensator annonae.“ — Cap. 34. 9 interlin. *emphyteuseos:* „id est in tertio genere.“ — Cap. 36. 8 interlin. *panes civiles:* „id est elemosinas, christiani quas in ecclesia dederunt.“ — Cap. 49. 6 interlin. *decanorum:* „qui super decem sunt.“ — 6 interlin. *funeribus:* „vel qui deportant homines mortuos ad sepulcrum.“ — 6 interlin. *ergasteria:* „id est opus durum vel domos, ubi opera dura faciebant.“ Item 8 ad cap. 80. — Cap. 58. 8 (11, 19) *seditione:* „Seditio est quietis publicae turbatio, sed hoc intelligendum est cum in ipso crimine deprehenditur vel in propria (11. 19 *ipsa*) provincia commisit.“ — Cap. 60. 8 *biocolytas:* „Biocolites sunt que latine possumus dicere scachatores; vel aliter homines sunt, qui vigilant per provincias ut non sint fures vel scachatores.“ — *Apoplistas:* „Apoplistes dicti qui similiter vigilant, ut homines arma non portent, qui portare non debent.“ — Cap. 63. 8 *praefecti:* „Duo praefecti erant in *roma super* praetores et unus de palatio que maior ceti erant.“ — Cap. 324. 8 *Nullius:* „Testes si ad probandam, id est adversarii causam in iudicio producti fuerint bonae opinionis debent esse et bonae famae vel honestae vitae, id est nec furtum, nec scachu, nec raptum, nec sacrilegium, nec periurium nec incestum matrimonium contraxissent vel fecissent. Sed qui militia sive consularia vel iudiciaria sive patriciatus dignitate fruitur et vita honesta vivit et qui urbicaria sive senatoria et praesidali sive *ducali* per codicellum sive per cingulum dignitatis uno de supradicto honore a principe . . petito utitur, testimonium illius bonum est ad recipiendum. Macellator et scurra; id est ioculator et cerdo, id est calcearius et molendinarius et texitores et nautae et pisces setiduli (?) et caupones, id est tabernarii et filii diac. et presbyteri vel episcopi sive hi qui de incestis matrimonio nati sunt, testimonium illorum recipiendum non est. Presbyter et diaconus vel subdiaconus, qui vita vivit honesta, in iudicium verum tantum dicere possunt et a iudice recipiatur in causa tantum pecuniaria. Alias autem personas, quas superius diximus, quae non sunt arte laudabiles et alias quae vilissi-

a) Glossas cod. 9 ad cap. 1 et 2 dedit *Cramer:* Zeitschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. T VIII. p. 146—148. — Omnes glossae subsequentes sunt marginales, iis exceptis, quae v. *interlin.* distinctae sunt.

mae in iudicio ad reddendum testimonium productae fuerint, liceat episcopo, si hoc aestimaverit, tormentis caedere (gl. interl. *flagellis vel flagellare*). Neque honorabiles neque honestiores neque civiles homines pro suscepta pecunia falsum aut verum testimonium in iudicio contra (?) eum dicant. Quod enim pro suscepta pecunia verum testimonium in iudicio in eum reddit liceat iudici, si hoc aestimaverit, quamvis ipsa persona idonea sit ad reddendum testimonium ut hortetur eum iurare supra quatuor domini evangelia, quod neque propter illud testimonium, quod reddidit, aliquid iam pecuniarum suscepit neque in antea suscepturus est. Si autem iurare noluerit removeatur, id est non audiatur eius testimonium. Qui pro veridico (?) testimonio pecuniam suscipit similis est Iudae proditori, qui propter pretium Christum vendidit, qui dixit, ego sum veritatis et vita. Nam qui falsum testimonium reddidit secundum legem Iuliam de falso capite puniatur. Magis peccatum non habet ille, qui falsum testimonium reddidit, quam ille, qui scit verum testimonium et id tacuerit, quod non dixit." — Cap. 325. 8 *Si quis:* „His insuper statuentes iubemus, quod si semel aut bis aut ter adversarius produxerit testes et reus eius testes restauraverit et si postea actor quartam productionem testium vult producere, reus non recipiat eos, nisi in ea actione, ubi eorum testimonia non suscepit, sive per se sive per libellum accusationis, quem actor reo obtulit (gl. interl. *dedit*). Liceat postea actori quartam productionem testium facere, si forte divina iussio dederit licentiam id est, quartos testes producendi. Similiter quater actor licentiam testes producendi facere noluerit reus eam non recipit." — Cap. 328. 8 *Civilis causa:* „ideo dicitur, quae infra eiu facta fuerit, sed criminalis, quando in loco civilis causae causa pecuniaria ponitur. Posse enim civiles causas pro pecuniariis causis intelligi et pecuniariae pro civilibus sicut in superiore capite legitur. Ut omnes Romani tam in civilibus quam in criminalibus causis, in istis videlicet civilibus et pecuniariis causis. Criminales causae intelliguntur, quae simul permixtae sunt et ita iubet lex eas iudices diffinire. Prius enim civiles et pecuniariae causae a iudice diffiniuntur, postea vero de criminalibus causis si rei probati et convicti fuerint, si lex praecepit, puniantur. Prius enim rei causas civiles et pecuniarias iniurias, quas ipsi perpetraverunt. Sed quod iudex iudicat, in iudicio debeat emendare. Adulterium vero de criminalibus culpis pulsentur et (qui) convicti fuerint, legaliter puniantur." — Cap. 342. 8 „Creditori priori, de cuius pecunia res comparate sunt, priores creditores non obligantur praeter in dotibus." — Cap. 370. 6 *Pragmaticis:* „Pragmatica sanctio, id est ordinatio sive dispositio causarum sive negotiorum." — Cap. 409. 8 interlin. „*dare in speciale pignus.*"

2) *Glossae Bononienses Codicum* 11, 17, 19[b].

Cap. 1. 11 init. „notandum quia nec fratribus nec patronis semper debetur haec certa portio, sed interdum id est, cum frater turpem personam heredem instituit vel cum libertus sine liberis decesserit. Et Iustinianus certam portionem dicit tertiam partem parentibus et patronis et liberis, ceteris vero personis quartam." — *lucrum:* „veluti relictum." — interlin. *victricem sententiam:* „id est *ammonitoriam.*" — 11, 17, 19 *quod si nemo:* „et si nemo ex his appareat, tunc ad agnatos vel cognatos veniat; quod si nec istae personae appareant, tunc extraneis locus fiat, ut inferius legitur, ubi extranei heredes instituuntur." — 11 *illud autem certum est:* „haec bona exheredatus non lucrabitur." — 11 *Omnes autem:* „Omnia iura heredum habent, qui bona huiusmodi loquuntur (?)." — 11 *et si non ab herede:* „In hoc differt legatum vel fideicommissum a donatione causa mortis, quia donatio indiget consensu, illud vero non." — 17, 19 *ordo vocationis:* „quia idem observatur in legatis quod diximus in hereditate et ideo prius aperitur locus extraneis quam fisco." — Cap. 2. 11, 17, 19 *praesto non sint:* „nec illi qui negotia eorum administrant, venire voluerint." — 11, 17, 19 *probata:* „ista duo ponuntur ut inferius legitur." — 11, 17, 19 *heredibus nihilominus cogendis:* „hoc dicit, ne aliquis crederet, heredem non posse facere inventarium praesentibus tribus testibus cum legatarii praesto sunt et venire nolunt." — 12 *solis tabulariis:* „in ea causa non credendum." —

b) Glossas cod. 11 cap. 1 edidit *Haubold*: Zeitschr. cit. T. IV. p. 145 sq. Meliores retinui, alias addidi.

11 *Qui haec omnia observaverit:* „si non fecerit inventarium in solidum legata et de suo si hereditaria bona non sufficiunt praestare compellitur.“ — 11, 17, 19 *fideicommissa cogatur:* „Novum si noviter constitutum.“ — Cap. 3. 11 *Nullam:* „Haec lex loquitur, cum inventarium est factum.“ — 11, 11 *deminuat:* „veluti incursus latronum, hostium vel ignis.“ — Cap. 4. 11 *curatores dirigere:* „A capite usque huc una lex.“ — 11, 17 *voluntas proferatur:* „hoc pactum noviter inventum est a Iustiniano, quod ita fit, si liberi, qui ex hoc matrimonio nati fuerint (17 postea mortui fuerint) tantam portionem lucrari ex dote vel donatione propter nuptias.“ — Cap. 6. 11 interlin. *propter nupt. donat.:* „prioris matrimonii.“ — 11, 19 *pepigerit:* „quia quaecumque pacti sunt contrahentes ex morte fit lucrum ut in aut. de nuptiis in initio. Verbi gratia si pactus fuerit ut habeat quartam vel tertiam partem. Si non habeat filias aut si habiturus moriatur et p' sic.“ — 11, 17, 19 *ab intestato:* „si omnes liberi mortui fuerint. In his enim rebus non succedant parentes cum liberis superstitibus.“ — Cap. 7. 11 init.: „Tam praedictis rebus quam aliis. Aemancipati in his rebus testari non possunt, sed in solis castrensibus.“ — 11 *Quod si testamento:* „İ t. de ascendn̄. Talis observatio teneat.“ — 11 *evacuerit:* „Sed praeter substantiam paternam.“ — Cap. 8. 11 *Si autem:* „Si ergo ad secundas nuptias non ierit, non solum usumfructum, sed etiam proprietatem ipsorum rerum habebit pro numero liberorum ut İ l. Si duos tertium etc.“ — 11 interlin. *suis:* „secundum pactum, quod superius diximus.“ — 11 *distinctionem:* „quod forte maritus ei credidit ut in aut. de non elign̄. §. Aliud.“ — Cap. 10. 11 *adversus reum principalem:* „vel aliquo modo ab eis persequi non poterat ut in aut. de fideiussor. et mand.“ — 11 interlin. *ipsi quidem pro reo actiones:* „mandatores vel fideiussores vel constitutores.“ — 17, 19 *mandatores eos:* „Nullam facultatem habeat creditor debitoris res ab aliis detentas vendicare, priusquam personalem actionem exerceat tam circa ipsum reum principalem quam fideiussores eius et mandatores. Si neque nunc habuerit satisfactionem, tunc veniat adversus res fideiussorum et mandatorum et pecuniam constitutorum vel debitores eorum.“ — 11, 19 interlin. *adversus res rei principalis:* „per officium iudicis cum res principales obligantur.“ — 19 „Idem sex menses habeat induciis, si voluerit mandator vel fideiussor et hoc legitur in codice.“ — 11 *Quod si nullae:* „Id est inter veritatem, qui huius modi negotiis intervenerit, in quo emptor de re et venditor de pretio confidunt, qui quasi media utriusque est responsurus hoc modo dicendo: satis audiemus hoc facere et per meam perabolam (l. parabolam) hoc fecit.“ — 11, 17 *Ut non prius:* „Cum apud alios constitutae sunt (17 sint in potestate) non apud ipsum debitorem. — 11 *Solvendo non sint:* „vel res per alium constitui non possunt, unde dicere prius, quam personalis actio exerceant.“ — 11 *pateat iudicium:* „intercessor rei principalis, id est sive praesentes sint, sive absentes. Idem iuris observatur.“ — Cap. 11. 11 *invenerit careat:* „Ex contractu vel quasi quia non loquitur de maleficiis. hic licet idem est. Ut in *novis Digestis.*“ — Cap. 13. 11 *De monachis:* „In hoc quod dicit non statim abrogatur ab alia sua l. iuxta finem si quis monachus esse velit.“ — Cap. 15. 11 interlin. *in communi loco:* „in primo cubiculo.“ — Cap. 17. 11 *pactionum tenorem:* „vel minus tertia vel media secundum pactionum dotalium tenorem.“ — Cap. 29. 11 *Ea quae:* „Si postea cum suis facultatibus ad curialem conditionem trahatur ut inferius legitur.“ — 11, 19 *amittat honorem:* „etsi postea frater apparebit.“ — 11, 19 *corruptore patiatur:* „Si postea corrumpit eam, id est post consecrationem.“ — Cap. 30. 19 *plures:* „id est tantos ut isti non erunt necessarii in ordine diaconorum.“ — Cap. 32. 11 *facultatibus cadant:* „Nota, quod cum dic̄. extimatio pro austu (!) fiat. sive ut extimetur et detur pro tanto redditu pro astu quantas usuras extimatio pretii. S. sors pro extimata pro astu parte. per XX annos, id est per unumquemque vicesimum annum tantum reddat emphiteuta quanta est usura sortem per viginti annos secundum computationem.“ — Cap. 34. 11 *per biennium:* „specialiter dictum est in rebus ecclesiasticis.“ — 11 interlin. *primates mechanicorum:* „*mechanicorum* id est qui aedificant, qui construunt.“ — 11 *nam illam pactionem:* „Ut aliae personae non possint eas res ab ecclesia capere nisi successores earum personarum.“ — 11 *ab ecclesia capere:* „abrogatur alia lege in fine posita.“ — Cap. 36. 11 *emolumentis:* „a tempore quo contraxit usque ad id, quo restituit sive bona fide emit sive mala fide.“ — 11 interlin. *illicite emerit:* „Cum

mala fide emit." — 11 *vel alias venditorum:* „Cum bonas emerit vel in fin stipulatus est vel pactus. Non iure pignoris vel ypothecae ut in aut. I. t." — 11 *alioquin:* „Sive bona sive mala fide acceperit. C. de Sacros eccl. co. Iubemus." — 11 *Si autem:* „Si bona fide accepit vel stipulatus est vel pactus." — Cap. 38. 11 *facta admittere:* „Si per fraudem fuerit elicita vel non secundum formam iuris promulgata ut in C. legitur l. 1. t. Aliter enim continuis diceret, cum lex habeat, quod placet, legis vigorem." — Cap. 50. 17, 19 *succedat:* „praeferatur fisco, cui permissum habere rem ipsam nemine comparente et tributum solvente." — 11 *Ideo:* „sententia inquisita et discussa, quorum res alienetur et pretium quantum recipiatur." — Cap. 56. 19 interlin. *sacris constitutionibus:* „quas non habemus." — 11, 17, 19 *Si quis autem:* „quia constitutio aut statuit unumquemque magistratum certum quid dare pro sua curatione sed secundum diversitatem magistratus." — 11, 17, 19 *Quod si quis:* „id est si quid abstulit alicui sibi subiecto." — 11, 17, 19 *publicabuntur:* „Has poenas patitur. Ideoque qui aliquid dederit ut magistratus fieret." — Cap. 57. 11, 19 interlin. *furatus est:* „quae iniuriose abstulit." — 11, 19 *in aliis:* „veluti in exigendis tributis et ceteris quae exigenda sunt." — Cap. 59. 17, 19 *ad rubr.:* „De iurisdictione praesidum in secunda parte." — Cap. 65. 19 *quaestore:* „Quaestor dicebatur, qui publicae pecuniae quaerendae praeerat." — Cap. 68. 17 *iubet:* „ut nemo ultra sportularum modum statutum exigere audeat." — Cap. 70. 11 *consiliarium:* „Consiliarii ceteri homines praesidum." — Cap. 73. 19 interlin. *censuales:* „id est, qui censum exigunt." — 19 interlin. *distractorum:* „id est distrahendorum." — 19 *detrimento:* „eorum scilicet, quorum possessio transferatur." — 19 interlin. *venditor:* „id est censualis." — Cap. 75. 11, 17, 19 *praeses cum metropolitano:* „et hoc intelligendum est, cum aliquis deliquit adversus alium vel in se, veluti si hereticus est." — Cap. 77. 11, 19 *cognatis punitorum:* „Sed ad fiscum vel cognatos redeant potius, quam lucro praesidi sint, cum leges publicae eas non praecipiant. Ut in aut de mand. princ." — Cap. 79. 11, 17, 19 *possessionibus:* „Ideo hoc dicit, quia eodem modo reducendi sunt per publicas literas conductores sive procuratores earum possessionum curam habent, quo reducendi sunt, si ipsimet domini suarum possessionum curam habeant." — Cap. 94. 19 *spectabilium:* „quia si spectabiles essent et a divina iussione constituti appellatio adversus eos porrecta apud imperatorem exercenda est." — Cap. 103. 17, 19 *illustres:* „quia et illustres possunt creari defensores." — 17, 19 marg. et interlin. *calculo creetur:* „hic est ordo, secundum quem oportet defensorem creari et postea confirmari debet a praefecto praetorio, ut infra ill'." — Cap. 105. 11, 19 *praesidem:* veluti si testamentum patris eius in quo ipse praeses exheredatus esset, infirmetur apud defensores." — 11, 17, 19 *Acta:* „in quibus recipiuntur rationes actoris et rei in iudicio." — Cap. 106. 19 interlin. *plus:* „id est ultra CCC solidos." — Cap. 139. 17, 19 *pleno iure et habeat:* „Ut proprietas dotis et ante (19 propter) nuptias donationem mortua alterutra persona filiis communibus conservetur (19 reservetur)." (Repetita est glossa ad cap. 148.) — 11, 17, 19 *praecipui honoris:* „Liberi iure praecipui honoris dicuntur, qui nati sunt ex ea muliere quae elegit praecipuam vitam, id est castam, id est, ea, quae non migravit ad secundas nuptias." — Cap. 141. 19 *sed nec copulatio:* „Ante annum si nubant his poenis subiacentur." — 11, 17 *quod si testamento:* „nec permittitur matri in hoc casu de inofficioso quaerere." — Cap. 144. 17 *pro rata:* „id est pro parte, si aliquis eorum morietur, id est tertiae partis donationis." — 17, 19 *huiusmodi portione:* „id est ea portione, quae competit ei ex dote vel ante nuptias donatione, quae servanda est ei a parentibus." — Cap. 145. 19 *dispares portiones:* „Novercam illi filio comparare, qui minimam portionem accepit." — Cap. 146. *dotem:* „versus iste ut habeant dotes a plerisque notatus est." — Cap. 160. 11, 17, 19 *cautione:* „sive locuples sit sive non, in immobilibus enim rebus non inspicitur." — 11, 17, 19 *locuples:* sed hoc intelligendum est in re mobile sive sit pecunia sive res alia mobilis quia et in re mobili sufficit iuratoria cautio, si locuplex est." — 17, 19 *fideiussorem dare:* „Cum res mobilis sit, iureiurando in hoc casu remisso." — 17 (marg. 19 interlin.) *vindicentur:* „utili in rem actione, quae datur hac lege." — Cap. 161. 13 (Taur.) *secundas migraverit nuptias:* „mortuo marito nubat in domino, cui vult, ait apostolus." — 11, 17, 19 *utendi fruendi:* „Ideo specialiter donationem propter nuptias, quia non videtur esse acquisita filiis ex parte

patris, cum possint eam habere et si non habeant patris hereditatem." — 11, 17, 19 *sed in hoc loco*: „quia si extiterint ingrati permittitur fratri decedenti portionem suam relinquere ei, cui aliter relinquere non possit, id est turpi personae." — Cap. 163. 11, 17, 19 interlin. *positas:* „quia et in hac constitutione quaedam posita sunt de repudiis, sed in inferiore plenius et ideo hec non diximus." — Cap. 164. 11, 17, 19 *Si quis:* „id est si quis filium heredem instituerit, ut pater prius usumfructum non habeat." — 11, 17, 19 *Hoc autem quod:* „id est dotem donationem propter nuptias detinere possunt. Falcidiam autem minime." — Cap. 169. 17 *Tabelliones:* „I autent. Coll. IV. ti. de Tabellionibus." — Cap. 174. 11, 17, 19 *litteris veteribus:* „id est notis, quia antiquitus scribebant per notas." — Cap. 182. 17, 19 interlin. *exhibeat:* „cum in rem convenitur." — 17, 19 *sistat:* „cum in persona convenitur." — 11, 17, 19 interlin. *decem dies:* „quia antea non absolvetur ab observatione iudicii." — 17, 19 *peragant:* „hodie hoc generale est." — Cap. 183. 11, 17, 19 *Cum autem:* „Specialiter dictum est de his, qui vocant reos in extraneo examine. I. aut. de exhiben. et introd. §. illud." — Cap. 184. 11, 17, 19 *subscribat:* „quia in libello conventionis subscribebant contradictionis libellum." — 11, 17, 19 *viginti dies:* „quia infra eos non debet fieri litis contestatio." — Cap. 187. 11, 17, 19 *Haec autem omnia:* „in quarta nec ideo tamen res eius obligentur creditoribus, sed ipsa obligatur personaliter (17, 19 ut heres)." — Cap. 190. 11, 17, 19 *in anterioribus constitutionibus:* „quae prohibuerunt alienationem rerum istius ecclesiae, quia verbo alienationis continetur perpetuus emphiteuseos contractus." — Cap. 192. 11, 17 *omnibus enim modis:* „quod aufertur destitoribus non cedat vel veniat ad yconomos vel alios administratores, sed subrogatis praestetur." — c. fin.: „Ideo quia administratores volunt eas eis praestare." — Cap. 207. 11, 17, 19 *cum praedicta observatione:* „cum iureiurando et cum disceptatione." — 19 *in fin. capit.:* „hic addit superiori constitutioni cum qua ista signatur." — Cap. 217. 19: „Hic desunt constitutiones: Praefectoria dignitas." — Cap. 227. 11, 19 *forte:* „veluti cum curator datur bonis, veluti si quid inopinabile inveniatur vel appareat." — Cap. 228. 17, 19 *tres testes:* „Cum res deposita excedit quantitatem libre auri." — Cap. 229. 11, 17 *voluerit:* „Sed hoc intelligendum est cum contractus excedit quantitatem librae auri. — Cap. 243. 17, 19 *negotiationibus:* „veluti hii qui emunt et vendunt pallia." — 19 *laudabilibus:* „veluti grammatici vel rhetores." — 19 *militiis honestioribus:* „inermibus, veluti his, qui vendi possunt." — 19 *chartula:* „Hoc casu ita videtur dicere, ut quamvis non adhuc sit, quia forsitan nondum eam duxit: sed tamen eam debere (?) et ideo facto sacramento sponsa quod quodam modo dici possit." — Cap. 256. 19 *intrant:* „Monachus videtur tacite bona sua monasterio relinquere." — Cap. 258. 17, 19 *videatur:* „Quomodo concubinae servilis conditionis constitutae legitime uxores fiant." — Cap. 259. 11, 17, 19 *scilicet:* „id est cum sint maiores centenariis et cum operae non sint eis impositae, ut Inst. et in codice secundum distinctionem: nam quamvis alii possint revocari in servitutem alii non, aliis possint succedi, aliis non, tamen omnes debent reverentiam." — Cap. 260. 19 *suam:* „Notandum quod in autent. non distinguitur sit sua liberta an non." — Cap. 264. 17, 19 interlin. *asisterio:* „asisterium est, ubi monachi degunt." — Cap. 266. 17 *decaniciis:* „id est in cellulis, ubi criminosi recluduntur." — Cap. 281. 17, 19 *transeunt:* „id est qui factus est sui iuris, id est eius, qui dignitate sui iuris factus est, quod non est in eo, qui per emancipationem sui iuris efficitur." — Cap. 283. 17, 19 *alios iudices:* „haec constitutio in specie loquitur, quia hii iudices, quos hic exprimit, specialiter in palatio tantum constituti sunt, qui dicuntur iudices palatini." — 11: „Consulatus vel praesidis dignitas fiat amplius, ut in D. l. 3 Paulus, quia pater potest filium emancipare vel in adoptionem dare." — Cap. 284. 19 *consiliarios:* „qui consiliarii non possunt dare sententiam, licet cognoscere possunt." — Cap. 285. 19 *iudices:* „Hi autem locales esse videntur." — Cap. 289. 19 *constitutione:* „Quam non habemus." — 11 *Haec legitur:* „quia generaliter loquitur." — 19 *legitimas:* „id est quadrupli et ultimi supplicii." — Cap. 292. 17 *adversarium:* „et cum lis talis est, ut alter alterius impensas praestare debeat." — Cap. 294. 11 *Sin autem:* „Hic sciendum est, quod sive cum sacramento sive sine sacramento electus est, arbiter receptus fuerit et contra ius sententiam dederit sive sponte sive per imprudentiam hoc fecerit, non valet sententia. — S. nunc cum sine

sacramento electus est vel arbitri vel alterius, qui litteras scit, alterius vero, qui litteras nescit, si eligatur, procurator magis quam iudex vel arbiter est dicendus." — *Sin autem*: „Quia vero hic videtur posse notari aliquem posse venire sine pena contra sacramentum." — *Omnia autem*: „Cum nullius momenti arbitraria sint, nullo casu valere debent." — „ut ipsi litigatores iurent, quod arbitri sententiae stare vel obedire debeant." — Cap. 295. 17 *vel init.*: „Idem est in primo libro C." — 11, 19 „Quia de provocatione (11 possessione) provocare non licet sententia lata, quae momentaria etiam dicitur." — Cap. 297. 11, 19 *dubium*: „Scilicet veluti si quis iudex dat tutorem vel curatorem secundum legem quem prohibet imperator dari." — Cap. 298. 19 *sine scriptis*: „Privilegium episcopi, quod sententiam dare potest sine scriptis." — Cap. 308. 17, 19 *cautionem*: „et etiam depositario, si domino volente cautionem praestaret, depositum non restituet." — Cap. 315. 17 *posita*: „velut si tempore conceptionis successio alicuius cognati ei defferatur." — Cap. 316. 11, 19 *Sed et si*: „veluti si tempore conceptionis erat legitime conceptus dotalibus instrumentis cum matre factis; deinde emisso repudio erat futurus naturalis tempore nativitatis." — Cap. 320. 19 *ultimo iudicio*: „Hoc dicimus cum pater naturalis legitimos filios vel filium masculum vel feminam habet et filiis naturalibus aliquid dare voluerit vel inter vivos vel quolibet ultimo iudicio. Nam si intestatus mortuus vel eis aliquid inter vivos non dederit, nihil inde postea habere poterit, nisi victum, ut interius dicitur." — 11, 19 *reliquas partes*: „Hoc cum pater naturalis legitimos filios vel filium masculum vel feminam habet vel filiis naturalibus aliquid dare voluerit vel inter vivos vel quolibet ultimo iudicio; nam si intestatus moritur vel eis aliquid inter vivos non dederit, nihil tamen postea habere poterunt naturales nisi victum, ut interius dicitur." — 11, 19 *intestatus decesserit*: „Concubina autem nihil potest capere ab intestato. Sed tamen notandum eam liberis non existentibus, ut filii naturales duas uncias ab intestato integras accipiant. Sed tamen notandum, cum pater naturalem filium sub conditione heredem instituit, veluti si ita non fiat, alii hereditatem restituat, hoc casu in restitutionem videlicet non retinebit tertiam partem nomine falcidie, sicut alii legitimi liberi, sed tantummodo quartam eo, quod naturalibus nihil naturaliter relinquere cogitur." — Cap. 321. 11, 19 *naturalibus*: „Notandum, quod nomen naturale non dicitur respectu patris et filii naturalis. Nam hoc nihil pertinet ad matrem et filium cum hae personae legitima inter se iura teneant. Nam mater naturalis filio naturali et filius naturalis matri naturali ab intestato in totum succedunt. Ut instit. de senatusc. Tertull. et Orphit. Sed hoc casu *dico* succedere in totum, cum soli sunt et mater et filius. In testamento vero coguntur sibi invicem relinquere tertiam partem per illam legem, quae dicit: „Omnes masculi quam femine." — Nota inter matrem et filium naturalem non est differentia, nisi quemadmodum esset legitimus." — Cap. 325. 19 *non exceperit*: „Notandum, quod dicitur, exceperat testimonia ipsius vel praescriptiones; quod fit hoc modo: Titius instituit me heredem et habeo inde testes, adversarius non. Dicit hoc verum esse, sed contrario asserit suas allegationes, quibus videtur, quod heredem verum esse. Unde fit modo quaestio, quid iuris sit." — „Hic accip. editiones testimoniorum quia solito more scribebantur testium dicta et tunc deductori (?) testium dabantur." — *liceat ei quarta*: „Veluti si dixerit, non eum audire unum testimonium, quia non credam vobis." — *aliquo dolo*: „Quod si ei praestentur editiones, negaretur licentia, cum oporteat probare testes et renuntiare." — Cap. 328. 19 *testimonium eius*: „Dicens, tu potes dicere testimonium contra me, sed ego non credo te, quia hodie videris dicere postea non poteris; immo recipietur, sed ei opponitur minutio (?) quamvis audiatur quidem, tamen non valet cum effectu ad similitudinem actionis, quae intendi potest, sed per exceptionem tollitur." — Cap. 334. 19 *suscipiantur*: „id repellantur a successione, nec agitur de inofficioso." — Cap. 335. 19 *biennium*: „Biennio transacto post appellationem prohibetur iterum appellare. — Appellationem intra biennium difundas ut hic et in codice legitur." — 19 *compromissario*: „Quia hoc biennium non nocet nisi contumacibus et negligentibus. Hic vero nullam habuit negligentiam, cum post appellationem arbitrum elegit, qui causam definiret quod ei licet, ut hic legitur." — Cap. 336. 17 interl. *publicis personis*: „id est officialibus." — Cap. 339. 19 *faciat*: „vel statim postquam accusavit vel post datam sententiam: sed

sciendum, quia accusatio, quae maiorem poenam consequitur, illa prius debet esse in cognitione eaque prius proponi." – Cap. 345. 19 init.: „Haec lex videtur loqui de dote et propter nuptias donatione cum ex tab ut peti possint constante matrimonio." — 19 *consequi:* „Hoc sciendum est, quia si (contra) patrem egit salva dos est, sive consecuta dotem sit, sive non." — 19 *ampla fuerit:* „Intelligere debemus secundum quantitatem nubere vel dignitatem personae. Nam ille qui habet mille libras satis potest dare filiae centum libras." — Cap. 347. 19 *transactionis:* „quia illud quod habet in casu mortis superstes persona habet et hic quasi transactionis nomine." — Cap. 348. 17 interlin. *aditus magistratus non est:* „ordinarius." — *magistratum:* „i. e. per ordinarium." — Cap. 349. 19 *minores:* „hoc casu non possunt habere heredes, qui minores sunt amplius, quam quinquennium, cuiuscunque aetatis sint." — *Duodecim annos:* „semper habet si minor contraxit nuptias a tempore nuptiarum numerandos." — Cap. 361. 19 *Res aliquas:* „Nota: cum aliquis instituerit heredes ex certa re, veluti alicuius dotis (?) fundi, hoc casu videtur, ut eas res restituére debeat, sec. hoc quod in Institut. legitur. Sed secundum hanc legem qui alicuius certae rei heres instituitur non solum ipsam rem, sed etiam reliquum totum habebit, nisi habuerit coheredem vel substitutum." — 19 *Posterius:* „Per hoc quod dicitur, posterius autem testamentum videtur prius testamentum non debere rumpi propter extremam voluntatem, nisi posterius condiderit et instituerit. Quibus modis testamenta infirmantur. S. III parte prima Si quis." — Cap. 377 (?). 17 In aut. Ut cum de Appell. cogno. In Coll. VIII, §. 1. — Cap. 379. 19 *De eo qui:* „Ex sola filii nominatione instrumento testibus habita aliquem patrem esse eiusque matrem legitimam uxorem esse." — *ut etiam:* „Hoc intelligendum videtur cum dubitatur, utrum legitimus sit, an naturalis." — Cap. 380. 19 *Si quis:* „id est quemádmodum liberi ab intestato succedere debent." — Cap. 389. 17, 19 *Eam monasterio immittere:* „Sup. cc videtur tit. de nuptiis eius sive dotalibus instrumentis et ceteris, sed non est, quia ibi loquitur, cum maritus misit repudium, hic cum mulier misit repudium sine iusta causa." — Cap. 394. 17, 19 *Qui ex utroque parente:* „alii vero fratres, qui uno iure copulati sunt non succedunt cum proximis parentibus." — Cap. 395. 19 *primum ad hereditatem:* „Quod dicit fratres filii vel filiae vel sororis nihil minuit debere (?) succedere patruo cum avunculis et patruis defuncto cum nullus ex ascendentibus superest, audari (?) retro positae legi est contrarium, quae sic incipit: Sancimus Auth. Ex hoc tempore (Iul. cap. 423) si quis intestatus quae facit succedere eos cum patruis et avunculis et ascendentibus. Sed haec tenetur superiore titulo, id est sancimus et hoc colligitur per aut. titulo: Ut fratres vel sorores (Iul. cap. 395 med.) qui ex eodem patre eademque matre geniti vel genitae sunt, id est patre vel matre quibus et mortuus et editus est." — Cap. 396. 19 *Et hi qui excusatione:* „Sed etiam sine sacramento, de quo nullam hic facit mentionem." — *Si tamen:* „Si mater tutelam filiorum suorum gubernaret." — Cap. 399. 19 *Si quis:* „aliter in aut: in Coll. IX ut fratres filii C. 1 anteposita. Si (?) propter nuptias in casu mariti." — Cap. 401. 19 *fatali die:* „fatales appellat indutias per diversa tempora sive intervalla i. e. spatia litigatoribus dantur, quae procedunt usque ad novem menses per condict (?) reo tribuit, quod est tres menses S. IV. in fine si quis ap." — Cap. 402. 17 (interlin.), 19 *regionis:* „quia in tribus regionibus erant praefecti praetorio." — Cap. 407. 19 interlin. *legem:* „quae non extat." — Cap. 409. 17 *imperialem civitatem:* „quibus permissum est perpetuum contractum emphyteuseos facere et permutationem cum alio loco venerabili facere ut ante legitur in secunda lege." — 17 *sexta portio:* „sexta pars pensionis, quae, si locaret, datur concedatur." — 17 *conceditur eius:* „eius qui modo esset si modo talis est, qualis erat, cum res pervenit ad ecclesiam, sed si modo minor est nulla pars conceditur." — 17 *imperialem domum:* „videlicet quod emphyteuticarius vendidit fisco vel donavit vel alio modo fiscus habuit." — 17 *biennium et duorum alterum:* „quia in arbitrio administratoris est vel reditum accipere vel rem recipere." — 17 *iure emphyteuseos soluto:* „si putaverit commodius esse eam rem aliis locare quam istis relinquere." — Cap. 410. 19 *creditor accipiat:* „S quoniam liceat locis venerabilibus res immobiles alienare." — *Si quis autem:* „ponit monasterium imperialis civitatis in eadem forma et numero aliorum venerabilium locorum provinciarum." — *cum indemnitate utriusque loci:* „si venerabilis locus

cum alio venerabili loco permutationem facere maluerit." — Cap. 418. 419. 19: „Haec lex non est in auctoritate." — Cap. 423. 19 *Si quis intestato decesserit:* „Reliquum est ut dispiciamus (Iul. cap. 395) sed hec obtinet, quamvis in feminino sexu aliter contineatur." — Cap. 429. 17. 19 *per tres menses:* „Quia ante tres menses non debet fieri talis disceptatio, cum accusator non implet intentionem suam." — Cap. 436. 17. 19 *apud quemvis iudicem:* „quia apud metropolitanum vel patriarcham vel papam debet exhiberi vel produci." — Cap. 449. 19 *cingulo:* „iste volebat retinere dignitatem quam habuit ante clericatus honorem." — Cap. 460. 19 *adeat prius:* „Si quis clericum in ius vocare maluerit. R. in coll. IV. Si quis cum clerico" (Iul. cap. 298). — Cap. 481. 19 *incognitus:* „legem istam abrogavit lex, quae est supra I. Coll." (Iul. cap. 13). — Cap. 495. 17: „hoc explicit Const. de Sanctis e." — Cap. 497. 19 *faciendas:* „Nam hoc casu prohibentur filii extra familiam alienare; mortuo patre non prohibentur, quia nondum perfecta videtur impleta conditio, cum possit contingere, ut liberi prius patre moriantur et pater postea sine liberis mori videatur." — 19 *decesserit unus:* „veluti si testator dixerit nolo ut, si unus de vobis decesserit sine liberis, res perveniat ad ceteros in familia." — Cap. 498. 19 *renuntiare:* „tantum de his potest actionem movere, sicut aliquis eorum possit, qui his (?) l'is consentiret. Hoc adversus eum qui alienavit ut consequeretur rem et ille qui u (?) fidi (?) eum alienavit, amitteret." — Cap. 499. 19 *extraneum:* „Determinat et ostendit, qualiter intellexerit extra familiam." — Cap. 510. 19 *sordidis muneribus:* „sordida munera appellantur ut coquere calcem, arenam fodere et portus portare in muris publicis." — Cap. 518. 19 *implere distulerint:* „Si heres iussa testatoris non impleat ab episcopo loci illius hominis res, quae ei relicta est interdicatur amonicione ex concilio cum fructibus et ceteris emolumentis, ut vota defuncti impleantur." — Cap. 523. 19: „Haec lex in canonibus posita est." — Cap. 526. 19 *Zenonis:* „Zeno imperator constituit, ut illustres personae et quae supra eas sunt de causa criminali per se, non per procuratorem agere debeant, excepto crimine iniuriarum ut C. de Iniuriis" (Cod. 9, 35, 11).

Non absonum est ab editione Iuliani vacuum huius paginae spatium explere [illegible] Iustiniani Constitutionibus de colonis Africae primum in Actis Reg. Saxon. Societatis Scient. 1852 p. 75 sq. a nobis e codice Utinensi editis, ubi exstant fol. 92 sq. Ipsius Iustiniani esse leges, non postero tempore fictas, agnoverunt *Biener* et *Rudorff* in litteris ad me datis. Pauli et Ioannis Praefectorum Praetorio Africae, quibus inscriptae sunt, nulla est mentio in Iustiniani legibus. De argumento disputare non est huius loci. Dedimus eas, ut in codice scriptae sunt, cum interpunctionibus a sec. m. additis.

1) Pius Iustinianus alamannicus gutticus francicus anticus bandalicus affricanus pius felix inclitus uictor ac triumfator semp; ag paulo pp africae peruidimus scribere tuae magnitudini ut neminem de colonis qui temporibus bandalorum (sec. m. vandalorum) de possessiones egressi sunt et inter liberos conmorati sunt iterum atrahi et ad co | fol. 92b | lonatus conditione iterum reduci. (sec. m. redduci) quia uolumus eos sicut temporibus bandalorum (sec. m. vandalorum) erant' sic et modo sint; Insuper autem decetero quicumque suam conteserit terra et ad alienam se ducere uoluerint eos restituere iubemus: Dat VIII Id Septembris Constupl Imp. Dominus Iustinianus Ag o' csl Fli[a] Basili anno XII Indict ter Prima. (553.)

2) Imp Fl; Iustinianus alamannicus gotticus francicus' germanius (sec. m. germanicus) anticus alanicus bandalicus (sec. m. vandalicus) affricanus pius felix inclitus uictor ac triufator semper aug Iohanni pp per africa cognitum nobis est quod quidam in prouincia africana non adtendentes iussiones nras quas pro repetitiones fecimus rusticorum calumniam exercere non cessant, repetentes colonas vel rusticas vel filios eorum qui ex propriis rebus ante aduentum felicissimi exercitus exisse monstratur, sed et clericos in officiis ecclesiasticis constitutos ex iure colonatus sollicitare non cessant;

---

a) Leg. aug. ann. XXVI. post Cons Fl. Basilii.

scimus enim nos pro hac causa sacros apices promulgare quibus definiuimus tempore ex quo debere repetitiones fieri rusticoru (sec. m. rusticoru) sive rusticarum; iubemus ergo magnitudinem tuam has calumnias repeticionis modis omnibus in affricanis* regionibus amputare et nullam permittimus colonorum statum in uiris tam in mulieribus vel filiis eorum sibimet uindicare, nisi ex te | fol. 93 | pore quo sicut diximus felicissimus noster exercitus africanam prouincia auxiliante dno nostro Imp uindicauit; clericoru aute repetitiones quia tempus nostris apicibus statuimus fieri iubemus nec ulterius dilatari. ueternosas enim lites et contentiones non patimur protelas[b], qum autem cognouimus uiros eloquentissimos supradictas iussiones nostras generalibus legibus non preferre, iubemus tam praeteritas iussiones quas pro hac causa promulgauimus quam hanc presentem iussionem in africanis regionibus legis uicem obtinere, et nullam prescriptionem legum generalium submoueri. se dedictis[c] a tua magnitudine propositis | col. b | innotescere ut sciant omnes africani populi sub qua temporis cautela suas debeant pro repetitiones colonorum uel colonarum siue clericorum exercere actiones poena quinq; librarum auri qui contra hanc iussione uenire temptauerint feriendi diuinitas[d] te seruet per multos annos Dat X K Octubris Calcedona Imp Donn Iustiniano Ag anno XXII[e] Cons. Fl[ss] Basili uc anno XVI Inde VII. (557?)

*) Vacua est dimidia pars versus, est enim linea dissecta cultro librarii. b) Ita codex. An *protelari?* c) Leg. *sed edictis.* [illegible] d) Sec. man. add. [illegible] e) Incertum quid scriptum sit; patet numerus [illegible] XXV

ADDENDA.

I.

COMPENDIA EPITOMES A BOHERIO, SENNETONIIS FRATRIBUS, PESNOTO EDITA.

II.

VARIAE LECTIONES.

BOHERIUS.

(Fol. CI.)

ℭ In nomine domini incipit liber iustiniani novellarum imperatoris translatus de greco in latinum per illustrem virum eloquentissimum constant3. civitatis civem.

Constitutio prima.
Imperator iustinianus.
Ad legem falcidiam.

ℭ *Si heres legata solvere noluerit. Rubrica.*

Digestis [1]) et in constitutionibus diximus parentibus quidem et liberis necnon fratribus et patronis certam quidem portionem ex nostra deberi substantia quam necesse est omnimodo relinquere eis nec forte ingrati circa nos apparuerint. Alie autem persone quae neque parentis neque liberorum neque fratrum neque patroni loco habentur sive ingrati sint: sive non ex voluntate nostra heredes existunt vel lucrum ex nostro patrimonio capuerit. His itaque personis eomodo discretis videamus caput constitutionis propositum eius autem vis et potestas talis est. Si quis parentem vel filium vel fratrem vel patronum instituerit heredem et legatum sive fideicommissum ab herede legibus non incognitum alicui reliquerit siquidem voluntatem defuncti scriptus heres impleverit. et sine frustatione legatum exsolverit. tunc firmiter hereditate defuncti in iudicio patiatur eius cuius evinci iudicium passus non est. Si autem reluctandum esse voluntati testatoris existimaverit: et legatario moras fecerit in tantum et ut legatarius iudicem adeat et monitricem sententiam capiat et tamen necessarius heres moras similiter faciat ut et post iudicialem carculum annuale spatium praetereat: tunc solam legitimam portionem sibi debitam heres institutus habeat reliquam partem amittat: quae pars siquidem si substitutos habuerit prius ad eos veniat: sin autem substitutos non habeat ad coheredes eius. Sin autem coheredes non habeat tunc ad generalem fideicommissarum perveniant. quod si plures sint generales fideicommissarii tunc differatur pars qui maiori ex parte fideicommisso honoratus est quod si nulla ex supradictis personis consistit tunc ad legatarios pars memorata perveniat. quod si nec legatarii sint tunc ad eos perducatur quibus testator libertatem donavit. Quicumque autem ex supradictis omnibus partem sibi delatam amplexus fuerit is voluntatem testatoris mo (fol. CI b) dis omnibus impleat et cautionem eum praestare oportet quod omnimodo impleturus est ea quae in testamento defuncti continentur ordine. scilicet hoc servando tam inter legatarios quam et fideicommissarios generales fideicommissarii ceteris legatariis et fideicommissariis preferantur. quod si nullus sit fideicommissarius generalis tunc illi veniant qui maioribus legatis vel fideicommissariis honorati sunt. quod si nemo ex his vel non potuerit vel non maluerit partem memoratam admittere tunc illi vocentur quibus testator libertatem reliquerit: sed non passim sed secundum ordinem scripture vocentur ubi is cui primum libertatem donavit eius conditio precellat. et si prius non potuerit vel noluerit partem admittere tunc ille veniat qui secundo loco libertatem accepit. hoc si unus ex parentibus vel liberis vel fratribus vel patronis heres scriptus est. Sin autem heres institutus extraneus sit et moras fecerit legatario per totum annuale spacium post iudicialem sententiam numerandum tunc nullam partem nullum emolumentum scriptus heres sentiat: sed omne quod a testatore ei prestitum est auferatur et veniat ad eos quos superius exposuimus secundum eundem ordinem et eandem observationem. ita tamen ubi eodem modo is qui ad partem vocatur. cautionem prebeat quod omnimodo impleturus sit ea que in testamento defuncti continentur. quod si nemo ex his de quibus secuti sumus appareat tunc et agnatis sive cognatis defuncti pateat aditus quamvis in testamento nulla eorum mentio comprehendatur. quod si nec tales persone appareant tunc extraneis quibuscunque locus fiat si velint hereditatem suscipere et de implenda testatoris voluntate tamen quod si nec talis extraneus inveniatur qui nec testatoris successionem cum predicta cautione suscipiat tunc fisco res vendicentur sed et ipso voluntatem testatoris impleturo. Illud autem certum est quod si filius a patre in testamento est exheredatus neque ex ipso testamento neque ab intestato lucrari aliquid poterit occasione huius institutionis. Omnes qui ex hac lege ad rerum vendicationem vocantur omnia iura heredum habeant. i. ius aditionis et pro herede gerendi et conveniant et conveniantur omnibus que diximus obtinentibus. et si ab herede sed a legatario vel fideicommissario et forte ab eo qui mortis causa aliquid accepit dari (fol. CII) fierive testator voluit. i. ut ordo vocationis incipiat quidem ab institutis desinat autem in publicum. Si [2]) quis ab aliquo scriptus heres in testamento fuerit in quo legata vel fideicommissa relicta sunt timeat autem ne forte legata vel fideicommissa relicta legatariis totam substantiam defuncti exhauriant: et ipse nihil ab hereditate sibi relicta lucretur. Ergo si velit falcidie legis emolumentum integrum sibi servari faciat inventarium rerum quas testator sibi dereliquit praesentibus legatariis et fideicommissariis qui in eadem civitate degunt: nisi forte propter sexum ubi sunt femine vel propter dignitatem vel etatem vel morbum vel vincula presto esse impedientur tunc illos representari

1) Iul. cap. 1.

2) Iul. cap. 2.

oportet in conscriptione inventarii qui negotia eorum egitime administrant. quod si omnes praesto non sint legatarii vel fideicommissarii tunc testes tres adhibeantur quorum fides et opinio probata sit testes ex ea civitate esse oportet in qua conficitur inventarium et sub conspectu eorum et praesentia inventarii procedat conscriptio. Solis enim tabellariis in ea causa non credimus. quod si postea reversi fuerint legatarii et quasdem res ab heredibus subreptas esse putaverint easque celatas et in inventario non insertas liceat eis per tormenta servorum heredum manifestare. scilicet ipsis heredibus cogendis sacramentum praestare quod nullo modo in conscribendo inventario dolose versati sint et testibus similiter compellendis iusiurandum praestare quod de nulla fraude conscii sunt scriptis heredibus et si legatarii praesentes sunt hii veniant vel homines eorum interveniant aut absentibus eis tres bone opinionis testes repraesentari oportet. quod si legatarii praesto quidem fuerint ipsi aut venire vel homines suos mittere ad scribendum inventarium noluerunt tunc libera licentia pateat heredibus trium testium adhibito testimonio inventarium facere nullo a legatario postea opponendo obstaculo: si voluerit et in hoc casu per tormenta servorum hereditariorum vel per sacramentum heredum sive testium veritatem manifestare et is qui hec omnia observaverit. l. fal. obtinebit sibi beneficium. quod si non fecerit inventarium nec supradicta observanda custodierit: sciat se omnia legata et fideicommissa legatariis et fideicommissariis soluturum quamvis non sufficiat testatoris substantia ut interdum et de suo praestare legata et fideicommissa cogatur. Tota autem ista disceptatio quotiens locum habebit quotiens testator ignorans facultatum suarum modum legata vel fideicommissa ampla reliquit. Alioquin si sciens quantum habeat patrimonium specialiter expresserat (fol. CII b) ut non liceat heredi legis fal. beneficio uti necesse est voluntatem ipsius teneri et si quidem adire maluerit hereditatem eius is qui sibi heredem scripsit omnimodo legata et fideicommissa persolvat sine quadam diminutione nullum habiturus lucrum nisi pietatem solam. scilicet quod voluntati testatoris obtemperavit gratis. sin autem repudiaverit hereditatem locus fiet substitutis et post substitutos coheredibus. post coheredes fideicommissariis generalibus et post fideicommissarios generales legatariis. post legatarios eis quibus libertas donata est et post eos quibus libertas donata est ab intestato venientibus agnatis et cognatis et his non apparentibus extraneis et post extraneos publico. Nullam [1]) licentiam scriptus heres habeat quibusdam legatariis solida legata persolvere quibusdam ex parte prestare quibusdam non: sed omnibus pro rata portione solvat sive in solidum sive in parte equalitatis ratione conservata vel enim ab inicio cognoscens modum substantie diminuere legata non debet sed persolvere omnibus debet nisi forte aliquid mirabile extiterit quod diminuat intra [2]) annum omnibus modis relictum praestetur legatum. initium autem anni esse oportet illud tempus quo ex iudiciali sententia reus ammonitus est propter legati solutionem. Anno autem translato heres qui legata non solvit hereditatem testatoris amittat et locus fiat illis personis quas supra numeravimus. scilicet ab annali spacio: impuberibus vel adolescentibus nullo praeiudicio generando hii enim duplici via muniti sunt. nam et restitui in integrum possunt. et competentes actiones adversus tutores et curatores suos dirigere. Ea quae diximus teneant sive in scriptis sive sine scriptis testamentum sive voluntas proferatur in omni autem persona teneant sive privata sit sive militaris sive religiosa sive imperialis.

1) Iul. cap. 3. 2) Iul. cap. 4.

¶ *De non alienando secundo nubentes. Rub.*

Nulli [3]) mulieri sit licentia vel marito qui quaeve ad secundas nuptias migraverit in donatione propter nuptias vel dotem cuius solum usumfructum habet non etiam dominium aliquos de liberis suis anteferre sed sit pro proprietas rerum omnibus debita portionibus equatis. Si [4]) maritus mulierve qui quaeve ad secundas migraverit nuptias res dotes vel propter nuptias donationis alienaverit quocunque tempore alienatio facta neque rata neque irrita sit: sed interea maneant in suspenso. et si (fol. CIII) quis parens alienaverit. ante liberos suos moriatur omni modo rerum alienatio refutetur. Si autem eo superstite ab hac luce liberi istius recepti fuerint in tantam alienatio portionem valebit quantam superstiti parenti mortis liberorum casus detulerit. i. ut tantam portionem lucretur quantam pepigerit instrumento dotis vel donationis habiturum se si liberi qui postea editi sunt mortui fuerint: in alia autem portione alienatio non valebit nisi forte filii eundem parentem qui alienavit testamento heredem vel ab intestato reliquerint. Si [5]) filius intestatus fuerit mortuus portio quae competit ei ex dote vel ante nuptias donatione non veniat ad parentem superstitem sed soli fratres ad eam partem vocentur: sed si sine liberis ille mortuus est liberi enim defuncti et fratribus eius et parentibus praeferuntur. In aliam autem substantiam quam mortuus dereliquit pariter cum fratribus parentes vocentur sive ad secundas nuptias pervenerint sive non. quod si testamento condito filius decesserit illi veniant qui scripti sunt nisi forte inofficiosi querela testamentum eius evacuetur. Si [6]) mulier defuncto marito suo ad secundas pervenerit nuptias res que ad eam pervenerint ex donatione propter nuptias eo modo administrentur. Si que immobiles sint. mulier eas habeat et liberis suis si supervixerit conservet. Si autem mortui fuerint portionem quidem rerum quam mortis liberorum casus ei detulerit modis omnibus habeat. residuam autem partem heredes eorum lucrentur. Si autem propter nuptias donatio in rebus mobilibus sit tunc res quidam apud liberos sint. usuram autem nostri dependant tertiam centesime cum competenti cautela quod predictam usuram sine frustatione in omni sequenti tempore persolvant. Sin autem propter nuptias donatio et aurum et argentum et vestes sint tunc electionem habeat mater utrum velit cautionem prestare et res administrare an tertiam centesimae usuram a suis liberis accipere. Sin autem habeant res tam mobiles quam immobiles propter nuptias donationes tunc res quidem immo-

3) Iul. cap. 5. 4) Iul. cap. 6. 5) Iul. cap. 7. 6) Iul. cap. 8.

biles apud eam sint et usufructu earum alatur. mobiles autem apud liberos sint secundum predictam distinctionem. Si[1]) quis uxorem duxerit et propter nuptiarum donationem non solum abscripserit sed etiam ipsam reddiderit mulier autem abscripserit quam dotem. rem autem veram non dederit in toto (fol. CIII b) tempore quo maritus suus vixerit eo mortuo nec donationem ante nuptias consequatur utpote cum nullam dotem ipsa dedisset. Sed siquidem nec omnino dotis nomine dederit nec mortuo marito ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sin autem partem prestiterit dotis tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo suo marito. Hec autem constitutio habebit locum etiam in hiis matrimoniis quae nendum soluta fuerint. Sciendum autem est quaedam presentis constitutionis capitula ex una secunda constitutione (quae propter nuptias promulgata est) esse transformata.

¶ *De fideiussoribus et mandatoribus et de hiis qui se constituunt.*

Si[2]) quis crediderit pecuniam alicui et fideiussorem vel mandatorem acceperit: vel eum qui pro eo pecuniam constituit: non si prius contra tales partes actiones moveat quam adversus ipsum reum principalem egerit quem si imorem invenerit vel insolidum vel in partem postquam enim egentia laborare dignoscitur reus: sive in solido sive in parte: tunc contra fideiussores vel mandatores intendere creditorem oportet hoc si debitor presens sit et appareat. Sin autem presens non fuerit reus: et fideiussores vel mandatores presto sint: vel hii qui pro eo pecuniam constituerunt: tunc prefiniri eis diem oportet intra quem reum debeant exhibere. Sin autem tempus praefinitum pretulerit: ipsi quidem actiones pro eo suscipiant: et debitam pecuniam persolvant: cedat autem eis actiones suas creditor quas adversus reum principalem habet. quod si tam reus quam fideiussor vel mandator vel qui pro eo pecuniam constituit in absentia fuerint: tunc liceat creditori adversus res principalis rei venire: quod si nulle res rei principalis appareant: tunc in res fideiussoris vel mandatoris manus porrigi: ubi et si debitores habeant et ab his creditori satisfiat. Hec autem sic intelligenda sunt ubi nullam facultatem habeant creditores res prius vendicare quam personales actiones exerceant tam contra ipsum reum principalem quam contra fideiussores eius et mandatores eosque non solvendo esse appareat in eodem iure. scilicet observando ubi persone earum non appareant. Hec autem omnia que de fideiussore et creditore diximus et ad venditionis confirmatorem trahenda sunt ut non prius (fol. CIV) emptori licentia sit adversus confirmatorem consistere: nisi prius venditorem convenerit: vel indubitatem solvendo non sit. Sed nec ypothecariis in rem actionibus iudicium pateat antequam personales actiones defecerint. Et in summa sciendum est que dicta sunt in mutua pecunia et in venditione custodienda sunt et in omnibus contractibus qui aliquam satisdationem recipiunt secundum leges veteres conveniantur. Si[3]) quis mutuaverit debitor autem pecuniam non habuit: quam dare non possit: rem mobilem creditori prestet si habet. Sin autem rem mobilem non habeat tunc immobilem rem suam si habet vendere debet: et debitam pecuniam ex precio rei vendite solvere. Sin autem emptorem non inveniat tunc predium quod optimum habet creditori suo prestet: et actione qua astrictus est liberatur: ubi autem emptorem sui predii invenerit caveat creditori suo pecuniam debitam soluturum se et post cautionem liceat ei constituere venditionis contractum: creditoris autem appellatione significatur non solum qui mutuam dedit alicui pecuniam: sed omnes autem qui aliquam actionem contra aliquem habent.

¶ *Ut determinatus sit numerus clericorum.*

Presens[4]) constitutio usque ad sua tempora numerum clericorum qui est conservat postea autem iubet clericos constantinopolitane civitatis. scilicet hoc numero diffiniri. ut. LX. quidem presbyteros. C. autem diacones. XL. diaconissas. LXX. autem subdiaconos centum autem et. XI. lectores. et. XXV. cantores. et centum hostiarios habeat. Non[5]) liceat clericis in minoribus ecclesiis clericatus honorem suscipientibus: postea in maiori ecclesia per patrocinium quorundam transire: sed si quidem tale aliquid factum fuerit irritum sit et nullius momenti; nec liceat ulli clericos destinare vel creare nullas autem alimonias eis praestare: sed duorum alterum vel non faciat clericos vel si fecerit det eis unde vivere possint.

¶ *De [illegible]*

Qui[6]) vult edificare monasterium prius episcopum invocet et illum exoret ut sanctam crucem faciat et imponatur postea edificium. Si[7]) quis monachus fieri vult servus sit: sive liber non statim monachus fiat: sed per triennium tonsura et veste laicorum utatur et divinas scripturas discat et confiteatur suam conditionem. i. utrum ingenuus an servus vel alterius cuiuscunque status et narret causas propter quas ad solitariam vitam migrare cupit ne forte malus sit et (fol. CIV b) deo displiceat oportet autem et monachos verba afferre quae mores et vitam corrigere poterunt: et si per triennium talis appareat ut dignus videatur consueta veste et religiosa tunc et condatur et stolam monachicam vestiat: sive liberi sive servus: et nulla inferatur molestia ei neque de servili neque de libertina conditione. Sin autem aliquis intra triennium retrahere eum in servum suum voluerit et dicat quod res suas furatus fuerit et ad monasterium cucurrerit non statim eum abstrahat: sed prius probet quod et servus est et pro furto et vita mala et peccatis atrocibus timuit et fugit: si hec vera sunt reddatur servus domino suo cum rebus subreptis et si ipse in monasterio fuerit dominus autem eum recipiens fidem ei prestet quod nullo ei malo propter hec que iam peccavit affecturus sit: quod si nullo delicto servum suppositum esse dominus probare po-

1) Iul. cap. 9. 2) Iul. cap. 10. 3) Iul. cap. 11.

4) Iul. cap. 22. 5) Iul. cap. 23. 6) Iul. cap. 12. 7) Iul. cap. 13.

tuerit: et ipse servus ex castitate morum suorum bona testimonia habeat: et si nondum triennium preterierit commaneat in eodem loco venerabili: triennio autem semel transacto et inter monachos servo dei numerato: nulla licentia sit postea qualemcunque ei molestiam inferre sive revera sit famulus sive ingenuus: sed omnimodo solitarie vite permaneat: et si peccatum ab eo in priori vita admissum sit: circa autem que furto suprecreta sunt procul dubio si inveniantur reddi oportet. Sin [1]) autem servitutem effugiens venerit quis ad monasterium postea autem reliquerit venerabilem locum et in aliam vite figuram transierit liceat domino suo extrahere eum et probanti quod servus est ut servum habeat. In [2]) omnibus autem monasteriis sive pauci sive complures monachi cubiculum suum proprium non habeant sed communiter ad excolendum dominum congregentur et in omni loco dormiant: singuli quidem in suis cultricis humo videlicet constratis iacentibus in una domo dormientibus omnibus quod si tantus monachorum numerus quod una domus eis non sufficiat: tunc et in duabus vel pluribusve habitationibus dormientium aut separati debeant segregari ab alia multitudine monachorum quos summe vite constitutos greci anachoritas vocant et hesicastas. Si [3]) quis in monasterio se consecraverit: et postquam veste religiosa vestitus est a monasterio recessit: omnia bona ipsius que in monasterio introduxit ad ipsum monasterium pertinent et ex alia constitutio (fol. CV) ne eum si non introduxit: omnes enim res eius communi sunt monasterii. Si [4]) vir vel mulier liberos habens ad solitariam vitam pervenerit si quid iam donaverat filio vel filie sue tantum quantum lex fal. facit sine centone propter nuptias donationis quam pro filio suo dedit sine dotis causa quam pro filia sua prestitit. Si igitur habeant legis fal. quantitatem cetera bona ab omni inquietudine libentur sive pater sit: sive mater qui quaeve in monasterium introierit: in reliquis eorum rebus nullam habeant liberi communionem: nisi pote cum l. fal. eis satisfactum non sit. Quod si nihil eis vel minus fal. pater vel mater prestiterit: tunc etiam monacho facto patre et consecrata matre libera facultas filiis sit: vel totam falcidiam vel quod eis deest a monasterio vendicari. Inter virum autem et uxorem talis observantia teneatur: sive maritus sive mulier intraverit in monasterium hoc consequatur layca persona quod ex causa mortis ei competisset secundum pactionum dotalium tenorem. Si [5]) quis in monasterium introierit et postquam religiosam indutus est vestem recesserit vel mutaverit vel simpliciter laycus factus fuerit expolietur cingulo militari ita ut ex vita libera non potiatur: sed officio presidis provincie servire cogatur: substantia autem eius in monasterio maneat. Si [6]) quis in monasterio consecratus fuerit posteaque in aliud monasterium transire maluerit substantia quidem eius a priore monasterio vendicetur. Aliorum autem monasteriorum privantem prohibeant eum transire ut in alio monasterio non recipiatur: et de hoc curare debent non solum religiosissimi sed et reverendissimi archimandrite. i. officium summi pastoris. Si [7]) quis monachus constitutus clericatus honorem acceperit: nullam habeat uxorem ducendi licentiam: quamvis eius gradus sit cuius clericus non prohibetur uxorem habere: qualis est gradus cantorum: lectorum non solum autem uxorem ducere sed etiam concubinam habere. Si quis aut monachus constitutus clericatus tonsione vel duxerit uxorem vel concubinam habuerit eiiciatur de clero: et si privatus est: ad nullam maliciam vel professionem aliam audens venire nisi forte velit in antefactas penas incidere. Primi [8]) monachi creatio prior est primi loci creatione sibi presumat cito qui secundus forte vel tertius est: sed qui et vite castitate et divinarum rerum scientia et animi gravitate (fol. CV b) precellit: habeat loci prioris honorem idque procedere debet secundum electionem atque iudicium religiosi episcopi: que autem diximus prioribus et in istis constitutionibus de clericis et monachis vel de monasteriis non solum de masculis: sed etiam de feminis sanctimonialibus intelligere debemus.

ℭ *Quomodo oportet clericos et episcopos adduci ad ordinationem.*

Hec [9]) constitutio in primo capite de consecratione episcoporum loquitur quam oportet procedere sic: debet enim prius deceptari de vita episcopi utrum bona sit vel reprehensibilis et utrum bonis testimoniis utatur vel minuatur an non. Si officialis an curialis conditionis sit prohibetur fieri episcopus a tenera etate in. monasterio fuerit: eoque modo liberatus est predictis conditionibus: ita tamen ut quartam portionem substantie sue curie prestet secundum legis observantiam. Sed neque laico statim ad episcopatum ascendere licet neque clericatus honorem simulatum habuisse sufficit oportet autem eum qui episcopus fit neque uxorem habere neque concubinam neque filios neque nepotes sive legitimos sive legibus incognitos et si quis contra hoc fecerit et is qui factus est et is qui eum fecit episcopatus expellatur honore: nec liceat pecunie datione fieri episcopum esse autem oportet (qui episcopus fit) vel monachum vel clericum: ita tamen ut non minus. VI. mensibus appareat eum in clericatu fuisse legere aut debet sanctos canones: eo autem tempore quo consecratur consulat eum is qui consecrat si possit facere atque custodire omnia que divini precipiunt canones: et siquidem denegaverit se posse custodire non consecretur: si autem pollicitus fuerit observaturum se quantum hominibus possibile est sancta canonum precepta: tunc is qui consecrat religiosis episcopis eum connumerabit: nam et canceres vini patrum legum habere oportet. Si autem aliquis pecuniam dedit et eo modo creatus episcopus fuerit: non solum ipse sed etiam qui consecravit eum inter episcopos non erit sed pecunie vel res date consecrationis causa sacrosancte ecclesie adiiceretur: sive episcopus sit sive clericus qui dedit: is autem qui accepit non solum res amittat: sed et gradum atque honorem clericatus: similiter autem si laicus sit qui pecuniam vel res accepit nomine pene

---

1) Iul. cap. 14. 2) Iul. cap. 15. 3) Iul. cap. 16. 4) Iul. cap 17. 5) Iul. cap. 18. 6) Iul. cap. 19.

7) Iul. cap. 20. 8) Iul. cap. 21. 9) Iul. cap 24.

sancte ecclesie prestare compelletur. Sed et si magistratum gerat in magistratu esse desinet et exilio irrevocabili condemnabitur. Si autem ali (fol. CVI) quis presbyter vel dyaconus pecunia oblata ad episcopatus apicem pervenerit non solum episcopus esse desinet: sed etiam priorem gradum presbyteri vel diaconi amittet. Consecratio autem episcopi fiat ante omnem populum christianitatis ut sit facultas unicuique si velit contradicere: et si quidem ante consecrationem facta fuerit contradictio non prius consacretur episcopus nisi disceptatione de contradictione facta et undique appareat innoxius is qui ad episcopatum vocatur. Si autem ante disceptationem ad episcopatum pervenerit amittat honorem non solum ipse: sed etiam is qui eum creavit. Quod si is qui contradixerit calumniator probatus fuerit: vel conditionibus iudicis non deseruerit et non peregerit causam prohibeatur sacra communione in omni vita sua ab eo qui consecravit episcopum. Nemo [1]) religiosus episcopus extra suam ecclesiam degat ultra annale spacium: nisi forte per imperialem iussionem hoc fecerit. Patriarche autem episcopos cogere debent se in suis ecclesiis hoc observare. et in longas peregrinationes non ire nisi iussu principis. Si autem sine iussione principis ultra annum episcopus fuerit extra suam ecclesiam: tunc religiosus patriarcha legitimi preconiis evocet. i. custodiens sacrorum canonum observantiam. Sin autem non obtemperaverit. is qui vocatus est: sed in absentia perseveraverit. tunc repellat eum ab eorum numero et alterum pro eo substituat. Si autem is qui in absentia est metropolitanus non fuerit. Sed cuiusdam municipii episcopus. tunc ea que diximus a patriarcha fieri archiepiscopus faciat. Si autem litigator causa peregrinationis voluerit tunc episcopus licentiam non concedat. litigare enim episcopus non per semetipsum: sed per suos clericos debet sive apocrifarios sive yconomos et supplicare debent principi et impetrabunt ea que desiderant fieri. Nemo [2]) unquam episcopus in constantinopoli. civitate veniat nisi litteris acceptis a metropoli. suo ad imperatorem quas divini canones commendatarias appellant de quibus declaratur necessariam esse professionem episcopi. Si autem metropolitani sint qui pervenire in metropoli. civitate maluerint: litteras accipiant a patriarcha regionis sue venientes alias non audeant intrare ad imperatorem per semetipsos: sed prius ad patriarcham veniant: vel apocrifarios regionis ex qua sunt et ipsis committent causas propter quas veniunt liceat enim episcopis per referendarios magne ecclesie vel apocrifarios patriarum referre imperatori. et sic impetrare responsum. (fol. CVI b) Nemo [3]) clericus fiat nisi et qui bonum testimonium habeat et litteratus est: ubi enim litteras nescit clericus esse non potest doceant presbyteri et diaconi sacras orationes ecclesiasticos canones quos. scilicet consecrari oportet sive reprehensione sive iusta conditione sive pecuniarum donatione liberatos tam officiali quam curiali conditione nisi forte secundum observationem quam in primo capite presentis constitutionis exposuimus. qui [4]) duas nuptias contraxerit diaconus vel presbyter fieri prohibetur: sed et si mulierem disiunctam a marito suo quem ipsa reliquerit. uxorem quispiam habuit neque dyaconus neque presbyter fieri potest. idem est si concubinam habeat. quippe tales enim homines in castitate vivere decet: ille autem qui habet vel qui habuit uxorem castam. et ab ipso ipsa virgine suscepta ipsa est separata presbyter vel dyaconus fieri non prohibetur. Si quis autem presbyter vel dyaconus vel subdyaconus uxorem duxerit vel concubinam habuit sive clam sive palam sive sub aliqua figura cadat clericatus honore et sit privatus et laycus. Ea [5]) que diximus de clericis teneant etiam in dyaconissis. dyaconissam autem creari constitutio precepit si. L. annorum etatem habeat. ita tamen ut virgines sint vel unum tantummodo habuerint maritum. si autem mulier propter aliquam necessitatem. L. annis diaconissa facta fuerit non liceat ei alibi degere quam in assistorio sanctimonialium mulierum ubi neque mares conversantur: neque vivere liceat ei quo modo velit. Illa autem facultas dyaconissis tributa est habere secundum quosdam veluti fratres vel cognatos vel quos dicere solent egiptos idest dilectos. nam dyaconisse vel per se habitare debent vel nullum alium admittere secum: nisi revera fratrem. Si autem aliqua suspitio sit quasi simulatus super eum eidem gerunt vel ab initio non consacratur. aut si consecrata fuerit amittat honorem. penas autem cum corruptore patiatur quas recte constitutiones adversus corruptorem diffiniunt. Eo autem tempore quo dyaconisse consecrantur admonende sunt ubi si postea nupserint vel aliam vitam elegerint gladio ultore feriantur et facultates earum monasteriis adiiciantur. Is autem qui corrupit eam quidem eodem supplicio puniatur. bona autem eius fisci iuribus vendicentur. Sive [6]) lector sive subdiaconus sive dyaconus sive presbyter clericatus honorem contempserit et in aliam vitam transierit duorum alterum vel conditioni curiali cum suis facultatibus subiiciatur vel si plures curiales civitas habeat: sive vilior sit: ipse (fol. CVII) ad officiales conditiones trahatur. i. tasteanticam. Nullus [7]) episcopus multitudinem faciat passim debent enim secundum redditum ecclesiarum. ita numerus clericorum moderari. et siquidem is qui sacrosanctam ecclesiam statuit ab initio clericorum numerum qui debent in eadem ecclesia consecrari ille numerus custodiatur. si autem numerus non praefinitus est: nec per amicitiam nec per gratiam honorandi sacrosancta ecclesia sed moderandus numerus erit cura et sollicitudine patriarcharum metropolitanorum. et aliorum episcoporum. liceat autem unicuique sive privatus sive clericus sit inspicienti ea que diximus ab aliquo contenta ad imperatorem referre.

Imperator Iustinianus.

¶ *De non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis. Collatio secunda.*

Nullis [8]) sub romana ditione constitutis ecclesiis sive xenodochia vel gerothochomia vel nosochomia vel rephon-

1) Iul. cap. 25. 2) Iul. cap. 26. 3) Iul. cap. 27. 4) Iul. cap. 28.

5) Iul. cap. 29. 6) Iul. cap. 30. 7) Iul. cap. 31. 8) Iul. cap. 32.

trophia vel monasteria tam monachorum quam monalium habentia archimandritam vel archimandrisam liceat alienare rem immobilem sive domum sive agrum sive hortum sine rusticum mancipium vel panes civiles creditoribus speciali seu generali ipothece titulo obligare. Alienationis autem verbum continet venditionem permutationem donationem emphiteoseos perpetuum contractum: sed omnes omnino sacerdotes ab huius contractu abstineant penas timentes quas leonina constitutio comminatur. i. ut is quidem qui comparuit rem loco venerabili reddat eam cui antea fuerat. scilicet cum fructibus aliis emolumentisque que in medio tempore facta sunt. iconomum autem ecclesiarum prestare oportet omne emolumentum aliter lucrum quod ex huius prohibita alienatione senserit: vel ecclesiam damni affecerit. ita ut imposterum yconomus non sit: non solum ipse sed etiam consortes eorum teneantur sive ipse yconomus alienaverit sive respiciens alienantem episcopum non prohibuerit ac multo magis si consensit: tabelliones aut qui talia interdicta instrumenta conscripserint perpetuo exilio tradi oportet. magistratus autem qui eadem instrumenta admiserint et officiales qui operam dederint ut momentis intimentur et donationes actis intervenientibus confirmentur. solum non magistratu (fol. CVII b) sed etiam dignitate et facultatibus suis cadant. remittitur autem officio ea quae in tempore praeterito facta sunt. Expedit autem quosdam contractus quos in sequentibus exponit capitulis per quos ecclesiarum immobiles res alienari possunt xenodochus. i. locus venerabilis in quo peregrini suscipiuntur. procontrophium. i. locus venerabilis in quo pauperes et infirmi omnes pascuntur. nosothomium idest locus venerabilis in quo egroti omnes curantur. Orphanotrophium. i. locus in quo parentibus orbati pueri pascuntur Geronthocomium. i. locus in quo pauperes et propter senectutem solam homines infirmi curantur bephotrophium. i. locus in quo infantes aluntur. Si [1]) princeps voluerit rem immobilem sancto loco praestare et accipere ab alio aliam rem immobilem et eodem modo permutationem contrahere liceat ei hoc facere. Emphyteoseos [2]) contractum sub hac observatione sanctus contrahat locus ut vivo quidem eo qui contrahit maneat omnino emphyteosis: mortuo autem eo ad heredes eius transmittatur: si forte filii sunt sive masculi sive femine vel nepotes sint sive neptes. aut si uxor sit vel maritus nisi specialiter mariti vel uxoris expressum sit nomen. alioquin ad aliam personam emphyteoseos contractus non transeat sed usque ad vitam contrahentium contrahatur: nisi forte filios filiasve nepotes vel neptes habeant. procedere autem emphyteosis debet prius requisitione cum omni veritate atque subtilitate habita non reddita eo quod ad id tempus fuerat in quo ad sanctam ecclesiam res pervenisset: eiusque redditus sexta portio remittatur ei qui emphyteosim contrahit. Si autem diminutus fuerit ex aliquo casu redditus praedii: duorum alterum fiat vel sub eodem qui nunc inveniatur sine ulla diminutione is qui contrahit accipiat praedium vel ad contractum omnino non accedat: melius est non locare predia locorum sanctorum quam sub huius diminutionibus contractus emphiteoseos facere. Si autem emphiteosis ecclesiastici praedii contrahatur preciosissimi quidem: sed tamen vilissimum redditum habens non oportet emphiteoseos contractus ad redditus quantitatem metiri: sed extimatio redditus fiat proastii: et inspiciatur redditus qui per. XXX. annos comparari potest ex predii proastii et tantum redditum dare se paciscatur is qui emphiteosim contrahit. ita tamen ut et in hoc casum non imperpetuum contractus extendatur: sed secundum observationem quam diximus. Sciant autem hii qui emphyteoseos contraxerunt quod si placitus redditus ab eis non datur: licentia libera praestatur sanctorum locorum administratoribus et praedia abstrahere. et nihil emponematum nomine praestare. Emponemanta enim dicimus ea quae labore contrahentis in agro sunt meliorata. Si autem (fol. CIII, potius CVIII *) deteriorem agrum fecerit cogatur suo sumptu dare et restituere in pristinam predii formam: sed etiam heredes eius vel successores vel bonorum possessores et bona eius. ita tamen ut debitum quoque redditum sine aliqua dilatione reddere compellantur Id autem quod de prohibitione alienationis dicimus obtineat non solum in integrum domibus vel pastiis vel agris vel hortis: sed etiam in his que omnino diruta et deserta et in area sunt posita quamvis enim nullum edificium nullam materiam habeat: attamen ea alienare prohibitum est: nisi forte emphiteosis ad tempus secundum antefactam divisionem in tres personas fuerat facta ne forte aliqua conscriptio fiat iubet constitutio duos primates machinatorum et architectorum et in civitate constantinopoli cum religiosis yconomis. et. V. reverendissimis presbyteris et duobus dyaconibus praesente et ipso beatissimo archiepiscopo et in provinciis duos nobiles vel architectorum vel machinatorum aut si unum tantum habeat civitas venire oportet ad loca et divinis antepositis scripturis diffiniri ab eisdem architectis quantum debeat super eodem loco dirupto sacrosancte praesentari ecclesie ab eo qui emphitheoseos contractum procedere vult: et sub hiis pactionibus instrumenta emphytheoseos componantur. et is qui contraxit emphiteosim edificet et materia utatur. Si quasdam materias diruptus habeat locus. et transmittat contractum duobus successoribus suis secundum predictam observationem. posteaque predium redeat ad sacrosanctam ecclesiam. vel alium venerabilem locum. qui super titulo emphytheoseos rem immobilem dedit tribus personis defunctis omnino praedium ad venerabilem locum redeat. nam et illam p̄cionem. immo magis callidam machinationem removendam esse constitutio iubet. i. si pactus fuerit cum iconomis et religioso episcopo. et aliis personis que enumeravimus. Is qui emphyteosim contrahit ut etiam tribus personis defunctis nihilominus deinceps successoribus liceat emphytheoseos titulo res immobiles ab ecclesia capere et aliis personis. talem enim conventionem utpote callide factam constitutio reprobavit. Si [3]) autem voluerit aliquis rem immobilem ecclesiasticam vel tochicam utendi fruendi causa accipere eo modo fiat contractus quo divi leonis constitutio constituit: oportet enim fructuarium divitem constitutum esse. et rerum immobilium et eum aliam

1) Iul. cap. 33 2) Iul. cap. 34

3) Iul. cap. 35 *) Aliud exemplum meum habet CVIII.

rem iure dominii dare sacrosancte ecclesie vel alii venerabili loco a quo usumfructum accepit. ita tamen (fol. CVIII b) ut res immobiles quas ipse pro usufructu prestat: non minorem redditum habeant quam usufructus est rei immobilis ad sacrosanctam ecclesiam. et alia venerabilia loca pertinentis. Ita tamen non res omni modo quam utendi fruendi causa accipiat: vel mortuo eo ad sanctum locum redeat. vel adhuc vivo eo si forte ei usque ad certum tempus ei ususfructus relictus est impleto enim tempore necesse est usumfructum extingui. nulla autem snīa sit in tantum tempus protelare ut etiam post mortem fructuarii res immobiles ad sanctum locum non redeant. nam modis omnibus defuncto fructuario pleno iure fundus ad ecclesiam redire debet. ita tamen ut est ille res quas de suo patrimonio ab initio fructuarius in locum sanctum dedit maneant firmiter nulla machinatione abstrahende. Si [1]) quis contra saluberrima iura presentis constitutionis rem immobilem venerabilis loci comparaverit primum quoque existimationem rei amittat. et rem quam illicite emerit restituat cum omnibus emolumentis eius que in medio tempore peracta sunt. et omnia lucro ecclesie vel alterius venerabilis loci cedant. et nullam ipse habeat contra ecclesiam actionem: sed tantum adversus yconomos vel alias personas venditorum cepto iudicio moveat. nam venditorum patrimonia emptori subiecta esse equum est. hoc si venditio contra presentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta sit. Alioquin si donatio facta fuerit tunc is qui liberalitatem interdictam accepit: non solum rem cum fructibus suis et causis ad venerabilem locum pertinentem restituat. Si autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis tunc rem quam accepit et quam ipse dedit amittit actione eius scilicet adversus personas et patrimonia eorum conservanda qui cum eo contraxerit: excepto videlicet principe cui secundum prefatam superioris divisionem permutationem facere rerum immobilium cum sacrosanctis ecclesiis permissum est. Si autem pignus ad corporalem detentionem creditorum acceperit et res immobilis sit que pertinet ad ecclesiam vel alia venerabilia loca veluti domus vel pastium: vel ager: vel hortus: vel panis civilis vel mancipia rustica. nam ea quoque veluti membra rerum immobilium sunt. Si quis igitur harum aliquid pignoris nomine corporaliter acceperit prius quidem neque sortem quam (fol. CIX) dedit neque usuras forte quas stipulatus exigat deinde etiam ipsam rem cum suis emolumentis loco venerabili restituat. Sed in hoc casu adversus yconomum vel alios administratores ne venerabilium locorum actionibus creditori competentibus omnia hec que diximus aut in mulierum monasteriis aut assisteriis obtinere oportet. Si [2]) qn̄ necessaria causa vel inextimabilis immineat et mutuam pecuniam accipiet venerabilis locus liceat yconomis etiam res immobiles obligare pignoris iure tamen ut creditoribus non corporaliter tradantur. Si quis [3]) emphitheoseos contractum in ecclesiastica re vel alterius loci venerabilis contraxerit imperpetuum primum quidem id quod actum est pro infecto haberi. deinde tamen eum perpetuo prestare oportet sanctissimo loco tantum quantum prestitisset: sed ab initio legitima emphiteosis esset nullo remanente apud eum ex quo frustra ei emphiteoseos occasione prestita sunt res tantum ipsas cum suis fructibus omni modo restituere debet. Tabelliones autem si contra leges instrumentum emphiteoseos receperint irrevocabili puniantur exilio ut nunquam redeant nec divina sanctio promulgata fuerit. nam nec magistratus audire talia instrumenta vel dictare vel facta admittere et in munimentis publicis inserere vel confirmare debent. nam si aliqui tale deliquerint non solum honore sed et dignitate cadant. Hisdem [4]) penis coherceri oportet etiam illos qui sancta vasa sive sancta dona contra legem sive pignoraverit vel distraxerit vel conflaverit vel quocunque modo alienaverit excepta videlicet captivorum redemptione eandem observantiam constitutio iubet obtinere et in alienatione panum civilium. Nulli [5]) liceat per pragmaticam sanctionem aliquid eorum capere que sacrosanctis et aliisque venerabilibus locis competunt sive immobiles sint vel mobiles que alienari non possunt. Si autem questor magnificus tale rescriptum dictaverit vel ceteri magistratus intimationem pragmatice forme receperint unusquisque L. librarum auri pena multetur Si autem religiosi episcopi tales pragmaticas sanctiones conscripserint non sine periculo sed contempsisse cognoscant: nam si receperint eas episcopatus honorem amissuros se non dubitent. Ea autem locari vel emphiteoseos titulo dari sola oportet que administratore arbitratu videantur tale aliquid indigere. Si quis [6]) in potentatu constitutus divinam pragmaticam sanctionem (fol. CIX b) impetraverit cogentem yconomum vel alios administratores venerabilium locorum ea que aliis neque locata neque emphiteoseos nomine dari pena sacrilegii teneatur. Nemini [7]) liceat inposterum cuiuscunque monasterii impiam venditionem vel donationem vel permutationem contrahere ubi et altare collatum est et sacra missa et monachica conversatio. Si autem aliquid tale admissum fuerit et quod factum est pro infecto habebitur et is qui accepit predium admittat et is qui distraxerit et rem et precium reddat sacrosancte ecclesie et venerabilibus monasteriis quorum circa erit (ubi alienatum contra legem) monasteria rursum in pristinum statum reducere. Nulli autem liceat titulo pignorum vel hypothecarum sacrosanctum obligare monasterium et si nam tale aliquid admissum fuerit refutari oportet ubi iterum in sanctissimo monasterio sacra procedat missa. Si [8]) quis sterilem agrum cuicunque venerabili loco donaverit vel vendiderit contractus nullius erit momenti. hoc autem et donatione et quavis alienatione recisa cogatur donator et venditor rem suam recipere quam calliditate et fraude videtur dedisse: ubi exoneraret. scilicet suum patrimonium proprium. yconomus autem vel quicunque alius administrator venerabilis omne damnum quod ex huius illicito actu contigerit resarciat ei qui cum eo contraxit secundum ea que supradixit liceat autem unicuique ex populo si viderit precepta proposite constitutionis neglecta ad episcopum referre: et calumniatores non evadere. omnibus autem

1) Iul. cap. 36 2) Iul. cap. 37 3) Iul. cap. 38.

4) Iul. cap. 39 5) Iul. cap. 40. 6) Iul. cap. 41. 7) Iul. cap. 42 8) Iul. cap. 43.

permissum est ubicunque magistratus gerentibus sive minorem sive maiorem potestatem habeant presentis constitutionis omnia custodire.

Ut ecclesia romana. C. annorum prescriptionem habeat. Rub.

Presens [1]) constitutio iubet quidem sanctissimam ecclesiam romanam. C. annorum prescriptione solum in suis actionibus posse submoveri nec etiam de ea latius exponimus quia innovata est ab alia constitutione que data est. Hec [2]) constitutio confirmat sanctissimas synodos monachorum autoritatem. antenum autem et petrum et severum et zoram ab episcoporum numero expellit prohibetque eos in urbe constantinopolitana vel alia magna civitate conversari. minatur autem et aliam et si quis severi libros habeat eosque ignibus non tradit severissimas penas nam et manus incisionem subsistere eos qui libros ausi scribere fuerint. Hec [3]) constitutio facit subdivisionem in ea constitutione que de rebus etc. ut in textu. De immobilibus ad sancta loca pertinentibus loquitur ait etiam si ecclesia vel alius sanctissimus locus publicum debitum debeat vel uti tributum et non habeat unde solutionem pecunie faciat convenire debent omnes in unum tam clerici (fol. CX) quam religiosus episcopus civitatis et apud metropolitanum sanctis scripturis propositis rem disceptari et si nulle alie opes inveniantur sine alienatione ecclesiastici predii tunc decreto apud presidem provincie celebrato alienatio predii ad locum pertinentis venerabilem fiat ita tamen ut emptor precium tributorum exactoribus solvat et ab eis apochas recipiat et in fisci loco succedat et monumentum plenissimum habeat et non timeat anteriores leges. eos autem qui distraxerint operam dare oportet ut postquam ipsi actis interveniontibus disposuerint se ita distraxisse et apochas tributorum intimare ut et ecclesia securitatem habeat et pecuniis tributorum nomine fisco solutis omni circumventione et simulatione pro infecta habita vel habenda ideo enim et decreti celebratio permissa est ubi etiam publicum debitum manifestatur ex quibus annis collectum est et quemadmodum non potuerunt yconomi pecuniam solvere: sed necessitate ad alienationem pervenerunt. Hec autem omnia precedere debent propositis sanctis evangeliis. Si autem privatus sit cui venerabilis locus pecuniam debeat ipsam immobilem possessionem creditor pro soluto accipiat de mō adiiciat ita ut debitam pecuniam non excedat. scilicet in et hoc casu decreti celebratione interveniente. huius autem constitutionis sub divisione exempta est magna ecclesia civitatis constantinopolitane et sctā theodora cuius curam ipsa agit sed etiam omnia monasteria que sancte eidem magne ecclesie supposita sunt monasteria.

Ut iudices sine qq suffragio fiant alias ut magistratus sine pecunia fiat. Rub.

Omnes [4]) magistratus sine pecunia creari decernimus ut neque impune aliquid detur neque sine punitate aliquid a subiectis exigatur. Nemo [5]) magistratus civilis vel militans municipiis eius provincie cui preest vicarios suos audeat admittere: sed si quis tale quid fecerit magistratus honore cadat omnes [6]) privatos homines subiectos esse constitutio iubet omnibus provinciarum presidibus tam in pecuniariis quam in civilibus causis et ubi hii qui a constantinopolitana civitate descenderunt cuiuscunque iudicis calculos vel iussiones habeant subiecti sint provinciarum presidibus ut non audeant sportularum nomine aliquid exigere. supra modum sacris constitutionibus statutum hoc enim si contempserit preses de sua substantia resarcire cogatur damna provincialibus liceat autem eis et de his referre non solum maioribus magistratibus quibus suppositi sunt qui sportulas illicitas exegerunt sed ipsi imperatori liceat presidibus si vendiderint eos qui calculos vel iussiones habent quod iniuste vel (fol. CX b) violenter versati fuerit refrenare et non timere neque dignitatem eorum neque singulum quo forte decorantur. Oportet autem unumquemque qui magistratum gesturus est antequam honorem suscipiat sacramentum dare quod neque dedit alicui pecuniam neque lucrum impium capturus est. Si quis autem aliquid accipiat ultra ea que constitutio statuit in quadruplum hoc reddat curam autem agat preses provincie ut in exactionibus tributorum ea exigere debeat non cum severitate nisi forte contumaces sint hii qui tributa debent: habeant autem circa se assessores equos et iustos et non inclinantes ad lucrum. quod si quis dederit aurum ut magistratus fiat: postea que in furto convictus fuerit in ipso magistratu et publicabuntur bona eius et in exilium mittendus erit et corporales coherciones patietur. nam et episcopi et primates civitatum si viderint iudicem iniuste versari preces imperatori porrigere debent ut principali indignatione penas preses ipsius luat. Preses [7]) provincie postquam desierit esse preses in eadem provincia. L. dies faciat et publice appareat: et omnes excipiat actiones. quod si antequam L. dies pretereant absconderit se: liceat unicuique et tenere eum in provincia et omne quod furatus est ab eo repetere presente tamen episcopo et rem discernente. quod si ante. L. dies fugerit et comprehensus fuerit sive in constantinopolitana civitate sive in alia quacunque regione recontrahatur ad eam provinciam cui preerat et ea que furatus est in quadruplum restituat. hec autem tota licentia provincialibus data est si in furto presidere arguere maluerint. nam in aliis causis antedicta observantia cessat. Nemo [8]) neque in criminali causa neque in exactione tributorum neque in populari seditione apud presidem provincie conventus fori prescriptione utatur. Ut [9]) autem in omnibus causis et iusticie exequi possit preses provincie et milites qui in provincia sedent subiiciantur: et si milites ei non obtemperaverint et annona eorundem militibus prohibeatur et miliciam suam amittant et corporali pena subsistant. Cumque [10]) in provinciis presides iusti mittantur superfluum est latrunculatores mittere et eos et quos viccolitas vel eos qui violentias prohibent vel apoplistas vocant. Idem eos qui privatis homini-

1) Iul. cap. 44. 2) Iul. cap. 46. 3) Iul. cap. 50 4) Iul. cap. 51.

5) Iul cap. 54. 6) Iul. cap. 56. 7) Iul. cap. 57. 8) Iul. cap. 58. 9) Iul. cap. 59. 10) Iul. cap. 60.

bus arma habere concedunt ne rapinas aut cedes faciant. Sed neque magistro militis orientis vel aliis magistratibus licebit latrunculatores vel viccolitas vel apoplistas vel alios similes eis in provinciis mittere. Sin autem aliquid tale perpetretur: hii qui missi sunt presidali potestati supponantur et ultimum periculum patiantur: postquam hoc ad im-(fol. CXI) peratorem fuerit relatum hii autem qui miserint eos. XXX. librarum auri pena coherceantur. Is autem qui magistratus creatur siquidem in constantinopolitana civitate pretori vel imperatoris vel prefecti pretorii et comitis rerum privatarum et cubicularii. Sin autem in provincia magistratum accipiat ante metropol. et primates civitatis iurare debet. iubet autem constitutio et defensores civitatum nihil omnino vel dare nisi usque. XL. solidos vel accipere nisi publicas annonas si que sunt.

¶ *De referendariis.*

Hec [1]) constitutio iubet referendarios. XIV. qui nunc sunt esse donec aut usque ad. VIII. perveniat nec liceat alium adiicere ut statutus numerus eorum. VIII. sit.

¶ *De incestis nuptiis.*

Si [2]) quis nepharium et incestum atque damnatum contraxerit matrimonium liberos autem legitimos ex priore matrimonio non habuerit statim suis facultatibus careat et dos que ei data est fisci iuribus vendicetur post publicationem autem et singuli sui patiatur admissionem et exilio puniatur. quod si vilior sit et corporalibus cohertionibus subsistat et uxor eius contra leges nupta easdem penas patiatur. scilicet si nulla iusta excusetur ignorantia. Si [3]) autem liberi sint ei qui incestas contraxit nuptias illi autem liberi sint legitimi quod forte ex alio legitimo matrimonio procreati sunt pena patris sui iuris fiant et paternas accipiant facultates: sic tamen ut patri suo alimonias prebere debeant et que necessaria sunt administrent. Hec autem omnia valeant post biennium quam constitutio hec fuerit intimata. nam intra biennium oīm illicitas nuptias si que contracte sint dissolvi constitutio iubet sine pena eorum qui illicitas nuptias contraxerunt: liberi autem qui ex huiusmodi matrimoniis sunt tres partes liberorum paternorum postquam quartam fisco sed si non gignati sint tales liberi: et alii liberi legitimi non sint. nam si legitimi sint tunc quidem quartam partem fiscus accipiat: cetera autem bona inter se legitimi liberi et hii qui ex illicito matrimonio nati sunt partiantur: tam ex testamento quam ab intestato. mulier autem que contra legem nupsit suam dotem accipiat: sed hec omnia intra biennium valeant. nam post biennium superiora percipere valebunt que in primo capite dicta sunt. nam si post biennium in illicitis nuptiis aliquid remanserit: penis in primo capite cunctis subiiciantur. Idem in dn̄is ut si ante biennium nuptias illicitas contraxerit. nam biennium illud prestita est qui contraxerunt contra legem matrimonium intra biennium separentur. quod si non fuerint separati sed perseveraverint in toto biennio penis primi capitis subiiciantur.

1) Iul. cap. 61. 2) Iul. cap. 110. 3) Iul. cap. 111.

Si [4]) quis cum muliere libera (fol. CXI b) consuetudinem habuerit cuius nuptie interdicte non sunt. Et liberos ab ea procreaverit: posteaque dotalia instrumenta composuerit: ei non solum iam nati liberi legitimi et in potestate sint eius sed etiam post procreati.

¶ *De mandatis principum alias de officio rectoris provincie. Rubri. Collatio tertia.*

Hec [5]) constitutio habeat inscriptionem mandata principis disponit autem quales esse oportet provinciarum presides et interdicit eis aliquid a subiectis quasi publicis annonis sufficientibus eis: nam et tributa exigere debent: ne forte fiscus diminutionem aliquam patiatur: oportet autem et causas privatorum cum equitate eas audire et viliores quidem dirimere sine scriptis: et non concedere litigatoribus ultra ea que constitutionibus continentur in iudicio expendere. Si autem tales sint litigatores sine aliqua expensa causas eorum agnoscere presidem oportet: sic enim hoc cum omni pietate fiat: nec facile in constantinopoli. civitate provinciales concurrant. Nam et si concurrerint cum per magistratus provinciales non steterit nullum responsum impetrabunt a principe. iubet autem constitutio et agentes in rebus et alios quosque qui a constanti. civitate iussiones maiorum iudicum impetrant prohiberi post se provinciarum presides iniuste conversari Si [6]) quis crimine illigatus iudicio presidis productus fuerit et ne aliquid de eo cognoscatur privilegio usus fuerit dignitatis vel militie: preses provincie non recipiat eum. qui enim privilegium ad removenda crimina pretendit a preside admitti non debet apparitores quoque presidem refrenare oportet et si iniuriose conversari voluerint non permittere: sed et consiliarium qui et omnes suos purissimos habeat ut eius tantum contenti sint que eis publicum sub administrat. Preses [7]) provincie fidem publicam non passim criminosis prestare debet: immo etiam si dederit usque ad. XXX. dies tantum fides publica debet valere: sed et condemnare eos debet qui in terminis sanctorum sunt et exequi eos: ita tamen ubi competentem honorem sanctorum terminis observet. Termini [8]) sanctorum non prosunt neque homicidis neque adulteris neque raptoribus virginum: sed et si quis tributa fisco debeant poterit intra sanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum ut tam yconomi quam defensores ecclesiarum ad hoc subveniant presidi et magis quam debitorem eripiant: nam si quid tale fecerint de substantia sua tributa fisco reddere compellantur. Profectiones [9]) presidum non oportet damnosas provincialibus esse: nam nec angaria presidi vel apparitori facere licet. Omnes enim omni (fol. CXII) no presides annonis suis contentos esse constitutio iubet. Non [10]) liceat presidibus provinciarum in eisdem provinciis quas ipsi gubernant vicarios suos constituere: sed nec militibus concessum est angarias a procincialibus petere vel quecunque detrimenta eis facere: sed si quid damni provinciales sentiant hoc preses eis resarcire

4) Iul. cap. 112. 5) Iul. cap. 68. 6) Iul. cap. 70. 7) Iul. cap. 71. 8) Iul. cap. 72. 9) Iul. cap. 74. 10) Iul. cap. 75.

compelletur. Si [1]) quis iussiones portaverit presidi de regionibus liceat eas contemnere. Nam si canonicum acciderit hoc preses cum metropolitano provincie disponere debet. Capitali [2]) crimine damnatorum bona non ad lucrum presidis referri: sed cognatis punitorum reddi oportet iniusta [3]) patrocinia tam prohibere quam continere preses provincie debet. Alienos [4]) colonos sine capite censitos nemo suscipere audeat: sed si susceperit statim reddat. Alioquin si non reddiderit terram desertam propter colonorum vel abscriptorum absentiam susceptoribus eorum irrogari equum est. Curare autem debet preses provincie ne quid tale contingat. Sed et si contigerit et si in aliam provinciam coloni vel ascripticii fugerint: per publicas literas reducere eos debet. Et hec solum indoctis presidiis obtinebit: sed etiam in privatorum possessionibus quarum forte aliqui curam habent sive quod conductores sint sive quod procuratores. Si [5]) quis alienis agris vel ergasteriis titulos inposuerit et nomen suum inscripserit publicatione bonorum puniatur unusquisque aut preses provincie postquam ad provinciam pervenerit convocare debet episcopos et clerum ac primates civitatis: et hec divina intimare mandata in metropolitana civitate sed etiam in aliis provinciis et municipiis: ita ut per apparitores insinuet sine omni onere municipalium. Nemo [6]) privatus audeat arma tenere vel gerere hoc enim solum in militibus concessum est: hii quoque qui propter seditionem a constantinopolitana civitate fugerunt teneri debent a provinciarum presidibus et custodiri. Nam referre de his presides oportet si de his sunt quos utpote seditiosi perscrutantur magistratus romani populi punire.

ℭ *De defensoribus civitatum.*

Nulli [7]) licentia sit defensori officium in civitatibus suis contemnere: alioquin. V. lib. auri ipse cohercebitur: ita tamen ut in opera civitatis. V. libre inpendantur et post pene solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogatur: nec etiam vilissimos homines sed ipsos magnos primates civitatis decet quamvis illustres sint: vel militare singulum vel prerogativas ex principalibus pragmaticis sanctionibus habeant creari autem defensores oportet per ordinem et sic unus ex ipsis primatibus quorum calculo crearetur: fiat ante cum sacramento nam iurare debet quod omnia secundum legem et iusticiam facturus sine dolo est: confirmetur ante per iussionem prefecti pretorii et habeant defensum honorem per biennium tantum: et non liceat presidi successorem ei dare sed prefecto pretori. Testamenta [8]) atque donationes apud defensores civitatis intimentur . . . . apud eos item precedat hoc enim preses prohibere non potuerit quamvis adversus eos . . . . . componatur: vel adversus homines cuius pacta autem componere defensor debet ad . . . . presidi (fol. CXII b) tam adversus voluntarias illationes differentes quam adversus seditiosos habeat ante ex presidali appanticipatione unum exceptorem et duos apparitores in pecuniarias causas eisque ad solidos trecentos. Si [9]) quis plus partierit causam apud presidem magis quam apud defensorem cognosci quod super: et si diffinitivam sententiam reperiatur quantitas fuisse intra trecentos solidos constituta petierit et ipsam quantitatem querens ei debere actionis sue dispedio puniatur defensor [10]) civitatis si sententiam diffinitivam protulerit et adversus eum provocatio pro recta sit apud presidem provincie disceptetur. Sin autem de pretoribus defensor fuerit: et vim antę passus et preses provincie neglexerit competentem ei vindictam irrogare: tunc relationem ad prefectum pretorii mittat et quod prefecto visum fuerit sequatur habeat ante scrinium unum publicum: ubi monumenta publica deponere: habeatque unum hominem qui eadem acta debeat observare defensores [11]) sine datione pecunie fiant quattuor enim aureos prestare debet in iudicio prefecto pretorii pro iussionibus quibus defensoris cautio confirmetur. Sin autem civitas minima sit et tres solidos tantum prestare debet. Sin autem publicam annonam habeat secundum veterem consuetudinem capiat eam sine aliquo obstaculo: et si in magnis civitatibus obnoxiū convincatur aliquid castigare eos defensores oportet.

ℭ *De lenonibus tollendis.*

Hec [12]) constitutionibus neminem lenonęm esse neque in urbe imperiali neque in provinciis hoc prohibere debent pretóres et presides ultimo enim supplicio subiiciantur qui contra constitutionis normam lenones esse ausi sunt. Omnia enim instrumenta et fideiussiones apud lenones interpositas vel a lenonibus contra bonos mores factas infirmas atque invalidas esse constitutio iubet.

ℭ *De triente et semisse.*

Omnes [13]) tam masculi quam femine descendentes si unum filium habeant tertiam partem sue substantie ei relinquant falcidie nomine eodem iure obtinente: et si duos vel tres vel. IV. liberos reliquerint: si autem ultra. IV. sunt dimidiam partem substantie sue paterne habetā: ut in hoc casu falcidia lex dimidiam partem contineat id est VI. uncias substantie defuncti. Nulla autem differentia est utrum ab institutione heredis aut fideicommissí datione legitima (fol. CXIII) pars liberis prestita sit: hec autem quod de filiis et filiabus diximus teneat et in omnibus descendentibus personis quibus scilicet de inofficioso agere permissum est. Curiales [14]) prioris id est procedere primi capitis ab observatione excepti sunt. LXI. enim liberis suis curialibus. IX. uncias substantie sue relinquere coguntur tres autem reliquas uncias in quas voluerint: personas transmittant: sed tamen ea lex iura de inofficioso testamento querele non negat. nam solam quantitatem falcidie lex dilatavit et auxit. Si quis [15]) liberos et uxorem habens in ultimis eulogiis suis iusserit totius substantie uxorem quidem usumfructum habere: liberos autem nudam proprietatem quid iuris sit et

1) Iul. cap. 76. 2) Iul. cap. 77. 3) Iul. cap. 78. 4) Iul. cap. 79. 5) Iul. cap. 80. 6) Iul. cap. 81. 7) Iul. cap. 103. 8) Iul. cap. 105.

9) Iul. cap. 106. 10) Iul. cap. 107. 11) Iul. cap. 108. 12) Iul. cap. 109. 13) Iul. cap. 114. 14) Iul. cap. 115. 15) Iul. cap. 116.

dicimus usque ad legitimam partem falcidie habituros liberos et etiam usumfructum proprietatis: reliquam autem ususfructus portionem uxori dandam: quia si nudam proprietatem sine usufructu solatio habeant liberi prohibet fame eos perire hoc autem quod diximus tam in patre defuncto quam in avo et proavo et omnibus superioribus personis eodem videlicet observando et si mater decedens marito usumfructum totius patrimonii sui reliquerit: et liberis suis nudam proprietatem idem in avia. Si quis [1]) nepotes ex filio reliquerit: et ex filia nepotes vel neptes pariter ad hereditatem avi defuncti ab intestato vocentur: et non minus tertia parte sicut antea capiant: sed integram portionem sequantur nepotes ex filia qualem nepotes accipiunt ex filio procreati. Item si avus decesserit nepotibus ex filio et neptibus ex filia derelictis omnes pariter ad hereditatem avie sue vocentur et omnino nulla sit differentia utrum omnes nepotes sint aut neptes et utrum ex filio aut ex filia procreati sint. Item si quis sine dotalibus instrumentis sola nuptiali affectione matrimonium contraxerit et liberos habuerit: postque prius matrimonium secundas nuptias cum alia muliere contraxerit et dotalia instrumenta ei fecerit et alios liberos habuerit omnes tam liberi ex priore matrimonio nati quam ex secundis nuptiis procreati pariter ad hereditatem vocentur quamvis primum matrimonium sine dotalibus instrumentis contractum est. Si [2]) quis neque liberos legitimos habens neque uxorem legibus cognitam decesserit et concubinam reliquerit ex qua filios naturales habuit: concubinam autem dicimus talem que libera constituta in domo defuncti erat usque ad mortem eius et si liberi naturales in domo eius ab ipso procreati sunt et nutriti. Si hoc igitur ita sit veniant simul tam ipsa concubina quam liberi eius naturales ab intestato in substantia defuncti non ut totam accipiant sed ut duas tamen uncias consequantur substantie defuncti patris et distribuantur inter eos et matrem: ita tamen (fol. CXIII b) ut mater unius liberi portionem accipiat et per capita divisio rerum fiat. Quod si concubina ante concubinatorem suum decesserit et filios naturales reliquerit nihilominus duas uncias filii naturales consequantur. hoc autem de ea concubina dicimus que sola erat domi defuncti concubinatoris. Alioquin si plures fuerint mulieres quas in concubinatu defunctus habebat. ex quibus et filios naturales habuerit nulla legitima dabitur neque concubinis neque liberis eorum ad successionem defuncti venire: quoniam meretrices magis quam concubine tales mulieres sunt: cum quibus passim defunctus dormiebat. Sed illam solam cum progenie sua ad hereditatem defuncti vocemus: que quodammodo uxorem legitimam imittatur. et nulla differentia est utrum naturales eius liberi masculi aut femine sint hoc autem in futurum tempus obtinere. Si [3]) quis pro filia sua dotem genero suo dederit vel propter nuptias donationem pro filio suo nurui prestiterit. postea quam ipse pater decesserit sive testatus sive intestatus et non specialiter expresserat ut nulla collatio fiat dotis et nuptias donationis. hoc igitur ita sint ut is qui succedere patri voluerit cogatur conferre dotem vel ante nuptias donationem. Si [4]) quis liberis suis res suas distribuere velit sive in testamento sive alia quadam voluntate. liceat quidem hoc facere: dum tamen distributionem confirmet sua subscriptione. Quod si ipse subscribere nolit: faciat liberos suos scribere inter quos rerum distributio fit. Quod si non ita fecerit liberi eius omnes ita substantiam eius parciantur inter se ac si sine ulla distributionis voluntate parens eorum decessisset. Si [5]) quis probatam manu sua scriptam scriptutam negaverit et dixerit talem scripturam suam non ésse et postea actor probationibus vexetur et aliis difficultatibus vel si litteram suam non negaverit dixerit autem pecuniam sibi numeratam a creditore non esse: in utroque casu si convictus sit in duplo debitam pecuniam actori prestet. Quod si iudex contra presentem legem iudicaverit ipse penam actori reddat. hec autem ita se habeant nisi forte actor probationibus deficiens sacramentum reo retulerit. tunc enim si reus sacramentum dare noluerit sed veritatem confessus fuerit dupli penam evitabit: quod si longiore tempore extenso litigio ad sacramentum actor recurrerit: posteaque reus ad sacramenti timorem veritatem confessus fuerit dupli quidem penam evitabit: cogatur autem omnes im- (fol. CXIV) pensas quas actor propter improbitatem eius fecerit sacramento actoris prestare. Si quis dixerit sibi nullam adnumeratam esse pecuniam. postea autem confessus sit et dixerit se etiam particulares solutiones solvisse. quamvis revera solverit ac tamen integram sortem exsolvat. Sed et si reus litteras actoris protulerit easque suas actor omne negaverit et pena reus veritatem probare potuerit cogatur actor non solum illud imputare reo quod litteris declaratur: sed et alterum tantum persolvat pene nomine mendacii sui: et in hoc casu sacramenti ratio habeatur tam in actoris quam in rei persona. Quod [6]) si litigium per tutores vel curatores ventiletur pone enim principales personas impuberes esse vel adolescentes tunc exactio pene propter improbam negationem adversus ipsos tutores vel curatores competat. hec autem constitutio nullam facit innovationem in legibus qui duplum vel quadruplum in quibusdam casibus exigi precipiunt. Si [7]) quis rerum detentor in rem actione ab aliquo conventus dixerit actorem rerum dominium non esse actor autem probaverit suum dominium esse: et probationibus convictus reus postea dicat ypothecarum titulo vel alio quodam iure ad se res pertinere tali pene subiiciatur ut ad hoc lite in suspenso constituta res ad actorem transferatur: et post translatam possessionem tunc si quis putaverit actiones competere eas moveat is qui transposuit. Hic [8]) constitutio suas quidem iure retrorsum non cedit nec obtinebit in eis que ante ipsius tempora contingerunt ac tamen habeat in maritis et uxoribus quique ante omnino testati non sunt vel non iure testati fuerunt vel quantum pertinet ad eandem constitutionem intestati decesserint. Si [9]) quis neque legitimam uxorem habens neque liberos legibus cognitos ancillam: aut suam concubinam habuerit et liberos ex ea susceperit postea-

1) Iul. cap. 117. 2) Iul cap. 118. 3) Iul. cap 119.

4) Iul. cap. 120. 5) Iul. cap. 121. 6) Iul. cap. 122. 7) Iul. cap. 123. 8) Iul. cap. 131. 9) Iul. cap. 124.

que eam cum liberis suis manumiserit et ius anulorum aureorum eis impetraverit. et natalibus eos restituerit. instrumentaque dotalia conscripserit postea quamvis nullos habuerit filios tamen et uxor legitima sit et liberi ante dotalia instrumenta nati tam legitimi quam in potestate patris sui naturalis efficiuntur et successionem eius ab intestato capiant.

ℂ *De nuptiis. Collatio IV.*

Sunt [1]) quidem iuste cause que bona gratia sine repudio matrimonium dissolvunt. et est prima causa Si maritus vel mulier solitariam vitam elegerit. ita tamen ut si vir monachus factus fuerit. unde meretur ex donatione propter nuptias sibi data mulier quantum mariti morte lucri cepisset. Idem dicimus et si mulier in monasterio introierit maritus tantum ex dote lucrabitur quantum lucri cepisset si uxor eius mortua fuisset: sed si quis non potuerit cum uxore sua misceri forte enim frigide nature est triennio transacto quod numerabitur. scilicet ex eo tempore quo copulati sunt quod si non potuerit in toto triennio cum muliere sua misceri et sine repudio matrimonium dissolvatur. Sed et si vir vel uxor in captivitate fuerit sine (fol. CXIV b) repudio matrimonium dissolvitur sub ea tamen diffinitione ut si quidem inspexit maritum reverti vel uxorem ea persona que in civitate est non audeat ad secundas nuptias pervenire alioquin et maritus ante nuptias quidem donationem amittat uxoris autem temeritas dotis amissione puniatur. Quod si incertum sit utrum ab hostibus capta persona vivat an non. tunc ea persona que in civitate expectat eum quinquennium expectet quo transacto licebit marito uxorem ducere et mulieri ad secundas nuptias migrare. Alio quoque modo bona gratia dissolvuntur matrimonia veluti si vir vel mulier ex sententia iudiciali in servitutem reducantur forte enim libertini constituti ingrati erga suum patronum extiterunt sed in hoc casu tantum lucrari oportet eam personam que in suo statu perduravit quantum lucrari potuisset si ea persona que in servitutem redacta est decessisset. Si [2]) quis per errorem duxerit uxorem ancillam liberam eam putans vel ex contrario si libera mulier servo per errorem coniuncta sit: posteaque veritas reperta fuerit: dicendum est omnino nuptias non constitisse quia inter liberum eum et ancillam vel servum et liberam mulierem nuptie contrahi non possunt. Quod si per callidatem et conniventiam domini servus vel ancilla matrimonium contraxerit cum libera persona forte enim dominus ancillam suam non liberam viro inscio coniunxit et dotem pro ea prestiterit ut propter nuptias donationem lucretur totam vel pro parte. Si quid igitur tale contigerit ipsa donatione dotis et ancilla libera fiat et nuptie consistant nulla lege quantum pertinet ad servitutem unius matrimonii concutiente. Si autem dominus specialiter quidem nuptiis ancille sue vel servi consenserit sciens autem quid agitur et non prohibuerit forte enim. ideo hoc facit ut postea negocium moveat homini libero qui ancillam eius duxerit uxorem: vel ingenue mulieri qui servo eius nupta est. Si quid igitur tale evenerit. licet specialiter dominus non consenserit ac cum sciverit non prohibuerit et nuptie integre iure consistant: et de servili conditione persona eripiatur ad ingenuitatem illo videlicet aperto quod liberi qui ex huius nuptiis procreati fuerint tam genui quam legitimi sint. Si quis [3]) servum suum egrotum vel ancillam morbosam contempserit et nullam curam eis fecerit necesse est eos liberos esse servus. nam per titulum pro derelicto contemptus a domino suo in libertate eripiatur eodem iure et ancilla obtinente ideoque nuptie legitime inter eos contrahi non (fol. CXV) possunt: et iste quidem cause sunt per quas bona gratia matrimonia dissolvuntur. his autem connumerari debet etiam in expeditione degentis mariti militis dissolutio de qua dicendum est competenti tempore in quo etiam causas subtilius repudii dicturi sumus. Illud [4]) certum est quod in his causis ex quibus matrimonium solvitur si velit mulier postea nubere. annum prius expectare debet propter sanguinis confusionem. Alienus [5]) ascripticius liberam mulierem non ducat uxorem: neque sciente neque consentiente domino. Quod si tale aliquid ausus fuerit facere. liceat domino retrahere cum modica castigatione sive per se sive per magistratus. et copulatam sibi mulierem disiungere tales enim nuptie neque nuptie sunt. neque dos ulla est nec datio propter nuptias intelligitur. Si [6]) quis sine dotalibus instrumentis affectione maritali uxorem duxerit non audeat sine causa legibus cognita repudium ei mittere. alioquin quartam partem sue terre decepte mulieri prestet. hec autem quarta pars talem distinctionem recipiat. nam si quidem quadringentarum librarum auri facultatem maritus habeat vel minus quartam partem omnimodo substantie sue decepte mulieri prestet. id est centum libras: vel minus si minores habeat facultates. Quod si tantas habeat opes ut etiam quadringentarum librarum auri summam excedat: tunc. C. tantummodo auri libras ei maritus prestet. sed si quidem per maritum steterit quo minus matrimonium consistat. et si causa repudium miserit et in hoc casu soluto matrimonio annum expectet mulier posteaque sine impedimento ad secundas transeat nuptias. Quod si per mulierem steterit quo magis matrimonium dissolvatur quinque annos expectet et his transactis ad secundas nuptias migret si velit. Si [7]) filiusfamilias uxorem duxerit non habeat legitimam uxori sue repudium mittere sine paterno consensu. Idem dicimus et in filiafamilias uxore. nam nec ei repudium mittere sine paterno consensu marito suo permittimus. alioquin dotem vel propter nuptias donatione quam dotem pater suscepit non compellere reddere. Si [8]) morte mariti vel uxoris matrimonium solutum fuerit superstes persona dotem vel donationem propter nuptias secundum pactionem factam lucretur. ita tamen ut dispares pactiones non sint. Non enim admittimus tales conventiones que marito quidem dimidiam partem dotis moriente muliere prestent: uxori autem (fol. CXV b) tertiam partem propter nuptias donationis moriente marito exequari etiam pactiones ex utraque parte decet. ideoque superfluum

1) Iul. cap. 132. 2) Iul. cap. 133.

3) Iul. cap. 134. 4) Iul. cap. 135. 5) Iul. cap. 136. 6) Iul. cap. 137. 7) Iul. cap. 138. 8) Iul. cap. 139.

unius portionis tollimus ut etiam in persona mariti tertia pars dotis expectetur. exequationem etiam partium ita fieri constitutio iubet. ut maior pars et diminuto superfluo ad minoris partis quantitatem concurrat. Si quid tamen lucratus fuerit ex dote maritus muliere mortua. vel si mulier lucretur ex donatione propter nuptias mortuo marito hoc habeat pleno iure. et habeat potestatem quo voluerit modo eadem dispositione sive per legatorum titulum sive alia quacunque alienatione. Si autem decedens eas res non alienaverit vel omnes vel quasdam ex eis maneant apud liberos precipuioris vite sive scripti fuerint heredes ab ea persona que tale lucrum senserit sive non. nisi forte ingrati circa eam existerit liberi [1]) eius qui lucri aliquid ceperit: quamvis tales res non alienaverit specialiter sive inter vivos sive in testamento. attamen heredes eius easdem res non capiant ex diversis videlicet modis omnibus liberis. illud autem certum est quod si filii sint et ex ante filiis defunctis nepotes pariter cum suis patruis sive avunculis in eundem honorem perveniant: hoc autem non solum in dote et in donatione propter nuptias teneat: sed et in illis matrimoniis que sine dotibus consistunt: in quibus quartam partem substantie maritus vel uxor lese persone compellitur dare secundum factam divisionem. Si [2]) enim ingrati circa eam personam extiterint liberi qui aliquid interceperint: quamvis tales res non alienaverit specialiter sive inter vivos sive in testamento suo ac cum heredes eius easdem res capiant: exclusis videlicet modis omnibus liberis: illud certum est quod si filii sint. et ante defunctis filiis nepotes pariter cum suis paternis sive avunculis in eodem honore perveniant. Si tamen sui patris hereditatem amplexus hoc ante solum in dote et donatione propter nuptias. Si [3]) mulier post mortem mariti necdum annali spacio completo ad secundas pervenerit nuptias: omni quidem modo inter infames erit. Sed si quidem liberos ex priore matrimonio non habeat infamiam quidem solvere poterit si preces imperatori porrexerit. et dominio principis nutu priori opinioni restituta fuerit. res autem a priori marito sibi relictas nullo modo lucrabitur sed. X. personis res eo modo accrescunt. id est usque ad secundum gradum in superioribus et inferioribus. et ex latere venientibus de nullatione facta eodemque mo- (fol. CXVI) do. X. personis collectis. Sunt autem hee pater mater avus avia filius filia nepos neptis frater soror. his autem personis non apparentibus ea que a priore marito tali uxori relicta sunt iuribus fisci vendicentur. Sed neque propter nuptias donatione potiri conceditur quamvis pactionum tenor declaraverit. sed nec copulato sibi secundo marito ante annale tempus poterit dotem dare ultra tertiam partem sue substantie. Sed neque ab aliquo extraneo capere aliquid per ultimam voluntatem permittitur. omne enim cum alio non habet testificationem ideoque nec hereditatem sibi relictam. neque legatum neque fideicommissum mortis causa donationem capere poterit. Sed ea que sunt relicta sive legata sive fideicommissa sive hereditatis datio coheredibus eius remaneant. Sin autem ipsa sola heres scripta est. ad eos bona defuncti perveniant: quos ab intestato leges vocant. hec de his que ex testamento tali mulieri reliquerit. Nam si ab intestato ad agnatorum suorum hereditatem vocentur: non omnibus succedere poterit: sed usque ad tertium gradum tantum ab intestato hereditatem capiat. ulterioris autem gradus cognatis omnino non succedat. Si autem liberos habet et non expectaverit anni spacium. sed ad secundas properaverit nuptias. et hec quidem erit infamis. Sed tamen nec principis indulgentia priori restituetur fame nisi liberis ex priori matrimonio natis dimidiam partem substantie sue donaverit pure. et sine ulla conditione. ita ut nec usumfructum sibi retineat. sed ab eo tempore ex quo secundum matrimonium contraxerit simpliciter dimidiam partem suarum facultatum eis donet. hoc enim facto et principali rescripto secuto pristinam famam sibi renovabit. inter eos autem liberos quibus dimidiam partem bonorum suorum donaverit. res donate ex equa portione distribuantur. et siquidem filii sint in capita dividantur res eis donate. Si autem nepotes sint in patris sui portionem ut videantur quodammodo in stirpem succedere. et siquidem omnes liberi intestati decesserint hereditas eorum ad matrem perveniat. proculdubio dimidiam partem bonorum suorum quam semel dedit iterum recepturam. Quod si testamento facto decesserint necesse est res quas derelinquerint ad scriptos eorum successores pervenire. Si mulier [4]) post priores nuptias repudio vel morte mariti solutas ad secundas migraverit nuptias (fol. CXVI b) anno. scilicet completo legitimo nullos habeat liberos: res quas sibi derelictas a priore matrimonio pleno iure possidebit non solum iure usufructus sed et rerum dominio. Quod si liberos ex priore matrimonio habens ad secundas nuptias venerit donatione. deinde omnia que alia liberalitate ad eam pervenerit sive inter vivos sive in ultima voluntate ei maritus quispiam dederit vel dereliquerit institutiones nomine vel legati vel fideicommissi causa hec autem quod diximus carere eam omnibus que ex substantia mariti ad eam pervenerint intelligendum est quantum ad rerum dominium. usufructus enim earum rerum ipsi mulieri permaneat proprietate. scilicet eo tempore liberis competente quo secundas nuptias mater eorum contraxerit. Si autem illa decesserit etiam usufructus ei acquiescat. et hec omnia iura communiter locum habeant tam in uxoris persona quam mariti si forte ipsa secundas contraxerit nuptias nulla discretione habita utrum dotem vel propter nuptias donationem ipsi pro se dederint an alius magis pro eis. Adeo [5]) autem rerum predictarum post secundas nuptias patris vel matris liberis ex priori matrimonio dominium competit ut non possit pater vel mater eorum res easdem firmiter alienare vel ypothece titulo obligare quoniam ius utendi fruendi tantummodo parenti concessum est: sed clementer res temperabitur ut statim quidem liberi non possint suos parentes vocare si alienare voluerint: sed post obitum eorum eas vendicabunt sine ullo obstaculo et non solum ipsi sed et heredes eorum res distractas vel pignoratas vendicabunt: et non solum adversus emptores vel creditores sed

1) Iul. cap. 140. 2) Iul. cap. 140 bis. 3) Iul. cap. 141.

4) Iul. cap. 142. 5) Iul. cap. 143.

etiam successores eorum in rem actio movebitur nulla prescriptione temporali exclusi sint nisi forte. XXX. annorum curriculam transacta sint que computari oportet ex tempore quo liberi sue potestatis effecti fuerint: excepta videlicet pupillari etate quia impuberibus nulla temporis computatio occurrit. Nullam [1]) post hoc habeat electionem pater vel mater ad secundas veniens nuptias et res predictas si voluerit liberorum suorum adiicere sed ad omnes liberos huius res veniant in capita distribuende nisi forte nepotes ex filio vel filia preponantur: hii enim in stirpem vocantur et patris sui vel matris portionem accipiunt: illud quod supradiximus ut in talibus rebus alienatio a parentibus facta non irrita sit non sine distinctio (fol. CXVII) ne teneatur sed interdum pro parte valeat. id est pro ea quam casus ille fecit qui extat nullis liberis superstitibus pro rata. scilicet hoc autem dico tale est quedam mulier nupsit et pepigit cum marito suo ut soluto matrimonio si liberi superstites fuerunt totam propter nuptias donationem. Si nulli liberi superstites fuerint tertiam partem habeat mulier ecce et in hoc casu si dirupto priore matrimonio secundas nuptias contraxerit mulier tribus liberis superstitibus et unus ex eis decesserit partem tertiam insuper pleno iure possidebit et alienare poterit firmiter quantum mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione que illo casu continetur qui locum habet si liberi superstites non sunt. id est non tertiam particulam tertie partis mater lucretur eamque firmiter alienare possit. in ceteris autem portiunculis inutilis fit alienatio. quod si contigerit omnes liberos mori sine liberis necesse est totam portionem tertiam partem matrem habere quam habuisset ab initio si liberis nullis superstitibus priores nuptie solute fuissent. Ex his igitur illud apparet quod alienatio a parente facta interim in suspenso est et post pro parte autem in suspenso esse ut si omnes liberi moriantur tota portio tertia firmiter alienata esse videatur. Illud indubitatum est quod filius ingratus circa parentes ostensus his portionibus excludendus erit. in hoc tantummodo casu ius electionis parenti conceditur ingratum autem intelligere debemus eum qui patrem aut circa matrem ingratus probatur vel omnino qui circa eum ingratus est qui ultimus decesserit. Pater [2]) vel mater qui queve ad secundas nuptias migraverit non habeat legitimam sive inter vivos sive in ultima voluntate ullam conferre in novercam filiorum suorum vel vitricum ultra eam partem que ad unumquemque liberorum suorum ex substantia eius pervenerit. ideoque si unus filium habeat dimidiam partem vitrico vel noverce prestet. Si autem duos filios habeat tertiam partem tantummodo noverce bonorum suorum vel vitrico liceat ei prestare. quod si tres habeat filios quartam partem si velit det regulariter tantum liceat ei noverce vel vitrico dare quantum singuli liberi habent. Sed et si in testamento facultates suas dividere parens voluerit et noverce vel vitrico quippiam donare voluerit legati vel fideicommissi nomine pariter substantiam suam distribuat ut victricus vel noverca unius liberi portionem habeat. hoc si liberis suis: non ex dispartibus: partibus (fol. CXVII b) facultates suas parentes divisissent. nam si dispares portiones eis prestiterint necesse est novercam vel victricum illi filio comparari qui in minimam portionem acceperit. ita tamen ut unusquisque liberorum non minus falcidia lege habeat nisi forte appareat ingratus. Id autem quod diximus de patre et matre teneat in avo et avia et non solum in filio filiave sed etiam in nepote et nepte. Sed [3]) est quesitum multotiens in iudiciis quo tempore computationem patrimoniorum parentis debeamus facere utrum eo quo dotem vel ante nuptias donationem vel aliam qualem vis liberalitatem assumpsit vel dedit victrico vel noverce an magis illud tempus quo parens mortuus est ut secundum patrimonii quantitatem quod postea inventum fuerit. ita divisio fiat inter liberos ex priore matrimonio natos et novercam vel vitricum. ita si quid noverce vel victrico datum fuerit vel relictum hoc reddat ac liberis qui ex priore matrimonio nati sunt detur et pariter inter eos distribuatur. Si autem ex secundo matrimonio liberos reliquerit id quod de sua substantia plus dedit irritum factum inter ex priore matrimonio et ex secundo natos liberos dividatur. Illud autem certum est quod ex priore et secundo et tertio matrimonio liberi singuli sue matris dotem vel propter nuptias donationem patris proprium accipiant et qualiter omnimodo dividatur sive ad alias venerit nuptias pater vel mater sive non. Si [4]) autem legatum defuncta persona superstiti parenti reliquerit deinde superstitem noluerit ad alias nuptias venire liceat ei suo legatum possidere et alienare sive inter vivos sive in ultima voluntate et liceat ei eo quo voluerit modo disponere. Omnia [5]) autem que diximus de lucro dotis aut propter nuptias donationes ex morte mariti vel uxoris ad alterutram personam provenientis trahenda sunt: et ad ea lucra que per repudium matrimonio soluto ad utramque partem perveniant idem iuris est et si bona gratia nuptie sint disiuncte liberis enim res lucro cedentes servabuntur. idem dicimus etiam de eo lucro quod mulieribus prestari necesse est sine dotibus nuptis: quartam etiam partem qua ex facultatibus mariti acceperint liberis suis servare coguntur. Libera [6]) licentia sit tam augere dotem quam et diminuere dotem vel propter nuptias donationem etiam constante matrimonio quod in primis quidem nuptiis sine distinctione verum est: in secundis autem nuptiis quidem ex priore (fol. CXVIII) matrimonio liberis existentibus diminuere dotem vel ante nuptias donationem non licebit quamvis augere eas non est prohibitum. Si autem nulli extant liberi ex priore matrimonio et tunc augere et diminuere dotem propter nuptiarum donationem sine ullo obstaculo licet. Si quis [7]) in ultimis suis eulogiis usumfructum uxori sue reliquerit: sive mortis causa donaverit: vel vivus usumfructum ei concesserit: posteaque ad secundas nuptias uxor migraverit non statim ei perdat usumfructum sed habeat eum integrum mulier quoad vixerit. post mortem autem eius redeat usufructus ad suam proprietatem. Hec autem ita sunt nisi specialiter maritus qui donavit usumfructum sub hac conditione dederit ut si mulier ad secundas pervene-

1) Iul. cap. 144. 2) Iul. cap. 145.

3) Iul. cap. 146. 4) Iul. cap. 147. 5) Iul. cap. 148. 6) Iul. cap. 149. 7) Iul. cap. 150.

rit nuptias usufructus extinguatur. idemque dicimus et si mulier usufructum marito suo legaverit vel in ultima voluntate reliquerit: sed hoc de iure utendi fruendi quod per libertatem alteri ab altero datum est. Si [1]) autem usufructus dotis causa vel propter nuptias donationis gratia datus sit: tunc vera iura illicita maneant id est. ut apud maritem vel mulierem sit nisi contrarium in suo testamento persona decedens expressit. Quodque [2]) filius aut filia acquisierit ex materna linea sive ex causa nuptiali vel qualitercumque huius rei usumfructum omni modo pater habeat quamvis contraxerit nuptias secundas. loquitur autem de liberis qui in potestate parentum sunt: exceptis videlicet castrensibus peculiis. ea enim sine aliqua distinctione parentibus non acquiruntur neque quo ad proprietatem pertinet: neque quo ad usumfructum spectat: sed sint pleno iure liberorum quamvis in potestate parentum fuerint. Si [3]) mulier liberis suis res quasdam donaverit. posteaque ad secundas pervenerit nuptias: et ingratitudinis velamento donationem semel a se factam revocare maluerit: nullo modo hoc poterit facere: nisi specialiter probaverit vel quod eius vite insidiatus est: vel quod manus ei impias intulerit: vel quod tales insidias comminaverit ut facultatibus suis privetur. Mulier [4]) que ad secundas migraverit nuptias privilegiis et dignitatibus non utatur prioris mariti. Si [5]) libera mulier patrono suo copulata nuptiis quidem eius ipsa renunciaverit. ad secundum autem matrimonium migrare voluerit id facere invito patrono non poterit. alioquin si contra voluntatem eius nupserit non sunt nuptie sed ut meretrix coniuncta esse videtur. Constante [6]) adhuc matrimonio dotem maritus uxori sue non facile compellitur solvere: nisi sit tamen legibus cognita. (fol. CXVIII b) alioquin si temere dotem uxori sue maritus solverit donasse ei videtur: et ideo mortua muliere dotem reddere heredes eius marito debent cum fructibus. scilicet qui medio tempore nati sunt et non solum ipsi marito sed etiam heredibus eius ideoque et lucra dotium sic tractantur quasi non essent reddite ut et pacta dotalia conserventur. et si secundas nuptias maritus contraxerit filiis suis ex priore matrimonio natis quas res lucratus est custodiat. Si [7]) mulier liberorum suorum tutelam administraverit et post inchoatam administrationem ad secundas migrare voluerit nuptias prius filiis suis impuberibus tutorem petere debet eique rationem administrationis sue reddere et post redditam rationem si debitrix appareat debitum persolvere debet: deinde si velit ad matrimonium secundum pervenire. Si autem hac observatione contempta secundas contraxerit nuptias non res solum ipsius. id est matris liberis eius hypothece titulo supponantur sed etiam res vitrici ex presentis constitutionis auctoritate et si filii impuberes moriantur successionem eorum mater lucrari non speret sive ab intestato ei deferatur eorum successio sive ex testamento quo forte pater eis pupillari modo matrem substituit et non solum tales penas patiatur sed etiam illas que de his mulieribus dicte sunt quas probatum fuerit antequam legitimum tempus. id est annale spacium praetereat ad secundas nuptias properasse ut sint infames. et alias penas substineant quas supra exposuimus. Solvi autem pene possunt principales indulgentia remiserit eas secundum iam traditam observationem dimidia pars bonorum matris liberis donata fuerit: ut nec usufructus rerum matri concedatur eorum. idem autem dicimus et si naturalium liberorum mater tutelam administrans ad secundas convolaverit nuptias eaque custodire oportet in provinciis quidem cura et sollicitudine tam prefate urbis quam prefecti pretorii. Si [8]) pater iussus vel rogatus fuerit legatum aut fideicommissum filio suo sub conditione prestare non aliter legatorum servandorum causa satisdare cogatur: nisi secundas contraxerit nuptias. Clericus [9]) qui supra cantores et lectores erit veluti subdiaconus vel diaconus nullas nuptias contrahere audeant: alioquin sacerdotio cadat lector quoque si secundas contraxerit nuptias ad omnem gradum ecclesiastici ordinis prohibeatur ascendere laicus etiam si appareat uxori coniunctus esse que alium maritum habuerit aut si non (fol. CXIX) iure coniunctus sit aut si ipse aliam uxorem habuit neque subdiaconus neque diaconus neque presbyter fieri potest. nam et si clandestinis artibus ad consecrationem irrepserit. Si [10]) quis decedens reliquerit uxori sue legatum sub hoc modo ut ad secundas nuptias non perveniat. vel si mulier marito suo legatum reliquerit ut secundum ille non contrahat matrimonium correcta lege iulia miscella. prestetur legatum sub observatione huius ut in primo anno quidem legatum non exigatur nisi forte legatarius ad sacerdotium pervenit ut nulla nuptiarum spes. scilicet anno etiam primo transacto si quidem res legata immobilis sit sub cautione tamen iuratoria et obligatione bonorum suorum quod secundis ab eo contractis nuptiis rem qualem accepit restituat cum fructibus medio tempore natis. Si autem res legata mobilis fuerit simili cautione et obligatione bonorum suorum legatam rem sibi capiat ita ut secundis nuptiis contractis res qualis data est reddatur vel diminutio eius restituatur. Si autem pecunia numerata legata sit cum usuris suis reddatur que legatario solute sunt ab his quibus pecuniam mutuavit sacramento prius ab eo prestito quod nec ex usuris sibi solutis celabit. quod si non mutuaverit quidem pecuniam ad usuram sed ad usum suum convertit: usuram tertie centesime det hoc si locuplex fuerit legatarius vel legataria. Si autem minus solvendo fuerit fideiussorem dare cogatur. quod si nec fideiussorem dare possit sub cautione iuratoria et obligatione suorum bonorum res ei prestetur statim autem ut ad secundas nuptias pervenerit res legati nomine date vendicentur apud qualem personam invente fuerint sive mobiles sive immobiles omni modo vendicatio rerum ita fiat quasi alienatio eorum ab initio facta non esset. Sin autem numerata pecunia legata sit et legatarius fideiussores non habuerit neque idoneus sit tunc ille a quo legatum ei relictum est tertiam centesime nomine usurarum prestet ei donec ad secundas pervenerit nuptias vel sacerdotio fuerit consecratus ut nulla spes supersit nuptiarum vel mortuus fuerit legatarius. hoc autem si quidam

1) Iul. cap. 151. 2) Iul. cap. 152. 3) Iul. cap. 153. 4) Iul. cap. 154. 5) Iul. cap. 155. 6) Iul. cap. 156. 7) Iul. cap. 157.

8) Iul. cap. 158. 9) Iul. cap. 159. 10) Iul. cap. 160.

legitimas contraxerit nuptias secundas reddat quas accepit usuras. Sin autem ad sacerdotium venerit vel mortuus sit capiat aut ipse forsan aut heredes eius. Hec autem omnia servari decet et si non maritus uxori aut uxor marito sed extraneus quicumque sub eadem conditione legatum reliquerit. Nam et hec (fol. CXIX b) eadem teneant que in marito diximus et uxore nec ante facta cautio detur. Si quidem institutio particularis sit coheredibus. Si autem legatum vel fideicommissum heredibus vel substitutis ex his nemine autem ex his apparente: his cautio prestetur qui ab intestato ad successionem defuncti vocantur: nisi forte specialiter testator talem cautionem dari prohibuerit. Nam et in hoc casu voluntatem eius custodiri equum est. Si [1]) filius decedens in testamento suo heredem matrem instituerit sic eius institutio habeatur quasi quivis alius extraneus defuncto heres in testamento scriptum esset ideoque omnia que filius reliquit ad matrem perveniant nulla distinctione habita utrum res quas filius dereliquit ex paterna substantia ad eum devoluntate sint: an non utraque res ad filium pervenerint transmittantur ad matrem nullaque questio eidem matri ab aliis suis fratribus defuncti moveatur: quia et si alius extraneus defuncto filio heres institutus esset solus omnes res testatoris accepisset: hoc si mater in testamento a filio suo heres instituta est nulla habita differentia utrum ad secundas migraverit nuptias an non. Sin autem intestatus filius defunctus est et mater vel iam ad secundas migraverit nuptias vel postea migraverit vocetur quidem ipsa cum fratribus defuncti filii sui ad successionem eius sed earum quidem rerum que ex paterna linea ad filium defunctum pervenerint tantum usufructum habeat mater si secundas nuptias contraxerit. Sin autem res ex alia causa filio defuncto acquisita sunt: tunc hisdem rebus equali portione cum fratribus defuncti filii sui succedat: et non solum ius utendi fruendi sed etiam et per proprietatem in hiisdem habeat rebus: excepta propter nuptias donatione. Ea enim in suis finibus regionibusque et nullam innovationem ab hac constitutione patitur: sed in hoc toto iure capite ingratitudinis ratio est habenda non solum ad matrem sed etiam ad fratres: cause autem ingratitudinis in alia inferiori constitutione exponantur illud autem certum est quod hic caput constitutionis ad futuros casus non ad preteritos pertinet. Liceat [2]) matri in his rebus que non ex paterna linea ad filium suum pervenerint defunctum: quo voluerit modo disponere: et testari: et alienare: si heres ei extiterit. Quod si res permixte fuerint tam ex paterna linea quam ex diversis aliis causis acquisite veluti ex testamento et donatione et legato vel alio huiusmodi casu. Earum quidem ex paterna linea filio defuncto obvenientium habeat usumfructum alienarum autem rerum pleno iure habeat proprietatem. hoc autem caput constitutionis non solum et in futuris casibus: sed etiam in (fol. CXX) futuris negociis locum habet nisi forsan vel iudiciali sententia vel amicabili compositione sopita sint. Studeant autem parentes suos filios tam ex prioribus natos quam ex secundis nuptiis procreatos ex equis partibus heredes scribere: nisi forte quidam inter eos ingrati appareant. hoc autem magis persuadentes quam legi necessitatem imponentes dicimus causas [3]) autem repudii in ista constitutione propositas ideo non diximus quam ferre constitutio: sed capud plenissime invenitur.

1) Iul. cap. 161. 2) Iul. cap. 162.

❡ *De appellationibus et intra que tempora debeat appellari.*

Omnis [4]) provocatio sive per se sive per procuratorem vel per defensorem: vel tutorem vel quempiam provocare intra. X. dies porrigatur: quos connumerari constitutio precipit ex eo die quo diffinitiva sententia recitata est si [5]) consultatione pretor vel princeps occupatus non possit senatum ad hoc ipsum colligere. Allegationes litigatorum maneant in eadem figura: et nullum preiudicium patiantur quamvis tempus translatum sit: videlicet eo donec princeps vacationem agens senatores in unum convocaverit.

❡ *Nullus mutuans agricole teneat eius terram.*

Si [6]) quis rustico mutuaverit: terram eius in pignus accipere non audeat: usuram autem sumere equum est: si quidem aridos fructus mutuaverit octavam. Si autem solidos siliquam una pro singulo aureo annuam capiat: donec. scilicet totum quod debetur fuerit a debitore solutum.

❡ *Nullum credentem agricole tenere etc.*

Nulli [7]) liceat mutuanti agricole terram ipsius tenere: sed quantum usure sunt accipiat: rem duram atque inhumanam et avaricie plenam lege hac sanare et communem omnibus deponere medicinam: non tantum in presenti necessario tempore: sed in omni evo futuro: venit autem ad nostras piissimas aures quosdam in misia secunda viros: et necessitate temporum captata quosdam feneraticios fecisse contractus: et ipsi creditores propter parvum fructum quem dabant: terras colonorum fuge latebras petiisse: alios fame esse necatos et tristissimam pestem homines invasisse incursione barbarica non minorem. Sancimus itaque omnes huiusmodi creditores quantumcumque modii: vel tritici: vel ordei dederint hoc reddito in presenti cum parte octava in singulo modio in unoquoque (fol. CXX b) anno prestanda: terrulas colonis restituere nemine penitus eorum aliquo audente terrulas detinere sub occasione feneraticie cautionis sive scriptis sive sine scriptis credita sunt. Si autem pecunias dederit nihil amplius quam siliquam pro singulo solido in anno prestare: et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus ex presenti quidem tempore initium accipientem in omne autem evum modis omnibus observandam: ut si quis fuerit qui vel triticum vel ordeum feneratur: vel alios aridos fructus creditores tam quod dederunt accipiant: quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis vel siliquam pro singulo solido: et secundum hunc modum in quantum fenus permansit percipientes sive terrulas sive aliud pignus acceperint: boves forte vel pecora vel

3) Iul. cap. 163. 4) Iul. cap. 89. 5) Iul. cap. 90. 6) Iul. cap. 113. 7) Nov. 34. Vid. cap. 113 Iul., not. super.

mancipia hec reddere: et hanc legem communem esse omnibus humanitate et pietate gaudentem: et omnibus egenis consulentem et creditoribus mediocre solatium afferentem. Ea igitur que a nobis statuta sunt claritas tua in omnes provincias que nostro moderamine gubernantur observari festinet. Scituris omnibus creditoribus quod si forte aliquid preter hoc commiserint et actione cadent. et ille cui penitus ablatum est habebit solatium ut ipse quidem securus degat avarum autem creditorem videat in suis iacturam pecuniis patientem.

¶ *De restitutionibus et ea que parit in undecimo mense.*

Si [1]) quis unum ex liberis suis heredem instituerit. id est filium filiamve: nepotem neptemve: et deinceps: sive quosdam ex ipsis sive omnes simul et rogaverit eos ut tempore quo moriantur: vel postquam mortui fuerint aliis restituant hereditatem: primum quidem unicuique eorum modus legis falcidie deducatur: et si supponatur fideicommissario restituat integras. Ita tamen ut si propter nuptias donationem uxori vel dotem marito dare maluerit persona fideicommissario supposita: et reliquas tamen fideicommissario cogatur restituere: hec autem constitutio non habet locum in preteritis substitutionibus sed magis in futuris casibus. Si [2]) mulier defuncto marito antequam in annis legitimis transeat ad secundas quidem nuptias non migraverit more autem meretricum ab aliquo stuprata concepit: ut sit clarum id quod natum est defuncti non esse mariti easdem penas patiatur quas ex superiori constitutione patitur ea que ante tempus legitimum secundas contraxe (fol. CXXI) rit nuptias: ideoque et ante nuptias donatione careat: ut nec tantum habeat ius utendi fruendi et aliis penis ante factis subiaceat: et sit stupri quoque obnoxia: peius etenim est stuprari quam secundas nuptias mulieres contrahere ante legitimum tempus.

¶ *De tabellionibus ut prothocolla dimittant in cartis.*

Tabelliones [3]) ipsi per se conveniant cum eis qui instrumenta quedam fieri volunt et non aliter cartam complere audeant nisi de causa cognoscant ut interrogati a iudicibus respondeant qualis esset causa propter quam instrumenta composuerunt: et maxime si litterarum imperiti fuerint qui instrumenta fieri desideraverit hec autem obtineant tam in constantinopolitana civitate quam in aliis provinciis. Penam autem constitutio diffinit adversus tabelliones qui aliter fecerint stationum amissionem: ita ut discipulus eorum qui missus fuerit ad instrumenti compositionem: ipse habeat ius stationis. Quod si indignus sit discipulus autoritate stationis committi prior quidem tabellio modis omnibus removeatur alius autem pro eo dignus statione accipiat: ita tamen ut nullum sentiat damnum dominus stationis: sed habeat redditus integros: tabellio autem dimittat ius stationis quia dedignatus est convenire cum eis qui instrumenta sibi componi desideraverunt. Nullam autem excusationem habeant tabelliones morbi: vel actionis: duorum enim alterum necesse est vel causam eorum cognoscere et instrumenta eorum vel si ignorant non faciant: in constantinopolitana civitate liberam habeant facultatem omnes tabelliones unum tabellionem apud magistratus census proponere et licentiam ei dare facere instrumenta desiderantibus et in eorum statione et in absolvendis instrumentis venire: et nulli alii licentiam esse hoc facere nisi ei qui tabellionibus prepositus sit apud magistrum census sicut iam diximus: instrumentum autem propter hoc non solum non sit irritum sed utilitatis contrahentium causa valeat. Tabelliones [4]) non scribant instrumenta in aliis cartis quam in his que prothocolla habent ut tamen prothocolum tale sit quod habeat nomen gloriosissimi comitis largitionum: et tempus quo carta est. Alioquin si aliam scripturam carte habeat non dimittant eas tabelliones. Hec autem teneatur in sola constantina civitate: Quod si adversus ea fecerit pene subiiciatur.

¶ *De hereticis et testimoniis.*

(fol. CXXI b) Neque [5]) iudeus neque samaritanus neque quisvis hereticus civilibus muneribus excipiatur propter hoc solum quod catholice fidei non est sed munera curialia subeat et nullo honore curiali potiatur. Nam curiales habeant quedam privilegia veluti ut tormentis non subiiciantur: ut non ab alia mala in provinciam retrahantur. Sed in samaria que contra fidem catholicam sentit munera quidem curialia subeant: honorem vel privilegium nullum habeat iudeus et samaritanus. Si [6]) hereticus contra hereticum litiget liceat cuilibet eorum hereticum testem adducere: si autem orthodoxus contra hereticum litiget pro orthodoxo quidem heretici etiam testimonium valeat: contra orthodoxum autem soli orthodoxi testimonium valet. Orthodoxis quidam litigantibus ad testimonium nulli hereticorum pateat aditus: interdum autem etiam adversus orthodoxum heretici testimonium probabile est quod contingit si orthodoxus in curialem conditionem contrahatur: tunc etiam hereticus adversus eum recte testis producitur ut dicat se scire eum excurialem esse vel ex curiali patre genitum.

¶ *Ut preponatur nomen imperatoris in sacris documentis. Collatio quinta.*

Publica [7]) instrumenta vel monumenta tam ea que iudiciis conficiuntur: quam ea que apud magistrum census: sive apud defensores consistunt instrumenta: et que tabelliones sub quaque figura conficiunt tam in constantia civitate quam in provinciis hec omnia huius mentium sive scripture habeant imperante illo domino augusto imperii anno illo et post hoc inserant quoque consulis appellationem: et omnem veterem observationem instrumentorum custodiatur et si forte tempora quoque civitatum provincialium instrumentis scribi solitum est ea consueto more conscribantur unius autem iuris precepto apud iudicem incipiat. Qui [8]) scribunt tempora in monumentis publicis non

1) Iul. cap. 164. 2) Iul cap. 165 3) Iul. cap. 169.

4) Iul cap. 170. 5) Iul. cap. 171. 6) Iul cap. 172. 7) Iul. cap. 173. 8) Iul. cap. 174.

utantur litteris illis veteribus et obscuris sed per grecas litteras tempora scribantur sed claris litteris et quas possit quicunque latinis litteratus cognoscere.

¶ [illegible]

Si [1]) quis sua manu conscripserit vel alterius manu subscripserit in suo testamento quamvis modum substantie sue declaraverit idque fecerit heredibus suis omnibus presentibus: non liceat heredibus eius talem scripturam recusare nec dicere quod unus ex coheredibus res quasdam a testatore relictas surripuerit et celaverit. Si enim testator cum sacramento expresserit nihil aliud sibi superesse extra ea que in prefata scri- (fol. CXXII) ptura continentur: necesse habeant heredes eius scripturam sequi sive liberi eius sint sive extranei et neque servi hereditarii tormentis subiiciantur: nec alia ulla probatio veritatis exquiratur: hoc autem totum ius pertinet ad heredes. nam creditoribus nullum preiudicium facit vox. testatoris eiusque debitoris: licet enim creditoribus omnia perscrutari et veritatem exquirere. et suo commodo uti: sed heredes necesse habent sequi que eis testator dixerit. conscripserit: vel subscripserit vel quocunque modo declaraverit. Ceterum si voluntatem testatoris reprobant etiam hereditatem eius amittant. Quod non solum in futuris casibus: sed etiam in casibus adhuc pendentibus teneat.

¶ [illegible]

Si [2]) quis adversus sententiam iudicis provocaverit et iudicio appellationibus destinato presto adfuerit: liceat litigatori adversario eius intrare in iudicium in quo provocatio exerceri debeat intra biennium ad finem tamen verbi gratia mensis supersit et dicat suas allegationes iudicibus etiam absente eo qui provocavit. iudex autem non omni modo pro eo qui presto est sententiam dicat sed interdum et pro absente id est pro eo qui provocavit victricem calculi ferat. scilicet si bonam causam habeat. Ne autem absentia eius impugnita relinquatur omnimodo provocationis impensas adversario suo prestet sive vicerit sive victus fuerit. Quod si utrique postquam statutum est legibus dies intervenerit in absentia fuerint. maneat prior sententia. Cetera autem iura que de appellationibus posita sunt in suo statu permaneant. Nam hec constitutio de his loquitur qui in absentia fuerint postquam statutus dies intraverit. Omnis [3]) autem litigator postquam iusiurandum de calumnia iuraverit hoc quoque iuriiurando addent quod non calumnie causa. non ditationis. non vexandi adversarii gratia probationes in tota causa ab adversario suo exiget iurare cogetur. nam antea in unoquoque capitulo litis si litigator ab adversario suo probationes exegisset iurare cogebatur quod non calumnie causa probationes exigisset iurare cogebatur quod non calumnie causa probationes exegit. erat autem gravissimum in una causa complura sacramenta prestare. ideoque unum iusiurandum sufficiat quamvis antiqui per unamquamque calumniam dederint unum sacramentum quod nobis non placet Est [4]) quedam constitutio in quarto. §. posita qua cavetur ut si de fide litterarum dubitatio emersit comparatio fiat ex instrumento publico quod per tabellionem factum est. Nam questio evenit ex causa cuiusdam que est talis. Quidam proferebat cartam sine tabellione compositam. et ex ea intentiones suas probabat. Sed adversarius eiusdem (fol. CXXII b) manus aliam cartam sine tabellione proferebat et suas allegationes proferebat. Sed alter ex litigatoribus dicebat litteras carte scriptas eiusdem non esse. ideoque comparationem fieri litterarum ex publico instrumento exigebat. Ille autem dicebat sufficere fieri cum ea carta quam ipse proferebat: sed e contrario ei respondebatur illam cartam sine tabellione compositam esse: querebatur iuris. et nos constituimus in hoc casu etiam sine tabellione compositam recte fieri comparationem litterarum. Ipse enim qui tale instrumentum produxit fidem eius probasse prius intelligitur: fiant autem comparationes ex publicis servis veluti si apocha prolata fuerit de mensa gloriosissimi prefecti pretorio: sed et quod ex publicis instrumentis prolatum fuerit hoc quoque ydoneum videatur. ad comparationem quippe cum publico testimonio confirmetur. Omnes autem litterarum comparatores prius sacramentum prestent. et tunc deinde comparationes fiant.

¶ *Ut non fiant pignorationes pro aliis personis.*

Si [5]) in aliqua civitate quis vel vico quis debitores habuerit: posteaque alios homines ex eadem civitate vel vico in alia civitate gratia nundinarum degentes invenerit non audeat eos vel res eorum tenere vel alicui debiti nomine pecuniam ex his exigere vel pignora ab his extorquere. Nam si quidem tale fecerit omne quod inciviliter exegerit. in quadruplum reddere compellatur ei qui iniuriam passus est sed et si quam actionem adversus debitorem suum habeat eam quoque amittat: hoc autem observari decet cura et diligentia presidum quibus gravissime pene imminebunt si precepta saluberrima presentis constitutionis neglexerint. Si [6]) quis imperatori donare voluerit sufficiat ei ad perfectam donationem instrumentum liberalitatis continens modum et non cogatur huius donationis instrumenta publicis monumentis numerare vel intimare quamvis quingentorum aureorum quantitatem donatio facta excedat. namque nec imperatoris donatio in privata persona facta indiget publicis monumentis.

¶ *De exhibendis et introducendis reis.*

Si quis [7]) ex divina iussione in scriptis habita. vel ex calculo magistratus aliquid convenerit ut aliis locis exhibeat se. aut sistat. ideoque et cautionem ab eo exegerit quod intra certum tempus in iudicium (fol. CXXIII) destinatum venturus sit: posteaque tempus quidem transactum fuerit et isdem qui cautionem exposuit presto sit. adversarius autem eius. id est actor absit: et. X. dies post certum tempus transierint liceat reo presenti absente actore intrare apud

1) Iul. cap. 175. 2) Iul. cap. 176. 3) Iul. cap. 178. 4) Iul. cap. 177. 5) Iul. cap. 180. 6) Iul. cap. 181. 7) Iul. cap. 182

iudices et docere suam presentiam et actoris absentiam: et statim ab observatione iudicii absolvatur. ita tamen ut sacramentum prestet de impensis quas impendit tam in via quam in peregrinatione sua et in tanta quantitate condemnet iudex. cum autem soleant executores litium etiam ab actoribus cautionem exigere omnino peragant intentiones suas. Sin autem non peregerint quod pene nomine certos aureos prestaturi sunt: iubet constitutio calumniam passo primum quam penam cautionis ab actore prestari. Deinde si quid plus sit in impensis quas reus fecerit: hoc calculo iudicis eidem reo prestetur: sacramento tamen eius legitime moderato. hoc enim si ita custodiatur. tunc desinant homines in aliam vitam ludere. et ideo competentius hac pena perterriti litigabunt. Solent [1]) auctores qui in constantinopolitana civitate homines trahere volunt: quos obnoxios dicunt. et fideiussiones dare et penam promittere peragendi litigii. quod omnibus modis etiam sic permittitur a provincia in urbem imperialem qua sibi conscios esse putant abstrahere. Cum autem a provincia in provinciam extrahere reos actores desiderabant sine fideiussione hoc impetrabant. Sed mō tempore hac promulgatione constitit ut nec ab alia provincia in aliam exhibitio reorum sine fideiussione fiat. neque magistratus amplissimus. neque gloriosissimus questor ex persona principis aliquid tale scribere. id est ut sine fideiussione actoris reorum exhibitio fiat ab alia in aliam provinciam: imo magis contrarium debet dictare. id est. ut non aliter fiat exhibitio rei quam si actor fideiussiones prestiterit promittens quod omni modo causam peraget et vincat. alioquin quod pene nomine tantum rei prestabunt. Nam his eo modo ordinatis si actor non peragerit causam vel peragens si obtinuerit committitur adversus eum pena. et adversus fideiussores eius et reo prestabitur. Si quid autem ultra quantitatem penalem exhibitionis occasione reus impenderit hoc ei iuranti dari equum est sacramento antea moderato per legitimam actionem sicut in precedenti capite diximus. Si [2]) autem ex sententia iudicis ammonitus fuerit: habeat post monitionem. XX. dierum spacium. ut liceat reo vel recusare iudicem vel alium quoque petere ut simul ambo iudicent vel forte id quod debent confiteri intra (fol. CXXIII b) predictos dies. XX. Postquam autem libellum accusationis exceperit personales prestet fideiussiones et sportulas det constitutioni nostri principis cognitas. Subscribat autem et contradictionis libellum tempus quoque et diem scribere oportet qui libellum accusationis excipit. Cum autem litis contestationem exceperit interrogari debet a iudice si tempus. XX. dierum transierit deliberationis Hoc autem consideretur ex subscriptione eius quam libello inseruit Nam intra. XX. diem si litis contestatio fiat nullius momenti est. Si quis autem iudicem recusaverit et alium pro eo petierit. cunque iterum recusare maluerit quem sibi iudicem petiit non audiatur. Si [3]) quis iuratus promisit observaturum se in iudicio. Deinde autem ante litis contestationem imperialem urbem reliquerit. si liceat actori nondum litis contestatione facta adire iudicem et docere tergiversationem rei. et si quidem inter magistratus sit iudex iubeat omni modo reum in iudicio duci. Si autem inter magistratus non sit sed sit iudex datus ab aliqua potestate. vel etiam imperiali iussione referat hoc ipsum ut ducatur reus iussu magistratus qui eum iudicem esse destinavit et praefigatur certus terminus intra quem si non venerit reus ut causae disceptatio fiat etiam eodem reo absente. et in possessionem rerum eius actor mittatur et tantummodo ius pignoris habeat quantus est modus debite quantitatis. et postquam in possessione actor missus fuerit: non aliter reus eam recipiat: nisi omnia damna que contingerint actori resarcierit et dederit fideiussorem qui omni modo actoris intentionem excepturus sit sive per se sive per legitimam personam. Hec ita sint nisi forte ex iusta causa et inexcusabili reus in absentia fuerit. Diximus [4]) autem in superioribus capitulis quod mulierem sine dote nuptam et sine causa repudiatam a marito. quartam partem substantie eius consequi oportet usque ad. C. libras auri. hoc ipsum constituimus. id est ut quartam partem mulier capiat defuncto marito sive plures liberos habeat sive non. Illud autem certum est quod mulier sive mobiles sive immobiles res habeat suas proprias omnimodo sine diminutione deducere poterit: non subiectas mariti creditoribus: nisi ad hoc tantum quod heredes ei extiterint. Hec autem omnia intelligi debent si mulier ydoneas facultates non habeat. Nam si inops non sit. neque dotem dedit gravare liberos defuncti quarte partis exactione non debet. Nam nec maritus qui nullam donationem propter nuptias dedit aliquid ex substantia sue uxoris lucrabitur nisi forte marito legatum relictum sit minoris quantitatis quam (fol. CXXIV) portio quarta quam fecit suppleatur. id quod ei minus dedit.

¶ *[illegible] prestat: sed etiam si iusiurandum.*

Erant [5]) quidam impii homines qui mulieres miseras in stena perdere cohartari iusiurandum ab eis mulieribus exigebant: quod nunquam meretrices esse desinent: hoc autem et crudele et a pietate procul nostri imperii visum est. ideoque constituimus ut liceat meretricibus honestam vitam eligere sine aliquo timore quamvis iuratoriam cautionem exposuerit: hii autem qui tale iusiurandum exegerunt et contra castitatem operam dederunt pene nomine. X. libras auri solvant hisdem meretricibus que sacramenta dederunt: pena autem. X. librarum officium presidis flagitetur. Quod si preses neglexerit de suo patrimonio penam prestare cogatur. et magistratu sibi commisso cadat. et non solum mulieribus sed etiam heredibus et aliis successoribus earum pena solvatur. hoc si privatus sit qui a meretrice sacramentum exegerit. Sin autem ipse preses sacramentum a meretrice exegerit teneatur quidem eadem pena: sed exactio pecunie fiat officio militaris iudicis. scilicet si talis iudex in illis locis fuerit. Quod si militaris nemo fuerit iudex metropolitane civitatis episcopus penam exigat. quod et qui vicine est provincie preses facere debet forsitam maiore imperio decoratus. Sin [6])

1) Iul. cap. 183. 2) Iul. cap. 184 3) Iul. cap. 185.

4) Iul cap. 187. 5) Iul. cap. 179. 6) Iul. cap. 182 ult. repetit.

autem non pegerint quod pene nomine certos aureos prestaturi sunt. iubet constitutio calumniam passo primum quam penam cautionem ab actore prestari. deinde si quid plus sit. in impensis quas reus fecerit hoc calculo iudicis eidem reo prestetur sacramento tamen eius legitime moderato hoc enim si ita custodiatur tunc desinant homines in aliam vitam ludere. et ideo competentius hac pena perterriti litigabunt.

¶ *Constitutio que ex ascriptio et libera natos liberos esse vult.*

Constitutio [1]) est imperatoris nostri in. XI. C. posita que iubet eum qui ex libera matre et ascriptio patre natus est ingenuum esse. eam igitur constitutionem presens promulgatio iubet obtinere in his tantummodo casibus qui post constitutionem illam contigerit qui autem emerserint antea antiquo iure dirimantur.

¶ *Ut de cetero permutationes rerum ecclesiasticarum non ficte fiant.*

Si [2]) ecclesia cum ecclesia vel pthochium cum pthochio vel ecclesia cum pthocio. vel monasterium cum monasterio ut simpliciter dixerim si locus venerabilis cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit. et hoc quod prosit fieri utrique loco. liceat primatibus eius permutare (fol. CXXIV b) decreto tamen celebrato prius cum omni subtilitate et iureiurando apud locorum metropolim rei disceptatione procedente ut et ipse deliberet an ambabus partibus prosit permutatio rerum immobilium et non indigeat res speciali divina pragmatica forma. ex huius autem legis excipiatur licentia magne constantinopolitane civitatis ecclesia. Nullas enim res immobiles alienare permittitur quemadmodum antea non permittebatur. Liceat [3]) ecclesiis et aliis venerabilibus locis perpetuos intra se contractus emphiteoticos facere decreto. scilicet antea celebrato dum tamen ita fiat emphiteosis ut ad privatam partem omni modo non extendatur sed ex huius legis licentia excipiatur magna constantinop. ecclesia quemadmodum in anterioribus constitutionibus.

¶ *Ut ea que vocantur insinuatum. Rub.*

Si [4]) quis in constantinopolitana civitate clericus factus fuerit siquidem magne ecclesie clericus sit factus emphanistica prestet. Sin autem alterius oratorii clericus factus fuerit nisi emphanisticorum nomine exigatur amittat statum gradus. Hec autem omnia defensores ecclesie custodire debent qui si neglexerint. X. librarum auri solutione multentur.

¶ *Ut clerici qui recedunt aliis pro eis subrogatis.*

Si [5]) clerici a suis ecclesiis destiterint alios clericos in locum eorum subrogari oportet et ecclesiasticas res que eis destitoribus prestabantur accipiant: et si postea destitores redierint nec eis prestetur. quia annone eorum aliis clericis pro ipsis subrogatis prestite sunt: omnibus enim modis clericis subrogatis annone eorum prestare debent. nam neque destitoribus aliquid ab ecclesia dandum est: neque lucro yconomorum vel aliorum que amministrant ecclesie. Si enim subrogati clerici predictas annonas non acceperint ipsi qui solent amministrare eas de sua substantia dare eis cogantur. nam et si quas possessiones habent proprias iubet constitutio ut hisdem possessionibus certa predia deputentur quorum redditus subrogatis clericis annone prestentur. (fol. CXXV) Si [6]) quis ecclesiam edificaverit aut clericis annonas ex substantia sua dederit non liceat ei quos voluerit clericos in eadem ecclesia facere. Sed si voluerit quosdam ibi consecrari offerat eos beatissimo patriarche et ille si viderit eos dignos consecret et si non probaverit arbitrio suo reiiciat.

¶ *Ut in privatis domibus sacra misteria non fiant.*

Si [7]) quis in domo sua oratorium habuerit non audeat in eum sacram celebrari facere missam: nisi catholice fidei habuerit deputatos ex iussione religiosissimi episcopi illius civitatis vel beatissimi patriarche. Si quis autem adversus ea fecerit domus ipsa fisci iuribus addicatur. et sit sub indignatione principis et si prefectus pretorio postquam hoc cognoverit non prohibuerit subiiciatur pene et eius multetur apparitor simili pena. Nulla autem invidia est unum christianum sive etiam quemlibet in propriis edibus oratorium habere et in his orare et psallere sine clericis sacram celebrari missam non faciat.

¶ *Ut defuncti seu funera eorum non iniurientur a creditoribus.*

Si [8]) quis debitorem suum egrotantem vel periclitantem molestare voluerit pro debito suo non liceat ei hoc facere cum neque uxori neque liberis aliquam iniuriam afferre permittitur neque signa edibus eius imponere nisi post mortem eius debitoris lite consistente iudicialis calculus prolatus fuerit et legitima ordinatio secuta sit: sed neque debitore mortuo deductionem eius funeris impediat. Si enim tale aliquid perpetraverit suis actionibus cadat sive iustas habeat intentiones sive non et non solum debitam sibi quantitatem amittat. Sed etiam aliam tantum heredibus eius pro iniuria defuncti prestare compellitur et non sufficiunt iste pene cum et tertia pars bonorum eius publicetur et ipse infamia notetur. Hec autem omnia in constantinopolitana civitate cura et diligentia custodiantur: tam prefecti urbis quam prefecti pretorio. magistratus quoque officiorum in his vigilare debet et apparitores eorum. in provincia autem presides ea observabunt et alii magistratus sive civiles sint sive militares quod si ea neglexerint magistratus quidem imperialis urbis cum suis apparitoribus. XX. librarum auri pena mulctabuntur. provinciarum autem magistratus (fol. CXXV b) V. libras auri pene nomine dare cogantur. Si [9]) quis ex magistratibus constantinopolitane civitatis causam audie-

1) Iul. cap. 188. 2) Iul. cap. 189. 3) Iul. cap. 190. 4) Iul. cap. 191. 5) Iul. cap. 192.

6) Iul. cap. 193. 7) Iul. cap. 194. 8) Iul. cap. 196. 9) Iul. cap. 197.

rit non audeat post litis contestationem in totum eam relinquere nec consilio eius sententiam diffinitivam per semet ipsum proferre. Sed litis quidem contestatio apud ipsum magistratum fiat et ultima cognitio postquam alias allegationes litigatores asserere noluerint. Sententia quoque diffinitiva ab ipsis magistratibus proferatur sive maiores sint: sive minores presentibus etiam consiliariis eorum. Et appellationes ab eis interpositas suscipiant. Quod si magistratus vel consiliarii eorum contra presentis constitutionis statutum venire presumpserit: magistratus quidem XX. librarum auri pena mulctetur. Consiliarii autem si quidem advocati fuerint advocatorum ordine cedant: sin autem inter advocatos non sint. sed forte cingulo decorati honore sunt amittant. et. X. librarum auri mulctentur. Easque penas comes privatorum exigant quod si neglexerit sciat publicas rationes de sua substantia se repleturum. Hec autem de dominis magistratibus imperialis urbis qui diversis occupationibus fatigati totas cognitiones litigatorum suscipere non possunt sed solam militibus contestationem et ultimam cognitionem cogantur: et sententiam diffinitivam dicere et appellationem suscipere. Et provocationum cognitiones discernere. Alii autem iudices qui magistratus constantinopolitane civitatis non sunt: sed ab imperiali iussione destinati sive imperiali civitate sive in provinciis cum consiliariis omnes litigatorum partes hec audiant: alioquin et dignitates suas amittant: et. XX. librarum auri pene nomine solvant. Consiliarii autem eorum si quis adversus huius constitutionis precepta fecerit ex ipsa pelli civitate in qua non servaverint hanc constitutionem et ipso proprio cadere honore.

¶ *Ut immobilia ante nuptias donationis neque hypothece dentur neque omnino alienentur.*

Si [1]) quis donationem propter nuptias mulieri conscripserit sive pro se sive mater pro alio sive cognatus pro alio cognato aut quivis alius pro alio donationem propter nuptias conscripserit in qua etiam res mobiles sint non liceat marito aliquam rem de rebus mobilibus alienare vel hypothece titulo obligare nec si consenserit in alienatione vel hypotheca mulier: sed si quid contra hanc legem scriptam factum fuerit hoc pro infecto sit et pro non scripto habeatur nisi forte observatio illa custodiatur. que de intercessionibus feminarum in. IV. C. lib. posita est titulo ad senatusconsultum velleianum (fol. CXXVI) id est ut post primum consensum biennio transacto aliud instrumentum a muliere conscribatur in quo se fateatur priorem consensum suum aprobasse. Alioquin prior consensus nullius momenti est immo etiam si secundus consensus priorem voluntatem confirmaverit post biennium non omnino valebit. Sed ita demum si ex aliis facultatibus satis eidem mulieri possit fieri in donatione propter nuptias alioquin nec secundus nec tertius consensus ledere eam poterit. hec autem dicimus non solum in donatione propter nuptias sed etiam in dote si que res dotales alienate vel obligate sint nullam iniuriam patiantur. nam quantum ad mulieres pertinet actionibus careant suis ac cum alie uxoris facultates et ipsius mariti necessario eis permaneant obligate. hec autem constitutio prerogativis dotium nullum preiudicium facit. nam prerogativas integras inesse dotibus constitutionibus. ita tamen si de dotibus actiones mulieres moveant aliis enim personis privilegium in actione dotis nec ante datum est nec nunc datur. Ea autem constitutio non in preteritis: sed in futuris casibus valet.

¶ *De consultationibus.*

Hec [2]) constitutio iubet provocationes in consultationibus non tantum in amplissimis magistratibus: sed etiam omnibus senatoribus et ut totus senatus causas appellationum audiat et conveniat: quamvis silentium tamen sive conventum senatoribus denuntiatum fuerit silentium enim conventum inesse videri audiant itaque provocationes sanctis evangeliis propositis: et si quid sibi visum fuerit imperii referantur ut ex divina sententia omnis senatus calculus confirmatur.

¶ *Ut facte nove constitutiones post insinuationes earum post duos menses valeant etc.*

Hec [3]) constitutio iubet leges de ordinandis testamentis a nostro imperatore scriptas post duos menses ab intimatione earum numerandos tenere commemoravit: ac etiam dare formationem falcidie legis. id est de ea constitutione que pro quadrante trientem vel semissem paterne substantie sive materne filiis dat: duos autem menses: ita dinumerat ut in constantinopolitana civitate quidam ex suo tempore cedat ex quo proposita est constitutio. In provinciis autem postquam intimata est ut post intimationem eius duorum mensium spacium expectetur: posteaque in eadem constitutione continentur testamenta ordinare oportet. quod si mora duos menses servantes leges contra constitutiones imperatoris nostri aliqui testati fuerunt testamenta eorum robur plenissimum habent.

(fol. CXXVI b.) ¶ *Ut nullus fabricet oratorii domum.*

Nullus [4]) audeat edificare monasterium ecclesiam vel oratorium antequam civitatis episcopus sanctissimam crucem infixerit publice in eundem locum procedens et rem omnibus manifestam faciens unusquisque autem loquatur ante edificationem episcopo et presumat modum qui ad luminaria et sacrum misterium custodiam oratorii et querimonias eorum qui ibi serviunt sufficient posteaque domum ibi edificet. Sin autem ea que ab eo prefinita sunt non sufficiant ad custodiendum oratorium equum est vetera oratoria que facere ruinam minantur reparare cum arbitrio religiosissimi episcopi. Si [5]) episcopus multum temporis ab ecclesia sua defuerit et in aliis locis degerit yconomus ecclesie eius impensas ei non administret. nam tales inanes sumptus melius est in ecclesia esse et in alias res ad pietatem pertinentes prestare tenean-

---

1) Iul. cap. 198.

2) Iul. cap. 199. 3) Iul. cap. 204. 4) Iul. cap. 205. 5) Iul. cap. 206.

tur autem etiam in talibus episcopi ea que in prioribus sanctionibus cauta sunt servare. Si [1]) alienatio immobilis aliene rei celebrata sit decretum quidem omnibus modis procedat secundum supradictam constitutionem adesse autem decreto debet non solum episcopus vel clerus eius cuius predium alienare desiderat. Sed etiam metropolitanus archiepiscopus cum predicta observatione et duo episcopi ex consilio eius adsint hec [2]) constitutio incipit a secunda. Hec constitutio loquitur de liberorum morte ut pacta datalia que ex casu mortis liberorum lucrum matri conferunt teneant ac dirimantur divi leonis constitutionem. scilicet si ante novam constitutionem imperatoris nostri contingerit veluti mater vidua liberos habens ad secundas nuptias pervenerit et ante nuptias donatio ad filios pertinuit postea filii decesserunt et ad suos heredes eandem ante nuptias donätionem transmiserunt secundum divi leonis constitutionem. Sed post constitutionem nostri imperatoris que mortuis liberis emolumentum matri prestat non retrahuntur res ab heredibus filiorum compellerunt si quidem post constitutionem nostri imperatoris tale contingerit in hoc leo. mane legis locus non erit.

¶ [illegible] *et prefecture urbane etc.*

Pretoria [3]) dicitur dignitas non prefectorum pretoriorum vel .... sed etiam magistratuum militum. Ea autem dignitas est aut enim honoraria est. aut que imperio gestu fulgeat: ho- (fol. CXXVII) norariam dicimus eam cum codicillis accipit aliquid ab imperatore qui dignitatem ei prestat: quasi prefectus fuisset vel magistratus militum factus. igitur si curialis homo prefectura dignitate potitur si quidem honoraria maneat in eadem constitutione constrictus. Sin autem veram prefecturam nactus est vel magisterium militie tunc curie nexibus liberetur: prefectos autem pretoriorum quattuor ponimus. id est orientalis sedis que est in hac civitate illiriciane religionis. Et affricane dioceseos et qui italie prepositus est.

¶ *Ut omnes obediant iudicibus provinciarum.*

Hec [4]) constitutio iubet ut homines romani tam in civilibus quam in criminalibus causis uni presidi provinciarum subiiciantur: et nemo in aliqua causa obnoxiis privilegium presidi provinciae opponat quasi non ei subiectus sit nisi specialiter pragmatica sanctio promulgata duci eum vixerit. ideoque sive de dominio alicuius rei sive de agrorum finibus sive de hypothecis sive de nuda possessione sive de alia quavis pecuniaria causa vel criminali litigium inter partes emerserit: non liceat reo privilegium suum opponere presidali iudicio sive ex imperialibus literis sive ex maioris iudicis iussione: sed omnibus modis in eo loco pulsetur ubi aliquid egerit vel admiserit sive de maxima sive de minima re queratur videlicet de gallina quamvis enim minima res videatur huiusmodi res esse ac tamen iusticie ratio non ex quantitate sed ex suis debet regulis extimari. Nam et quod aliis vilissimum esse videtur: hoc est aliis preciosissimum et omni modo sive bovem sive aliam quamcunque rem alius surripuit in eadem provincia pulsetur ubi tale peccatum admisit. Nam et probationum copia in extraneis locis est. Et [5]) hoc quidem dicimus si utraque pars in provincia sit ut in eodem loco modis omnibus lis dirimatur in quo aliquid admissum est. quod si actor quidem presto sit: reus autem absit ipsius procuratores vel conductores egerint aut delinquerint ille quidem qui fecit omni modo accusetur ipsum autem litigium maneat in suspenso donec rerum domino causa fuerit declarata tempus autem dilationis ex locorum spacio dari debet: nam si quidem una vel duabus provinciis interpositis domini rerum in proximis locis degant. IV. menses ad dilationem sufficiunt. Sin autem longinquo absint veluti in palestina vel in egypto. VIII. menses ad dilationem dari debet. Sin autem vel in italia vel in affrica morentur. IX. menses statui debent. eadem dicimus et si inathoijs locis principalis persona degat. Et [6]) siquidem (fol. CXXVIIb) dominus rerum illi commiserit causam qui apud eum retulerit necesse est ut ipse qui presens est: pulsetur absentis domini nomine. Si autem alium litigare maluerit hoc liceat facere: dum tamen procurator ipsius defendat causam: et omnibus modis impleat quod iudex iudicaverit: nisi provocatio sit subsecuta aut aliter diffinita aut amicabiliter sopita: quod si domino quidem rerum manifestetur causa: ipse autem neque venire: neque alium mandare curaverit: tunc predicto tempore transacto is qui accusatus est litiget et si reus apparuerit condemnetur: scilicet domino rerum eandem condemnationem subituro si ipse obnoxius sit: et si quidem solvendo fuerit is qui accusatus et condemnatus est: ipse iudicato satisfaciat ubi vero solvendo non sit de rebus domini absentis qui nec venire nec mandare aliquem voluerit solvi actori equum est: quod si reus presens post accusationem evasit neque dominus rerum venerit neque procurationem transmiserit: tunc ex una parte iudex audiat. id est singularibus heremodiciis fieri ipso per preconem vocato. et si in eadem absentia perseveraverit condemnatur: quod si actor in absentia domino rerum vel presente: vel procuratore misso tunc omnia detrimenta que strustra reus passus est actor ei resarciat. Nullum [7]) privilegium excipi reum provincie in dicto volumus nisi specialiter nostram pragmaticam sanctionem produxerit que propter publicas causas in hanc regiam civitatem eum revocaverit: vel si ex lege hoc habeat: vel si provocationem presidi provincie porrexerit: et propter hoc iusta imperiali civitate litem audire oportet: quamvis de minoribus causis ad maiores iudices provincie provocationes exerceri constituimus nisi forte in hac civitate causa principalis quamvis minima ventiletur tunc in hac civitate non in provincia provocatio exercetur. Nulla [8]) autem persona privilegio aliquo utatur ad presidis laqueos fugiendos: quamvis ecclesia sit: vel xenodochium:

1) Iul. cap. 207. 2) Iul. cap. 208. 3) Iul. cap. 216. 4) Iul. cap. 209. 5) Iul. cap. 210. 6) Iul. cap. 211. 7) Iul. cap. 212. 8) Iul. cap. 213.

vel oratorium: vel quivis alius locus qui pietatis causa colitur: idem iureiurā est sive fiscus: sive patrimonium fisci: sive alius quivis divinus pulsetur: et multo magis si potentis hominis persona in iudicium fuerit evocata: quodvis privilegium ex sacro oraculo ostendat: nisi quod diximus pragmatica sanctio in hac civitate eum reipublice causa evocaverit: hoc [1]) constitutio non solum in futuris casibus sed etiam in preteritis locum habet. Si [2]) quis autem (fol. CXXVIII) constitutus preses legem istam custodire neglexerit non solum magistratus suo eiiciatur sed et. X. lib. auri subeat penam.

¶ *Ut hii qui obligatas se habere perhibent res minorum. Collatio sexta.*

Nulli [3]) tutori vel curatori liceat nomina contra pupillum vel eum cuius curationem gubernat iura successionis in se transferre ab alio sive precium pro actione dederit sive non. Nemo [4]) qui dicit se obnoxium pupillum habere vel eum qui curatione eget: tutor aut curator non fiat. Quod [5]) si quis tutor aut curator constitutus neque obnoxium habeat eum cuius negotia gerit: neque obnoxius ei sit postea autem si hereditas ad eum devoluta sit que debitorem vel creditorem eum memorare persone faciat tunc alius tutor vel curator ei adiungatur qui custodiat eum: et hoc ipsum sacramentum inret quod malicie tutoris vel curatoris non favebit ne pene subiiciatur. Ne [6]) autem unusquisque dicat se creditorem impuberis esse: vel forte adolescentis annuere tutele vel curationis facere exemptum. Sancimus non aliter eum recipiendum esse: nisi manifeste probaverit creditorem se esse impuberis vel forte adolescentis vel res eorum sibi obnoxias esse: vel parentes quod si res incerta sit tunc sacramentum probat: quod tutelam vel curam ideo recreat: quia revera suum debitorem pupillum esse vel forte adolescentem existimat: tunc etiam et si voluerit non admittatur ad tutelam vel curam cuiuscunque persone quamvis tutor legitimus sit. Quod [7]) si quis adversus ea que tutor vel curator passus fuerit: si quidem obnoxium impuberem habeat vel forte adolescentem quas actiones habet amittat: si autem ipse obnoxius fuerit: non liceat ei dicere quod tempore quo tutelam vel curationem gerebat solutionibus vel aliis conventionibus: liberationibus actione solutus est. Nulli [8]) tutori vel curatori liceat sicut prediximus nomina contra pupillum: vel forte adolescentem redimerę: et cessiones adversus eum impetrare quamvis iam desiit tutor vel curator esse: sed omni modo hoc quod factum est pro infecto habeatur. Ita ut pupillus quidem vel forte adolescens omni modo securitatem habeat et nulla teneatur actione: tutori aut curatori non liceat contra eum redire qui nomina ei cesserit eodem iure obtinente et si postquam tutor vel curator desiit esse cessiones nominum impetraverit. Hec [9]) autem omnia de omnibus curatoribus posita sunt non solum adolescentium sed prodigorum (fol. CXXVIII b) vel furiosorum vel mente captorum: vel si quidem autem lege expressum est aut natura inveniatur. Nemo [10]) tutor vel curator compellatur pecuniam impuberis vel forte adolescentis mutuam dare: sed liceat ei sterilem eam in tuto deponere. Nam melius est sortem impuberis vel adolescentis observari quam usure cupiditate etiam sortem amittere. Si autem sponte sua tutor vel curator mutuaverit forte sub pignoribus vel alia indubitata cautela tunc habeat quidem per singulos annos duorum mensium relaxamentum. Si autem quod periculum sortis ad eum pertinebit sciat autem mutui periculum omnium ad se venturum. Si [11]) pupillus redditus habeat sibi sufficientes eos tutor impendat. Si autem ampliores redditus sunt quam sumptus: tunc id quod superfuerit deponatur: quod si substantia impuberis nobilis sit: tunc id tantum tutor mutuare debet quod sufficiat ad administrationem rerum pupillarium. Quod autem superfluum sit hoc deponatur: et hec eadem dicimus et de curatoribus omnium personarum licebit autem tutori vel curatori subtiliter inquirere: et si quidem comparare redditus pupillo: vel adolescentibus possit: ex superflua pecunia: ut et trihuta levia sunt et venditor locuplex et redditus fertilis. Sciat autem quod si adversus ea comparaverit ad eum negligentie periculum pertinebit: quod [12]) si pecuniam tantam habeat pupillus quod ex ea administrationis rerum post solummodo explicentur: tunc mutuare tutor vel curator eam debebit cum cogitatione celestis iudicii. et [13]) ab initio antequam administrationi se immisceat tutor vel curator cuiuscunque persone sacramentum prestare compellitur supra divinas scripturas quod omnia gesturus est que pupillo commoda esse putaverit eadem dicimus et de his qui curationem gerunt.

¶ *De instrumentorum cautela et fide.*

Si [14]) quis depositum alicui dare caute voluerit necessarii sunt ei. III. testes: nam depositarii sole littere non sufficiunt ad plenissimam depositi dati probationem. testimonia autem sic exhiberi oportet ut testes dicant quod in presentia sua vel susceptum est depositum: vel quod depositarius se suscepisse scripsit: idem est et si sine scriptis tamen si additi tres testes fuerint ydonei veritate. Si [15]) quis sine tabellione componere instrumentum malue- (fol. CXXIX) rit sive de mutuo sive de deposito: sive de alia quacumque causa tres testes adhibeat. Alioquin littere ipsius sole et comparatio earum credende non sunt. Nulla autem differentia est utrum subscripserint testes an presentalibus ipsis instrumentum compositum fuerit. Si [16]) instrumentum prolatum fuerit: et littera quidem tycii esse non videatur: testes autem dicant tycium eas scripsisse iurati. scilicet testimonium eorum reprobari facit: vel non debet sed tantum ad sapientiam iudicis pertinet ut ea que verisimilia magis putaverit eis maiorem prebeat fidem. Si [17]) quis instrumentis componendis adhibere predictam observationem neglexerit: vel deposuerit vel mutuaverit alicui sine testium presentia solis litteris debitoris credens incaute quidem facturus est sed tantum per sacra-

1) Iul. cap. 214. 2) Iul. cap. 215. 3) Iul. cap. 217. 4) Iul. cap. 218. 5) Iul. cap. 219. 6) Iul. cap. 220. 7) Iul. cap. 221. 8) Iul. cap. 222. 9) Iul. cap. 223.

10) Iul. cap. 224. 11) Iul. cap. 225. 12) Iul. cap. 226. 13) Iul. cap. 227. 14) Iul. cap. 228. 15) Iul. cap. 229. 16) Iul. cap. 230. 17) Iul. cap. 231.

mentum vel per confessionem debitoris veritas manifestetur id quod dedit exigere. Si [1]) instrumenta quoque que apud tabelliones componuntur subscriptione testium sicut dictum est muniri precipimus ante completionem a tabellione insertam. Iudices [2]) autem non tantum ex comparatione litterarum falsitatem deprehendant: sed etiam ex comparatione notarii. Comparatio [3]) litterarum sicut supra diximus testimoniorum confirmatione non sufficiat ad veritatis probationem. Si autem omnes testes mortui sint cum tabellione vel si forte in absentia tabellio est: tunc ille quidem qui instrumentum producit sacramentum prestet quod nullius malicie conscius est in eo instrumento commisisse comparatio autem litterarum pro necessitate cause sine impedimento secundum pristinum morem procedat quod si tabellio vivit et presens est iuratus testimonium suum de fide instrumenti prestet. Et si per aliquod ministrum suum instrumentum composuit et ille vivit et presens sit: et nullo morbo vel alia iusta causa impediatur in iudicium venire prebeat ipse testimonium. Item si per tertium pecunia numerata est et ipse veniat et sacramentum prebeat: quod si neque ad numeratorem habeat instrumentum et omnes testes mortui fuerint vel in absentia: vel alia iusta causa impediantur venire: solus autem tabellio vivit et venit: testimonium ipsius probabile sit ad fidem instrumenti pertinens: ut nec comparatio litterarum necessaria esse videatur: quod si tabellio mortuus est fiat quidem comparatio litterarum eius et veniat tam mini (fol. CXXIX b) ster ipsius per quem instrumentum scriptum est: quam adnumerator pecunie: scilicet si non absit si vero mortui sint: vel in absentia fuerint: alii testes producantur et si hoc facile non sit: tunc ad comparationes litterarum iudex perveniat ut non solum completiones litterarum a tabellionibus facte comparentur: sed etiam alie littere tam principalis persone: quam testium in comparatione deducantur: ut ex comparationibus litterarum fides veritatis elucescere possit. Si autem nullum aliud ad veritatem probandum supersit: quam comparatio litterarum tunc illud teneat quod usque ad hoc tempus obtinuit: ut qui instrumentum producit legitimum sacramentum subeat quod nulla malicia usus est sed is qui fidem instrumenti exigit de dolo et de calumnia iusiurandum subeat: his autem omnibus necessitatibus homines liberantur si sub actorum testificatione instrumenta intimentur et ibi testes et alie persone sub depositionibus contractum corroborent: omnia [4]) que de comparationibus constituimus ab illis instrumentis faciendis que sine tabellione composita sunt maneant in eandem firmitatem durantia. Illa quoque iura que de imperitis litterarum in iudiciis probata sunt inconcussa permaneant. Si [5]) instrumentum imperitus litterarum componere maluerit necessarius erit tabellarius si in illo loco tabularii sunt. Sed et testes non minus. V. scientes eum imperitum litterarum et ab eo cogniti: et postquam imperitus sanctam crucem fecerit: vel paucas litteras unus ex his de. V. testibus pro eo subscribat: omnes autem. V. testes scribere debent et quod presentibus eis et agnoscentibus imperitum omnia processerunt. Hoc [6]) autem omnia de his contractibus dicimus qui scriptura interveniente fiunt. Alioquin si sine scriptura aliqui contraxerunt: liceat eis vel testibus vel iureiurandi religione veritatem manifestare. scilicet auctori testes producente reo autem vel iurante vel iusiurandum referente secundum quod hoc extimaverit. huius [7]) constitutionis observatio in his contractibus locum habet qui sunt ultra quantitatem libre auri: nam usque ad libram auri pristinum morem servari iubemus. Huius [8]) constitutionis usus in civitate locum habeat si enim instrumentum in vico compositum sit consuetudo pro iure habeatur: rusticorum enim simplicitatem et in testamentis non reprobamus quamvis alias in ordinatione testimoniorum legitima subtilitas exigatur. Hec [9]) constitutio in futuris instrumentis valet et contractibus: nam preterite cause prioribus legibus dirimuntur.

fol. CXXX ¶ *Quibus modis naturales legitimi fiunt.*

Si [10]) quis cum muliere libera consuetudinem habeat non affectione maritali. et ex ea liberos naturales fecerit et eos velit legitimos filios et in potestate sua habere: liceat ei cum matre eorum dotalia instrumenta componere. Nam filii qui ante naturales erant post compositionem instrumentorum sui et in potestate patris efficiuntur. sive postea nati filii vivant sive mortui sint sive omnino nullus alius procreatus est: sicut in instrumentis et in C. dictum est. Quod si aliqua dotalia instrumenta non fiant: sed mater concubina decesserit velit autem pater naturales filios ex ea susceptos facere legitimos adeat imperatorem cum precibus et poscat ut sibi liceat legitimum . . . . eis imponere et natalibus suis eos restituere quemadmodum libertini natalibus restituentur principe enim annuente supplicationibus patris necesse est ut liberi legitimi fiant: quamvis dotale instrumentum nullum cum matre eorum compositum sit. Idem dicimus et si filios naturales pater diligat matrem odio habeat. quia in corpore suo peccavit. Nam si ea causa sit et nolit cum ea nuptias contrahere licebit ei predicto modo filios naturales legitimos sibi facere. Item si liberi naturales matrem celaverint ne dotalibus instrumentis factis cum ipsa in potestate patris efficiantur et ususfructus rerum ad eos pervenientium patri acquiratur: si talis dolus factus fuerit: liceat patri predicto modo preces imperatori porrigere et filios legitimos facere. et in potestate sua eos redigere Eadem dicimus et si iusta causa dotalia instrumenta impediat: pone enim patrem naturalem dyaconum vel presbyterum factum esse et ducere uxorem non posse. Quod si pater non potuit in antefactis casibus imperatori supplicare liceat in testamento suo legitimos successores sibi scribere filios naturales ut tamen illi post mortem parentis supplicent imperatori ubi testamentum patris ostendatur: et principe annuente in tantum capiant paternam hereditatem in quantum scripti sunt. aliter enim legitimo nomine non firmantur. hec autem omnia que modo dicta sunt tunc habeant locum

1) Iul. cap. 232. 2) Iul. cap. 233. 3) Iul. cap. 234. 4) Iul. cap. 235. 5) Iul. cap. 236.

6) Iul. cap. 237. 7) Iul. cap. 238. 8) Iul. cap. 239. 9) Iul. cap. 240. 10) Iul. cap. 241.

cum nulla alia legitima comproles vel antea vel postea patri supersit. legitimis enim filiis natis non aliter naturales legitimi fiunt: nisi dotalia (fol. CXXXb) instrumenta pater cum matre eorum confecerit. Filios [1]) naturales antea quidem licebit patribus legitimos per adoptionem facere. sed divi iustini. constitutio hoc prohibuerit quam noster imperator in suo statu manere vult. Nemo [2]) decoratus dignitate senatoria sine dotalibus instrumentis et ante nuptias donationem contrahat nuptias alioquin filii qui ex tali copulatione fuerint procreati. non erunt legitimi sed magis naturales. alii autem qui in militiis honestioribus decorantur vel negociationibus vel quibusdam artibus laudabilibus et sine dotalibus instrumentis et ante nuptias donatione copulentur. sed non citra cautelam scripture: debent enim hoc ipsum defensori ecclesie vel oratorii dicere et ille adhabeat tres vel quattuor clericos ad testimonium et conscribatur carta qua declaretur dies et quo imperatore. quo consule. et mense convenerint illa et ille in illo oratorio et loco quo copulati sunt. et subscribant defensores ecclesie et si quidem venit cartam accipere vel ambo vel unus ex his prestetur eis vel si noluerint deponatur in sancto oratorio. ut postea si opus fuerit producatur ad probationem nuptiarum ut etiam proles ex hac copulatione procreata legitima. homines matrimonium contrahere velint liceat eis sine scriptura hoc facere. Idem dicimus et de rusticis hominibus et de militibus qui in armis occupati sunt. Si [3]) quis divinis tactis evangeliis iuraverit mulieri legitimam uxorem se eam habiturum. vel si in oratorio tale sacramentum dederit sit ei legitima uxor quamvis nulla dos nulla alia scriptura interposita sit et si liberos non habuerit mortuo marito quartam partem substantie eius accipiat secundum constitutionem nostri imperatoris. et si eam de domo eiecerit quamvis sine repudio hoc fecerit. Quod si liberos procuraverint legitimi videantur. et si aliis nuptiis contractis legitimos filios pater habuerit. Ergo [4]) si quidam ex huius matrimoniis filii nascuntur legitimi erunt. Sin autem aliter filios aliquis habuerit naturales erunt et tam ex testamento quam ab intestato patri naturali succedunt secundum observantiam constitutionis principis nostri. scilicet si non ex damnata copulatione nati sunt: tales enim liberi neque legitimi neque naturales appellantur neque omnino patri succedunt.

¶ *Hec constitutio interpretatur constitutionem de his qui ingrediuntur in monasterium.*

(fol. CXXXI) Sancimus [5]) in superioribus constitutionem esse latam qua cavetur ubi qui que ve se in monasterio consecrasset. Nam ante introitum liberam habeant facultatem quomodo voluerint bona sua disponere. postquam intraverint talem licentiam non habent: sed ea constitutio que de hoc iure loquitur temporibus valet. nam si antequam ipsa introducatur factus est aliquis monachus vel facta mulier monacha nec ad eum pertinet vel ad eam. ergo habent liberam facultatem qualiter voluerint sua negocia disponere etiam post memoratam constitutionem.

¶ *Ut non luxurientur contra naturam et de his qui per capillos vel caput dei iurant.*

Si [6]) quis per capillum dei vel caput iuraverit vel alio modo blasphemia contra deum usus fuerit officio prefecti urbis ultimo supplicio subiiciatur. Si quis talem hominem sciens non manifestaverit non est dubium quod divina cohertione similiter cohercebitur. ipse quoque prefectus urbis si neglexerit post dei iudicium et nostram indignationem timeat.

¶ *Ut liberi de cetero aureo anulo non indigeant.*

Si [7]) quis famulum suum vel ancillam manumiserit et cives romanos fecerit. aliter enim non valet manumissio: tacito iure videantur ius aureorum anulorum acceptasse et naturalibus restitutos esse. non indigent ut impetrent a principe. hec autem constitutio in futuris casibus valet. Libertus [8]) patrono suo competens obsequium et reverentiam prebeat quamvis eum libertinum similem ingenuo hac constitutione fecerimus. attamen patronis iura patronatus intacta reservamus in his. scilicet casibus in quibus reservari possunt distinctione nostrarum legum: nisi forte renunciaverit patronatus prorogativam manumissor. Sive per testamentum iure fideicommissi sive eo tempore quo libertates imponebant: ingratum autem libertum contra patronum suum consistere prohibemus. quod in pecuniariis donationibus introduximus nunc existentibus. infirmatur donatio quanto magis si libertus contra patronum ingratus fuerit rescindi debet libertas. Cause autem ingratitudinis legibus constitute sunt: veluti si libertus manus suas contra patronum moverit: vel si contumelias atroces eidem fecerit: vel si magnum et intollerabile damnum eidem dederit. Si enim horum patronus vel liberi eius probaverint ad pristinum statum convictus libertus revertatur. Quod si competentem reverentiam patro- (fol. CXXXIb) nis et honorem tribuat: rex quoque eis libertatem ingenuitatis nomine decoratam conservabit. hoc autem totiens patronus habet quotiens iura sui patronatus non relaxaverit. Si [9]) quis libertam suam ducere uxorem voluerit: dotalia instrumenta cum ea conficiat. et habeat eam legitimam uxorem: quamvis summa dignitate prefulgeat: et liberi qui ex tali coniugio procreati fuerint legitimi successores patri suo existant. Si [10]) quis ex ancilla sua liberos habuerit eamque manumittere velit. et dotalibus instrumentis factis uxorem legitimam habere ipsa compositione instrumentorum dotalium liberi eius manumitti videantur. Si enim miles legatum servo relinquendo videtur et libertatem tacite donasse. quanto magis hoc obtinere debet in filiis ubi pater eorum manumiserit et legitimam uxorem dotalium instrumentorum compositione habuerit. Hec [11]) constitutio non videtur aliquid novitatis introducere sed sequimur eam quam pius anthonius imperator ius romane civitatis antea per

1) Iul. cap. 242. 2) Iul. cap. 243. 3) Iul. cap. 244 4) Iul. cap. 245. 5) Iul. cap 256.

6) Iul. cap. 257. 7) Iul. cap. 258. 8) Iul. cap. 259. 9) Iul. cap. 260. 10) Iul. cap. 261. 11) Iul. cap. 262.

singulos impetrandum. postea commune fecit omnibus subiectis: et dive memorie Theodosius ius anulorum aureorum per singulos impetrandum commune omnibus fecit. Nos autem vestigia eorum sequentes per hanc generalem constitutionem fecimus commune omnibus libertinis salvo patronatus honore hec [1]) autem omnia in futuris casibus teneant et non in preterito tempore locum habeant.

¶ *Apud quos oportet monachos causam dicere.*

Si [2]) quis cum monachis vel sanctimonialibus litigium habeat: non audeat monachum vel sanctimonialem in assisterio vel monasterio vel alibi constitutam ad civilem iudicem accusare vel protrahere: sed ad ipsum mag. civitatis episcopum. ille enim estimabit utrum presentari principalis persona debeat an per legitimum aprocrisarium defendi. scilicet cum omni honestate. ita episcopus legibus et canonibus consentaneam sententiam proferat. Quod [3]) si rustici sint vel alterius conditionis cuiusque modis omnibus citius altercationem dirimere et suis redeant locis. Quod [4]) si domini rusticorum vel iudices imminentem sibi questionem neglexerint ipse quesitor ducat se apud partes et velociter cause finem imponat et mittat homines in patrias suas. Si [5]) quis autem hanc constitutionem (fol. CXXXII) violaverit in magistratu quisquam positus. X. libras auri pena mulctabitur. executor autem litium constitutus in locis que decanica appellatur recludatur competentes penas luiturus. et postea non conceditur officium executoris habere.

¶ *Constitutio que ex dignitate et episcopatu liberat a patria potestate.*

Non [6]) solum patriciatus dignitas nexibus patris filiumfamilias liberat. sed etiam cetere dignitates que a curiali constitutione homines liberare solent: veluti si consul designatus fuerit: vel si ex consule codicillos accipiat. vel si prefectoriis magistratibus in ipso actu fungatur pone enim prefectis urbis vel pretoris factum fuisse vel magistrum militum. et sequatur eos peculium quod filiifamilias constituti habebant Qui [7]) ex dignitate patris sit. legitima iura intacta habet in familia sua. ideo liberi eius quos habebat dum filius fuerat post mortem patris in ipsius transeunt potestate. Si [8]) filiusfamilie presens fuerit factus ex ipsa consecratione paterfamilias erit. hec autem constitutio etiam in illis locum habet qui eo tempore quo prelatus est in dignitatibus antefactis positi erant.

¶ *De iudicibus.*

Et [9]) iudices quidam post magistratus populi romani. istas esse censemus causas quas adeo sumpsimus volumus iudices iudicare. Si quis autem magistratus constitutus iudicem dare maluerit: non habeat licentiam ad aliam causas delegare: nisi apud dictos eloquentissimos et gloriosissimos viros et ad suos consiliarios tantum qui consiliarii sui causas examinent ipse sententiam dicat. Manere [10]) autem volumus iudices in basilica a mane usque ad vesperam secundum solitum morem et lites dirimere non solum futuras sed etiam eas que apud eos inchoate sunt. Si [11]) provocatio sit porrecta iudici si quidem in causa quam nos delegavimus appellatio exerceatur ante' in communione procerum. aut secundum morem apud alios ex quantitate. scilicet liti habita differentia: sin autem magistratus ei causam delegaverit appellatio apud eum. scilicet magistratum exercebitur. (fol. CXXXII b) Iudices [12]) usque ad. CCC. solidos more quidem parasennos id est naturaliter audiant lites. Sed tamen sententiam in scriptis dicant et provocationes condemnatis non denegent: nisi forte ter appellare quis maluerit et contumaciter in absentia fuerit. Nam et tertia provocatio illicita est et contumaces condemnati appellare non possunt. Si [13]) provocatio in hac civitate iudici porrecta fuerit usque ad duos menses inducie petentur et si post duos menses statutos legibus dies suos peragunt cursus et nulla reparatio in huiusmodi provocationibus locum habebit. Nemo [14]) portulas vel iudiciorum impensas amphores exigat: quam nostra constitutione cautum est. Alioquin penas pacietur legitimas: unusquisque autem iudex habeat duos exceptores et duos executores fideles et probatos ut nulla ab eis iniusticia vel proditio fiat: ideoque periculo officialium vel scolarium sive scriniorum eligantur ut si quis peccaverit illi detrimenta legis resarcire curabunt. magistratus autem competentes aditi damnum exigi iubeant: et iudices si malitiose veneficos exeptores vel executores senserint removeant eos et alios probatos electione et periculo scolarium sive scriniorum sive officialium accipiant. Unusquisque [15]) iudex ab utraque parte binos solidos in litis contestatione accipiat et binos in termino litis forte litigium motum intra. C. solidos fuerit nec accipiat. Singuli autem iudices ex his. VIII. quos constituimus binas libras auri de publico a mensa prefecti pretorio accipiant omnibus autem privilegia in sumptibus litis prestita maneant incussa. In [16]) diffinitiva sententia iudex debet diffinire quod fieri oportet de impensis quas altera pars ab adversario suo passa est: et si quidem iureiurando quantitatem sumptuum iudex examinaverit faciat et taxationem et secundum quod is qui iuraverit non ultra taxationem condemnet. Sin autem propter veritatem litis nullo sumptu condemnare alteri alterum voluerit: et hoc in arbitrio eius ponatur: omnia [17]) que de provocationibus et revocationibus et ut. XX. dies post monitionem reus habeat: et si quid aliud iudiciale constituisset in firmitate permaneat. Nemo [18]) cum iureiurando iudicem cum adversario suo accipiat: talia enim arbitria nullius momenti sunt. Sin autem cum compromisso penali quis iudicem elegerit res cauta erit et duorum alterum necesse est fie- (fol. CXXXIII) ri vel sententiam iudicis impleri vel si is qui condemnatus est retractaverit penam compromissi prestare. magistratus

1) Iul. cap. 263. 2) Iul. cap. 264. 3) Iul. cap. 269. 4) Iul. cap. 270. 5) Iul. cap. 266. 6) Iul. cap. 280 7) Iul. cap. 281. 8) Iul. cap. 282. 9) Iul. cap. 284.

10) Iul. cap. 285 11) Iul. cap. 286. 12) Iul. cap. 287. 13) Iul. cap. 288. 14) Iul. cap. 289. 15) Iul. cap. 291. 16) Iul. cap. 292 17) Iul. cap. 293 18) Iul. cap. 294.

autem populi romani si interpellati essent ut pena compromissarii exacta ab eo qui obtemperare noluerit adversario eius restituatur in summa autem dicimus per hoc licitum non esse ut cum sacramento litigatorum arbiter eligatur et si quidem sponte sua contra ius sententiam dederit ipse quidem rationem deo daturus est. Sin autem per imprudentiam aliquid non iuste iudicaverit hoc partibus necesse prohibemus. Omnia autem cetera iura que de compromissariis introducta sunt vel de aliis arbitris non cum sacramento receptis a veteribus legibus vel a nobis introducta sunt in sua firmitate non novata permaneant. Omnes [1]) autem iudices provocationes porrectas sibi suscipiant et nulli alii sit permissum nisi forte prefectus pretorio sit. nam in hac sede ius retractionis in integrum precipimus custodiri. Omnes [2]) lites secundum leges et constitutiones dirimentur quamvis iussio nostra vel pragmatica sanctio contrarium statuerit et provocationes sibi porrectas admittant in his. scilicet causis in quibus licitum est provocare. Si [3]) quid autem iudici dubium videtur hoc ad nostram maiestatem reservent et competens responsum mereantur.

¶ *Ut clerici apud proprios episcopos conveniantur.*

Si [4]) quis cum clerico litigium habeat siquidem de causa prius adeat episcopum cuius iudicio clericus suppositus est ille enim sine damno et dilatione competentem finem liti impositurus est. Si autem noluerit episcopus litem dirimere: tunc ad civiles iudices disceptatio cause fiat. nam episcopus causam dirimere vult sine scriptura omnia procedant et diffinitiva sententia ab eo sine scriptis producatur nisi forte partes voluerint nec in scriptis ea proferatur. quod si de criminali causa litigium emersit: tunc competentes iudices in hac civitate vel in provincia consentaneum legibus terminum causis imponant: ita tamen ut disceptatio legibus duorum mensium spacium non excedat a litis contestatione numerandum. non aliter autem puniatur clericus: nisi obnoxius repertus sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo clericatus honore. Si autem crimen ecclesiasticum est tunc secundum casum ab episcopo suo sola cause examinatio procedat et pena. Nullam communicationem aliis iudicibus in huius causis habentibus. Si [5]) que lites iam detestate sunt in iudiciis civilibus secundum priora iura suum finem (fol. CXXXIII b) expectent. Omnia autem privilegia que data sunt a nobis et de sacrosanctis ecclesiis et religiosis episcopis sive monachis maneant immutabilia.

¶ *De consanguineis et ultimis fratribus.*

Si [6]) quis decessit sine liberis: et sine crīe patre et matre eius que fratres ab intestato successionem capere possunt et debent Sin autem iuris diversi sunt et quidam ex eis fuerint consanguinei non enim ex eadem matre nati: vel ex eadem matre non ex eodem patre nati. et alii appareant eiusdem patris et eiusdem matris progeniti ipsi anteponantur aliis fratribus. nam et anteriores leges quodammodo hoc fieri precipiunt. nam in illis cautum est ut si pater meus defuncta forte matre uxorem aliam duxerit et liberos habeat de utraque ex nuptialibus lucris vel aliis que ad quisitionem effugiunt emolumentis uni ex his contingerint mortuus fuerit non anteponantur mihi fratres: qui non solum consanguinei sunt sed etiam ex eodem ventre nati ex quo et ipse progenitus est. hec autem constitutio teneat non solum in futuris casibus sed et in preteritis nisi iudiciali calculo vel amicabili compositione decise sunt.

¶ *De armis.*

Sancimus [7]) ut privatus homo arma non faciat sed soli fabricenses qui ad arma facienda militum ēt de publico aluntur oportet autem gloriosissimum magistratum officiorum quinque cartularios de scrinio fabrice deputare bone opinionis homines et primates scrinii et querere de privatis omnibus qui arma facere audent. Et si quis invenerit ydoneos de his ad nos referant ut nomina eorum per sacra nostra rescripta confirmentur et in militia inscribantur. et fiant publice fabricenses. Sed hoc facto et legitime observato rustici homines armorum copiam non habebunt. oportet autem eos scriniarios qui mittuntur ad inquisitionem inquisitione privatorum qui arma faciunt depositiones a magistratibus et defensoribus et patribus civitatum accipere quod nemini privato concedant arma facere. quod enim concesserit alexandrie civitatis prefectus. XX. lib. auri pena prestari et magistratu careat. officium autem eius. XX. li. auri mulctetur et capitali supplicatione puniatur. Ceterarum autem provinciarum denas libras auri pene nomine iubemus prestare magistratus vocare iubemus. officium autem et defensores civitatum. III. auri lib. pena mulctari et capitali puniri supplicio. (fol. CXXXIV) Nemo [8]) privatus faciat aut comparet arcus vel tela: vel spatas vel gladios quos paremena vocant: vel zabas sive loricas vel contos vel lanceas quocummodo mō fiant que ab hisauris monocopia dicuntur vel sitinos appellatos seu missibilia vel scuta vel cassides liceat autem privatis omnibus comparare cutellos minimos quibus in bellum quispiam uti non possunt. Sciant [9]) cartularii scrinii facere quod si hec saluberrima nostra statuta contempserint non solum pecuniarias sed etiam corporales sustinebunt et milicia sua carebunt et scrinia ad curam fabrice nullam communionem habebit sed aliis hec cura a nobis committetur.

¶ *De deposito. Rubrica.*

Quidam [10]) ticio deposuit pecuniam vel alias res sub aliquibus conditionibus ut si implete fuerint reddatur ei depositum: deinde complevit nec reddere vult iubet constitutio teneri eum qui conditionibus impletis res depositas reddere debet. sed et si venerit aliquis et denunciaverit depositario ne aliqui reddat ei qui deposuit: hoc noceat quicquid enim damni ei post talem denunciationem fortuito casu depositis

1) Iul. cap. 295. 2) Iul. cap. 296 3) Iul. cap. 297 4) Iul. cap. 298 5) Iul. cap. 299. 6) Iul. cap. 300

7) Iul. cap. 303. 8) Iul. cap. 304. 9) Iul. cap. 305 10) Iul. cap. 307.

rebus acciderit. hoc ad eum qui denunciavit pertinet ut depositarii indemnitas conservetur hoc amplius si pecunia erat deposita et eam quispiam reddi denunciatione prohibuerit ex eo tempore cogendus est tertiam centesime usurarum nomine depositario prestare usque ea donec reddatur pecunia. Si [1]) quis civiles annonas dare prohibuerit alicuius se creditorem dicit esse vel si denunciaverit inquilinis ne pensiones prestent: quicquid damni ex hoc domini senserint is qui denunciavit resarcire cogitur hoc amplius pecunie quam prohibuerit dari usuram prestet tertiam centesime. Nemo dicat quod potest dominus cautionem inquilinis defensionis dare et pensiones post denunciationes exigere: defensio enim sine fideiussione omnino ydonea non est et non facile est fideiussorem omnibus invenire.

¶ *Quibus modis naturales efficiantur sui. Collatio septima.*

Hec [2]) constitutio de liberis naturalibus loquitur. et dicit alios natos auxitque propterea et legitimos esse aut ingenuos et naturales aut naturales et servos aut omnimodo nec naturales nec legitimos appellari eos autem qui naturales ingenui vel servilis conditionis sunt aut legitimi postea fiunt aut in eodem statu manere: et ingenui quidem aut legitimi filii nascuntur. qui ex legitimis sumptis procreati (fol. CXXXIV b) sunt nuptias autem legitimas contraximus aliter in personis senatorum aliter in vilissimis hominibus aliter inter eos qui medii status sunt Successiones autem parentum ad legitimos variis pertinent modis de quibus iurisconsulti et constitutiones locute sunt. naturales aut liberi sive ingenui sive servi quibus modis postea fiant legitimi. Et per quas vias naturalibus succedant parentibus necessarium est exponere: igitur si quis filios suos naturales curie dederit: vel omnes vel quosdam aut unum ex his legitimos faceret secundum pie memorie theodosii constitutionem Idem iuris est ut si filiam suam naturalem curiali homini pater coniunxerit. Sed quia hec pars de successionibus et aliis rebus multis dubietatem recipit: ordinarium est prius eam plenissime explanare. Igitur si quis naturalem filium vel naturales habuerit. eumque vel eos: vel quosdam vel unum ex his legitimos facere voluerit debet eos dare curie civitatis: quamvis illustri dignitate decorati sunt: et fiunt legitimi. Exceptis videlicet illis dignitatibus per quas et si curiales essent hac conditione relaxati fuissent. dare autem eum curie oportet: vel in spectaculo toto populo concidente vel actis publicis intervenientibus: vel in testamento suo si ille non declaraverit. Hec autem omnia procedant sive aut legitimos habeat filios pater sive non. Sin autem post mortem patris naturalis filii spontanea voluntate se curie dare maluerit: non aliter audiatur. nisi filium legitimum pater reliquit. Non autem que de patre dicimus obtineant et in avo et proavo et in aliis huiuscemodi personis. Sed si quidem ex provinciali civitate oriundus est is qui filium suum curie dare voluerit liceat ei filium suum facere curialem sive ipse quoque pater curialis sit sive non ubi autem filius se dare voluit impediatur legitimis filiis superstitibus. Sin autem pater naturalis vel romanus sit vel bizancius liceat ei in qua voluerit metropolitana civitate filios naturales curie dare Eadem dicimus et si quis filias curiali homini coniungere maluerit Si [3]) quis cum muliere libera consuetudinem habuerit et naturales liberos ex ea procreaverit: postea autem affectione procedente dotalia instrumenta cum ea fecerit: dicimus liberos tam eos qui ante dotalia instrumenta quam eos qui postea nati sunt legitimos et in potestate patris sive post instrumenta nati filii decesserint sive omnino nati fuerint nulla discretione habita utrum alia sit legitima proles an non sed et si quis conceptus ante instrumentum postea natus (fol. CXXXV) fuerit illud tempus quo natus est inspiciatur ut legitimus sit: vel si prosit tempus conceptionis illud tempus observet. Si [4]) quis autem filios habuerit naturales eorum autem mater mortua sit: et dotalium instrumentorum compositio fieri non possit vel si vivat quedam mater sed ea digna matrimonio non sit vel si celata fuerit ut uxor non ducatur. pater vero filios legitimos facere vult liceat ei supplicare principi et hoc ipsum manifestare in precibus suis ut principe annuente status filiorum suorum confirmetur scilicet si in his casibus legitima proles non sit. Si [5]) pater naturalis dum vult precedentem observationem non fecerit ut filios naturales suos sibi legitimos faciat componat testamentum et in eo dicat si velit eos legitimos successores suos existere sibi et si hoc dixerit liceat filiis hoc dicere et testamentum dicere patris et legitimam hereditatem patris eius adipisci sic tamen ut prius principi supplicaverint et hoc ipsum allegaverint. Hec [6]) autem omnia totiens locum habeant et ipsi liberi naturales consentiunt. Si enim invitas nemo emancipatur quanto magis non debet sui iure constitutus aliene subiici potestati. Quod si quidam ex eis voluerint quidam non. hi qui volunt legitimi successores existant parenti. Illud autem certum est quod legitimis filiis superstitibus tempore quo pater moritur naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur. nisi vel curie datus est vel dotalia instrumenta cum matre eius composita sint. Nemini autem liceat naturalem filium adoptare et eodem modo legitimum eum facere. Si [7]) quis filios naturales habuerit si quidem legitimos eos predictis modis fecerit. ita ei succedant quemadmodum ex nuptiis legibus cognitis procreati parentibus suis succedunt. Si autem naturales permanserint siquidem legitima proles subsit: liceat patri filiis naturalibus et matri eorum id est concubine etiam sive non ultra unam unciam dare sive inter vivos sive mortuos causa: ut semiunciam concubina habeat: semiunciam liberi. Si quid autem plus ei dederit hoc habeant legitimi filii. Sed si solam habeat concubinam non plus ei quam semiunciam prestet. Quod si nullos filios legitimos habeat liceat ei et in toto asse filios suos naturales heredes in- (fol. CXXXV b) stituere nisi forte pater naturalis parentes habeant tunc enim parentibus legitima portione relicta: reliqua pars ad filios naturales transire potest. eadem le-

1) Iul. cap. 308. 2) Iul. cap. 309

3) Iul. cap. 316. 4) Iul. cap. 317. 5) Iul. cap. 318. 6) Iul. cap. 319. 7) Iul. cap. 320.

gitima est patri prestanda et si donatione vel alio quoque titulo vel vivens vel moriens substantiam suam naturalibus filiis prestare voluerit illo procul dubio observando nisi concubinam habere possit qui uxorem non habet: hoc autem totiens teneat quotiens et naturalis pater vel testamento vel alio ultimo iudicio suam declaraverit voluntatem. Quod si quis intestatus decesserit neque filios habuerit filiasve neque nepotes aut neptes et deinceps personas habeat autem in domo sua concubinam liberam ex qua etiam filios habuerit: tunc et intestato patre naturali mortuo duas uncias habeant dividendas inter eos pro virili portione et mater eorum unius filii portionem accipiat et hec ita se habent quamvis agnatus vel patronus vel fiscus intestato defuncto patri naturali successerit. Sed et si concubina antequam pater moriatur decesserit non minus filii naturales duas uncias intestato patre mortuo integras accipiant. Idem dicimus et si concubina separata est a viro: nemo autem intelligat concubinam illum habere cum multis mulieribus connubere solet. Nam quemadmodum qui legitimam uxorem habet habere aliam non potest: eo durante matrimonio ita et qui concubinam habet non potest aliam eo tempore habere. Nulla autem differentia est utrum masculi an femine sint: qui queve ex tali concubina progeniti sunt: vel progenite: quod si quis intestatus decesserit et legitimos liberos habuerit et naturales. nec quidem naturales accipiant: alantur autem a fratribus suis: id est a legitimis filiis defuncti secundum substantiam que ad eos pervenit ex patre quemadmodum vir bonus extimaverit: Idem iuris est et si uxorem quidem habeat liberos autem naturalis ex concubina antea mortua. ut et hii alantur a suis successoribus: de nepotibus enim naturalibus ea que constituimus in. C. teneantur. sed [1]) quemadmodum liberis naturalibus consultum est: sic et ipsi debent patribus suis naturalibus vicissitudinem dare et in alimoniis et in successionibus quemadmodum in ipsis filiis constitutum est. Si [2]) pater naturalis aliquid dederit vel (fol. CXXXVI) reliquerit filio liceat ei tutores vel curatores prestare in hiisdem rebus confirmandis liceat autem et matri tutelam filiorum suorum naturalium suscipere et omnia facere que legitimi facere solent. Hec [3]) autem constitutio non pertinet ad eos qui ex nephariis nuptiis creati sunt. Ideoque neque alimonias eis parentes vel fratres debent constantini autem dive memorie lex ad gregorium scripta penitus evacuetur. Nemini [4]) liceat curiali conditioni obnoxio aliquid donare de sua substantia nisi quod pertineat ad donationem propter nuptias sive pro semetipso sive pro liberis suis dederit: liceat eis edonare filias si nuptias contrahant. aliter autem non liceat eis immobiles res suas communi est sive mortis causa sive propter nuptias: vendere autem si velint liceat eis secundum nostras constitutiones nam et dotem dare filie sue curialis hoc poterit usque ad eum modum qui constitutione comprehensus est. Scire autem oportet quod aliis privatis hominibus non est interdictum donationem mortis causa facere et quas volunt conditione inserere: ita eis concessum est et talem conditionem addere ut non liceat donatori mortis causa donationem revocare: alias autem condiciones observari precipimus: sed et in mortis causa donatione secundum leges faciat. Si [5]) curialis naturalis tantum filios habuerit liceat ei manumittere eos et curie dare et hoc modo legitimos facere: ipsi quoque naturales liberi libertatem quodammodo nanciscuntur mortuo patre nullis legitimis liberis superstitibus licentiam habeant se curie dare nomen mereri. Si [6]) naturalis filius curie datus fuerit legitimus patri successor ab intestato existat et ex testamento capiat: nisi forte legitimos filios antea habuerit ut enim non plus habeat naturalis filius quam is qui legitimus constitutus minimam habuerit portionem: et si quidem mortuo pater curialia munera subeat et quod est donatum vel relictum possideat et maneat securus. Sin autem res paternas velit respuere ut curiali conditione liberetur omnino non audiatur. Si vero ab initio curialem conditionem contempserint: postea autem in possessionem rerum paternarum vel omnium. vel ex parte inventi fuerint tunc curialis conditionis nexibus teneantur que diximus de masculis curie oblatis intelligenda sunt et de filiabus (fol. CXXXVIb) naturalibus que curialibus nupserint. Curie [7]) filius datus ipsi tantummodo patri legitimus fiat successor non autem parentibus vel liberis ipsius vel agnatis vel cognatis eius nisi forte ab aliquibus ex his heres instituatur. Si [8]) quis curie datus et legitimus factus decesserit siquidem habeat curialis quosdam legitimos liberos ad ipsos successio eius perveniat. Sin autem quosdam habeat curiales quosdam a conditione libertos ad curiales quidem novem uncie substantie eius veniant ad alios autem tres uncie: quod si nullos liberos habeat novem quidem uncias curia et publicus habeant: tres autem uncias vel heredos quos in testamento suo scripsit: vel hii qui ab intestato ad hereditatem curie eius vocantur. Sin autem scriptus heres vel non scriptus se dare maluerit hereditatem ipsius habere vel . . . . prohibeatur sed hanc licentiam ut cum curiali conditione novem uncias curie et publice pertinentes accipiat hoc si prius imperatori supplicaverit et hoc ipsum ei ab imperiali nomine concessum fuerit. Si [9]) quis naturales habuerit liberos postea decedens in testamento suo curie eos dederit et illi mortem patris sui naturalis consenserint: habeant novem uncias qualitercunque distributionem eorum pater inter eos fecerit. Ita tamen ut minus novem uncias non accipiant: melius autem faceret pater si totum assem eis relinqueret quod si quidam ex his consenserint quidam autem voluerint curiales esse ad eos qui consenserint novem uncie perveniant: tres autem uncie ad eos devolvantur quos testator voluit: quod si nullus ex naturalibus liberis curialem complectatur conditionem ad ipsam curiam novem uncie dividantur. Sed et si quis nihil de naturalibus liberis suis dixerit sed silentio eos preterierit illi autem voluerint sua sponte curie nexibus esse subiecti ut patris naturalis successionem capiant liceat eis hoc facere ut novem accipiant uncias. sed et si pater naturalis filium servum habuerit eum-

1) Iul cap. 321. 2) Iul. cap. 322. 3) Iul. cap. 323. 4) Iul. cap. 306.

5) Iul. cap. 310. 6) Iul. cap. 311. 7) Iul. cap. 312. 8) Iul. cap. 313. 9) Iul. cap. 314.

que manumiserit et curie dederit novem uncias ei relinquere compellatur hoc amplius et si tamen manumiserit et non obtulerit et post mortem naturalis patris curialis esse maluerit tunc etiam novem accipiat uncias. idem dicimus et si testator eum curie dederit in suo testamento omnimodo eum qui curie munera subire paratus est novem uncias accipiat: quod si omnes naturales liberi curiales esse volunt pro rata porcione inter eos novem uncie dividantur (fol. CXXXVII) zenonis [1]) dive memorie constitutio et anastasii lex de naturalibus posita maneat secundum sua tempora inconcussa sed et divi iustini constitutio imperpetuum maneat que prohibet naturalis liberos adoptionis modo legitimos fieri.

¶ *De testibus.*

Nullus [2]) recipiatur in testimonium nisi eius qui sit bone opinionis quem dignitas commendat: vel milicia vel vite honestas: vel artis laudabilis titulus vel etiam aliorum testium vox de bona vita eius consentiens: alius autem vilissimus testis si in iudicio productus fuerit liceat iudici si hoc extimaverit tormentis eum subiicere in hac quidem florentissima civitate per pretoris officium in provincia autem per defensorem civitatis. Si quis autem scripsit se ante debere alicui pecuniam postea autem dicat se non in scriptis solvisse non audiatur quamvis testes produxerit nisi secundum observationem constitutionis nostre. Si tamen duorum alterum: et dicant vel quod presentibus ipsis et ad hoc ipsum rogatis debitor pecuniam creditori solvit: vel quod ad ipsum accepti audierunt creditorum dicentem pecuniam sibi solutam fuisse. non enim admittimus testimonia eorum qui dicere solent transeuntes se audisse aliquem dicentem pecuniam sibi solutam fuisse. Sed neque tabelliorum presentia sola sufficit nisi testes quoque rogati subscripserint et ipsa principalis persona si litteras sciat: suas dispositiones declaraverit. scilicet ut in hoc casu siquidem bone opinionis testes inventi fuerint recipiantur. Si autem vilissimi homines qui ex pecunia facile corrumpi possunt et periurare non timebunt tunc tormentis subiiciantur. Si autem testes contraria sibi dicant oportet iudicem si contrarietatem inspexerit testimoniorum in ipsis constitutis que totam causam continent probare eos: plurium autem et bonorum testimonia sequi: et eos qui contraria sibi dixerint siquidem per errorem convenit dimittere: si autem per astucias aliquas tormentis subiicere. Si [3]) quis in una eademque lite testes ter produxerit testium productioni exceperit testimonia: vel ipse vel per scripturas adversarii sui post non concedatur quartam productionem testium facere: cum vero si non exceperit neque ipsa testimonia neque perscriptiones adversarii: liceat ei uti quarta productione testium: ita (fol. CXXXVII b) tamen ut unum prius neque se excepisse neque procuratorem suum vel patronum vel alium hominem suum vel aliquo dolo vel aliqua callidate quartam productionem desiderare vel amplius: et si semel aut bis testes produxit et renunciaverit productionibus: ac postea velit producere non audiatur nisi eo casu ut neque testimonia excepit neque prescriptione adversarii sui quamvis divina iussio dederit ei licentiam producendi. Antiquitus [4]) est constitutum ut in hac florentissima civitate litigium fuerit notum: et adhuc causa pendente opus fuerit testium productione testes autem in provincia degant nisi ille actis intervenientibus mittantur partes sive procuratores eorum et apud defensores civitatis testes producti dicant ea que sciunt et postea acta in hac civitate mittantur et competenti calculo cause a iudice terminentur. idem iubet constitutio obtinere si in provincia litigium fuerit motum et testes degant in hac civitate vel in alia provincia actis intervenientibus apud eloquentissimum iudicem testes producantur: vel si in alia provincia testes sint apud defensorem acta consistant et signata prestentur: vel ei qui produxit vel adversario ne quasi excipienti denegetur iterum testes producendi licentia: hoc autem in pecuniariis causis obtineant: nam in criminalibus ipse persone testium necessarie sunt. Si [5]) testis productus servus esse dicatur ille autem dicat se liberum esse: siquidem ingenuus scribatur testimonium eius (postea si probetur servus) nullius momenti est. Si autem libertum se esse dixerit siquidem instrumentum manumissionis sue ostenderit dicat testimonium. Si autem in alio loco dicat instrumenta sui natus se habere scribatur quidem testimonium eius postea autem si non produxerit instrumenta nullius momenti sit. Si [6]) quis dixerit testem productum inimicum esse si quidem ex criminali causa omnino non dicat testimonium. Sin autem ex alia actione dicat testimonium eius: sed prescriptio ei opponatur. Si [7]) quis mediatorem se precium dixerit ideoque se non oportere invitum testimonium dicere in alterutrum eorum: illi autem consenserint ut producatur consequens est: ut in hoc etiam casu invitus testimonium dicat: testium [8]) vero productio apud iudicem vel defensorem vel magistrum census non aliter valeat nisi presente adversa parte vel contu (fol. CXXXVIII) maciter non veniente. scilicet ut hoc salva prescriptio ei competat quam opponendam iudex extimaverit: contumaciter autem dicitur abesse qui ex necessitate abfuerit forte iuxta scripta sanctorum causa orationis. Omnia [9]) iura que posita sunt vel iam a retro principibus vel a nobis de testibus maneant intacta. hanc autem legem tenere volumus in futurum tempus.

¶ *Ut exactione instante dotis prime et secunde viro ad secunda vota migranti preponatur uxor prima. etc. Rubrica.*

Quedam [10]) mulier ticia nomine mevio copulata est. et dotem dedit et ab eo filios procreavit. postea mortua ticia mevius secundam uxorem duxit semproniam et mortuus est. queritur utrum liberi prioris dotem matris sue recipere prius debeant an magis secunda uxor in dote sua possit validiora iura pretendere. et ita distinguimus ut si quidem res dotales existant sive prioris sive posterioris sint omnimodo

1) Iul. cap. [illegible] 2) Iul. cap. 324. 3) Iul. cap. [illegible]

4) Iul. cap. 326. 5) Iul. cap. 327. 6) Iul. cap. 328. 7) Iul. cap. 329. 8) Iul. cap. 330. 9) Iul. cap. 331. 10) Iul. cap. 332.

eas vendicare possint. Si autem vel consumpte sunt et diminute preferantur secunde mulieri liberi ex priore matrimonio nati: vel etiam ipsa prima uxor si forte repudio prime nuptie solute sunt. Idem dicimus si liberi secunde mulieris cum priore uxore vel liberis eius litigent. In summa dicimus priori matrimonio ipothecarum privilegia validiora prestari ut mulier ipsa agat vel liberi eius ex ipso matrimonio nati: liberorum autem appellatione omnes descendentes personas complectimur quod non per innovationem a nobis introductum est. sed magis per interpretationem priorum constitutionum. Si [1]) mulier pro se dotem promiserit vel alius pro ea sive profecticiam sive adventiciam. postea autem vel ipsa mulier vel promissor dotis paratus sit. id quod promisit dare. et hoc ipsum testatione complectatur. vel obtulerit. vel deposuerit. Si immobiles sint vel in iudicio ex una parte iudicem adeat. et missis ab eo hominibus maritus distulerit dotem accipere: posteaque solutum matrimonium fuerit sic intelligatur maritus quasi dotem accepisse. ideoque si quid de ante nuptias donatione accipere mulierem oporteat omnino accipiat quamvis dotem nullam dederit: quia per maritum stetit quominus eam susciperet.

¶ *De immensis donationibus in filios factis..*

(fol. CXXXVIII b.) Si [2]) pater filios habuerit duos pluresve. et uni ex his donare res suas voluerit: non liceat ei ultra vicem sue substantie donare id est extra dimidiam secundum numerum filiorum ut ceteri liberi modis omnibus legitimam portionem falcidiam accipere quam habent si tertiam partem vel dimidiam eo tempore accipere antequam donatio facta sit. scilicet nisi ingrati fuerint. nam si probate sint ingratitudinis cause pristinis legibus subiiciantur.

¶ *Ut sine prohibitione matres debitrices et creditrices tutelam gerant minorum neque iusiurandum prestent quod non venient ad secunda vota. Rubrica.*

Si [3]) autem mater marito defuncto filiorum suorum tutelam gubernare maluerit: renunciet secundis nuptiis in iudicio sine iusiurando. et res suas impuberi filio obliget atque ita tutela ei committatur sive creditrix sit filiis suis. sive debitrix. Idem et in filiabus dicimus. hec autem observare procuret tam prefectus urbis quam pretor. in provinciis presides et diligenter inventaria scribantur presente scriba et aliis personis secundum consuetudinem et satisdationes ydonee exigantur ut salva res pupilli fiat.

¶ *De executoribus et his qui conveniuntur et reconveniuntur.*

Non [4]) aliter incusatori respondeatur libellum incusationis mittenti nisi prius ille caverit reo atque litis executori. quod intra duos menses contestationem litis apud iudicem facturus sit: alioquin damnum in duplum se restiturum cautio autem XXX. solidorum quantitatem non excedat. Si [5]) quis ab aliquo fuerit accusatus et voluerit accusatorem ipsum suum accusare apud eundem iudicem hoc fiat. nam apud alium iudicem trahere non potest quod si iudex ei displiceat licebit ei eum recusare ante litis contestationem in. XX. dierum lapsamento. post litis vero contestationem recusare eum iudicem non potest nec actorem in alio iudicio trahere.

¶ *De qualitate dotis. Rubrica.*

Donationum [6]) que propter nuptias fuerit parem esse volumus quantitatem doti mulieris. id est peccata et stipulationes in dote et propter nuptias donationem per (fol. CXXXIX) modo componantur hic autem in futuro quoque tempore teneatur. Si [7]) mulier dotem suam augere voluerit non aliter hoc facere possit nisi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate paratus sit augere. Quod si creditores maritus habeat augere mulier dotem suam debet in rebus immobilibus. Quod si res mobiles dederit. sciat se privilegium dotis in rebus sui mariti non habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore quo dotem suam mulier augebat habeat privilegium quod dotibus in ypothecaria actione prestitum est. Sepissime [8]) relatum est eum qui pecuniam prestat ad comparandum rem vel reficiendam validiora iura in ypothecis habere in ipsa re quam priores creditores. Sed hoc in dotibus non observetur. Nam dotem precipimus ei quoque preferri qui postea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam vel renovandam vel faciendam. Si [9]) quis marito mutuam pecuniam dedit milicie causa et inter eos fuerit pactum ut in causa militie creditor anteriora iura aliis creditoribus habeat: id quod actum est teneat. ut etiam talis creditor preferatur. si cum hoc in scriptis processit et testium habeat subscriptionem et ex ipsa veritate firmetur. Si [10]) quis pro filia sua dotem dederit. XXX. lib. auri verbi gratia postea [illegible] defuncto et dote ad eum reversa filiam velit alii copulare prohibeatur minorem quantitatem dotis nomine quam antea prestare quamvis ex priore matrimonio lucrata est filia ob ante nuptias donationem. XV. libras auri. nisi forte pater probaverit fortuito casu quodam substantiam suam diminutam fuisse. Quedam [11]) mulier defuncto patre suo exigebat si dotem suam conferret si vellet hereditatem paternam suscipere. dicebat autem inopem maritum suum esse et nec ab eo exigi posse contradicebatur ei quod oportet inopiam viri ad ipsius damnum inspicere. quesitum est quid iuris sit et dicimus si quidem mulier sui iuris erat culpa eius esse quia poterat eo tempore quo videbat maritum suum pauperiorem statim adversari et constante matrimonio dotis actionem movere. et res dotis consequi. nam et propter nuptias donationem res et constante matrimonio vendicare potest si viderit maritum suum ad paupertatem declinare. scilicet si non minor erat mulier materfamilias XXV. an-

1) Iul. cap. 333. 2) Iul. cap. 334. 3) Iul. cap. 336. 4) Iul. cap. 338.

5) Iul. cap. 339. 6) Iul. cap. 340. 7) Iul. cap. 341. 8) Iul. cap. 342. 9) Iul. cap. 343. 10) Iul. cap. 344. 11) Iul. cap. 345.

nis. Si autem filiafamilias fuerit debet patri suo dicere ut cum eo agat. et si quid egit salva res est. Si autem pater agere supersederit inopia mariti ipsi et coheredibus eius imponatur et habeant omnes communiter actiones contra maritum et quod potuerit consequi in com (fol. CXXXIX b) mune deducatur. Hec autem totiens vera sint quotiens dotis quantitas ampla non sit. Si enim ampla sit etiam cessante patre liceat filiefamilias constante matrimonio contra maritum dotis actionem movere et si non moverit ad ipsam futuri temporis periculum spectet. Ea autem manere volumus in omnibus personis in quibus collatio dotis exigitur sive filiabus sive neptibus et deinceps personis volentibus hereditatem amplecti tam patris sui quam matris vel avi vel avie vel superiorum personarum.

¶ *De duobus reis promittendi.*

Si [1]) qui rei promittendi fuerint et alter pro altero fideiubeat invicem: si quidem additum non fuerit ut unusquisque ex eis in solidum teneatur si quidem omnes vel quidam solvendo sint et presentes fuerint in ipsos actio competat. onus autem inopie promissoris vel absentie presentes et locupletes sustineant. iubemus autem eos qui presto sint competenti iudice compelli communiter agenti stipulatori respondere ut ubi cognoscant si locupletes sunt an non. non communiter condemnentur ut qui solvendo sunt onera inopie aliorum sustineant. Quod si iudex additus magistratus non est. per competentem magistratum hoc vel impetret competat. hoc autem in futuris casibus obtineat.

¶ *De tempore non solute pecunie super dote.*

Si [2]) mulier pro se dotale instrumentum conscripserit vel quis alius postea posteaque vel repudio vel morte solutum fuerit matrimonium. si quidem ante biennii tempus impleatur: liceat marito vel heredibus eius non numerate pecunie super dote intra annum ex tempore soluti matrimonii numerandum querimoniam facere. Quod si supra duos annos intra decennium tantum matrimonium fuerit intra tres menses maritus et heres eius querimonia utantur: decennio autem completo omnibus modis si nulla querimonia usus est videatur dotem accepisse: et si minor. XV. annis sit non plus quam. XII. annos in testatione habeat. Si autem intra hec tempora decesserit heredes post unum annum habeant si legitime etatis sint. Si autem minores sint. V. annos habeant nulla discretione interposita utrum is qui decesserit minor fuerit an maior. XXV. annis. ille autem debet non numerare dotis querimonia uti qui scriptus est dotem suscepisse (fol. CXL) et sive legitimam habeat etatem sive minor sit secundum sua tempora negocium dirimetur. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denunciatione sed in scriptis. Quod si in iudicio instruatur oportet omnimodo mulierem certiorari alioquin si eam non certioraverit vel patrem nihil videtur maritus egisse.

1) Iul. cap. 348. 2) Iul. cap. 349.

¶ *Neque virum quod ex dote est neque mulierem ex sponsalicia largitate lucrum proprium habere. etc. Collatio octava.*

Si [3]) maritus mortua uxore vel uxor defuncto marito vel ante nuptialem donationem lucratus vel lucrata fuerit modis omnibus proprietatem liberis suis ex ipso matrimonio conservent usumfructum nuptialium lucrorum habeant: ipse vel ipsa sive ad secundas nuptias migraverint: sive non. Idque obtineat in omnibus matrimoniis que post hanc fuerint dissoluta quoquomodo vel antea dissoluta quidem vel adhuc in suspenso causa alterutra persona vivente. Si enim ambe mortue sunt. heredibus eorum hoc constitutio non prosit: sed veteribus legibus subiciantur. cum autem dominium rerum liberorum esse ceperit ea iura locum habere certum est que de his rebus posita sunt quarum proprietatem liberi lucrati sunt parentibus suis secunda contrahentibus matrimonia. Si [4]) repudio misso matrimonium solutum sit culpa uxoris vel mariti vel ille dotem vel illa propter nuptias donationem lucratus lucratave fuerit: liberis quidem statim competat proprietas. uxori vel marito rerum usufructus. Ea autem persona que usumfructum habet liberos alat. Sed si bona gratia matrimonium solvatur. et quasi transactionis nomine alterutra persona aliquid acceperit nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant parentes autem usumfructum.

¶ *De appellationibus.*

Si [5]) quis appellaverit et appellatione introducta apud prefectum pretorio. vel apud quemvis alium iudicem. compromissarios arbitros elegerit cum adversario suo non sit excludendus venire iterum ad appellatorium iudicium quamvis biennium transactum fuerit: quod si postquam a compromissario recessum est biennium transierit. dicimus priorem calculum esse firmum. et appellatorium iudicium non exerceri. Cetera autem iura que de provocationibus posita sunt in suo iure maneant.

¶ *De testamentis imperfectis. Rubrica.*

(fol. CXL b) Si [6]) quis inter liberos suos ultimam voluntatem voluerit componere imprimis tempus conscribat. postea autem nomina liberorum suorum sua manu. et unciarum quantitatem ex quibus eos heredes instituit non per numerorum notas. sed ita ut legitimus numerus exprimatur. Sed si res aliquas liberis suis relinquere voluerit aut ex rebus certis heredes quosdam de liberis instituere malit: dicat rerum demonstratione et manu propria significet ut nulla postea dubitatio inter liberos fiat. Si autem extraneis personis vel uxori sue legata vel fideicommissa relinquere voluerit et hoc manu propria scribat. et ante testes nuncupet. et ita actum valeat: quamvis ceteras testamentorum observationes non habeat: et si quidem in eadem permanserit voluntate

3) Iul. cap. 346. 4) Iul. cap. 347. 5) Iul. cap. 335. 6) Iul. cap. 361.

nihil amplius queratur Si autem dixerit aliquis testatorem penituisse non aliter audiatur: nisi probaverit defunctum postea. VII. testibus presentibus dixisse priorem voluntatem suam non stare: sed irritam esse. et forte eam rupisse. posterius autem testamentum vel in scriptis vel sine scriptis compositum est. Quia [1]) autem sancimus quosdam rerum suarum inter proprios liberos distributionem facere et in eadem quoque validum sit secundum nostre constitutionis observationes quas de huius distributionibus promulgavimus: sed et sine subscriptione liberorum ipse parens subscribat omnia per subscriptionem suam manifesta faciat: id quoque ratum habebitur quod iam manu facta constitutione continentur: hec autem lex in his casibus locum habebit quos postea contingerit moveri.

¶ *De restitutionibus.*

Si [2]) quis heredem scripserit et rogaverit eum id quod ex hereditate supererit tempore mortis sue aliis restituere. IX. quidem uncias hereditatis scriptas heres habebit: ita quoquomodo voluerit eis utatur tres autem uncie generali fideicommissario restituere cogatur et nullo modo eas diminuat: nisi dotis nomine si aliam substantiam non habeat vel redemptionis captivorum causa vel non egentia laborans ex ipsis tribus unciis minuere se speraverit. Quod si aliam substantiam habens tres istas uncias diminuat: repleatur id quod diminutum est ex ipsius proprio patrimo- (fol. CXLI) nio. Si autem quidem substantia eius nulla appareat: tres autem uncias consumpserit habens aliunde unde viveret liceat fideicommissario in rem agere et hypotecaria actione ut res pro rata trium unciarum evincatur: ideoque conveniens est ut scriptus heres generali fideicommissario cautionem prestet de. III. unciis restituendis nisi forte testator huiusmodi cautionem vel satisdationem specialiter non concesserit. hec autem constitutio locum habet non tantum in futuro tempore. sed etiam in omnibus casibus qui adhuc pendent. Pendere autem ad hoc videtur sive descriptus heres decessit. Nulla autem discretio personarum sit: nam in liberis et cognatis et extraneis hec constitutio locum habet.

¶ *De privilegiis dotis hereticis mulieribus non prestandis.*

Nullus [3]) hereticus miliciam vel curas gerat: hereticos autem dicimus et nestorianos et euthicianistas qui dioscori et severi superstitiones secuti sunt. a quibus manichei et appollinaris sacrilegia renovata sunt et omnes qui non conveniunt in ecclesia hereticos vocamus: quamvis nomen christianorum usurpent. ut tamen ortodoxi plus quam heretici numero habeantur. Sciendum est mulieribus hereticis privilegia in dotibus vel propter nuptias donationibus hypothecarum quam tacitam dedimus denegari et omnes huiuscemodi prerogativas. Sin autem penitentiam egerint et inperseveraverint non careant beneficiis nostris. Ea observare procurarent non solum religiosissimi episcopi sed etiam magistratus et iudices omnes sive maiores sive minores.

¶ *De nautico fenore.*

Hec [4]) constitutio tollit priorem constitutionem que de nautico fenore posita est per inviolationem sic accipiamus quasi omnino nec scripta nec posita esset.

¶ *Hec constitutio innovat constitutionem que prescriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.*

¶ Iubemus [5]) ut negociis que ante hanc legem. XXX. annorum removebat exceptio nunc venerabilibus ecclesiis ac monasteriis et xenodochiis nec non orphanotrophiis et trophiis omnibus. XL. annorum protelatio conferatur Salva. scilicet inter alias personas causa et virtute quam semper tricennalis sibi prescriptio vendicavit quoniam. X. annorum ediectionem religiosis locis prestamus: nisi per (fol. CXLI b) sonales et hypothecarie actiones in tanto tempore propagentur: annali autem exceptioni et trigenarie et aliis huius exceptionibus non derogetur. hec autem constitutio et in preteritis locum habet: nisi quidem cause amicabili transactione vel iudiciali sententia sint sopite.

¶ *De litigiosis.*

Res [6]) mobiles vel se moventes vel immobiles litigiosas volumus appellari quarum de domino apud iudicem inter actorem et possessorem quomodo orta est: aut iudiciali ammonitione aut per preces principis porrectas et apud iudicem intimatas et per ipsum iudicem adversario litigatori manifestatas. Nam secundum talem distinctionem nostram intelligi volumus constitutionem in qua cautum est de sciente et ignorante emptore. Si quis autem pluribus heredibus relictis decesserit et illi cum aliis hereditariis rebus rem litigiosam dimiserint id quod factum est lege non reprobatur non enim recte videtur alienatio esse inter coheredes facta divisio. Si quis autem rem litigiosam legaverit eventum litis videatur legasse ut si quidem heres vicerit accipiat legatum legatarius: si autem victus fuerit nihil accipiat. Ideoque libera licentia legatario detur adesse in iudicio ut nulla negligentia vel colludium ab herede committatur. de hypothecis autem questio rem litigiosam non facit. nam et si specialiter hypothece nomine res obligata est tamen ut ex quantitate creditori hypothecariam actionem. et rem sibi suppositam vendicare donec satisfiat. scilicet ut creditoribus anteriora iura hec habentibus secundum priores leges tempore prerogative servetur. Ex his apparet multo minus litigiosam rem vocari eam rem que generaliter hypothece titulis obligata est. Si [7]) iudex aliquem teneri voluerit in sua interlocutione talem conditionem debet inserere ut non aliter nullus accusationis libellus reo detur: aut sportule ab eo exigantur: nisi prius in libello actoris inscripserit vel sua

1) Iul. cap. 362 2) Iul. cap. 363. 3) Iul. cap. 364.

4) Iul. cap. 365. 5) Iul. cap. 366. 6) Iul. cap. 367. 7) Iul. cap. 368.

manu vel tabelliorum et intervenientibus monumentis fideiussorem prestet idoneum periculo officii promittentem quod actor et observabit et in iudicio exercebit suas actiones: et si postea ostendatur iniuste litem movisse sumptuum nomine (fol. CXLII) decimam partem dabit quantitatis que in libello comprehensa est. hec autem is qui accusatus fuerit accipiat Si autem dicat se non habere fideiussorem ac postea iuratorie cautioni committatur in qua promittere debet ea que suprascripta sunt. quod si alio modo factum fuerit nullum responsum dare litis executori reum concedimus et si adversus ea factum fuerit iudex quam officium suum duarum librarum auri pena mulctabitur. Executor autem litis publicationem sue substantie patietur et in exilium in quinquennium mittatur: pene autem ex hac lege irrogate ex hac lege periculo comitis rerum privatarum fisco nostro inferantur quicquid autem ex hac illicita conventione detrimenti reus passus est resarciatur ei ex substantia actoris: periculo iudicis eius a quo executor est missus: excipimus ab huius illa litigia que ex consensu litigatorum ventilantur. Si [1]) quis per iudicialem ammonitionem vel preces principi porrectas et apud iudicem intimatas ac per eum adversario manifestatas et sub legitima disceptatione iudicis factas reum obligaverit non liceat ei recedere a iudicio et negocium susceptum deserere. Quod si hoc fecerit actor liceat reo repetere iudicem apud quem lis contestata est amoveatur actor: ut vel veniat in iudicium aut legitimum procuratorem mittat. quod si nec ipse venerit nec procuratorem misit vocetur per tria edicta per intervallum non minus in singulis. XXX. dierum: nam ordinarios iudices non solum preconiis: sed etiam propositionibus editorum absentes partes vocari iubemus: proponendi autem edicta licentiam et illis iudicibus damus qui ex principali iussione facti sunt iudices hec si litis contestatio facta est. Si autem precium intimatio et sola admonitio atque manifestatio facta est. tunc deinde actor negocium deserat: liceat reo similiter iudicem adire et petere et tria edicta proponantur: et si propositis eis actor neque venerit neque procuratorem legitimum miserit: habeat terminum unius anni: et si nondum venerit licentiam iudici damus et ab una parte reo solo presente litem audire et legibus consentaneum calculum proferre. Quod si intra predictum annum reo prestet: ita tamen ut a iudicio iterum non recedat. Alioquin si hoc fecerit et annus transactus sit careat actionibus suis (fol. CXLII b) illam autem rationem qua cautum est neminem iudicium agere compelli tunc locum habere volumus cum res integra est et actor adversarium suum teneri non fecit hanc constitutionem in his casibus observari volumus que nec iudiciali sententia nec amicabili cômpositione vel antea legitima decisione sopiti sunt.

¶ *Ut in medio litis non fieri sacras formas aut sacras iussiones sed secundum antiquas leges generales lites decidere.*

Nemo [2]) nostrorum iudicum sive in pecuniaria sive in criminali causa pragmaticam nostram timeat sanctionem vel aliud cuiuscunque generis rescriptum sive divinas iussiones sive referendariorum dispositiones vel illustrium magistratuum precepta. nam secundum generales leges singulas causas fieri iubemus et predictas ambitiones nullum sibi locum in iudiciis vendicare. nam si velit princeps aliquam causam dirimere ipse sententiam dicat non iudicibus imperet. Quomodo debeant in singulis causis emergentibus iudicare nisi forte iure fuerit dubitatum tunc enim licebit iudici ad imperatorem referre ut sibi iuris obscuritatem illuminet. et hec omnia volumus observari non apud magistratum tantum sed apud iudices quoscunque sive divina iussione deputatos sive etiam ab aliis magistratibus datos: immo etiam apud compromissarios arbitros sive cum scriptis sive non. Sive apud eos causarum processerit disceptatio. hanc autem constitutionem locum habere volumus non solum in iudiciis postea movendis sed etiam in his que adhuc pendent ut unusquisque hac generali lege fiducia ambitiosis rescriptionibus finita autem negocia refritari nullo modo volumus. finitum autem negocium videtur id de quo diffinitiva sententia lata est quamvis appellatio vel retractatio contra eam spectetur. Excipimus autem rescripta illa que iudices iubent sine tarditate et mora causas dirimere vel legibus consentaneum calculum proferre vel acta litigatori edere vel si ius sit cum alio iudicare tales enim iussiones in scriptis sive sine scriptis fieri non prohibemus. iudex autem qui generalem legem contempserit et illicitam conscriptionem admiserit. X. librarum a pena et alia gravissima indignatio (fol. CLXIII, potius CXLIII) ne nostra punietur et ut nemo hec saluberrima nostra instituta ignoret iubemus in ipso litis exordio ante ipsarum constitutionum confirmationem presentem legem inseri et nemo possit contra generales leges aliquid sibi precipuum sperare.

¶ *Ut cum de appellatione cognoscitur secundum illas. leges debet iudicari que tempore late sententie obtinebat non secundum eas etc.*

Si [3]) quis contra sententiam iudicis provocationem porrexerit et postea lex nova promulgata sit deinde iudices appellationum dubitent quo modo causam diffiniant utrum secundum legem que postea secundum novationem introducta est: equum nobis videtur illas observari leges que tempore rei iudicate valebant quamvis lex postea lata se retrorsum retulit et id non solum in provocationibus vel relationibus ut iudices postquam litigatores allegationibus renunciaverint ignorantes quid statui oportet nostram interrogent pietatem. Sunt [4]) quidam maliciosi litigatores qui post renunciationem adverse partis et ipsa probationum statuta tamen dicant ipsi aliquid habere si litigatores ut nullus. scilicet liti terminus imponatur ideoque iubemus unum mensem eis ad inducias dari et videbatur a iudice ut quod vult dicat et si dicat se iterum dilationem opus dare prestetur ei mensis secundus quo impleto si iterum dilationem petat ad vincendam maliciam eius detur tertius mensis quo impleto si nec dixerit iudex modis omnibus legitimam sententiam dicat.

1) Iul. cap. 369. 2) Iul. cap. 370.

3) Iul. cap. 371. 4) Iul. cap. 372.

Neque [1]) pater neque mater neque avus aut avia neque proavus aut proavia liberos suos preteritos vel exheredatos in testamento suo faciant quamvis per donationem vel fideicommissum vel alium modum legitimam portionem eis dereliquerint nisi forte immeriti probentur et ipsas ingratitudinis causas parentes proprio scripserint testamento. cause autem ingratitudinis iste sunt. Si quis parentibus suis audacem manum imponat. Si gravem ac molestam ei contumeliam faciat. Si criminalibus causis accusator contra parentes suos extiterit exceptis insidiis adversus principem vel rempublicam. Si cum maleficiis quasi maleficus conversatur. Si vite suorum parentum per venenum vel alio modo insidiari tentaverin. Si noverce sue vel patris concubine se turpiter immmisceat. Si calumniator contra patrem filius fiat per de (fol. CLXIII b, potius CXLIII b) lationem suam gravissimum damnum eis attulerit. Si inclusus in carcere parentes suos liberos vel unum ex eis qui ad successionem eius ab intestato vocantur rogaverit ut in fidem suam ipse recipiat et ille vel illi noluerint fideiubere sive pro persona sive pro debito in quantum ydoneus est is qui rogatus esse probatur. hoc autem quod de fideiussione dicimus ad masculos tantum liberos volumus pertinere. Item si convictus fuerit prohibuisse parentes suos testamentum facere si quidem illi possint postea testamentum ordinarie liceat eis propter hanc causam eum exheredare. Si autem in ipsa prohibitione decesserint omnes sibi heredes futuri vel legatarii vel alii qualemcunque lesionem passi secundum priora iura suas adversus eum exerceant actiones. Item si contra voluntatem parentum filii cum arcuariis aut mimis conversentur et in hac professione permanserint nisi forte et parentes et ipsi arcuarii sint: vel mimi. Item si pater quidam vel alius filiam suam vel neptem marito voluerit copulare et ipsa non consenserit sed turpiter vivere malit. Si autem filia viginti quinque annorum facta a parentibus suis marito non sit copulata et ex hoc eam contingerit in corpore suo peccasse vel sine consensu parentum marito se libero tantum coniunxisse hoc nolumus ad ingratitudinem filie imputari. Item si furioso parenti liberi curam non adhibeant sed alii cognati qui ab intestato vocantur. Si quidem resipuerit liceat ei si voluerit inofficiosos liberos in suo scribere testamento. Si autem in suo furore decesserit: et liberis nullam causam habentibus unus extraneus vel hii qui ab intestato vocantur misericordia ductus eum curare voluerit testatione in scriptis utatur ad eos qui ex testamento vocantur ante furorem forte composito vel ad eos qui ab intestato existunt ut curam adhibeant furioso. Si autem et post huius testationem in eadem negligentia perseveraverint et extraneus in sua domo eum receperit: et impensis suis usque ad mortem eius curam fecisse probatus fuerit ipsum quamvis extraneus sit ad successionem furiosi sancimus pervenire recusata institutione testamenti eius et heredibus scriptis ut sponte indignis repellendis: ceteris videlicet capitulis testamenti in sua firmitate durantibus. Item si unus ex parentibus in captivitate sit et liberi eius vel unus (fol. CXLIV) ex his non curaverit: eum redimere siquidem redierit ille ab hostibus liceat ei inofficiosos liberos et ingratos suos scribere testamento. Si autem apud hostes decesserit et omnes liberi eius redemptionem facere contempserint omnes res eius ecclesie civitatis addicantur qua oriundus est inventario. scilicet cum publica testatione faciendo ut nihil ex eius substantia pereat: sic tamen ut quicquid ex hac causa ad ecclesiam pervenerit in redemptione captivorum expendatur. Generaliter autem dicimus quotiens quis ex his qui ab intestato ad hereditatem vocantur eius qui in captivitate non curaverit eum redimere: nullatenus ei succedat: et si testamento heres scriptus est ante captivitatem composito similiter ab hereditate repellatur: ceteris testamenti capitulis valituris. Substantia. scilicet ut supra diximus similiter ecclesie addicenda civitatis unde oriundus est captivis: et nec ad aliud exponenda nisi in captivorum redemptionem. Sed et si extraneus heres ante captivitatem scriptus est et ille sciens se heredem esse scriptum non curaverit eum de captivitate redimere simili pena afficiatur: quod in illis personis volumus obtinere que. VIII. et. X. annum etatis sue compleverint. ubi autem pro redemptione captivorum necessarium sit pecuniam dari facultatem habeant si predicte etatis sint mutuam pecuniam sumere et res mobiles vel immobiles ypothece titulo obligare: sive suas proprias habeat sive illius qui in captivitate tenetur: et tales contractus qui in redemptione captivorum fuerint in predictis casibus valere volumus: quasi sui iuris et legitime etatis fuisset is qui contraxit: redempto a captivitate necesse sit contractum ratum habere: et id quod dedit ei creditor persolvere: et quasi pro suo debito obligare. Item si parens suos liberos vel unum ex eis hereticum habeat: ipse vero sit orthodoxus constitutus liceat eos vel in testamento suo eos exheredare: quoniam non minima causa ingratitudinis hec est. Orthodoxos autem dicimus eos qui communicant in sacrosancta ecclesia catholica in qua omnes conspiratione et concordia colliguntur: et sancta quattuor concilia predicant. Nicemini: constantinopolitanum: ephesinum: et calcedonense: hereticos autem dicimus qui catholicos (fol. CXLIV b) non conveniunt quibus coniurare necesse est nestorianos atque cacephalos. Sed ut plenius de ipsis loquamur sciendum est non posse hereticos parentes si orthodoxos filios habeant alios quam ipsos instituere heredes: vel liberis non existentibus cognatos suos catholicos. scilicet heredes instituat: quod si ex liberis superstitibus alii quidem orthodoxi: alii autem heretici appareant omnem substantiam parentis orthodoxis pervenire volumus: ut fratres eorum heretici si in eodem errore perseveraverint usque ad mortem nihil accipiant omnimodo: sed mortuis sine penitentia liceat orthodoxis partes eorum alienare. Si autem penitentiam egerint portiones suas recipiant sine fructu intermedii temporis et sine ulla administrationis rerum molestia. Quod si omnes liberi heretici fuerint alii autem cognati defuncti orthodoxi existant ipsis liberis anteponantur in successione: quod si et ipsi heretici fuerint siquidem is qui defunctus est habitum clerici habeat: ecclesie civitatis in qua domicilium habuit substantia eius deferatur: sic tamen ut si infra annum non vendicaverint viri ecclesia-

1) Iul. cap. 373.

stici huiusmodi personarum patrimonia: ad fiscum nostrum deferantur. Si autem layci fuerint sine ulla discretione res eorum fisci iuribus vendicentur: que non solum si testamento scripto hereticus decesserit locum habere censimus: sed etiam si intestatus defunctus sit omnibus iuribus valituris que contra hereticos atque nestorianos et accephalos et omnes qui non communicant catholice ecclesie posite sunt. Sive [1]) igitur omnes predictas causas sive unam ex his parentibus in suo testamento scripserit et filios suos exheredaverit: si quidem scripti heredes probaverint causam ingratitudinis esse: valeat testamentũm. Si autem probare non potuerint institutiones eorum infirmentur et parentum hereditatem filii ab intestato venientes ex equis portionibus capiant legata et fideicommissa et libertates: vel curatorum dationes vel alia legibus cognita capitula in testamento conscripta valeant ut sola institutio heredem tollat: hec de testamentis parentum constituimus. modo de testamentis liberorum videamus. Sancimus [2]) itaque liberis non licere parentes suos preterire: vel alienos a substantia sua quocunque modo facere nisi specialiter causas testamentis inscripserint quas expositur sumus. Si vite liberorum parentes insidiantur: excepto crimine maie (fol. CXLV) statis. Si venenis aut suffuricis magicis vite eorum insidiantur: et hoc ipsum postea probatum fuerit. Si pater cum nuru sua vel concubina filii sui convictus fuerit. si parens liberos suos testamentum facere prohibuerit in his rebus in quibus testari possint. Que autem diximus de parentibus in hoc casu similiter teneant. Si maritus uxoris sue venenum dederit sive ut occidatur sive non mentem eius cognoscat: vel e contrario: si uxor marito dederit huius venenum et moveatur inter eos crimen publice et competenti vindicta tale facinus remedium capiat: liceat autem liberis ei qui tale aliquid perpetraverit nihil omnino relinquere. Item si furiosus vel quecunque persona liberorum sit in furore: eadem teneant que supradiximus de furiosis parentibus. Item si unus ex liberis in captivitate sit eumque parens non redemerit eadem teneant que de captivis parentibus constituimus. Item si filius orthodoxus fuerit et parentem suum senserit hereticum esse: eadem iura teneant que supra de parentibus diximus. Si igitur liberi omnes istas causas vel unam ex his contra suos parentes scripserint et heredes eorum omnes aut certe unam ex his probaverint testamentum in suo robore manere precipimus: cum vero si hec non fuerint observata testamentum quidem refutetur iura autem ab intestato successionis locum habeant: legatis. scilicet et fideicommissa. et libertatibus et tutorum dationibus et aliis capitulis in testamento conscriptis in sua firmitate durantibus. Quicquid autem huic constitutioni in aliis legibus contrarium invenitur hoc irritum atque inutile sit: et hec quidem exheredationis et preteritionis pene quantum pertinet ad ingratitudinis causas adversus predictas personas posite sunt. Si que autem ex his ad crimina deferuntur non prohibemus ceteris penis subiici eos quasi obnoxii fuerint reperti. Siquidem autem heredes scripti ex certis rebus iussi fuerint: ut nihil amplius querent in hoc casu hoc tantum iubemus fieri ut siquid eis desit ad legitimam portionem hoc quidem repleatur testamentum autem non rescindatur. Si [3]) quis in quacunque causa obnoxium habuerit aliquem et ille decesserit non liceat ei neque parentes defuncti neque liberos neque uxorem: neque agnatos: neque cognatos: neque heredes: (fol. CXLV b) neque fideiussores eius convenire vel molestare vel in iudicium vocare antequam. IX. dies luctuosi transierint. Si autem ante predictos dies contra hoc aliqui fecerint: vel cautionem vel promissionem vel fideiussionem ab eis acceperint omnia irrita sint. post. IX. vero dies si quas sibi putaverint actiones competere eas exerceant: nulla prescriptione temporali vel aliqua allegatione legitima ex hac transactione dierum creditori generanda. Si [4]) quis alicui constituerit dicens tibi facio satis in quantitate quam debeo modis omnibus obligetur ut debitum persolvatur. Si quis autem constituerit dicens tibi satis erit: non tenebitur quia personaliter locutus est: quod si quis dixerit erit tibi avie satis: et ab illo et illo: eis quidem quos nominavit non consentientibus non preiudicat: sed neque pro ipsis obligatur sed pro rata parte debiti teneatur. Si autem ita dixerit erit tibi satis avie vel ab illis: et illis quidem non preiudicat ipse autem in totum debitum teneatur. Si quis autem adversus eos sibi putaverit competere actiones eas moveat et auxilio iuris fruatur. hec autem in causis sancimus obtinere que nondum iudiciali calculo vel amicabili compositione finite sunt.

¶ *Ut liceat matri et avie et aliis parentibus post legitimam partem liberis derelictam quō voluerint etc.*

Si [5]) mater vel avia vel quicunque parens filium heredem scripserit ex parte legitima ei liceat nepotibus vel neptibus ab eo procreatis et omnibus deinceps personis aliam substantiam: vel partem eis donare: vel relinquere sub huius conditione ut pater eorum in his rebus neque usumfructum nec ullam omnino habeat communionem: quod similiter obtinere iubemus et si filiisfamilias extranei reliquerint aut donaverint sub eodem modo et conditione: et siquidem ipsi qui alieni iuris sunt. XXV. annum egressi fuerint legitimam habeant quo voluerint modo res sibi datas administrare. Si autem adhuc minores sint: per quem testator velit vel donator. administrari res debent: legitimam autem habeat testator matri vel avie filiefamilias administrationem concedere quamvis maritos habeant: si tamen et ipse administrationem susceperint: quod si testator vel dona- (fol. CXLVI) tor vel omnino non dederit. vel dederit quidem. ille autem noluerit vel non potuerit vel antea mortuus fuerit tunc competens iudex curatorem dare cum idoneo fideiussore debet ut curator res eorum administret et conservet eas donec legitime etatis fiant. Nam et his casibus volumus usumfructum patrem habere in quibus nulla talis conditio est apposita. Si [6]) quis in aliquo instrumento quod idoneos tres testes habeat vel testamento vel monumentis publicis filium suum nominaverit neque adiecerit utrum naturalem an legitimum.

1) Iul. cap. 374. 2) Iul. cap. 375.

3) Iul. cap. 376. 4) Iul. cap. 377. 5) Iul. cap. 378. 6) Iul. cap. 379.

videtur eum legitimum dixisse. et nulla ab eo probatio exigitur. sed rebus paternis potiatur: et proficiat matri sue. ut et illa videatur patri suo legitima uxor fuisse. et si fratres habeat ex eadem matre progenitos ipsis quoque eiusdem testimonii defensio prosit. Si [1]) quis sine instrumentis dotalibus affectione maritali uxorem duxerit et ex ea liberos habuerit. et postea secundas contraxerit nuptias et ex eo quoque matrimonio filios procreaverit. et ex diverso si quis causa dotalibus instrumentis et nuptias celebraverit et liberos postea procreaverit similiter omnes ad paternam successionem vocabuntur. Illustres [2]) homines et qui supra eos sunt sine dotalibus instrumentis matrimonia non contrahant. Quod si ante dignitatem sine scriptis uxorem duxerint maneat et post dignitatem legitima copulatio. et liberi procreati legitimi sint: exceptis tantummodo barbaris dignitati decoratis his enim sub nostra ditione constitute propter subtilitatem damus licentiam ut nuptias nuda affectione facere possint. et ex hoc matrimonio nati liberi legitimi erunt legibus nostri principis cautum est ut si quis sine scriptis uxorem duxerit. eamque sine causa repudiaverit ut quartam partem substantie sue ei det: et quarta pars. C. librarum summam non excedat. eademque sunt et si usque ad mortem mariti in eodem habitu perseveraverit matrimonium utroque autem casu liberi procreati ad legitimam patris hereditatem vocantur. Mulier autem in utroque casu siquidem usque ad tres liberos maritus ei relinquerit sive ab ea sive ab alia uxore natos. quartam ipsam portionem accipiat. Si autem ultra tres habuerit. tantum ipsa habeat quantum ex liberis defuncti unus accepturus est. Ita tamen ut usumfructum eius portionis ipsa (fol. CXLVI b) habeat: proprietatem autem liberis lex conservet qui ex ipso matrimonio nati sunt. Quod si liberos non habeat iure quoque communi portionem eandem mulier habeat. Ea autem que sine causa repudiata in ipso tempore repudii in ipsam partem precipuam capiat: sed in talibus causis volumus quartam partem maritum ex bonis uxoris sibi vendicare. Leonis [3]) dive memorie constitutionibus obtinuit casibus qui presenti constitutione non continentur Constantini autem piissimi constitutione non continentur que ad gregorium rescripta est. et interpretationem eius quam divus marcianus scripsit componere. que sunt viles mulieres quas copulari maritis quibusdam dignitatibus decoratis constantina lex prohibuerit nullo modo valere concedimus sed facultatem prestamus tales mulieres ducere eis qui maioribus dignitatibus letatur dotalibus tamen instrumentis compositis qui autem magnas dignitates non habent non solum in scriptis sed etiam sine scriptis maritali tamen affectione huius mulieres ducant: si modo libere sunt et matrimonium earum licitum est. Si [4]) quando matrimonium solutum sit: discidium huius liberis non noceat sed habeant integra iura hereditatis parentum: et sine ulla dubitatione alantur ex paterna substantia et siquidem pater causam divortii dedit et mater ad secundas nuptias non migraverit apud matrem alantur sumptibus patris. Si autem probatum fuerit causam divortii matrem dedisse apud patrem alentur et maneant liberi: si autem pater inopia laboraverit: mater autem locuplex est apud matrem alantur ipsa sumptus liberis suis ministrantem quemadmodum liberi locupletes matrem suam egentem alere coguntur. Quod in omnibus parentibus et liberis obtinere volumus. Anteriores [5]) quidem constitutiones de pluribus causis faciunt mentionem: quarum singule si intercesserint causam repudii iustam esse prebent: sed nos presenti lege certas et pauciores causas enumerati sumus: quas solas volumus ad repudii iustam causam sufficere et maritus iustas causas repudii ut dotem uxoris lucretur. conservanda liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate: vel si liberi non sunt etiam dominio earum sibi vendicando. tales habeat: si contra imperatorem quibusdam molientibus mulier conscia fuerit et marito suo non manifestaverit. Si autem maritus hoc ab uxore sua indicatum fuerit liceat et mulieri per qualemcunque par (fol. CXLVII) tem hoc ad imperatorem referre ut vir ex hac causa nullam repudii inveniat occasionem. Si de adulterio maritus putaverit uxorem suam posse convinci: prius debet inscriptiones deponere vel contra mulierem vel contra adulterum: et si talis accusatio vera probata fuerit: tunc repudio misso habere debet maritus non solum propter nuptias donationem sed etiam dotem. et si liberos non habeat capere tamen ex alia substantia mulieris quantum pars tertia dotis facit ut dominio eius addicatur non tantum eos sed etiam pena quam constituimus. Si etiam liberos habeat ex eo matrimonio iubemus autem dotem secundum legem et aliam mulieris substantiam liberis conservari: sic deinde adulterum legitime convictum cum muliere puniri. et siquidem habeat adulter uxorem. capere debet eadem dotem suam et propter nuptias donationem: sic tamen ut liberis superstitibus usumfructum donationis mulier habeat. proprietatem liberi secundum legem lucrentur quibus donamus ex nostra mansuetudine. et adulterii patris substantiam nullis existentibus liberis dotem quidem cum donatione propter nuptias facta pleno iure mulier habeat: aliam autem substantiam adulteri mariti fisco nostro secundum veteres leges vendicamus. Item si vite mariti insidiatur vel aliis hoc facientibus conscia marito non manifestaverit: vel nolente marito conviviis extraneorum conversetur: vel cum masculis se lavet. Item si nolente marito extra domum manserit nisi forte apud parentes. si in circensibus vel arena vel in theatro perveniat spectaculi causa ignorante vel prohibente marito. Si autem contigerit aliquem sine ulla causa ex eis quas diximus suam uxorem a propria domo expellere et illa non habens parentes apud quos permanere possit ex foris necessitate per noctem permanserit. iubemus nullam marito fieri facultatem propter istam causam repudium mulieri mittere. Causas [6]) autem propter quas iuste potest uxor repudium marito mittere et dotem suam capere. et ante nuptias donationem similiter exigere rerum dominio liberis reservato. vel non existentibus etiam mulierem apud dominio residente eas esse constituimus si contra imperatorem ipse aliquid molitus sit vel aliis

1) Iul. cap. 380. 2) Iul. cap. 381. 3) Iul. cap. 382. 4) Iul. cap. 383.

5) Iul. cap. 384. 6) Iul. cap. 385.

hoc molientibus conscius non manifestaverit hoc imperatori per se aut per aliam personam qualemcunque. Si vir vite mulieris vel quoquo modo insidiatus fuerit. Item si maritus vel si aliis eam de in adul- (fol. CXLVII b) terio tradere conatus fuerit. Item si maritus de adulterio inscriptiones posuerit et adulterium probare non potuerit licet mulieri nolenti vel propter hanc causam mittere repudium marito et suam recipere dotem. donationemque propter nuptias propter hanc calumniam et si liberos non habeat ex eodem matrimonio tantum capiat iure dominii ab alia mariti substantia quantum tertia pars ante nuptias donationis faciat. Si enim liberos habeat iubemus omnem mariti substantiam liberis conservari. scilicet his firmiter permansuris que de donatione propter nuptias aliis legibus continentur. sic tamen ut etiam illis penis maritus subiiciatur si adulterii accusationem non probaverit: quas mulier passura esset si convicta fuisset. Si in eadem domo in qua mulier cum ipso habitat contemnens eam. cum alia muliere inveniatur in domo manens. vel in eadem civitate degens in alia domo: vel cum alia muliere frequenter manens convincatur: et semel et bis criminatus vel per parentes suos vel per parentes mulieris vel per alias ydoneas personas huiusmodi turpitudine non abstinuerit. liceat mulieri et pro hac causa dissolvere nuptias et recipere dotem quam dedit et ante nuptias donationis per hanc iniuriam tertiam partem extimationis quam propter nuptias donatio facit ex alia substantia capere sic tamen ut si liberos habeat mulier usum tantum habeat ante nuptias donationem et pene tertie portionis dominio. scilicet quibus liberis reservando. Si enim liberos non habuerit ex eodem matrimonio dominium rerum ei dedimus. Nulli [1]) liceat ex consensu matrimonium solvere: nisi forte castitatis amore hoc fecerit: sed si huiusmodi persone liberos habeant: tam dotem quam donationem propter nuptias liberis custodire precipimus. Si autem solutum matrimonium per consensum castitatis velamine factum inventi fuerint: vel nuptias contrahentes. vel alias turpiter viventes. vel unus ex his hoc facere repertus fuerit siquidem liberi sint ipsi capiant dotem et ante nuptias donationem et dominium substantie illius persone que hoc perpetrasse convicta fuerit. Si autem liberi imperfecte etatis sint eos et res eorum administrari ab eo vel ab ea parte iubemus qui queve huic legi nihil contrarium fecit. Si autem ambo parentes tali delicto tenentur utriusque parentis substantia liberis addicatur: administratorem eis (fol. CXLVIII) imperfecta etate constitutis a competente iudice deputari disponimus: liberis autem nullis extantibus substantiam delinquentis publicis rationibus vendicari sancimus et legitimis penis subiici. aliter enim disiunctionem nuptiarum fieri ex consensu nulla ratione concedimus. Iubemus [2]) uxores militum sive in expeditione degentium sive in miliciis sive milites sint. sive federati: sive scolares: sive quacunque alia armata milicia decorati: expectare quantoscunque annos in expeditione fuerint. et si nullas litteras nullum responsum a maritis suis receperint. Si autem talis mulier maritum suum defunctum audierit non liceat ei statim ad alias nuptias pervenire. nisi prius pervenerint aut per se. aut per parentes suos. aut per aliam quamcunque personam ad priorem numeri cartularios scrini in quo maritus militabat et eos vel tribunus si presto sit: interrogaverit: si vero defunctus est maritus ipsius: et ipsi sanctis exoliis prepositis sub fide monumentorum deponant: si revera maritus mortuus est: et postquam hoc fecerit et exceperit mulier monumenta pro testimonio pudoris sui expectet unius anni spacium: et postquam transierit. liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod si contra hanc observationem mulier ausa sit nubere: et mulier et ipse qui eam duxit uxorem ut adulteri puniantur. Quod si hii qui sub fide gestorum deposuerint convicti fuerint postea falsas depositiones dixisse: ipsi quidem milicia sua nudati. X. auri librarum pena plectentur: pena danda ei quem falso dixerant decessisse: ipse autem si velit legitimam habeat suam uxorem recipere. Quod si scholaris sit ille de cuius morte dubitatur de primatibus schole et actuario. Si autem federati te ordine predicta dispositione uxorem eius invenimus capere hisdem ipsis custodiendis et in aliis omnibus qui ad armatam miliciam reperiuntur. Sunt [3]) quedam cause ex quibus sine pena matrimonia solvuntur si maritus misceri uxori sue non potuerit: si maritus vel uxor religiosam vitam et solitariam elegerit: si in captivitate ad certum tempus capti fuerint. de quibus tribus causis ea firma esse iubemus que superioribus nostris legibus continentur. Omnes igitur ante factas (fol. CXLVIII b) causas que nostra hac lege continentur. sufficere iubemus ad solutionem matrimoniorum: alias autem omnes cessare precipimus. et nullam aliam causam posse matrimonia solvere. sive nostris sive veteribus legibus cognita: nisi nominatim in hac constitutione inventa sit. Si [4]) mulier marito suo sine iusta causa repudium miserit et in hac impia voluntate permanserit: dotem quidem ipsius maritus habeat: proprietatem rerum dotalium quibus liberis servaturus. Si autem liberos non habeat ipse eam lucretur. mulier autem periculo iudicis huic cause presidentis religiosissimo antistiti tradatur eius civitatis in qua communiter domicilium habebant. Episcopus enim curabit eam in monasterio mittere ut ibi degat usque ad mortem suam. et si quidem liberos habeat duas partes sue substantie ipsi capiant. tertia autem parte monasterium potiatur iure dominii. Si autem nullos liberos habeat si parentes ipsi quidem tertiam partem accipiant monasterium autem bissem: nisi forte mulier in potestate parentis constituta consensu eius repudium sine causa miserit: tunc enim nec ex filie patrimonio ad parentem spectare oportet sed omnia monasterium capiat. quod similiter procedere debet si nullos liberos neque parentes habuerit. Si autem iudex apud quem convicta est mulier sine causa repudium misisse non tradiderit eam episcopo civitatis ut mittatur in monasterium siquidem in hac florentissima civitate magistratus sit ipse quidem. XX. auri libr. pene nomine dabit officium eius. V. quod si provincialis sit magistratus et precepta nostra neglexerit ipse quidem penam. X. lib. auri dabit officium autem eius. V. iste autem pene per comitem privatarum

1) Iul. cap. 386. 2) Iul. cap. 387.

3) Iul. cap. 388. 4) Iul. cap. 389.

rerum et stolam palatinorum fiscalibus rationibus inferantur. | Sed et si maritus sine causa repudium misit uxori sue reddat ei dotem et propter nuptias donationem et extrinsecus ex sua substantia tantum ei prestet quantum tertia pars ipsius donationis facit: et siquidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos ipsa quidem usumfructum habeat liberis aut proprietatem custodiat tam donationis quam pene: si autem nullos liberos habeat tunc proprietatem omnium rerum lucrabitur. Si [1]) quis uxorem suam flagellis vel virgis castigaverit sine causa ea res ad solvendum matrimonium (fol. CXLIX) non sufficit mulieri sed pro hac contumelia convictus maritus tantum prestet mulieri ex sua substantia quantum tertia pars propter nuptias donationis facit. Si [2]) quis suspicatus fuerit de aliquo velle pudorem uxoris sue illudere: liceat ipsi marito testationem in scriptis habitam ad suspectum hominem mittere et ei denunciare per ipsam testationem idoneos testes continentem ne cum uxore sua inveniatur. et si post testationes inscriptis habitas et idoneos homines habentes invenerit eum qui contestatus est cum uxore sua vel in sua domo. id est mulieris vel in domo adulteri vel in propria vel in parastico liceat marito sine ullo periculo suis manibus eum occidere Si autem in alio loco eum deprehenderit cum uxore sua colloquium habentem convocatis tribus idoneis testibus per quos possit probare apud iudicem invenisse eum cum uxore sua colloquium habentem tradat eum iudici et si iudex invenerit post tres testationes suspectum hominem collocutum fuisse mulieri nullo alio exquisito quasi adulterum puniat: marito autem liceat contra uxorem suam qualiter voluerit secundum legem crimen exequi. Si [3]) post tres testationes invenerit maritus uxorem in sancto loco cum suspecto homine colloquium habentem tradat ambos ecclesie defensoribus vel aliis clericis ut separatim custodiantur periculo defensoris vel aliorum clericorum ut aditus iudex mittat ad religiosum civitatis episcopum ut autoritate eius accipiat eos: et penis contra adulteros positis utrosque afficiat et nullo alio requisito nisi quod post tres contestationes inventus est cum muliere locutus. Est autem iustum neque adulterium neque raptores mulierum sanctis scriptis vendicari et multomagis si de ipso adulterio inter sanctos aliene locutus est mulieri. Et generaliter diffinimus si quis invenerit uxorem suam vel filiam vel neptem vel nurum cum aliquo colloquium habentem et suspicatus fuerit turpitudinis causa eos convenisse liceat eos tradere vel defensori ecclesie vel aliis huius ecclesie clericis periculo eorum separatim custodiendos donec iudici innotescat: et ille secundum leges personas accipiat: et causam discutiat: que omnia huius constitutionis capitula valere sancimus tam in futuro tempore quam in preterito nisi iudiciali calculo vel amicabili compositione cause decise sint.

¶ *De hereditatibus que ab intestato deferuntur.* *Collatio nona.*

(fol. CXLIX b) De [4]) hereditatibus que ab intestato nobis deferuntur multe leges a veteribus conscripte sunt quas ab hoc tempore placet cessare et presentem legem in huiusmodi successionibus valere: nam et simpliciter et sine ulla obscuritate divisionem huius cause per hanc constitutionem invenimus. Constat enim apud omnes cognitionis tres ordines habere quorum unus ascendentium alius descendentium alius a latere venientium quorum alii agnati sunt alii cognati. Sed descendentium quidem ordinem omnibus anteposuimus ut in successione ab intestato capienda priora iura habeant aliis omnibus et ascendentibus a latere venientibus personis cuiuscunque fuerint sexus qui ad successionem vocantur. cuiuscunque gradus nulla discretione habita utrum ex masculina progenie an ex feminina editi sunt: et utrum filiifamilias sint an patresfamilias. licet enim filiusfamilias (is qui mortuus est) sit attamen liberos eius omnibus personis anteponimus in his videlicet rebus que acquisitionem effugiunt ut in proprietatem capiendam defuncto succedant. scilicet usumfructum ad patrem pertinentem sic tamen ut si contingerit unum ex descendentibus personis procedere liberi ab eo relicti locum ipsius obtineant et tantum capiant quantum parens ipsorum unus accepturus fuisset quam successionem veteres leges in stirpes vocant: unde si aliquem mori contingerit filio vel filia derelicta ex filio vel filia successionem avi sui capere debent nam in personis descendentibus gradus differentia nulla est: nec ulla discretio inducitur utrum masculi sunt an femine et utrum ex masculino sexu vel ex feminino progeniti sunt hec de personis descendentibus. De [5]) ascendentibus aut talibus personis hec observatio teneatur. Si enim decesserit aliquis intestatus nullo filiorum relicto: sed patre et matre vel aliis ex ordine ascendentium personis preferantur omnibus ex latere venientium (excepto fratre et sorore) qui ex utroque latere copulantur defuncto secundum quod inferius declarabitur. Si autem multi ascendentes supersint eos anteponi volumus qui proximiores gradu fuerint sive masculi fuerit: sive femine sive ex masculina sive ex feminina cognatione defuncto iungantur. Si autem parem gradum cognationis obtineant pariter vocabuntur ut qui per patrem ascendunt dimidiam portionem hereditatis capiant quantumcunque inventi fuerint: qui autem per matrem ascendunt alteram portionem capiant quanticunque fuerint sint: nisi frater defuncti existat ex utroque parente eidem mortuo fratri suo copulatus vel sorores eo- (fol. CL) dem iure coniuncte: tunc enim cum propinquis parentibus ad hereditatem vocabuntur: hereditate. scilicet pro virili portione. id est in capita dicenda quamvis pater et mater fuerit: ut tamen pater usumfructum partis ad filium vel filiam pertinentis non habeat: sed pleno iure apud filium vel filiam permaneat nulla observanda differentia inter istas personas utrum feminini sexus aut masculini sint: et utrum per masculinum aut femininum sexum defuncto cognatione iungantur: sed neque defuncto interest cui succedant utrum sui iuris an alieni. Reliquum [6]) est ut dispiciamus de tertio ordine. scilicet ex latere venientium personarum qui in agnatos vel cognatos dividitur hac enim parte disposita plenissima constitutio erit. Si quis igitur

1 Iul cap 390 2 Iul. cap 391 3 Iul cap 392 4 Iul. cap 393. 5 Iul. cap 394. 6 Iul cap 395

decesserit et neque descendentes neque ascendentes reliquerit primum ad hereditatem vocamus fratres et sorores qui ex eodem patre et matre progeniti et genite sunt ex quibus et mortuus editus: est talibus enim fratribus et sororibus non superstitibus illas sorores et fratres vocamus qui ex uno latere defuncto copulatur. id est sive per matrem sive per patrem. quod si decesserit aliquis fratre vel sorore relicta ex alia sorore vel ex alio fratre iam defuncto vel defuncta liberis relictis cum avunculis suis vel patruis liberi fratres vel sorores venient et tantam capiant portionem quantam pater eorum accepisset si vivus vel viva fuisset: unde consequens est ut si ante mortuus frater tam ex patre quam ex matre copulatus fuisset ei qui modo mortuus est. Alii autem fratres supersint vel sorores qui ex patre tantum defuncto vel ex matre copulantur: preferatur eis filius vel filia qui ex utroque parente subnixus est. et e contrario si filius vel filia existant sororis vel fratris defuncti vel defuncte uno tantum iure decorati preponantur fratris filiis vel filiabus ante defuncti vel ante defuncte sororis nulla differentia est. utrum de hereditate masculi an femine queratur et utrum masculi sint qui inter se certant an femine. alie autem persone ex transverso gradu in loco defuncti parentis sui omnino non succedant nisi fratris filius tunc autem cum avunculis suis et patruis fratres vel sorores filie vel filii vocantur cum nullus ex ascendentibus personis supersit tunc enim eos excludentes esse censemus. quod si nullus ex ascendentibus sit tunc fratris vel sororis filii quasi secundum gradum obtinentes sic ad hereditatem persone vocentur ideoque modis omnibus avunculis et patruis defuncti preponantur quia illi tertium gradum cognationis obtinent. quod si neque fratres neque sorores neque filios neque filias frater vel soror defunctus reli-(fol. CL b) querit alia deinceps cognatio ad eius successionem vocabitur secundum sui gradus prerogativam ut qui proximior est iste ceteris preponatur. quod si plures persone eundem gradum cognationis obtineant: et alii proximiores sint in capita dividatur inter eos hereditas nulla habenda utrum qui vocantur ad successionem defuncti masculi sexus sint an feminini. Nulla autem differentia sit agnationis et cognationis: sed solus gradus naturalis sanguinis expectetur. nam cognatus proximior ulteriori agnato preponitur hic de successionibus. Visis [1]) autem his que de hereditatibus ab intestato deferendis diximus possumus intelligere quid de tutelis iuris sit nam quecunque persona sive agnationis sive cognationis titulo devota ad hereditatem impuberis vocabitur necesse est ut etiam tutele onus suscipiat nam ibi gravamen tutele imponendum est ubi hereditas defuncti speratur: nam ubi multi eundem gradum proximiorem cognationis tenent omnes pariter ad tutelam vocentur: exceptis feminis aut minoribus. XXV. annis et his qui propter diversas rationes tutores esse non possunt veluti milites et hi qui excusatione vallati sunt. mater autem et avia si velint tutelam gerere filiorum suorum vel nepotum non prohibentur. si tamen actis intervenientibus nuptiis et velleiano senatusconsulto renunciaverint. hec enim omnibus ex transverso venientibus agnatis sive cognatis in tutelam preponuntur solis sedentes testamentariis tutoribus: ubi autem multi ex eodem gradu cognationis ad tutelam impuberis vocantur convenire oportet apud competentem iudicem ut ille unum vel plures ex his (qui ad administrationem pupillaris rei sufficiunt) creet: quem ipse vel quos utpote idoneos elegerit et nominaverit ut periculum ad omnes respiciat. et substantia eorum tacitis hypothece titulis obligetur. Hec [2]) autem que de successionibus dicta sunt obtinere oportet in his personis que fidem catholicam sequuntur. Nam leges de hereticis positas nullo modo ex hac lege innovari patimur. Hec autem constitutio teneat in his casibus qui ab initio iulii mensis sexte inditionis contingere vel post eam contingerit: precedentes enim causas que emerserunt usque ad mememoratum tempus veteribus legibus relinquimus ut ex his dirimantur. datum. VII. calē. augusti. VII. miliario imperatore iustiniano etc.

(fol. CLI) ¶ *Ut sponsalia largitas specialis sit contractus. Rub.*

Propter [3]) nuptias donatio insinuatione monumentorum non indigeat quamvis supra quingentos solidos sit sed valeat et in persona mulieris et in persona mariti sive ipse maritus conscripserit eandem donationem sive alius pro eo sive in persona mariti sive in persona mulieris. Qui [4]) quartum decimum annum etatis sue compleverit et testamentum propter hoc facere potest non impediatur in ultima voluntate servos suos manumittere quamvis imperfecte etatis sit. Si [5]) quis in aliquo instrumento alterius instrumenti fecerit mentionem non aliter factum esse videatur: nisi ipsum probatum fuerit id est antiquum instrumentum vel alio legitimo modo debita quantitas probata sit. hoc enim et veteribus legibus cognitum est. Sancimus [6]) in provocationibus ultimo falcidie vel utraque parte veniente vel eo solo qui provocavit: et suam manifestavit presentiam vel magistratui qui de appellatione cognosciturus est vel consiliariis eius vel eis qui lites introducunt: et si iudex eum intra statutos dies recipere distulerit nullum preiudicium sit partibus vel uni ex his propter huius causas: sed provocationes tales legitimo calculo terminentur. Leges [7]) quidem nostre precipiunt ut contra sententias gloriosissimorum prefectorum pretorii cuiusque regionis provocatio non admittatur: sed certo temporis elapsu retractatio sententie concedatur Sed humanitatis ratione facultatem prestamus ei qui sententia prefectorum gravatum esse putaverit libellos afferre: vel ipsi prefecto pretorio qui sententiam dixit vel consiliariis eius vel his qui lites introducunt intra. X. dies post sententiam prolatam: ut hoc subsecuto non aliter executioni sententia tradatur nisi prius fideiussores idoneos dederit pars victrix de tanta quantitate reddenda quanta sententia continet: ut si post ea retractatione legitimo modo veniente calculus rescindatur res adversarie parti cum legitimis augmentis restituantur. Quod

1) Iul. cap. 396.

2) Iul. cap. 397. 3) Iul. cap. 398. 4) Iul. cap. 399. 5) Iul. cap. 400. 6) Iul. cap. 401. 7) Iul. cap. 402.

si intra. X. dies post sententiam prolatam libellus ab ea parte que victa est non porrigatur: et sine fideiussione quidem executio sententie fiat: sed tamen ius retractationis integrum adversarie parti custodiatur sibi imputatum eo quod intra X. dies libellum prestare secundum diffinitionem nostram non curaverit. Si [1]) minor. XXV. annis tenuem susceptam hereditatem a se nolit et imploraverit in integrum restitu- (fol. CLI b) tionem: si quidem presto sint omnes creditores hereditatis vocentur iussione iudicis et presentibus eis restitutio petatur: quod si omnes vel quidam ex his absunt: vocentur quidem legitimis edictis: si autem intra tres menses non venerint: liceat adultis in integrum restitutionem impetrare sine periculo: nisi tamen iudex qui presidet prospiciat: ut debeant res hereditarie mobiles et immobiles conservari: quantitate. scilicet earum publica descriptione actis intervenientibus manifestanda. Si [2]) quis mala fide res alienas possidens vendiderit eas vel donaverit vel alio modo alienaverit: is autem qui se dominum earum putat sciens hec testatione non denunciaverit ei qui res ceperit intra decennium inter presentes et vicennium inter absentes res firmetur apud emptorem vel qui donationem accepit: vel alio modo res nactus est permaneant: quod si ignorante domino male fidei possessor alienaverit non aliter hoc domino preiudicet: nisi. XXX. annorum spacium transactum sit: quamvis is qui emit vel alio modo alienationem nactus est bone fidei possessor sit. Quid [3]) ergo si in quibusdam annis presto sit aliquis in quibusdam abfuerit dicimus. tantum tempus illud decennio impletum et adiiciendum esse quantum in absentia fuit. Ea autem que de temporali prescriptione constituimus non in preteritis causis sed in futuris casibus obtinere censuimus. Qui post hanc legem emerserint: Nemo [4]) cogitur in testamento suo propria manu vel testium nomina heredum scribere: sed valeat testamentum ipsius sive per ipsum testatorem: sive per aliam quamcunque personam nomen heredis eius scribatur si tamen aliam testamentorum observationem habeat. Scimus [5]) legem nos posuisse qua cautum est ut non transeant ad alias domos res immobiles que a nostra domo ad sacrosanctam ecclesiam pervenerint: hanc igitur legem vacuari precipimus non solum in his que iam pervenerunt ad nostram domum: sed etiam in his que postea pervenerint. Si [6]) quis testamentum fecerit et rem immobilem familie sue relinquerit et specialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari: sed apud heredes vel successores eius cui res relicta est manere hoc legatum apud heredes vel successores eius iubemus falcidiam legem omnino locum habere: sed alienationem eius ipse qui prohibuit testatus est: hec autem obtinere dicemus in his casibus quos nec iudicialis calculus nec amicabilis compositio: nec alius legitimus modus terminavit.

1) Iul. cap. 403. 2) Iul. cap. 404. 3) Iul. cap. 405 4) Iul. cap. 406. 5) Iul. cap. 407. 6) Iul. cap. 408.

¶ *De alienatione et emphiteosi et locatione et hypoteciis aliis diversis. contractibus in universis locis rerum sacrarum.*

(fol. CLII) Nulli [7]) liceat administratori rerum ecclesie maioris huius imperialis civitatis vel orphanotrophii vel nosochomii vel alterius religiosi loci intra imperialem civitatem vel intra territorium eius positi (exceptis monasteriis) vendere: vel donare: vel permutare: vel in pari donatione vel alio quocunque modo alienare rem immobilem: vel annonas civiles vel rusticum mancipium (nisi ad imperialem domum permutatio tantum fiat) Sed neque de colonis pari iure dari quippiam concedimus: emphitheoseos autem contractus ab ante facta maiore ecclesia et aliis memoratis locis fieri iubemus in persona ipsius qui accipit et in duobus aliis heredibus ut non plus quam sexta portio subsistentis redditus concedant ei qui emphitheoseos accipit. De proaustiis autem qui ad predictas pertinent domos iubemus si quidem talia proaustia redditum habeant in solidum ab his administratoribus qui regunt ipsa loca venebilia emphiteosim hanc secundum predictum modum. scilicet ad accipientis et alias duas successiones ut nulla relevatio fiat sed magis accipiant augmentum. Quod si nullum redditum eadem proaustia habeant: tunc liceat administratoribus ea prestare sub quantitate Quod si emphiteoseos iure ab antefactis domibus: vel ad imperialem domum pervenerit: vel ad fiscum: vel ad aliam civitatem vel ad curiam: vel ad aliam religiosam domum liceat administratoribus locorum a quibus ab initio emphitheosis constitit quando ad aliquas personas talis contractus pervenerit manifestare voluntatem suam inter biennium et duorum alterum vel apud eos relinquere rem et annuum redditum quod facto continere accipere vel ipsam rem recipere iure emphiteoseos resoluto si hoc ipsum conducere sibi putaverit. Quod si quedam sunt loca in quibus posite veteres domus dirute sunt cum nullus redditus predictis religiosis locis collegitur neque possint dirute domus renovari: liceat administratoribus huiusmodi loci emphiteoseos iure perpetuo prestare: sic tamen: ut tertia portio pensionum religiosis locis prestetur: que colligebatur ex habitationibus nondum dirutis: eandemque tertiam portionem concedere ab initio contractus emphitheoseos: quod si emphiteoticarius magis elegerit sub hac pactione loca accipere ut prius edificet et ex venientibus postea pensionibus dimidia portio religiosis (fol. CLII b) locis prestetur et hoc fieri concedimus. Si materias ex dirutis edificiis in eodem loco emphitheoticarius invenerit sine impedimento eis utatur. Quod si quis velit rem immobilem ab antefactis religiosis locis huius nomine accipere: non aliter hoc capiat: nisi aliam rem statim iure dominii prestet eidem religioso loco a quo eandem rem accepit: tantum habentem redditum quantum habeat res que ei datur: et non pluribus tribus gravatam et post mortem eius vel post tempus usui adictum est ut tamen non sit longius quam iura eius qui accepit: non extenditur utraque res ultra ac-

7) Iul. cap. 409.

[illegible]
ad religiosum locum perveniat: locationes autem ab hiisdem religiosis locis fieri concedimus ut tantos annos quantos intra contrahentes placuerit ut tamen non extendantur ultra. XXX. annos Quod si contingerit memoratis locis propter tributa vel alias necessitates pecuniis opus habere: liceat administratoribus rem immobilem supponere et dare in speciale pignus ut creditor possideat eandem rem et fructus capiat et imputet sibi quosdam imperat quas mutuavit pecunias quosdam in usuras non ampliores quam quarta portione centesime: quod si administratores debitum solverint vel ex fructibus creditori satisfaciant: iubemus rem ad religiosum locum redire. Contractus autem emphitheoseos et ypothecas et ultra quinquennium locationes volumus fieri ad sacrosanctam quidem maiore ecclesia huius civitatis arbitrio et consensu beatissimi eiusdem civitatis patriarche iurantibus presente eo tam religiosis yconomis quam cartulariis eiusdem maioris ecclesie quod non ad fraudem ipsius ecclesie contractus sit In aliis autem religiosis domibus si quidem sint chartuarii eodem modo iurare oportet presente administratore. Quod si nulli carthularii sunt ipsi administratori propositis sacrosanctis evangeliis contractus facere scripto cum iureiurando huiusmodi instrumentis quod non ad lesionem vel circumscriptionem religiosi loci contractus fiat: yconomis autem et orphanotriphis et ceterorum locorum administrationibus et cuiuscunque loci carthulariis et parentibus et liberis eorum: et aliis qui iure cognationis vel affinitatis eis copulentur interdicimus emphitheosim et locationes vel ypothecas rerum ad religiosa pertinentium loca sive per se sive per interpositam personam accipere scripturis quod si tale aliquid fecerit et hoc ipsum invalidum erit: et omnem substantiam eorum qua acceperint: et yconomorum et chartula- (fol. CLIII) riorum et administratorum qui secundum predictum modum copulantur ad religiosam domum ex qua rem acceperint post mortem eorum pervenire iubemus. Et hoc quidem de sacrosancta maiore ecclesia et predictis religiosis locis que intra imperialem civitatem sunt vel intra territorium eius disposuimus. De [1]) aliis autem sacrosanctis ecclesiis et monasteriis et xenodochiis et nosochomiis et ceteris religiosis domibus que in omnibus locis provincie nostre posite sunt ut cum monasteriis imperiali civitate et in territorio eius positis consequenter diffiniendum est: his igitur locis liberam facultatem prestamus non solum temporalem emphitheosim facere immobilium rerum ad ipsos pertinentium: sed etiam imperpetuo eos iure emphiteotico volentibus dare: et si quidem sacrosancte ecclesie fuerint vel alie religiose domus quarum administrationem episcopus vel per se vel per clericos expediat arbitrio eius et consensu fieri talem contractum iurantibus presente eo yconomis et administratoribus et carthulariis eiusdem religiose domus et ex his emphiteoseos contractibus nullum damnum eidem religiose domus fiat quod si perrochialis aut xenones vel nosochomia vel alia loca religiosa sint propriam habentia administrationem siquidem sancta domus oratoria habeat consensum amplioris partis clericorum oratorii contractus procedat necnon yconomi. Quod si solum concenotochium sit vel perthochium: vel nosochoimum vel alia religiosa domus qui prepositus ipsis est contractum faciat iurantibus administratoribus eorum sub presentia religiosissimi episcopi a quo prepositi vel creati fuerint quod nihil ad lesionem vel circumscriptionem eorundem locorum in tali contemptu fiat. in monasteriis autem peregiminios eorum cum ampliore parte eiusdem monasterii monachorum contractum faciat: et in his autem omnibus iubemus inscribi instrumentum cum iureiurando nihil circumscriptione eorundem locorum cuius negocium agitur et hac tamen observatione procedente relevationem amplius fieri sexta portione redditus quam habeat res iure emphitheoseos prestatur: que dicimus de edificiis pertinentibus ad religiosas domus in hac imperiali civitate positis: eadem obtinere volumus etiam in istis religiosis domibus illud quoque iubemus obtinere ut si quidem eedem religiose domus vel propter publica tributa vel propter alias necessarias cautis obligate fuerint: et non habeant ex rebus mobilibus unde eadem debita persolvi possint tunc primo quidem (fol. CLIII b. ordine in speciale pignus rem immobilem dari creditori volumus ut huius pignoris fructus accipiens imputet sibi quosdam in prima pecunia quosdam in usuras non plus quarta portione centesime: quod si non possint hoc modo debitum obtinere: iubemus eos quidem qui a beatissimis patriarchis creantur sive metropolitani sive alii episcopi fuerint sive archimandrite sive hanotrophii: vel xenodochii vel nosochomi vel alii religiosarum domorum administratores apud sanctissimos patriarchas a quibus creantur monimenta fieri cum sacramento administratorum et consensu maioris partis eorum qui ibi in monasterium faciunt debitum fiat manifestum et quod non est possibile ex rebus mobilibus hoc exsolvi. Eos autem qui a metropolitanis episcopis creantur sive episcopi sint sive archimandrite sive orphanotrophi sive pthotrophi vel alii domorum religiosarum administratores apud ipsos similiter metropolitanus episcopus talia monimenta conscribere: apud autem illos episcopos qui vel a patriarchis vel metropolitanis episcopis creantur et habeant sub una districtione sua monasteria vel pthocia vel xenones: vel nosochomia vel alias religiosas domus eodem modo monimenta fieri sic tamen ut apud patriarchas vel metropolitanos vel alios episcopos talia monimenta sic fiant. scilicet nullum super his damnum vel sumptum domus religiosa pati: propter hec autem volumus de cetero apud presides provinciarum vel apud defensores locorum talia monimenta supradictis personis vel domibus fieri: ut nullum detrimentum patiantur postquam autem hoc ita secutum fuerit apud memoratos sanctissimos patriarchas vel metropolitanos: vel alios episcopos tunc antefactus administrator eius loci qui debitum numerare debet in scriptis in publico civitatis proponere per. XX. dies et hoc modo hortari eos qui comparare rem immobilem volunt ut is qui plus prestiterit aliis preponatur His autem omnibus precedentibus venditionem fieri precio modis omnibus pro debito dando ut naturaliter habeat emptor quantum in precium super ipso debito solverit: et specialiter in scriptis sit cum iureiurando in emptionali conscriptione

[1]) Iul. cap. 410.

et quod nihil ad lesionem vel circumscriptionem eiusdem religiose domus sit. Sin autem per antefactum modum emptor talis rei nullus inveniatur: iubemus debitum quidem recipere creditorem iure eo quod pro soluto detur ut ipsam possessionem creditor accipiat iusta et subtili examinatione facienda et adiciendo precio decimam portionem totius extimationis et in ea quantitate capere rem creditorum pro solutione et firmo dominio possidendam hoc tamen ut administratores eius loci qui debitum debet et maior pars (fol. CLIV) eorum qui ibidem ministerium faciunt huiusmodi venditionibus consentiant. Ea autem res que pro soluto immobilis constituta datur. non electione creditoris prestetur: sed quod medium est fertilium et infertilium possessionum que ad religiosum pertinet locum. quas extimari oportet ex redditu suo et publicarum tributionum functione et reliquo statu. Si quis autem episcopus vel yconomus vel administrator cuiuscunque loci religiosi est sive imperiali civitate sive in provinciis positi pecuniam mutuatus est vel postea mutuatus fuerit. iubemus non aliter ei intra communes religiosas domus imputari. nisi prius probaverit quod ad causas predicti religiosi loci hoc processerit: sed neque ipsum creditorem vel heredes eius circa domum religiosam habere aliquam actionem nisi probaverit in causam ad religiosam domum pertinentem pecuniam processisse. sed contra eum qui mutatus vel heredes eius suas movere actiones. hec quoque iubemus ut excepta sanctissima maiore imperialis civitatis et sancto orphanotrophio et xenonibus perrochiis qui in hac civitate imperiali sunt vel que intra territorium eius licere omnibus sanctissimis ecclesiis et religiosis domibus nec non et monasteriis que vel imperiali civitate vel in diversis provinciis posita sunt permutationes secum facere sine damnitate utriusque loci consentientibus in scriptis. vel depositionibus huic contractui non solum administratoribus utriusque religiosi loci: sed etiam maiore parte eorum qui ministerium faciunt. Res autem immobiles que ab imperiali domo ad quemcunque religiosum locum pervenerunt. vel postea pervenerint nullo modo vendi vel supponi vel permutari vel quocunque modo alienari concedimus neque si secum religiosa domus tale aliquid fecerit. Nulli [1]) sit licentia monasterium alienare ut in profanum statum transeat: sed liceat episcopo huius facinora emendare et in pristinum statum reducere. Si quis autem ex predictis locis (excepta maiore ecclesia imperialis urbis) possessionem habeat tributis plurimis aggravatam. ex qua nullus redditus sancto prestatur loco. facultatem liberam damus administratoribus religiosi loci talem possessionem alienare quocunque modo putaverit commodum religioso loco facere: monimentis. scilicet in tali alienatione faciendis apud illos a quibus administratores talium locorum preponuntur iurantibus per divinas scripturas his qui hiisdem prepositi sunt. et maiore parte eorum qui ibi ministerium faciunt. ac nulla proditione nulla gratia nulla conscriptione alienatio fiat: yconomis et administratoribus vel cartulariis cuiusque religiosi loci. et liberis et parentibus eorum vel aliis qui cognatione vel iure nuptiarum eis copulantur locationes. vel (fol. CLIV b) emptiones sive ipothecas rerum vel emphytheosim immobilium apud eosdem locos religiosos pertinentium subire vel per se vel per interpositam personam sub eisdem penis interdicimus quas supra diximus. Si [2]) quis conductor vel emphiteotarius rem que ad religiosum locum pertinet deteriorem fecerit: liceat religioso loco expellere eum de locatione. vel emphytheoseos contractu et exigere ab eo transacti temporis canonem. et propter emponemata ei nullam competere actionem. Si autem noluerint administratores religiosi loci expellere: id quod debet prestet: et teneat rem donec tempus statutum finiatur: et canonem secundum quod pactus est prestet. quod si fugerit liceat administratoribus religiosi loci indemnitatem servare ex rebus ipsius et post emponemata nullam timere actionem. Scimus [3]) ecclesiis dedisse et thomeos permittimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione nisi ad hoc eis prestite fuerint ut nullo modo alienentur. Illud quoque concedimus ut hierosolimitana sanctissima ecclesia licentiam habeat domos non in eadem civitate positas vendere: non in minori precio quam ex pensionibus eorum qui per quinquaginta annos colligitur ut ea estimatione alius redditus melior comparetur. Si [4]) quis cuicunque sancto loco vel in imperiali civitate vel in provinciis posito possessiones penuria laborantes donaverit vel vendiderit vel alio modo prestiterit vel reliquerit iubemus pro talibus rebus nullam lesionem perpeti religiosam domum ad quam talis possessio pervenit: sive publicarum functionum nomine sive alterius cuiuscunque cause et totum gravamen ad eos qui perdiderunt vel heredes eorum redire cogendos recipere tales possessiones et restituere de sua substantia religioso loco omne detrimentum quod ei ex tali causa contigerit. sed si fraus intercesserit tanta ut et pecunia religioso loco prestetur: ut possessiones illas religiosus locus accipiat iubemus ut is qui dedit vel eius heredes recipiant possessiones. pecuniam autem non exigant. Nulli autem ecclesie necessitatem imponi volumus possessiones ubicunque positas quamvis fertiles sint comparare. Si [5]) quis usus nomine immobilem rem ab ecclesia provinciali accipere vult. eodem iure obtinente et sub hiisdem conditionibus accipiat: quas supra diximus in ecclesiis que imperialis civitatis sunt: vel in territorio eius posite sunt. hoc [6]) de rebus immobilibus. nam de sacris vasis cuiuscunque ecclesie vel oratorii iam posuimus legem ut non (fol. CLV) aliter liceat ea distrahere: nisi precium eorum procedat in redemptione captivorum. aliter enim vendi vel obligari non possunt. Si autem religiosa domus habeat superflua vasa que nullum usum necessarium faciunt: ipsa autem debitis pregravetur: et non sint alie res mobiles ex quibus possint debita persolvi: licentiam damus actis intervenientibus secundum modum supra diffinitum. memorata superflua vasa vel religiosis aliis locis si hoc eis utile sit vendere vel conflare et similiter vendere et eorum precium debiti nomine dare ut res immobiles non alienentur. Si [7]) contra ea que diximus presenti lege fiat contractus in

1) Iul. cap. 411.

2) Iul. cap. 412. 3) Iul. cap. 413. 4) Iul. cap. 414. 5) Iul. cap. 415. 6) Iul. cap. 416. 7) Iul. cap. 417.

rebus mobilibus ad religiosam domum pertinentibus vel immobilibus. iubemus reddi quidem religioso loco rem in quo tale aliquid secutum est. cum medii temporis fructibus: maneant autem apud eundem religiosum locum et precium et si quid remunerationis vel commutationis gratia vel cuiuscunque alterius cause ei nomine prestitum est. Quod si emphytheosis facta sit contra ea que disposuimus prestet emphytheoticarius secundum tenorem instrumentorum que in huius contractu interposita fuerint. Quod si donata fuerit res ad religiosum locum pertinens reddatur ei cum medii temporis fructibus. et alium tantum quantum eadem res digna est. Si autem ypotheca contra predictas distinctiones data fuerit: creditor quidem debitum amittat et religioso loco reddat: tabelliones autem qui contra predictam legem instrumenta composuerint perpetuo exilio condemnentur. Quicquid [1]) ante presentem constitutionem factum est: si secundum veteres leges valeat. Sin autem adversatur eis redditibus ornatur. De cetero autem veteribus legibus evacuatis presentem legem iura publica nostra valere sanximus.

ℭ *Ut iudices non expectent sacras iussiones. etc.*

Iudex [2]) sententiam diffinitivam ex suo arbitrio consentaneam legibus promat: et non utatur iudicatione ad nostram clementiam nec referat: sed quo sibi visum fuerit legitimum dicat: postquam perfectissimum de lite cognoverit: que similiter obtinere iubemus sive duo sive plures fuerint iudices cause cuiusque cognitores. In [3]) omnibus provocationibus hoc obtinere iubemus ut appellatione intra tempus statutum facta: si utraque pars fatalem diem observaverit: sine dilatione iudices ea que acta sunt perscrutantur proferantque legitimum calculum. Quod si solus qui appellavit intravit: iudices expectent usque ad ultimum fatalem: et si is qui vicit non (fol. CLV b) inveniatur perscrutentur acta: et finis legitimus sequatur. Quod si victor intraverit: et is qui appellavit requisitus non inveniatur: expectent iudices non solum ultimum fatalem diem: sed etiam tempus reparationis. id est tres menses. Quod si his transactis is qui provocavit non inveniatur nullatenus temporis cursu calculus confirmetur sed ex utraque parte iudices scrutentur acta prioris indicii. Et si quidem recte est pronunciatum confirment. Quod si aliquid non recte se habeat hoc corrigere et legitimum calculum proferre debent. Semel autem appellatione intra fatalem ab una parte. vel ab utraque introducta. nullatenus biennalis temporis transactione primus calculus confirmetur. sed veritas et iusticia perscrutentur et finis legitimus talibus causis imponatur: sive una sive utraque parte presente. et hoc iubemus in causis talibus: non in primo introitu omnes cognitiones referri: sed singulis propriam diem prescriptam habere. Omnes [4]) iudices legibus non interdictam provocationem intra statutos dies recipere non recusent: intra autem. XXX. dies postquam provocatio porrecta est: acta cum sua subscriptione litigatoribus edantur: ut illi apud competentem iudicem eam intimare possint. Si quis autem hoc facere distulerit calculus quidem temporis transactione non confirmabitur. ipse autem iudex qui ea non observabit. et qui ministerium ei prebent omne damnum quod litigator passus fuerit actis eius non editis de suis substantiis reddere compellantur et denas libras auri pene nomine nostris privatis deferendas exsolvant.

ℭ *De ordine sedendi.*

Invenimus [5]) questorem et prefectum pretorii qui sunt per orientem in sacro auditorio hiisdem interlocutionibus uti quibus nos utimur: dicebat enim nostra severitas. et nostra pietas et mansuetudo et denotio hiisdem vocibus ad eos utebantur et vestimento omnes ornabantur quo tantum uti principem licet. Nos autem questorem quidem cum prefecto considerare et tales causas audire. et legitimos calculos proferre. et consueta scrinia in talibus causis suum ministerium prebere permittimus. illa autem illicita quibus et vestitum vendicare sibi nullum concedimus. Sin autem hoc faciant maiestatis crimine temantores obnoxii sunt.

ℭ *Ut fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrum ascendentibus et extantibus et ut mulieres non insinuata etc.*

(fol. CLVI) Sancimus [6]) ex hac parte si quis intestatus decesserit: fratribus derelictis ex utroque parente sibi copulatis: et filio ex fratre antea mortuo. qui et ipse ex utroque parente copulatur: vel aliquo ex personis ascendentibus. simul omnes ad hereditatem defuncti venire: et ut simpliciter dicam in quem dedimus eis ordinem. ascendentibus personis ut suppositis eundem eis prestamus. et si parentes existant heredes eius de cuius hereditate agitur. Si [7]) mulier marito suo defraudata ad secundas nuptias non venerit: habeat quidem ante nuptias donationis usumfructum secundum quod iam disposuimus: lucretur autem portionem proprietatis tantum quantum liberorum quantitas concedit: ut ipsa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de matribus diximus: hoc de patribus intelligendum est: et de aliis personis ascendentibus que non ad secundas nuptias pervenerint.

ℭ *De restitutione fideicommissi et de nomine familie. etc.*

Si [8]) quis prohibuerit alienationem rerum extra suam familiam propriam faciendam ut si sine liberis decesserit unus ex hiis qui filii sunt. et heredes testatoris ad ceteros res perveniant liberis natis cessat alienationis prohibitio. Ideoque liberi procreati etiam ad extraneos easdem res transferre non prohibentur. Si [9]) quis extra familiam suam alienationem fieri prohibuerit: et omnes qui res consecuti sunt: vel omnes res vel quasdam ex his alienaverit: fideicommisso vi-

1) Iul. cap. 418. 2) Iul. cap. 419. 3) Iul. cap. 421. 4) Iul. cap. 422.

5) Iul. cap. 420. 6) Iul. cap. 423. 7) Iul. cap. 425. 8) Iul. cap. 497. 9) Iul. cap. 498.

dentur invicem renunciare. Si [1]) quis prohibuerit extra suam propriam familiam rem alienari: et adiecerit: neque filii neque deinceps persone que successerint ei qui primum accepit rem: eandem ad extraneum transferant. deinde sui processerint successiones que familie nomine continentur et ultimus heres per medium impuberem successor extiterit: liberam habeat facultatem et in extraneos homines re cuius alienatio prohibita est. id est si tertius heres impubes fuerit: transmittere.

¶ *Ut si nulli iudicum. etc.*

In[2]) superioribus posita est hec constitutio qua cavetur ne uxor marito sive maritus uxori sue sine causa eidem constitutioni cognita matrimonium dissolvere audeant. Quod si hoc ausi fuerint facinus perpetrare penis eos subiiciamus ipsis autem penis relevamus maritum gravior animadversione mulieribus imposita. sed hanc legem merito corrigentes. iubemus eisdem penis temeratorios maritos esse que mulieribus nitentibus discedere sine causa legitima quis minime noscuntur ut in pari delicto par pena utrosque comitetur.

¶ *Ut differentes iudices.*

Si [3]) quis propter civilem vel criminalem causam presidem provincie adierit et ille contempserit actorem: vel alio modo causam cognoscere secundum legem contempserit: liceat actori supplicare (fol. CLVI b) civitatis episcopo et ipsam querimoniam deducere ut religiosus antistes sine dilatione et iniuria litem dirimat. Quod si tanta imprudentia rector provincie teneatur ut nec episcopo nec clericis imminentibus iusticiam sequatur. tunc liceat episcopo si voluerit actorem ad nostram pietatem mittere et preces fundere. et dare ei litteras per quas nobis declaretur superbia atque iniuria presidis. Nos enim et actori medebimur et presidi competentem vindictam imponemus. Si [4]) quis preses provincie suspectus esse videatur et litigare apud eum solum noluerit: liceat ei episcopum invocare. et cum ipso confidente litem audiant: vel amicabili compositione litigatorem transigere faciant: naturaliter vel more paresemeos audiant vel cognitionaliter. Ita tamen ut sententia legibus consentanea imponatur. Si [5]) quis autem non adito preside et sine litteris episcopi in hanc venerit civitatem et de aliqua causa nos molestaverit: sciat se tales penas subiturum. quales passurus est preses provincie si aditus audire eum contempsisset. Si [6]) quis a preside provincie iniuriam passus fuerit adeat civitatis episcopum ut si arbitrio eius preses condemnandus ultimis suppliciis presidem. Si autem eum innocentem inveniamus necesse est ut nullum responsum a nostra clementia calumniosus actor accipiat. Si [7]) episcopus propter gratiam presidis supplices contempserit ex sacris regulis pene subiiciatur. Cum [8]) res exigit officiales presidum ut litem subditorum dirimant non capiant sportularum nomine plus quam nostra constitutione cavetur. Quod si contra hoc fecerit ultimis suppliciis subiiciantur. in [9]) civitatibus in quibus presto non sunt adeant litigatores defensores civitatis. et illi audiant causas. Sin autem episcopum sibi maluerint iudicare hoc quoque fieri iubemus. Nemo [10]) episcopus nec clericus sine litteris patriarche vel episcopi ad hanc florentissimam civitatem veniat. Neque [11]) prefectus: neque in rebus agens. neque alius cuiuslibet conditionis hac in provincia veniens plus exigat sportularum nomine quam nostra constitutione cavetur. Si autem plus exigerit suo periculo preses secundum legem in eum iudicet. Quod si quis in aliqua dignitate vel milicia vel alia conditione preditus sit qui plus exigerit ut nos utrique competentem cohertionem imponamus.

¶ *De sanctissimis episcopis et deo amabilibus reverendissimis presbyteris. etc.*

Primo [12]) capitulo de administratione et privilegiis (fol. CLVII) et aliis diversis capitulis ad ecclesias et alias religiosas domus pertinentibus iam quidem disposuimus. in presentibus ea que religiosissimis episcopis et clericis et monachis ante in diversis constitutionibus disposita sunt cum competenti emendatione hac contineri lege existimavimus. Sancimus [13]) igitur quando opus fuerit episcopum creari clericos et primates civitatis eius cuius episcopus desideratus desideratur. fieri in tribus personis de certa facere propositis sanctis evangeliis periculo anime sue dicendo quod neque propter aliquam prestationem neque propter promissionem vel amicitiam vel aliam qualemcumque causam: sed scientes eos recte et catholice fidei et honestatis vite esse et litteras scire eos elegerunt. Et quod neque uxorem neque liberos eorum quis habeat: neque concubinam vel liberos naturales cognoscant eos habuisse vel habere. Sed et si prius uxorem quis habuerit et ipsam unam et primam et neque viduam neque marito disiunctam neque scenicam legibus vel sanctis canonibus reprobatam neque curialem neque taxeotam esse eum cognoscant: vel si curiali taxeotica suppositus est conditione: sciunt ipsum in monasterium non minus. XV. annum solitariam vitam peregisse. hec autem decretis oportet imponi quod minus quam. XXXV. etatis annos agere electam a se personam cognoscunt ut ex tribus personis pro quibus talia decreta fuerint melior creetur electione et periculo creatoris. Curialem autem vel taxeotam qui secundum ea que diximus per. XV. annos in monasterium moratus est et ad episcopatum profectus liberum esse propria conditione volumus sic tamen ut liberatum curia quartam portionem sui patrimonii sibi retineat ceteris rebus ipsis secundum nostram legem curie et publice vendicandis. Damus autem licentiam illis qui decreta faciunt aliquem laicum citra curialem hominem una cum aliis duobus clericis vel monachis eligere sic tamen ut laicus qui hoc modo ad episcopatum electus est non statim episcopus creetur: sed primum cleri-

1) Iul. cap. 499. 2) Iul. cap. 426 3) Iul. cap. 247. 4) Iul cap. 248. 5) Iul. cap. 249. 6) Iul. cap. 250. 7) Iul. cap. 252. 8) Iul. cap. 251.

9) Iul. cap. 253. 10) Iul. cap. 254. 11) Iul. cap. 255. 12) Iul. cap. 427. 13) Iul. cap. 428.

cis non minus tribus mensibus commoretur. et ita sanctos canones et sacrosancte ecclesie ministerium edoctus episcopus creetur qui enim alios cedere debet ab aliis post ordinationem doceri non debet. quod si in aliquibus locis non inveniantur he persone ad talem electionem idonee: liceat decreta facientibus in duobus vel in una persona decretum facere: ut tamen omnia antefacta habeat testimonia. Sin autem hii qui debent episcopum eligere talia decreta intra sex menses non fecerint tunc periculo anime sue ille cui competit consecrare episcopum consacret omnibus aliis que diximus observandis. Si quis autem preter memoratam ob- [illegible] (fol. CLVII) [illegible] eum modis omnibus ab episcopatu repelli sed et illum qui contra hec precepta ausus fuerit episcopum consecrare separari per unum annum sacro ministerio et totam eius substantiam si qualicunque tempore vel modo in ipsius dominio pervenerunt propter delictum quod fecit dominio ecclesie eius cuius episcopus est vendicari. Si[1] quis autem eius qui ad episcopatum consecrationem electus est accusator extiterit: nitensque per leges vel canones possunt inhibere consecrationem eius: prius de accusatione episcopus qui consacraverit disceptationem facere vel presente accusatore et implente suam accusationem vel non implente et per tres menses differente et si quidem invenerit eum qui electus est obnoxium inhibetur consecratio. Si vero innocens appareat nun impediatur. sed accusator qui non probavit id de quo accusavit: vel si destituit litem appellatur a provincia in qua domicilium habeat. Si quis autem ante commissionem accusationis consecraverit consecratus quidem a sacerdotio appellatur: qui autem consecrare precipitatus. i. superius expositis subiiciatur. id est ut per annum ministerio sacro abstineat et res ipsius ecclesie adiiciantur cuius episcopus est. Ante[2] omnia [illegible] sub prestatione auri vel alterius rei episcopus consecretur quod si tale aliquid admissum fuerit: semetipsum et suas animas hi qui accipiunt pecunias vel prestant et mediatores eorum secundum divinas regulas et sacros canones condemnationi subiiciuntur: et propter hoc qui dat et qui accipit et qui mediator factus est sacerdotii vel clericatus honore removeatur. quod autem de ea re causa datum est ecclesie illi iudicetur cuius voluit sacerdotium emere. Sin autem alius erit qui pro hac causa aliquid acceperit vel mediator rei factus est ea que data sunt in duplum exigi ab eo ecclesie vendicanda non solum autem ea que data sunt vendicari precipimus: sed etiam omnem cautionem super hoc quocunque modo expositam et pignorum obligationem et omnem aliam qualemcuuque accusationem cessare sancimus: ut ille qui promissionem accepit non solum cautionem reddere: sed aliud tantum quantum cautio continet conveniatur ecclesie tradere. Si[3] quis post episcopatum vel ante consecrationem voluerit proprias res vel earum partem ecclesie offerre cuius episcopus erit hoc laudabile est: quia non est emptio sed collatio. consuetudine autem illa sola concedimus prestari ab episcopis consecratis que deinceps presenti lege continentur. Iubemus igitur beatissimos patriarchas preter romanum et alexandrinum et theodo- (fol. CLVIII) politanum et constantinopolitanum et theopoleos et iherosolimitanum siquidem consuetudinem episcopis vel clericis in eorum consecratione non minus quam. XX. auri libras prestari darique consuetudo vult quod si plus sit quam quod antea dabatur nihil ad hoc ipse ultra. XX. libras auri prestetur metropolitanus quia consilio creatus et alios omnes episco- [illegible] si quidem non minus auri. XXX. libras debitas habeat ecclesia consecrati dari pro cathedratico solidos centum: notarii autem consecrati et alii qui misterium faciunt ex consuetudine capiant solidos tricentos. Si autem ecclesie redditus minores fuerint. XXX. libr. auri non minor autem decem pro cathedratico iure dari solidos ducentum. Aliis autem omnibus qui ex consuetudine capiant solidos centum. Sin autem redditus minor sit decem non autem quinque libras auri pro cathedratico solidos quinquaginta. Dare autem omnibus aliis qui ex consuetudine capiunt solidos. LXX. Sin autem minor quinque non autem duas auri libras habeat ecclesia reddebitur pro cathedratico decem et octo. Omnibus autem qui ex consuetudine capiunt solidos. XXIV. Sin autem minor tribus non minus duabus auri libris sit quantitas ecclesiastici redditus pro cathedratico quidem prestari solidos duodecim. pro omni autem alia consuetudine solidos sex. Episcopum enim ecclesie minorem duabus auri libris redditus habentis neque pro cathedraticis neque pro alia consuetudine aliquid dare concedimus. Ea autem que prestari disposuimus primus presbyter consacratis episcopi et archidiaconus eius suscipientes ex consuetudine capientibus dividant. hoc itaque iubemus modis omnibus observari neque occasione ecclesie debitis pregraventur et sacra sacerdotia venalia fiant. Sin autem intra statutam a nobis quantitatem pro cathedratico vel consuetudine quocunque modo usus fuerit capere: iubemus eius quod plus cepit triplum ex rebus eius vindicari ecclesie eius qui dedit. Consecratio[4] episcopi liberum faciat eum servili quam ascripticia conditione. nisi taxeota sit vel curialis qui contra predictam distinctionem episcopatus apicem et filiis eorum officio interim et curie restitui sancimus nec tali conditione sacerdotio iniuria fiat: illos autem qui ante nostram presentem legem ex curiali (fol. CLVIII b) conditione inventi fuerint episcopi creati tali quidem conditione de rebus suis curie et publice prestent. Sic tamen ut nullam diminutionem patiantur ecclesiastica iura in rebus quas post episcopatum acquisitas ecclesie eorum competendis disposuimus. Presbyter[5] dyaconus subdyaconus iure cognationis ad tutelam vel curationem vocatus munus administrationis in hoc casu tantum suscipere concedatur si tamen intra quattuor menses numerandos ab eo qui vocatus est per competentem iudicem manifestaverit quod huiusmodi munus sua sponte non recipit si quis eorum hec fecerit nullum ex hoc circa aliam tutelam vel curationem post iudicium patiatur. Nullus[6] episcopus cogatur ad iudicium venire dicendi testimonii causa

1) Iul. cap. 429. 2) Iul. cap. 430. 3) Iul. cap. 431. 4) Iul. cap. 432. 5) Iul. cap. 433. 6) Iul. cap. 435.

sed iudex mittat ministros suos ut prepositis sanctis evangeliis quod novit episcopus dicat secundum quod est sacerdotis officium. Nullus [1]) episcopus neque pro civili neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem producatur vel exhibeatur nisi imperiali iussio. precesserit magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit amissione cinguli et. XX. libras auri ecclesie addicantur cuius episcopus produci vel exhiberi iussus est. litis autem executor post cinguli amissionem tormentis subiiciatur et in exilio mittatur. Nulli [2]) alium clericum creari concedimus nisi rectam et sinceram fidem habeat et vitam honestam et neque concubinam vel naturales filios habeat vel habuit: sed vel castitate preditum vel uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentem: et neque viduam: neque derelictam a marito: neque legibus aut canonibus improbatam. Nemo [3]) presbyter consecretur qui minor. XXXV. annis sit: neque diaconum vel subdiaconum fiat nisi. XXV. annorum sit. nemo lectoribus connumeretur qui minor. XVIII. annos fuerit: neque inter diaconissas consecrata sacrosancte ecclesie qui minor. XL. annorum sit: vel que ad secundum matrimonium convolavit. Si [4]) servus sciente et non contradicente domino in titulo sortitus fuerit ex hoc ipso liber et ingenuus sit. Si enim ignorante domino consecratio facta fuerit liceat domino intra annum conditionem probare et proprium servum recipere. Si autem servus sciente domino vel ignorante secundum ea que diximus ex ipso honore clericatus libertatem meritus postea ecclesiasticum ministerium reliquerit et ad laicorum vitam transierit domino suo in servitio tradatur. Ascripticius [5]) in ipsis tantum possessionibus in quibus censitus est clericus fiat quamvis invito domino hoc fuerit actum (fol. CLIX) Sed tamen ut clericus factus impositam sibi culturam adimpleat. Si [6]) quis oratorium vel domum edificaverit et ipse vel heredes eius clericos in ipsa domo consecrare voluerit: sumptus administratibus in eadem domo donent: nec audiantur si indignos nominaverint clericos. Si autem ipsi tales sint ut divinis canonibus non conprobentur ad episcopum pertinebit alios clericos idoneos eligere. Presbyteri [7]) diaconi subdiaconi lectores vel cantores quos omnes clericos vocamus res quocumque modo in eorum dominium pervenientes habeant in suam propriam potestantem ad similitudinem castrensis peculii ut liceat eis donare et secundum legem testari licet in parentum potestante fuerint: sic tamen ut liberi eorum vel liberis non superstitibus parentes eorum legitimam capiant portionem. Presbyteri [8]) diaconi si in causa pecuniaria falsum testimonium dixerint: non tormentis subiiciantur: sed per tres annos separentur a divino ministerio et monasterio tradantur. pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint clericatus honore nudati penis legitimis subiiciantur et ceteri in alio honore ecclesiastico prelati si falsum testimonium in quacunque re sive pecuniaria sive criminali dedisse convincantur honore ecclesiastico reiecti legitimis cohertionibus subiiciantur. Si [9]) quis contra clericum monachum vel diaconissam seu monastriam vel assistriam habeat aliquam actionem adeat primum religiosissimum episcopum cui eorum unusquisque subiectus est ille autem rem inter ipsos discernat: et siquidem utraque pars iudicatis acquiescat iubemus per presidem locorum ea excutioni plenissime tradi. Sin autem unus ex litigatoribus inter. X. dies contraxerit iudicatis: tunc locorum preses rem cognoscat et si invenerit iudicium recte prolatum suo calculo confirmet et executioni tradat et non liceat ei qui bis in tali re victus est provocare. Si autem calculus presidis contrarius sit calculo episcopali: tunc locum habeat appellatio contra calculum presidis et ea secundum legum ordinem referatur et exerceatur. Si autem ex imperiali vel iudiciali iussione episcopus iudicaverit inter qualescunque personas provocatio ad imperatorem vel iudicem qui iussit referatur. Si autem crimen quod adversus memoratas personas inferatur siquidem apud episcopum aliquis accusetur et ipse veritatem invenire potuerit de honore et gradu secundum ecclesiasticos canones eum reiiciat. Sed et tunc competens iudex ipsum comprehendat et secundum leges litigium discernens finem imponat. Si autem prius civilem presidem adeat accu (fol. CLIX b) sator et crimen legitima disceptatione potuerit probari: tunc episcopo locorum monimenta intimentur: et si ex ipsis fuerit cognitum proposita crimina eum admisisse tunc episcopus locorum secundum regulas de honore et gradu quem sustinet: eum separet. Iudex autem vindictam inferat ei legibus competentem. Si autem putaverit episcopus acta non recte constitisse: liceat ei honoris expoliationem differre gradus: nisi talis persona sub legitima cautela fiat et ita ad nos per episcopum et iudicem causa referatur ut eam nos cognoscentes quod nobis iustum fuerit visum hoc iubeamus. Si quis autem pro pecuniaria causa contra predictas personas aliquam habuerit actionem et episcopus distulerit in eos iudicare: legitimam habeat actor civilem presidem adire: sit tamen ut accusata persona nullo modo cogatur dare fideiussores: sed tamen promissionem sine iureiurando cum ypotheca rerum suarum exponere. Si autem pro criminali causa accusatio contra memoratas personas deponatur sub legitima cautela persona fiat. Presbyteris [10]) subdiaconis diaconis et aliis in clero scriptis non habentibus uxores secundum divinas regulas interdicimus autem mulieres habere in sua domo: excepta matre et filia et sorore et aliis que effugiunt omnem querelam. Si quis autem adversus istam observationem mulierem in domo sua habuit que potest suspitionem inferre turpitudinis: et ille a conclericis suis audierit ut cum tali muliere non habitaret: et noluerit eam a sua domo repellere vel accusatore emergente probatum fuerit inhoneste cum tali muliere vivere tunc episcopus secundum ecclesiasticum canonem de clero eum repellat: curie civitatis cuius clericus est tradendo. Si [11]) quis sub conditione nuptiarum: vel bonorum: vel dotis causa vel ante nuptias donationis donaverit vel liberis suis reliquerit: vel alicuique persone hereditatem vel legatum

1) Iul. cap. 436. 2) Iul. cap. 444. 3) Iul. cap. 445. 4) Iul. cap. 454. 5) Iul. cap. 455. 6) Iul. cap. 456. 7) Iul. cap. 458. 8) Iul. cap. 459.

9) Iul. cap. 460. 10) Iul. cap. 475. 11) Iul. cap. 484.

vel ab initio pure reliquerit vel donaverit substitutiones autem et restitutiones eis fecerit sub conditione quacunque ex his que predicte sunt: iubemus talibus conditionibus subiici sive masculi sint: sive femine si monasterium intraverint: vel clerici vel diaconisse vel assistere fuerint: tales conditiones irritas et pro non scriptis esse: hoc autem auxilio clerici vel diaconisse ecclesiarum fruantur si in eadem vita perseveraverint: et ea que sic eis donata vel relicta fuerint impias causas reliquerint vel donaverint vel consumpserint. Nam de his que monasterium vel assisterium intraverint certa forma constituta est: (fol. CLX) ut totum eorum patrimonium cum huiusmodi rebus ad monasterium vel assisterium pertineant. Si autem ad redemptionem captivorum vel alimonias substitutio vel restitutio facta est sub antefactis conditionibus ex nullo modo predicto reduci eam concedimus. Si [1]) mulier vel vir ad solitariam vitam transierit et liberos non habeat: res eius monasterio competant in quo intravit. Si autem talis persona liberos habeat liceat ei substantiam suam inter liberos dividere sic tamen ut nulli eorum legitimam portionem diminuat et sibi remaneat unius filii pars ad monasterium. scilicet ventura: quod si antequam deliberet inter filios suos propriam substantiam in monasterio decesserit: liberis sola legitima portio referatur: si [2]) sponsalia legitima inter sponsum et sponsam contracta fuerint: deinde antequam nuptias celebrentur sponsus vel sponsa intraverit monasterium id quod arrarum nomine datum est reddatur in simplum. tamen et pena utrique parti remittatur. Si [3]) constante matrimonio solus vir vel sola uxor ad solitariam vitam transiverit et habitum monachi acceperit: hoc ipso matrimonium dissolvatur etiam nullo misso repudio: et si quidem solus factus est monachus reddat mulieri dotem et quicquid ab ea aliunde susceperat et propter nuptias donationis tantam partem quantam mulier accepisset ex morte mariti secundum dotalium instrumentorum tenorem. Si autem mulier monacha facta sit maritus quidem retineat nuptialem donationem: mulier autem recipiat suam dotem: excepta illa portione que apud maritum ex morte mulieris remanet: cetera restituantur mulieri: quod utraque persona solitariam vitam elegerit: persona utraque sua recipiat: et nemo lucretur: sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem: mulier autem dotem recipiat et quicquid aliud marito dedisse probatur. Hec autem omnia tam de sponsa et sponso: quod de marito et uxore statuta sunt: nisi altera pars alteri quippiam donare vel concedere velit. Non [4]) liceat parentibus liberos vel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos. quamvis layci fuerint: et in causa ingratitudinis inciderint: non [5]) liceat parentibus suos liberos transeuntes ad solitariam vitam abstrahere de monasterio: agant [6]) sollicitudinem episcopi ut neque monachi neque monache in civitatibus ambulent sed si quas habent necessarias causas eas agant per apocrisarios suos ipsi vel ipse in monasterio permanentes (fol. CLXb) Si [7]) quis monasterium suum reliquerit et ad aliud monasterium transierit: res eius proprio monasterio in quo ante intravit competant. Si [8]) monachus laycus factus fuerit honore cinguli expolietur: et res eius in monasterium addicantur ipse quoque in monasterium mittatur. Si [9]) quis rapuerit vel sollicitaverit vel corruperit assistriam: vel diaconissam: vel monastriam: vel aliam mulierem religiosam vitam bonam vel habitum habentem: bona ipsius et eorum qui huius sceleris communionem comitati sunt religioso loco vendicentur in quo talis mulier habitabat: per religiosos episcopos et yconomos et presides provincie et officiales eorum. ipsi autem capitali periculo subiiciantur: mulier autem ubicunque investigetur cum suis rebus monasterio cautiori tradatur per episcopum Si autem diaconissa fuerit liberos habens legitimos: pars legitima liberis eius prestetur quod si intra annum post cognitum tale scelus huius res religiosis locis non vendicentur: comes privatarum hec fisco nostro addicat: preses autem provincie si vindictam tali crimini imponere supersederit et cingulo careat et penam quinque librarum dare fisci rationibus compellatur.

1) Iul. cap. 485. 2) Iul. cap. 486. 3) Iul. cap. 487.

4) Iul. cap. 488. 5) Iul. cap. 489. 6) Iul. cap. 491. 7) Iul. cap. 490. 8) Iul. cap. 492. 9) Iul. cap. 493.

¶ Finis operis.

(Sequitur tabula rubricarum cum numeris foliorum editionis.)

SENNETONII FRATRES.

(Col. I.)

Novellarum Constitutionum Domini Iustiniani Sacratissimi principis, incipit liber Primus.

Prooemium.

Primum [1]) quidem in digestis et constitutionibus diximus parentibus quidem et liberis, nec non et fratribus et patronis certam quandam portionem, ex nostra deberi substantia, quam necesse est omni modo eis relinquere: nisi forte ingrati circa nos apparuerint. ¶ Aliae autem personae, quae neque parentis, neque liberorum, neque fratris, neque patronis loco habentur sive ingrati sint, sive non: ex voluntate nostra haeredes nobis existunt: vel lucrum ex nostro patrimonio capiunt. His itaque personis eo modo discretis videamus caput constitutionis propositum. Eius autem vis ac potestas talis est:

Titulus I.

Si haeres legata solvere noluerit.

Si quis parentem, vel filium, vel fratrem, vel patronum instituerit haeredem et legatum sive fideicommissum ab eo legibus non incognitum alicui reliquerit, si quidem voluntatem defuncti scriptus haeres impleverit, et sine frustratione legatum exolverit, tunc habeat firmiter haereditatem defuncti, et iudicio potiatur eius, cuius evinci iudicium passus non est. ¶ Sin autem reluctandum esse voluntati testatoris existimaverit: et legatario moras fecerit in tantum, ut etiam legatarius iudicem adeat, et victricem sententiam capiat: et tamen nihilominus haeres moras similiter faciat, ut post iudicialem calculum annale praetereat spatium: tunc solam legitimam portionem sibi debitam haeres institutus habeat, et reliquam partem amittat. quae pars si quidem substitutos habuerit: prius ad eos veniat. Sin autem substitutos non habeat: tunc ad cohaeredes ipsius. Sin autem et cohaeredes quidem non habeat: tunc ad generalem fideicommissarium perveniat. Quod si plures sint generales fideicommissarii: tunc ei deferatur, qui maiore ex parte fideicommissi honoratus est. Quod si nemo ex suprascriptis personis subsistat: tunc ad legatarios pars memorata perveniat. Quod si nec legatarii sint: tunc ad eos perducatur, quibus testator libertatem donavit. quicunque autem ex supra scriptis omnibus personis partem sibi delatam amplexus fuerit: his voluntatem testatoris omni modo impleat. ¶ Ideoque et cautionem praestare eum oportet, qui omni modo impleturus est ea quae in testamento defuncti continentur, ordine scilicet hoc observando, ut inter legatarios quidem et fideicommissarios generales fideicommissa- (col. II) rii caeteris legatariis et fideicommissariis praeferantur. quod si nullus generalis fideicommissarius sit: tunc illi veniant qui maioribus legatis vel fideicommissis honorati sunt. Quod si nemo ex his vel non potuerit, vel noluerit partem memoratam admittere: tunc illi vocentur quibus testator libertatem reliquerit: sed non passim, sed secundum ordinem scripturae vocentur. ut cui primum libertatem donavit, eius conditio praecellat. et si primus vel noluerit, vel non potuerit partem admittere: tunc ille veniat qui secundo loco libertatem accepit. Haec sint, si unus ex parentibus, vel liberis, vel fratribus, vel patronis haeres scriptus sit. Sin autem haeres institutus extraneus sit, et moras faciat legatario per totum annale spatium post iudicialem sententiam numerandum: tunc nullam partem, nullum emolumentum scriptus haeres sentiat: sed et omne, quod a testatore ei praestitum est, auferatur ab eo, et veniat ad eos, quos supra scripsimus secundum eundem ordinem et eandem observantiam: ita tamen ut eodem modo is qui ad partem vocatur, cautionem praebeat, quod omni modo impleturus ea sit quae in testamento defuncti continentur. Quod si nemo ex his de quibus loquuti sumus, appareat: tunc etiam agnatis sive cognatis defuncti pateat aditus: quamvis in testamento nulla eorum comprehendatur mentio. quod si nec tales personae appareant: tunc extraneis quibuscunque locus fiat, si velint haereditatem suscipere, et de implenda voluntate testatoris cavere. Quod si nec talis extraneus inveniatur qui defuncti successionem cum praedicta cautione suscipiat: tunc fisco res vendicentur, sed et ipso voluntatem testatoris impleturo. ¶ Illud autem certum est, quod si filius a patre in testamento est exhaeredatus: neque ex ipso testamento, neque ab intestato lucrari aliquid poterit occasione huius constitutionis. Omnes autem qui ex hac lege ad rerum vendicationem vocantur: omnia iura haeredum habeant, id est ius aditionis et pro haerede gerendi, et conveniant et conveniantur omnibus, quae diximus, obtinentibus. et si non ab haerede, sed a legatario vel fideicommissario, et forte ab eo qui mortis causa aliquid accepit dari fierive ut testator voluit. id est ut ordo vocationis, incipiat quidem ab institutis desinat autem in publico.

Titulus II.

Ad legem Falcidiam.

Si [2]) quis ab aliquo scriptus haeres in testamento fuerit, in quo legata vel fideicommissa relicta sunt: timeat autem ne forte legata vel fideicommissa legatariis vel fideicommis-

1) Iul. cap. 1.

2) Iul. cap. 2.

sariis relicta totam substantiam testatoris exhauriant, ut ipse nihil ab haereditate sibi relicta lucretur: si velit emolumentum legis falcidiae integrum sibi servari, faciat inventarium rerum quas testator sibi dereliquerit praesentibus legatariis et fideicommissariis, qui in eadem civitate degunt: nisi forte propter sexum ubi foeminae sunt: vel propter dignitatem, vel propter morbum, vel propter aetatem, vel vincula praesto esse impedirentur: tunc enim illos repraesentari oportet in conscriptione inventarii, qui negotia eorum legitime administrant. Quod si omnes praesto non sint legatarii, seu fideicommissarii: tunc testes adhibeantur tres, quorum fides et opinio probata sit. testes autem ex ea civitate esse oportet, in qua conficitur inventarium et sub conspectu eorum atque praesentia praecedat inventarii confectio. Solis enim tabulariis in ea causa non credimus. Quod si postea reversi fuerint legataria (Hu. *legatarii*) et quasdam res ab haeredibus subreptas esse putaverint, easque caelatas, et in inventario non insertas, liceat eis per tormenta servorum haereditariorum veritatem (col. III) inquirere, et fraudes haeredum manifestare, scilicet ipsis haeredibus nihilominus cogendis iusiurandum praestare. Quod nullo modo in conscribendo inventario dolose versati sint: et testibus similiter compellendis sacramentum praestare, quod de nulla fraude conscii sunt scriptis haeredibus. Haec sunt, si legatarii praesentes sint, hi veniant vel homines eorum interveniant, aut absentibus eis tres bonae opinionis testes repraesentari oportet. Quod si legatarii praesto quidem fuerint: ipsi autem venire, vel homines suos mittere ad inventarium conscribendum noluerint: tunc libera licentia pateat haeredibus trium testium adhibito testimonio inventarium facere, nullo a legatariis obiiciendo postea obstaculo si voluerint, et in hoc casu per tormenta servorum haereditariorum, vel per sacramentum haeredum sive testium veritatem manifestare. et his quidem haeres qui haec omnia observaverit, legis falcidiae beneficium retinebit. Quod si non fecerit inventarium, nec supradicta observanda custodierit, sciat se omnia legata vel fideicommissa legatariis vel fideicommissariis soluturum, quamvis non sufficiat testatoris substantia ut interdum et de suo praestare legata et fideicommissa cogatur. ¶ Tota autem ista disceptatio toties locum habebit, quoties testator ignorans facultatum suarum modum legata vel fideicommissa ampla reliquerit. Alioquin si sciens quantum habeat patrimonium, et specialiter expresserit: ut non liceat haeredi falcidiae legis beneficio uti: necesse est voluntatem ipsius tenere. Et si quidem adire haereditatem eius maluerit: is quem haeredem sibi scripsit: omnimodo legata et fideicommissa persolvat sine quadam diminutione nullum habiturus lucrum, nisi pietatem solam, scilicet quod voluntati testatoris gratis obtemperavit. Sin autem repudiaverit haereditatem, locus fiet substitutis, et post substitutos cohaeredibus, et post cohaeredes fideicommissariis generalibus, et post generales fideicommissarios legatariis, et post legatarios iis qui libertate donati sunt, et post eos qui libertate donati sunt venientibus ab intestato agnatis sive cognatis, et his non apparentibus extraneis, et post extraneos publico.

Titulus III.

De legatorum aequatione.

Nullam [1]) licentiam scriptus haeres habeat quibusdam legatariis solida legata persolvere, quibusdam ex parte praestare sed omnibus pro rata portione solvat sive in solidum sive in partem aequalitatis ratione conservata. vel enim cognoscens ab initio modum substantiae, diminuere legata non debet. vel si quibusdam solida legata persolvat: omnibus persolvere debet: nisi forte mirabile aliquid extiterit quod diminuat testatoris substantiam.

Titulus IV.

Ut legata intra annum praestentur.

Intra [2]) annum modis omnibus relictum legatum praestetur. Initium autum (Hu. *autem*) anni esse oportet illud tempus quo ex diffinitiva iudiciali sententia reus admonitus est propter legati solutionem. Anno autem transacto haeres qui legata non solvit, haereditatem testatoris amittat: et locus fiat illis personis, quam supra fecimus mentionem sed ab annali spatio impuberibus vel adolescentibus nullo praeiudicio generando. hi enim duplici via muniti sunt. nam et restitui in integrum possunt, et competentes actiones adversus tutores suos vel curatores dirigere. Ea autem quae diximus teneant, sive in scriptis, sive sine scriptis testamentum sive voluntas proferatur. in omni autem persona teneant sive privata sit, sive militaris, sive religiosa, sive imperialis.

col. IV. Titulus V.

De iis qui ad secundas nuptias migraverunt.

Nulla [3]) licentia sit mulieri vel marito, qui quaeve ad secundas migraverit nuptias in donatione propter nuptias vel dote, cuius solum^usumfructum habet, non etiam dominium aliquem de liberis suis anteferre, sed sit proprietas rerum omnibus debita portionibus exaequatis.

Idem.

Si [4]) maritus vel mulier, qui quaeve ad secundas migraverit nuptias, res dotis vel propter nuptias donationis alienaverit, quocumque tempore alienatio facta neque rata, neque irrita sit sed interea maneat in suspenso. Et si quidem parens qui alienaverit ante liberos suos moriatur omnimodo rerum alienatio refutetur. Sin autem eo superstite ab hac luce liberi ipsius exempti fuerint, in tantam portionem alienatio valebit, quantam superstiti parenti mortis liberorum casus detulerit, id est, ut tantam portionem lucretur, quantam pepigerit in instrumento dotis vel donationis habiturum se si liberi qui postquam editi sunt, mortui fuerint. In alia autem portione alienatio non valebit: nisi forte filii eundem parentem qui alienavit testamento vel ab intestato reliquerint.

1) Iul. cap. 3. 2) Iul. cap. 4. 3) Iul. cap. 5. 4) Iul. cap. 6.

Idem.

Si[1]) filius intestatus mortuus fuerit, portio quae competit ei ex dote aut an̄nuptiali (Hu. *antenuptiali*) donatione non veniat ad parentem superstitem, sed soli fratres ipsius ad eam partem vocentur, scilicet si sine liberis ipse mortuus est: liberi enim defuncti et fratribus eius et parentibus praeferuntur. In aliam autem substantiam quam mortuus dereliquerit, pariter cum fratribus parentes vocentur, sive ad secundas migraverit nuptias, sive non. ❡ Quod si testamento condito filius decesserit: illi veniant, qui scripti sunt, nisi forte inofficiosi querela testamentum eius evacuaverit.

Idem.

Si[2]) mulier defuncto marito ad secnndas pervenerit nuptias, res quae ad eam pervenerint ex donatione propter nuptias priores hoc modo administrentur. si quidem immobiles sint, mulier eas habet: et liberis suis, si supervixerint, conservet. Si autem mortui fuerint, portionem quidem rerum quam mortis liberorum casus ei detulerit, modis omnibus habeat: residuam autem partem heredes eorum lucrentur. ❡ Sin autem donatio propter nuptias in rebus mobilibus sit: tunc res quidem apud liberos sint: usuram autem matri dependant tertiam centesimae cum competenti cautela quod praedictam usuram sine frustratione in omni sequenti tempore personaliter persolvent. Si autem donatio propter nuptias et aurum et argentum et vestes sint: tunc electionem habeat mater utrum velit cautionem praestare, et res administrare, an tertiam centesimae usuram a liberis suis accipere. Sin autem res habeat tam mobiles quam immobiles propter nuptialem donationem: tunc res quidem immobiles apud eam sint, et usufructu earum alatur. Mobiles autem apud liberos sint secundum praedictam distinctionem.

Titulus VI.

De dote adscripta et non numerata, vel praestita.

Si[3]) quis uxorem duxerit, et propter nuptias donationem non solum adscripserit, sed et ipsam tradiderit, mulier autem adscripserit quidem dotem: rem autem veram non dederit in toto tempore quo maritus suus vixerit, mortuo eo nec donationem ante nuptias consequatur: ut pote cum nullam dotem ipse (etiam Hu. *ipse*) dedisset. sed si quidem nihil omnino dotis nomine dederit: nec mortuo marito donationem ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sin autem partem praestiterit dotis, tantam (col. V) partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo suo marito. Haec autem constitutio locum habebit etiam in iis matrimoniis quae nondum soluta fuerint. Sciendum est autem quoddam praesentis constitutionis caput ex. XXII. constitutione quae nuptiis promulgata est, transformatum fuisse.

Titulus VII.

De fideiussoribus et mandatoribus, et iis qui pro aliis pecunias constituunt.

Si[4]) quis crediderit alicui pecuniam et fideiussorem vel mandatorem acceperit, vel eum qui pro eo pecunias constituerit: non prius contra tales personas actiones moveat quam adversus ipsum reum principalem egerit: eumque inopem invenerit: vel in solidum, vel in parte (Hu. *partem*). Postquam enim egentia laborare dignoscitur r̄eus sive in parte sive in solidum: tunc contra fideiussores vel mandatores intendere creditores oportet. hoc si debitor praesens sit, et appareat. Sin autem absens fuerit reus, et fideiussores vel mandatores praesto sint, vel iis qui pro eo pecuniam constituerunt: tunc praefiniri eis diem oportet intra quam debeant reum exhibere. Sin autem tempus praefinitum praeterierit: ipsi quidem pro reo actiones suscipiant, et debitam pecuniam persolvant. cedat autem eis actiones suas creditor: quas adversus reum principalem habet. Quod si tam reus quam fideiussor vel mandator: vel qui pro eo pecuniam constituit, in absentia fuerit (Hu. *fuerint*) tunc liceat creditori etiam adversus res rei principalis venire. ❡ Quod si nullae res rei principalis appareat (ita etiam Hu.): tunc etiam in res mandatoris vel fideiussoris manus creditoris porrigi possunt, ut etiam si debitores habeant etiam ab his creditoribus satisfiat. Haec autem sic intelligenda sunt, ut nullam facultatem habeant creditores res prius vendicare, quam personales exerceant actiones tam contra ipsum reum principalem quam contra fideiussores eius vel mandatores, eosque non solvendo esse appareat. eodem iure scilicet observando, si personae eorum non appareant. ❡ Haec autem omnia quae de creditore et fideiussore diximus, etiam ad venditionis confirmatorem trahenda sunt, ut non prius emptori licentia sit adversus confirmatorem consistere, nisi prius venditorem convenerit vel indubitate solvendo non sit. Sed nec hypothecariis in rem actionibus pateat iudicium antequam personales actiones defecerint. Et in summa sciendum est, quae dicta sunt in mutua pecunia et in venditione custodienda esse et in omnibus contractibus qui aliquam satisdationem recipiunt. Sin autem argenti distractores pecunias custodierint: secundum veteres leges conveniantur.

Titulus VIII.

De solutionibus, et liberationibus, et verborum significatione.

Si[5]) quis pecuniam mutuaverit, debitor autem pecuniam non habuerit quam daret: tunc rem mobilem creditori praestet si habet. Sin autem rem mobilem non habuerit: tunc immobilem rem suam si habet, vendere debet, et pecuniam debitam ex pretio rei venditae solvere. Sin autem emptorem non invenerit: tunc praedium quod optimum habet creditori suo praestet, et actione qua adstrictus est,

---

1) Iul. cap. 7. 2) Iul. cap. 8. 3) Iul. cap. 9.

4) Iul. cap. 10. 5) Iul. cap. 11.

liberetur. ubi autem emptorem sui praedii invenerit: caveat creditori suo pecuniam debitam se soluturum, et post cautionem liceat ei constituere venditionis contractum. ¶ Creditoris autem appellatione significatur non solum qui mutuam dedit alicui pecuniam. sed et omnes qui aliquam actionem contra aliquem habent.

(col. VI) Titulus IX.

De monasteriis aedificandis.

Qui [1]) vult aedificare monasterium prius episcopum invocet, et illum exoret ut sanctam crucem imponat: et postea imponatur aedificium.

Titulus X.

De monachis et asisteriis (Hu. *ascetriis*).

Si [2]) quis monachus fieri vult, sive liber sit sine (Hu. *sive*) servus: non statim monachus fiat sed per triennium tonsura quidem, et veste laicorum utatur, et divinas scripturas dicat et confiteatur suam conditionem, id est utrum ingenuus sit, an servus, vel alterius cuiuscunque status: et narret causas propter quas ad solitariam vitam migrare cupit. ne forte malus sit, et Deo displiceat. ¶ Oportet autem monachos verba ei facere, quae mores eius et vitam corrigere poterunt. et si per triennium talis appareat, ut videatur dignus tonsura et veste religiosa: tunc tondeatur, et stolam monasticam vestiat sive liber sit, sive servus: et nulla molestia inferatur ei: neque de servili, neque de libertina conditione. ¶ Sin autem aliquis intra triennium retrahere eum ut servum suum voluerit, et dicat quod res suas furatus ad monasterium cucurrerit: non statim eum abstrahat, sed prius probet quod et servus est, et pro furto et vita mala et peccatis atrocibus timuit, et fugit. si haec vera sunt: reddatur servus domino suo cum rebus subreptis, si etiam ipse in monasterio fuerit, dominus autem eum recipiens fidem ei praestet, quod eum nullo malo propter hoc quod iam peccavit, affecturus sit. Quod si nullo delicto servum suppositum esse dominus probare potuerit, et ipse servus ex castitate morum suorum bona testimonia habeat: et si nondum triennium praeterierit: tamen maneat in eodem venerabili monasterio: triennio autem semel transacto, et inter monachos servo dei connumerato nulla licentia sit postea domino qualemcunque molestiam ei inferre, sive re vera famulus sit, sive ingenuus: sed omni modo solitariae vitae permaneat: et si peccatum ab eo in priore vita admissum sit. Ea autem quae furto surrepta sunt, procul dubio si inveniantur. domino reddi oportet.

Idem.

Sin [3]) autem servitutem effugiens venerit quis ad monasterium: postea autem reliquerit venerabilem locum, et in aliam vitae figuram transierit: liceat domino suo extrahere eum probanti quod servus est. ut servum eum habere.

1) Iul. cap. 12. 2) Iul. cap. 13. 3) Iul. cap. 14.

Idem.

In [4]) omnibus autem monasteriis sive paucos sive complures monachos habeant: nulla licentia monachis sit separatim conversandi: nec unusquisque monachus suum proprium cubiculum habeat, sed communiter ad excolendum dominum et congregentur et in communi loco dormiant singulis quidem in culcitris, suis huius videlicet stratis iacentibus, omnibus autem in una domo dormientibus. Quod si tantus sit monachorum numerus, ut una domus eis non sufficiat: tunc et in duabus pluribusve habitationibus dormiant: non autem separatim per se, sed in communi loco, sicut iam praediximus: nisi forte quidem ex his tales sint, qui iuste debeant segregari ab illa multitudine monachorum, quos summae vitae constitutos graeci anachoretas, et hesicastes dicunt.

Idem.

Si [5]) quis monasterio se consecravit, et postquam religiosam vestem vestiret, a monasterio recesserit: omnia bona prius quae in monasterium introduxit, ad ipsum monasterium pertineant. Idem est ex alia constitutione: et si non introduxerit. omnes enim res eius dominii monasterii sint.

Idem.

Si [6]) vir vel mulier liberos habens ad solitariam vitam pervenerit: si quidem iam donaverit filio suo vel filiae suae tantum, quantum lex falcidia facit, sive occasione propter nuptias donationis, quam proprio filio suo dedit, sive dotis: tanquam pro filia sua praestitit. Si igitur habuerit legis falcidiae quantitatem, caetera bona eius omni inquietudine liberentur, sive pa- (col. VII) ter sit sive mater: qui quaeve in monasterium introierit, ut in reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem: ut pote cum lege falcidia satis eis factum sit. ¶ Quod si nihil eis vel minus falcidia pater vel mater praestiterit: tunc etiam monacho facto patre vel consecrata matre libera facultas filiis sit in tota falcidia: vel quod eidem est, a monasterio vendicare. Inter virum autem et uxorem talis conservatio teneatur, ut sive maritus, sive uxor intraverit monasterium, hoc consequatur laica persona: quod ex casu mortis ei competit secundum dotalium pactionum tenorem.

Idem.

Si [7]) quis introierit monasterium, et postquam religiosa indutus est veste recesserit, et militaverit, vel simpliciter laicus factus fuerit: expolietur cingulo militari, et vita libera non potiatur: sed officio praesidis provinciae servire cogatur, substantia autem eius in monasterio maneat.

Idem.

Si [8]) quis in monasterio consecratus fuerit, posteaque in alíud monasterium transire maluerit, substantia quidem eius

4) Iul. cap. 15. 5) Iul. cap. 16. 6) Iul. cap. 17. 7) Iul. cap. 18. 8) Iul. cap. 19.

a priore monasterio vendicetur. aliorum autem monasteriorum primates prohibeant eum transire ut in alio monasterio non recipiatur. et de hoc curare debent non solum religiosissimi episcopi, sed etiam reverendissimi archimandritae.

Idem.

Si [1]) quis monachus constitutus clericatus honorem acceperit: nullam habeat facultatem uxorem ducendi, quamvis eius gradus sit, cuius clericus non prohibetur uxorem habere: qualis est gradus cantorum et lectorum. ¶ Non solum autem ducere uxorem prohibetur sed etiam concubinam habere. Si quis autem monachus ante constitutus clericatus occasione vel duxerit uxorem, vel concubinam habuerit: eiiciatur de clero, et sit privatus, et ad nullam militiam vel professionem aliam audeat venire: nisi forte velit in antefatas poenas incidere.

Titulus XI.

De archimandritis, et ut constitutio sit communis monachorum et sanctimonialium.

Primi [2]) monachi creatio non secundum ordinem fiat temporis, neque qui tempore prior est primi loci creationem sibi praesumat: nec qui secundus forte vel tertius est, sed qui et vitae castitate, et divinarum humanarumque scientia et animi gravitate praecellit, is habeat loci prioris honorem: idque procedere debet secundum electionem atque iudicium religiosi episcopi. ¶ Quae autem diximus et in prioribus et in istis constitutionibus de clericis vel monachis vel monasteriis, ea non solum de masculis sed et de foeminis seu monialibus intelligere debemus.

Titulus XII.

Ut non liceat clerico de minori ecclesia in maiorem per patrocinium transire.

Non [3]) liceat in minoribus ecclesiis clericatus honorem suscipientibus postea in maiorem ecclesiam per patrocinium quorundam transire. Sed si quidem tale aliquid factum fuerit: irritum sit et nullius momenti. Nec liceat clericos quidem destinare vel creare. nullas autem ei alimonias praestare: sed duorum alterum faciat clericos: vel si fecerit: det eis unde vivere possint.

Titulus XIII.

De episcopis.

Haec [4]) constitutio de consecratione episcoporum, in primo capite loquitur: quam oportet sic procedere. Debet enim prius disceptari de vita episcopi utrum bona sit, an re- (col. VIII) prehensibilis: et utrum bonis testimoniis muniatur, an non. Sed si officialis conditionis sit vel curialis, prohibeatur episcopus fieri: nisi forte a tenera aetate in monasterio fuerit: eo modo liberatus est praedictis conditionibus: ita tamen ut quartam partem substantiae suae curiae praestet secundum legis observantiam. ¶ Sed neque laico statim ad episcopatum ascendere liceat: neque clericatus honorem simulatum habuisse sufficit. ¶ Oportet autem eum qui episcopus fit, neque uxorem habere, neque concubinam, neque filios, neque nepotes sive legitimos, sive legibus incognitos. Et si quis contra hoc fecerit, et is qui factus est, et is qui eum fecit, episcopatus spoliatur honore: nec liceat pecuniae datione episcopum fieri. esse autem oportet eum qui episcopus fit, vel monachum vel clericum: ita tamen ut non minus sex mensibus appareat eum in clericatu fuisse. ¶ Legere autem debet sanctos canones: eoque tempore quo consecratur, consulet eum is qui consecrat: si possit facere atque custodire omnia quae divini praecipiunt canones. et si quidem denegaverit se posse custodire: non consecretur. Sin autem pollicitus fuerit observaturum se quantum homini possibile est sancta canonum praecepta: tunc is qui consecrat eum admonere atque praedicare ei deber (Hu. *debet*), quod si non observaverit canones sanctos: iō (Hu. *ideo*) alienus erit: et religiosis episcopis non connumerabitur. Nam canones patrum vim legum habere oportet. Sin autem aliquis pecuniam dederit, eodemque modo creatus episcopus fuerit: non solum ipse, sed etiam qui consecravit eum inter episcopos non erit: sed pecunia vel res data consecrationis causa sacrosanctae ecclesiae addicatur, sive episcopus sit, sive clericus est qui dedit. Is autem qui accepit non solum res amittat, sed etiam gradum atque honorem dignitatis vel clericatus. similiter autem et si laicus sit qui pecuniam vel res accepit, et ipsas amittat et alium tantum quantum accepit poenae nomine, sanctae ecclesiae praestare compelletur. Sed et si magistratum gerat: in magistratu esse desinat, et exilio irrevocabili condemnabitur. ¶ Sin autem aliquis presbyter vel diaconus constitutus pecunia data ad episcopatus apicem pervenerit: non solum episcopus esse desinat, sed etiam priorum (Hu. *priorem*) gradum presbyteri vel diaconi amittat. ¶ Consecratio autem episcopi fiat ante omnem populum christianitatis, ut sit facultas unicuique si velit contradicere. Et si quidem ante consecrationem facta fuerit contradictio, non prius consecretur episcopus, nisi disceptatio de contradictione facta sit, et undique appareat innoxius is qui ad episcopatum vocatur. Sin autem ante disceptationem ad episcopatum pervenerit: amittat honorem non solum ipse, sed etiam is qui eum creavit. Quod si is qui contradixit calumniator probatus fuerit, vel contradictionis iudicium deseruerit, et non peregerit causam: prohibeatur sacra communione in omni vita sua ab eo qui consecravit episcopum.

Idem.

Nemo [5]) religiosus episcopus extra suam ecclesiam degat ultra annale spatium: nisi forte per imperialem iussionem fuerit factum. Patriarchae autem p̄ eos (Hu. *episcopos*) cogere debent se in suis ecclesis (Hu. *ecclesiis*) conti-

1) Iul. cap. 20. 2) Iul. cap. 21. 3) Iul. cap. 23. 4) Iul. cap. 24.

5) Iul. cap. 25.

nere, et in longas peregrinationes non ire nisi iussu principis. Sin autem sine iussione principis ultra annum episcopus extra ecclesiam fuerit: tunc religiosus Patriarcha legitimis eum preconiis evocet, idē custodiens sacrorum canonum observantiam. Sin autem non obtemperaverit is qui vocatus est sed in eadem absentia perseveraverit: tunc repellat eum ab episcoporum numero et alterum pro eo substituat. Sin autem is qui in absentia est metropolitanus non fuerit, sed cuiusdam municipii episcopus: tunc ea quae diximus a Patriarcha fieri oportere, metropolitanus faciat. Quodsi litigandi causa peregrinari voluerit episcopus, licentia ei non concedatur. Litigare enim episcopi non per semet ipsos, sed per suos clericos debent sive apocrisarios sive oeconomos, et supplicare principi debent: et impetrabunt ea quae fieri desiderant.

Idem.

Nemo [1]) unquam episcopus in Constantinopolitanam civitatem veniat nisi literis acceptis a metropolitano suo ad imperatorem quas divini canones commendatitias appellant: quibus declaratur necessariam esse profectionem episcopi. Sin autem metropolita- (col. IX) ni sint qui pervenire in metropolitanam civitatem maluerint, literas accipiant a patriarcha regionis suae venientes: alias non audeant intrare ad imperatorem per semet ipsos: sed prius ad patriarcham veniant, vel apocrisarios regionis ex qua sunt: et ipsis committent causas propter quas veniunt. liceat enim episcopis per referendarios magnae ecclesiae vel apocrisarios patriarum (ita etiam Hu.) referre imperatori: et sic impetrare responsum.

Idem.

Nemo [2]) clericus fiat, nisi is qui bonum testimonium habet, et literatus est. Qui enim literas nescit, clericus esse non potest. Doceant autem presbyteri et diaconi sacras orationes et ecclesiasticos canones quos scilicet consecrari oportet et sine reprehensione, sive iusta contradictione, et sine pecuniarum donatione liberatos tam officiali quam curiali sorte (ita etiam Hu.) conditione: nisi forte secundum observationem quam in primo capite praesentis constitutionis exposuimus.

Idem.

Qui [3]) duas nuptias contraxerit, diaconus vel presbyter fieri prohibetur. sed et si mulierem disiunctam a marito suo quem ipsa reliquit, uxorem quispiam habuerit, neque diaconus, neque presbyter fieri potest. idem est si concubinam habeat: quippe tales homines in castitate vivere decet. Castus est qui habet, vel qui habuit uxorem castam et ipsa ab ipso virgine suscepta est separata: presbyter vel diaconus fieri non prohibetur. Si quis autem presbyter vel diaconus vel subdiaconus uxorem duxerit, vel concubinam habuerit sive clam sive palam sive sub aliqua figura cadat clericatus honore et sit privatus et laicus.

1) Iul. cap. 26. 2) Iul. cap. 27. 3) Iul. cap. 28.

Idem.

Ea [4]) quae diximus de clericis teneant etiam in diaconissis. diaconissam autem creari constitutio praecepit si quinquaginta annorum aetatem habeat: ita tamen ut virgines sint, vel unum tantummodo habuerint maritum. si autem mulier propter aliquam necessitatem minor quinquaginta annis diaconissa facta fuerit: non liceat ei alibi degere quam in asceteriis sanctimonialium mulierum ubi neque mares conversantur, neque vivere liceat ei quomodo velit. Nulla autem facultas diaconissis tributa est habere quosdam veluti fratres vel cognatos vel quos dicere solent aegyptos, id est dilectos. nam diaconissae vel per se habitare debent, vel nullum alium admittere secum, nisi re vera fratrem. Si autem aliqua suspicio sit quasi simulatus super eum eidem gerunt vel ab initio non consecratur: aut si consecrata fuerit, amittat honorem. poenas autem cum corruptore patiatur quas rectae constitutiones adversus corruptorem definiunt. Eo autem tempore quo diaconissae consecrantur admonendae sunt. quodsi postea nupserint vel aliam vitam elegerint: gladio ultore feriantur et facultates eorum monasteriis adiiciantur. Is autem qui corrupit eam; quidem eodem supplicio puniatur. bona autem eius fisci iuribus vendicentur.

Idem.

Sive [5]) lector sive subdiaconus sive diaconus sive presbyter clericatus honorem contempserit et in aliam vitam transierit: duorum alterum vel curiali conditioni cum suis facultatibus subiiciatur: vel si plures curiales civitas habeat, sive ipse vilior sit ad officialem conditionem, trahatur.

Idem.

Nullus [6]) episcopus multitudinem faciat clericorum. debet enim secundum redditum ecclesiarum numerus clericorum moderari. et si quidem is qui sacrosanctam ecclesiam statuit ab initio clericorum numerum qui debent in eadem ecclesia consecrari, definivit: ille numerus custodiatur. si autem numerus non praefinitus est, non per amicitiam nec per gratiam ordinandi, sed secundum facultates sacrosanctae ecclesiae moderandus numerus erit cura et solicitudine patriarcharum metropolitanorum, et aliorum episcoporum. liceat autem unicuique sive privatus sive clericus sit inspicienti ea quae diximus ab aliquo contempta, ad imperatorem referre.

Titulus XIV.

De rebus ad venerabiles locos pertinentibus non alienandis.

(col. X) Nullis [7]) sub Romana ditione constitutis ecclesiis vel xenodochiis, vel ptocotrophiis, vel nosocomiis, vel orphanotrophiis, vel gerontocomiis, vel brephotropiis, vel monasteriis tam monachorum quam sanctimonialium archi-

4) Iul. cap. 29. 5) Iul. cap. 30. 6) Iul. cap. 31. 7) Iul cap. 32.

mandritam habentibus vel archimandritissam liceat alienare rem immobilem sive domum sive agros sive ortum sive mancipium rusticum vel panes civiles, neque creditoribus speciali vel generali hypothecae titulo obligare. Alienationis autem verbum, contineat venditionem, donationem, permutationem, et emphyteuseos perpetuum contractum: sed omnes omnino sacerdotes hac alienatione abstineant poenas timentes quas leonina constitutio comminatur, ut is qui comparaverit rem loco venerabili reddat eam ei cuius antea fuerat, scilicet cum fructibus aliisque emolumentis, quae in medio tempore facta sunt. oeconomum autem ecclesiae praestare oportet omne lucrum quod ex huiusmodi prohibita alienatione senserit, vel ecclesiae damnum affecerit: ita ut in posterum oeconomus non sit. non solum autem ipse, sed etiam successores eius teneantur, sive ipse oeconomus alienaverit, sive recipiens alienantem episcopum non prohibuerit, et multo magis si consenserit. ¶ Tabelliones autem qui talia interdicta instrumenta conscripserint, perpetuo exilio tradi oportet. Magistratus autem qui eadem instrumenta admiserunt, vel officiales qui operam dederunt ut monumentis intinentur (Hu. *intimentur*) et donationes vel alienationes actis intervenientibus confirmentur non solum magistratus sed etiam dignitate et facultatibus suis cadant. ¶ Remittit autem constitutio ea quae in praeterito tempore acta sunt: expedit autem quosdam contractus quos in sequentibus exponit capitulis, per quos ecclesiarum immobiles res alienari possunt. ¶ Xenodochium, id est locus venerabilis, in quo peregrini suscipiuntur. ¶ Ptocotrophium, id est locus venerabilis, in quo pauperes et infirmi homines pascuntur. ¶ Nosocomium, id est locus venerabilis, in quo aegroti homines curantur. ¶ Orphanotrophium, id est locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri pascuntur. ¶ Gerontocomium, id est locus venerabilis, in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi homines curantur. ¶ Brephotrophium, id est locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

Titulus XV.

Quomodo liceat imperatorem res sancti loci transferre.

Si [1]) princeps voluerit rem immobilem sancto loco praestare, et accipere ab eo aliam immobilem rem et eodem modo permutationem contrahere: liceat hoc facere ei. divina pragmatica sanctione promulgata habeo (Hu. *ab eo*).

Titulus XVI.

De emphyteusi contractu a sancto loco constituendo.

Emphyteuseos [2]) contractum sub hac forma factus constituat locus ut vivo quidem eo cum quo contrahit, maneat omnimodo emphyteusis, mortuo autem eo ad haeredes eius transmittatur: si forte filii sint sive masculi, sive foeminae: aut si nepotes sint sive neptes, aut si uxor sit vel maritus: nisi specialiter mariti vel uxoris nomen expressum fuerit. Alioquin ad aliam personam emphyteuseos contractus non transeat, sed usque ad vitam contrahentium extendatur, nisi filios vel nepotes, vel filias vel neptes habeant. Procedere autem emphyteusis debet prius requisitione cum omni veritate atque subtilitate habita in reditu eo quod (etiam Hu. *quod*) ad id tempus fuerat in quo ad sacrosanctam ecclesiam res pervenisset eiusque reditus sextam portionem remittant ei qui emphyteusis (Hu. *emphyteusim*) contrahit. ¶ Sin autem diminutus fuerit ex aliquo casu fru- (col. XI) ctus praedii duorum alterum fiat, vel sub eodem reditu qui tunc invenitur sine ulla diminutione is qui contrahit accipiat praedium vel ad contractum omnino non accedat. Melius enim est locare magis praedia sanctorum locorum quam sub huius (ita etiam Hu.) diminutionibus contractum emphyteuseos facere. ¶ Si autem ecclesiastici praedii emphyteusis contrahatur pretiosissimi quidem, sed tamen vilissimum reditum habentis non oportet emphyteuseos contractus ad fructuum quantitatem metiri, sed existimatio reditus proastii fiat, et inspiciatur reditus qui per viginti annos comparari pōt (Hu. *potest*) ex precio proastii, et tamen (Hu. *tantum*) reditum dare se paciscatur is qui emphyteuseos (item Hu.) contrahit: ita tamen ut etiam in hoc casu non imperpetuum contractus extendatur, sed secundum observationem quam supra diximus. ¶ Sciant autem ii qui emphyteuseos (item Hu.) contraxerunt quod si placitus reditus ab eis non datur: licentia libera praestatur sanctorum locorum administratoribus et praedia abstrahere, et nihil emponematum nomine praestare. Emponemata autem dicimus ea quae labore contrahentis in agro meliorata sunt. ¶ Sin autem deteriorem agrum fecerit, cogatur de suo sumptu dare et restituere pristinam praedii faciem et hoc subditi debent non solum ipse, sed etiam haeredes eius vel successores vel bonorum possessores et bona eius: ita tamen ut debitum quoque reditum sine aliqua dilatione reddere compellentur. ¶ Id autem quod de prohibitione alienationis diximus obtineat non solum in integris domibus vel proastiis vel agris vel ortis: sed etiam in iis quae omnino diruta vel deserta et in area posita sunt: quamvis enim nullum aedificium nullam materiam habeant: et tamen ea alienare prohibitum est: nisi forte emphyteusis ad tempus secundum ante factam divisionem in tres personas fuerit facta. ¶ Ne autem aliqua circumscriptio fiat: iubet constitutio duos primates mechanicorum vel architectorum in civitate Constantinopolitana una cum religiosis oeconomis et quinque reverendissimis presbyteris et duobus diaconibus praesente et ipso beatissimo archiepiscopo vel in provinciis duo nobiles mechanicae vel architectae: vel unus, si unum tantum habeat civitas, pervenire oportet ad locum, et divinis ante positis scripturis definiri ab eis de architectis quantum debeat super eodem loco dirupto sacro sanctae praesentari ecclesiae ab eo qui ad emphyteuseos contractum procedere voluit, et sub his pactionibus et instrumenta emphyteuseos componantur: et is qui contraxit emphyteusim aedificet et materiis utatur. si quasdam materias diruptas habeat locus et transmittatur contractus duobus successoribus suis secundum praedictam observationem, posteaque praedium redeat ad sacrosanctam ecclesiam vel ad alium venerabilem locum qui sub titulo

1) Iul. cap. 33. 2) Iul. cap. 34.

emphyteusis rem immobilem dederit. ¶ Nam et illam pactionem, imo magis callidam machinationem reiiciendam esse constitutio iubet, id est si pactum fuerit cum oeconomo et religioso episcopo et aliis personis quas enumeravimus is qui emphyteusim contraxit ut etiam tribus personis defunctis: nihilominus deinceps successoribus liceat emphyteuseos titulo res immobiles ab ecclesia capere et aliis personis anteponi. talem enim conventionem ut pote callidam factam constitutio reprobavit.

Titulus XVII.

Quomodo usustructus rerum ad sanctos locos pertinentium constituatur.

Sin [1]) autem voluerit aliquis rem immobilem ecclesiasticam vel emphyteuticam utendi fruendi causa accipere, eo modo fiat contractus quo divi Leonis constitutio statuit. ¶ Oportet enim fructuarium divitem constitutum esse, et rerum immobilium et eum aliam rem iure dominii dare sacrosanctae ecclesiae vel alii loco venerabili a quo usumfructum accepit. ¶ Ita tamen ut res immobiles quas ipse pro usufructu praestat non minorem reditum habeant, quam sit ususfructus rei immobilis ad sacrosanctam ecclesiam, et alia venerabilia loca pertinentis: ita tamen (col. XII) ut illa res omnimodo quas (item Hu.) utendi fruendi causa accipiat, vel mortuo eo ad sanctum redeat locum, vel adhuc vivo eo, si forte usque ad certum tempus ususfructus ei relictus est. Impleto enim tempore necesse est usumfructum extingui. Nulla autem licentia sit in tm̄ (Hu. *tantum*) tempus protelare, ut etiam post mortem fructuarii res immobiles ad sanctum locum non redeant. Nam modis omnibus defuncto fructuario pleno iure fundus ad ecclesiam redire debet: ita tamen ut etiam illa res quam de suo patrimonio ab initio fructuarius loco sancto dedit, maneat firmiter nulla machinatione abstrahenda*).

Titulus XVIII.

De pragmaticis sanctionibus quae contra commoda venerabilium locorum promulgantur.

Nemini [2]) liceat per pragmaticam sanctionem aliquid eorum capere, quae sacrosanctis ecclesiis, aliisque venerabilibus locis competunt, sive immobiles sint, vel mobiles, quae alienari non possint. ¶ Sin autem quaestor magnificūs tale rescriptum dictaverit vel caeteri magistratus intimationem pragmaticae formae receperint, unusquisque quinquaginta librarum auri poena multetur. ¶ Sin autem religiosi episcopi tales pragmaticas sanctiones contempserint: non sine periculo se contempsisse cognoscant. nam si receperint eas episcopatus honorem se amissuros non dubitent. ea aut locari vel emphyteuseos titulo dari oportet sola quae administratorum arbitratu videantur tali aliquo indigere.

Idem.

Si [3]) quis in potentatu constitutus divinam pragmaticam sanctionem impetraverit cogentem oeconomorum (Hu. *oeconomos*) vel alios administratores venerabilium locorum ea quae aliis neque locata neque emphyteuseos titulo data sunt, sibi locari vel emphyteuseos nomine dari poena sacrilegii teneatur.

Titulus XIX.

De monasteriis non vendendis vel alienandis.

Nemini [4]) liceat imposterum cuiuscunque monasterii impiam venditionem vel donationem vel permutationem contrahere ubi et altare collocatum est et sacra missa facta et monachica conversatio. Sin autem talé aliquid fuerit admissum, et id quod factum est pro infecto habeatur, et is qui accepit praedium amittat, et is qui distraxerit, et rem et precium reddat sacrosanctae ecclesiae et venerabilibus monasteriis et his quorum cura erit (ubi alienatum contra legem) monasterium rursus in pristinum statum reducere. ¶ Nulli autem liceat vel titulo pignorum, vel hypothecarum sacrosanctum obligare monasterium. nam et si tale aliquid admissum fuerit: refutari oportet ne iterum in sanctissimo monasterio sancta procedat missa.

Titulus XX.

Si sterilis ager ad venerabilem locum pervenerit.

Si [5]) quis sterilem agrum cuicunque venerabili loco donaverit vel vendiderit, contractus nullius erit momenti. ¶ Nam et donatione et quamvis (Hu. *quavis*) alienatione recisa cogatur donator et venditor rem suam recipere quam calliditate vel fraude videtur dedisse ut exoneraret suum proprium patrimonium. ¶ Oeconomus autem vel quicunque alius administrator venerabilis loci omne damnum quod ex hoc illicito actu contigerit: resarciet ei, qui cum eo contraxit, secundum ea quae supra diximus. ¶ Liceat autem unicuique ex populo si viderit praecepta impositae constitutionis neglecta ad imperatorem referre, et calumniatoris notam evadere. ¶ Omnibus autem permissum est ubique magistratus gerentibus sive minorem sive maiorem potestatem habeant, omnia praesentis constitutionis custodire.

Titulus XXI.

Quibus poenis subiecti sunt qui praesentem Con- (col. XIII) *stitutionem contempserint.*

Si [6]) quis contra saluberrima monita praesentis constitutionis rem immobilem venerabilis loci comparaverit: primum quidem rei aestimationem amittat, et rem qua (Hu. *quam*) illicite comparavit restituat cum omnibus emolumentis eius quae in medio tempore facta sunt. et omnia lucro ecclesiae vel alterius loci venerabilis cedant et nullam habeat

1) Iul. cap. 35. *) Abhinc seqq. capita de loco remota sunt.
2) Iul. cap. 40.

3) Iul. cap. 41. 4) Iul. cap. 42. 5) Iul. cap. 43. 6) Iul. cap. 36.

ipse contra ecclesiam actionem, sed tantum adversus oeconomos et alias venditorum personas exempto iudicio moveat. nam venditorum patrimonia emptori subiecta esse aequum est. ¶ Hoc si venditio contra praesentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta sit. Alioquin si donatio facta fuerit: tunc is qui liberalitatem accepit interdictam non solum ipsam rem cum fructibus suis et causis venerabili loco restituat, sed etiam aliud quantum accepit poenae nomine praestet sanctissimo loco cuius res donata fuerit ab his qui res eius administrant. ¶ Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis: tunc et rem quam accepit, reddat: et quam ipse dedit, amittat actione eius scilicet adversus personas et patrimonia eorum conservanda qui cum eo contraxerint, excepto videlicet principe cui secundum praefatam supra divisionem in permutationem facere reum (Hu. *rerum*) immobilium cum sacrosanctis locis permissum est. ¶ Sin autem pignus creditor ad corporalem detentionem acceperit, et res immobilis sit quae pertinet ad ecclesiam, vel ad alios locos venerabiles veluti domus, vel proastium, vel ager, vel ortus, vel panes civiles, vel mancipia rustica. nam mea quoque veluti membra rerum immobilium sunt. ¶ Si quis igitur horum aliquid pignoris nomine corporaliter acceperit: prius quidem neque sortem quam dedit, nequae usuras quas forte stipulatus est, exigat: deinde etiam ipsam rem cum suis emolumentis venerabili loco restituat. sed in hoc casu adversus oeconomos vel alios administratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus: omnia enim quae diximus etiam in mulierum monasteriis vel asisteriis obtinere oportet.

Titulus XXII.

Quando licet hypothecae titulo res venerabilium locorum obligare.

Si [1]) quando necessaria causa inexcusabilis immineat, ut mutuam pecuniam accipiat venerabilis locus, liceat oeconomis etiam res immobiles obligare pignoris iure: itá tamen ut corporaliter creditoribus non tradantur.

Titulus XXIII.

Quibus poenis subiicitur qui illicitum emphyteuseos contractum iuris Venerabilis loci componit.

Si [2]) quis emphyteuseos contractum in ecclesiastica re vel alterius venerabilis loci contraxerit imperpetuum: primum quidem id quod actum est pro infecto habeatur. deinde tantum eum in unoquoque anno venerabili loco perpetuo praestare oportet quantum praestitisset si ab initio legitima emphyteuseos esset nulla remanente apud eum ex his quae frustra ei occasione emphyteuseos praestita sunt. res enim ipsas cum suis fructibus omni modo restituere debet. Tabelliones autem si contra legem emphyteuseos instrumenta receperint: irrevocabili puniantur exilio, ut nunquam redeant, nec divina sanctio promulgata fuerit. ¶ Nam nec magistratus audire super talia instrumenta vel dictare vel facta admittere et in publicis munimentis inserere vel confirmare debet. nam si aliquid tamte delinquerint, non solum honore sed etiam dignitate et patrimonio cadant.

col. XIV Titulus XXIV.

Quomodo punitur qui sacra vasa donat vel alienat vel pignorat vel conflat, et de panibus civilibus.

Eisdem [3]) poenis coherceri oportet eos qui sancta vasa sive sancta dona contra legem sive pignoraverint vel distraxerint vel conflaverint vel quocunque modo alienaverint excepta videlicet captivorum redemptione eandem observantiam iubet constitutio teneri et in alienatione panum civilium.

Titulus XXV.

De magistratibus sine pecunia creandis.

Omnes [4]) magistratus sine pecunia creandos decernimus, ut neque impune aliquid detur: neque sine punitione a subiectis aliquid exigatur.

Idem.

Ut [5]) autem in omnibus causis exequi possit praeses provinciae et milites qui in provincia resident, subiiciantur et si ei non obtemperaverint: annona eorum prohibeatur, et militiam suam amittant, et corporales poenas sustineant.

Idem.

Consuetudinarias [6]) iussiones ex quocunque iudicio procedentes provinciarum praesides non recipiant veluti de publico aquaeductu, et de portu, et de itineribus imminuendis (item Hu.), et de pontibus, et de imaginibus, de numeris, de aedium excidio vel aliorum publicum exigeri: utpote in publico loco aedificatorum. ¶ Licet autem nulla ratione habere praesides provinciarum haec iussionum nisi divinam pragmaticam iussionem intimaverit, posteaque iudicaverit praesidem oportet per suam relationem piissimo principi. nam nec divinam pragmaticam formam tenere (item Hu.) eum admittere constitutio permittit. debet autem et in operibus publicis suam diligentiam atque instantiam praeses ostendere. nam et patres civitatum aedificationes publicas cogere debent, et constituere. omnes autem milites qui in provincia sedent, imperio praesidis subiici constitutio praecepit. nam et castigare eos delinquentes praesidi licet.

Titulus XXVI.

De criminibus.

Si [7]) quis crimine illigatus in iudicio praesidis productus fuerit, et ne aliquid de eo cognoscatur, privilegio dignitatis vel militiae usus fuerit: praeses provinciae non recipiat eum. qui enim privilegium ad removenda crimina praetendit a

---

1) Iul. cap. 37. 2) Iul. cap 38.

3) Iul. cap. 39 4) Iul. cap. 51. 5) Iul cap. 59 6) Iul. cap. 69. 7) Iul. cap. 70.

praeside: amitti (item Hu.) non debet: apparitores quoque refrenare praesidem oportet. Et si iniuriose conversari voluerint: non permittere, sed et consiliarium et omnes homines suos purissimos habeat: ut his tantum contenti sint quae eis publicum administrat.

Titulus XXVII.

De privatis.

Praeses [1]) provinciae fidem publicam non passim unicuique praestare debet: immo etiam si dederit usque ad XXX. dies tantum fides publica valere debet: sed et condemnare eos debet qui intra terminum sanctorum sunt et exigere eos, ita tamen ut competentem honorem sanctorum terminus observet.

Titulus XXVIII.

De officio proconsulis.

Termini [2]) sanctorum non prosunt neque homicidis, neque adulteris, neque raptoribus virginum. Sed et si quis tributa fisco debeat: poterit intra sanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum, ut tam oeconomi ecclesiarum quam defensores ad hoc subveniant praesidi, et magis quam debitorem eripiant. nam si quid tale fecerint, de sua substantia tributa fisco reddere compellantur.

Idem.

Profectiones [3]) praesidum non oportet damnosas provincialibus esse. nam nec angarias praesidi vel appari- (col. XV) tori eius facere licet. Omnes enim omnino praesides annonis suis contentos esse constitutio iubet.

Titulus XXIX.

Idem de vicariis praesidum et manus armatae.

Non [4]) licet provinciarum praesidibus in ipsis provinciis quas ipsi gubernant, vicarios suos constituere: sed nec militibus concessum est angarias a provincialibus petere vel quaecunque ei detrimenta eis facere: sed et si quid damni provinciales sentiant, hoc praeses de suo eis resarcire compelletur.

Titulus XXX.

De iussione praesidi produ.

Si [5]) quis iussiones portaverit praesidi de regionibus, liceat ei eas contemnere. nam si quid canonicum acciderit, hoc praeses cum metropolitano provinciae disponere debet.

Titulus XXXI.

Idem de capitali crimine damnatis.

Capitali [6]) crimine damnatorum bona non ad lucrum praesidis referri, sed cognatis punitorum reddi oportet.

Titulus XXXII.

Idem de patronis.

Iniusta [7]) patrocinia tam prohibere quam contemnere praeses provinciae debet.

Titulus XXXIII.

Idem de capite censitis.

Alienos [8]) colonos sive capite censitos nemo suscipere audeat. sed et si susceperit: statim reddat. alioquin si non reddiderit terram desertam propter colonum vel ascriptitiorum absentiam: susceptoribus eorum irrogari aequum est. Curare autem etiam praeses provinciae debet ne aliquid tale contingat. Sed et si contigerit etiam si in aliam provinciam coloni vel ascriptitii fugerint: per publicas literas reducere eos debet et hoc non solum in dominicis praediis obtinebit, sed etiam in privatorum possessionibus: quarum forte aliquis curam habet, sive quod creditores sint, sive quod procuratores.

Titulus XXXIV.

De titulis iniuriis.

Si [9]) quis alienis agris vel ergasteriis titulos imposuerit et nomen suum inscripserit, bonorum publicatione puniatur. Unusquisque autem praeses provinciae postquam ad provinciam pervenerit, convocare debet episcopum, et clerum, et primates civitatis: et haec divina intimare mandata non solum in metropolitana civitate, sed etiam in aliis provinciis: ita ut per apparitores insinuentur sine omni municipalium damno.

Titulus XXXV.

De appellationibus.

Omnis [10]) provocatio sive per se sive per procuratorem vel per defensorem, vel per tutorem vel quempiam intra decem dies porrigatur: quos connumerari constitutio iubet ex eo die quo definitiva sententia re- (col. XVI) citata est, si [11]) consultatione praetor vel princeps occupatus non possit senatum ad hoc ipsum colligere. ¶ Allegationes litigatorum maneant in eadem figura: et nullum praeiudicium patiantur, quamvis tempus translatum sit, videlicet eo donec princeps vacationem agens senatores in unum convocaverit.

Idem.

Si [12]) quis adversus sententiam iudicis provocaverit, et iudicio appellationibus destinato: praesens non fuerit: liceat litigatori, id est adversario eius intrare in iudicio in quo provocatio exerceri debeat: intra biennium tamen, ut unus verbi gratia mensis supersit, et dicat suas allegationes iudicibus etiam absente eo qui provocavit. Iudices autem non

---

1) Iul. cap. 71. 2) Iul. cap. 72. 3) Iul. cap. 74. 4) Iul. cap. 75. 5) Iul. cap. 76. 6) Iul. cap. 77.

7) Iul. cap. 78. 8) Iul. cap. 79. 9) Iul. cap. 80. 10) Iul. cap. 89. 11) Iul. cap. 90. 12) Iul. cap. 176.

omni modo pro eo qui praesto est sententiam dicant sed interdum pro absente id est, pro eo qui provocavit iudices victricem calculum fuerant (Hu. *ferant*): scilicet si bonam causam habeat: neque autem absentia eius impunita relinquatur omnimodo provocationis impensas adversario suo praestet, sive vicerit sive victus fuerit. quod si utrique postquam statuti legibus dies intraverint in absentia fuerint, maneat prior sententia. caetera autem iura quae de appellationibus posita sunt in suo permaneant statu. nam haec constitutio de his loquitur qui in absentia fuerint postquam statutus dies intraverit.

Idem.

In [1]) omnibus provocationibus obtinere iubemus, ut appellatione facta intra tempus statutum, si utraque pars fatalem diem observaverit sine dilatione iudices et ea quae acta sunt perscrutentur et legitimum calculum praeferant. quod si solus qui appellavit intravit: iudices expectent usque ad ultimum fatalem diem et si is qui vincit non inveniatur: perscrutetur acta et finis legitimus sequatur. quod si victor intravit et is qui appellavit requisitus non inveniatur: expectent iudices non solum ultimum fatalem diem, sed etiam tempus reparationis, id est tres menses. quod si quis (Hu. *his*) transactis, is qui provocavit non inveniatur: nullatenus temporis cursu calculi confirmantur: sed ex utraque parte iudices perscrutentur acta prioris iudicii: si quidem recte pronunciatum est: confirment. Quod si aliquid non recte se habeat: hoc corrigere et legitimum calculum proferre debent. Semel autem appellationem (Hu. *appellatione*) intra fatales dies vel ab una vel ab utraque parte introducta nullatenus biennalis temporis transactione primus calculi confirmetur, sed veritas, et iustitia perscrutetur, et finis legitimus talibus causis imponatur sive una sive utraque parte praesente. et propter hoc iubemus in talibus causis non in primo introitu omnes cognitiones referri, sed singulas propriam diem praescriptam habere.

Idem.

Omnes [2]) iudices legibus non interdictam provocationem intra statutos dies recipere non recuset (Hu. *recusent*) intra triginta dies postquam provocatio porrecta est acta cum sua subscriptione litigatoribus dare: et illi apud competentem iudicem eam intimare possint. Si quis autem iudicum hoc facere distulerit: calculus quidem temporis transactione non confirmabitur. ipse autem iudex qui ea non observaverit et qui ministerium ei praebet, omne damnum quod litigator passus fuerit actis ei non editis de suis liberis reddere compellantur, et denas libras auri poenae nomine nostris privatis exolvant.

Idem.

Testamenta [3]) atque donationes apud defensores civitatis insinuentur, aliaque monumenta publica apud eos recte procedant. hoc enim praeses prohibere non potuerit: quamvis adversus ipsum praesidem componantur, vel ad (omitt ap. Hu.) adversus homines eius. Pacta autem conficere defensor potest ad similitudinem praesidis tam adversus tributarias illationes deferentes, quam adversus seditiosos: habeat autem ex praesidali apparitione unum exemptorem (item Hu.), et duos apparitores: et iudicet in pecuniariis causis usque ad solidos trecentos.

1) Iul. cap. 421. 2) Iul. cap. 422. 3) Iul. cap. 105.

Titulus XXXVI.

De praesidiis vicariis defensorum non mittendis.

(col. XVII) Si [4]) quis plus petierit ut apud praesidem magis quam apud defensorem causa cognoscatur, et per diffinitivam sententiam reperiatur quantitas litis fuisse in. CCC. solidos constituta perdat et ipsam quantitatem quae re vera ei debetur: et actionis suae dispendio puniatur.

Titulus XXXVII.

De sententia defensorum civitatis.

Si [5]) defensor civitatis sententiam diffinitivam protulerit, et adversus eam provocatio porrecta sit: apud praesidem provinciae exerceri eam oportet. Sin autem apparitoribus defensoris iniuriam fuerit passus, et praeses provinciae neglexerit competentem vindictam ei irrogare: tunc relationem ad praefectum praetorio mittat: et quod praefecto iussum fuerit, sequatur. Habeat autem defensor et scrinium publicum ubi monumenta publica deponeret et habeat unum hominem qui eadem acta debeat conservare.

Titulus XXXVIII.

De lenonibus tollendis.

Haec [6]) constitutio iubet neminem lenonem esse neque in urbe imperiali, neque in aliis provinciis: et prohibere debent praetores et praesides. ultimo enim supplicio subiiciantur qui contra constitutionis normam lenones esse ausi sunt. Omnia autem instrumenta apud lenones et fideiussiones interpositas vel a lenonibus contra bonos mores factas infirmas atque invalidas esse haec constitutio iubet.

Titulus XXXIX.

De nefariis nuptiis et incestis.

Si [7]) quis nefarium et incestum atque damnatum matrimonium contraxerit: liberos autem legitimos ex priore matrimonio non habuerit: statim suis facultatibus careat, et dos quae ei data est fisci iuribus vendicentur (Hu. *vendicetur*). Post publicationem autem et cinguli sui patiatur amissionem, et exilio puniatur. quod si vilior sit et corporalibus cohertionibus subsistit et uxor ei contra leges nupta easdem poenas patiatur, scilicet si nulla iusta excusetur ignorantia: Si [8]) autem liberi sint ei qui incestas contraxerint nuptias, illi

4) Iul. cap. 106. 5) Iul. cap. 107. 6) Iul. cap. 109. 7) Iul. cap. 110. 8) Iul. cap. 111.

autem liberi legitimi sint, quod forte ex alio legitimo matrimonio procreati sunt, poena patris sui iuris fiant et paternas accipiant facultates: sic tamen ut patri suo alimonias praebeant: et quae necessaria sunt administret (Hu. *administrent*). ¶ Haec autem omnia valeant post biennium quam haec constitutio fuerit intimata. nam intra biennium omnes quidem illicitas nuptias, si quae contractae sint, dissolvi constitutio iubet sine poena eorum qui nuptias illicitas contraxerunt. ¶ Liberi autem qui ex huiusmodi matrimonio nati sunt, tres partes bonorum paternorum praestent: quartam fisco, scilicet si ingrati sunt tales liberi et legitimi non sunt. nam si alii liberi legitimi sunt: tunc quidem quartam partem fiscus capiat. caetera autem bona inter se legitimi liberi et qui ex licito (item Hu.) matrimonio. nati sunt patiantur tam ex testamento quam ab intestato. Mulier autem quae contra leges nupsit, suam dotem tm̄ (Hu. *tantum*) accipiat. sed haec omnia intra biennium valeant. nam post biennium superiora iura valebunt, quae in primo capite dicta sunt. nam si post biennium in illicitis nuptiis aliquis permanserit: poenis in primo capite dictis subiiciatur. ¶ Idem in dominis, ut si ante biennium illicitas contraxerint nuptias. nam biennii indulgentia illis praestita est, qui iam contraxerunt contra leges matrimonia ut intra biennium separentur: quod si non fuerint separati, sed perseveraverint in toto biennio: poenis primi capitis subiiciantur.

Titulus XL.

De naturalibus liberis.

Si [1]) quis cum muliere libera consuetudinem habuerit cuius nuptiae interdictae non sunt: et liberos ab ea procreaverit, posteaque instrumenta dotalia composuerit: ei non solum iam nati liberi legitimi et in eius potestate sint, sed etiam postea procreati.

(col. XVIII) Titulus XLI.

De pignoribus et usuris capiendis.

Si [2]) quis rustico mutuaverit: terram eius in pignus accipere non audeat: usuram autem sumere eum aequum est. si quidem aridos fructus mutuaverit octavam. sin autem solidos mutuaverit siliquam annuam pro singulo aureo capiat donec scilicet totum quod debetur fuerit a debitore solutum.

Titulus XLII.

De legitima portione filiis relinquenda.

Omnes [3]) tam masculi quam foeminae decedentes si unum filium habeant, tertiam partem substantiae suae ei relinquant falcidiae nomine, eodem obtinente iure, et si duos vel tres vel quatuor liberos reliquerint. Sin autem ultra quatuor sint: dimidiam substantiae paternae habeant, ut in hoc casu falcidia lex dimidiam partem contineat, id est sex uncias substantiae defuncti. Nulla autem differentia est, utrum ab institutione haeredis an fideicommissarii datione legitima pars liberis praestita sit. Hoc autem quod de filiis et filiabus diximus, teneat etiam in omnibus descendentibus personis: quibus scilicet de inofficioso agere permissum est.

Titulus XLIII.

De nuda hereditatis proprietate filiis dimissa.

Si [4]) quis liberos et uxorem habens in ultimis suis elogiis iusserit totius substantiae suae uxorem quidem usumfructum habere, liberos autem nudam proprietatem, quid iuris sit, et dicimus usque ad partem legitimam falcidiae habituros liberos etiam usumfructum proprietatis: reliquam autem ususfructus portionem uxori dandam: quia si nudam proprietatem sine ullo ususfructus solatio habeant liberi, nihil prohibemus fame eos perire. ¶ Haec autem quae diximus teneant tam in patre defuncto quam in avo et proavo et in omnibus superioribus personis: eodem videlicet iure observando. Et si mater decedens marito suo usumfructum totius patrimonii sui reliquerit, et liberis suis nudam proprietatem: idem est et in avia et in proavia.

Titulus XLIV.

De nepotibus ex filio et filia natis.

Si [5]) quis nepotes ex filio reliquerit et ex filia nepotes vel neptes pariter ad haereditatem avi defuncti ab intestato vocentur et non minus tertia parte sicut antea accipiant sed integram portionem consequantur nepotes ex filia nati qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. ¶ Item si avia decesserit nepotibus ex filio et ex filia derelictis omnes pariter ad haereditatem aviae suae vocentur: et omnino nulla sit differentia utrum ex filio, an ex filia procreati sint. ¶ Item si quis sine dotalibus instrumentis sed sola nuptiali affectione matrimonium contraxerit et liberos habuerit, posteaque soluto priore matrimonio secundas nuptias cum alia muliere contraxerit, et dotalia instrumenta ei fecerit, et alios liberos habuerit: omnes liberi eius tam ex priori matrimonio nati quam ex secundis nuptiis procreati pariter ad haereditatem vocentur quamvis primum matrimonium sine dotalibus instrumentis contractum est.

Titulus XLV.

De iis qui sine liberis et uxoribus legitimis decesserunt.

Si [6]) quis neque liberos legitimos habens neque uxorem legibus cognitam decesserit, et concubinam reliquerit ex qua filios naturales habuit: concubinam autem dicimus talem quae libera constituta in domo defuncti erat usque ad mortem eius et si liberi naturales in domo eius ab ipso procreati sunt et nutriti. Si haec igitur ita sint: veniant simul tam (col. XIX) ipsa concubina quam liberi eius naturales

---

1) Iul. cap. 112. 2) Iul. cap. 113. 3) Iul. cap. 114.

4) Iul. cap. 116. 5) Iul. cap. 117. 6) Iul. cap. 118.

ab intestato in substantiam defuncti non ut totam accipiant, sed ut duas uncias tantum consequantur substantiae defuncti patris, et distribuantur inter eos et matrem: ita tamen ut mater unius liberi portionem accipiat, et per capita divisio rerum fiat. Quod si concubina ante concubitorem suum decesserit, et filios naturales reliquerit: nihilominus duas uncias liberi naturales consequantur. haec autem de ea concubina dicimus quae sola erat in domo defuncti concubitoris. alioquin si quamplures fuerint mulieres quas in concubinatu defunctis (Hu. *defunctus*) habebat ex quibus et liberos naturales habuerit: nulla legitima dabitur neque concubinis neque liberis earum ad successionem defuncti venire: quoniam meretrices magis quam concubinae tales sunt cum quibus passim defunctis (Hu. *defunctus*) dormiebat: sed illam solam cum progenie sua ad haereditatem defuncti vocamus quae quodammodam (Hu. *quodammodo*) uxorem legitimam imitatur: et nulla differentia est, utrum naturales eius liberi masculi aut foeminae sint. haec autem in futurum tempus obtinere constitutio iubet.

Titulus XLVI.

De patre qui filiae dotem dederit vel filio propter nuptias donationem.

Si[1] quis pro filia sua dotem genero dederit vel propter nuptias donationem pro filio suo nurui praestiterit: postea ipse pater decesserit testatus sive intestatus, et non specialiter expresserit ut nulla collatio fiat dotis vel antenuptialis donationis. Si hoc igitur ita sit, is qui succedere iure patris voluerit cogatur conferre dotem vel antenuptialem donationem.

Titulus XLVII.

De iis qui res suas filiis distribuere voluerint.

Si[2] quis res suas liberis suis distribuere velit sive in testamento sive alia quadam voluntate liceat quidem ei hoc facere: dum tamen distributionem confirmet sua subscriptione. Quod si ipse subscribere nolit, faciat liberos suos subscribere: inter quos et rerum distributio fit. Quod si non ita fecerit, vel etiam sine testibus voluntatem suam condiderit: sciat ea nullius esse momenti. Ideoque liberi eius omnes ita substantiam eius partiantur inter se ac si sine ulla distributionis voluntate parens eorum decessisset.

Titulus XLVIII.

De iis qui negaverint manum esse in scripto.

Si[3] quis probatam (item Hu.) manu sua scripturam negaverit, et dixerit talem scripturam suam non esse, et postea actor probationibus vexetur et aliis difficultatibus: vel si literas quidem agnoverit: dixerit autem pecuniam sibi numeratam a creditore non esse, in utroque casu si convictus sit in duplo debitam pecuniam actori praestet. Quod si iudex contra praesentem legem iudicaverit: ipse poenam actori reddat. Hoc autem ita se habet: nisi forte actor probationibus deficiens sacramentum reo detulerit: tunc enim si reus sacramentum dare noluerit, sed veritatem confessus fuerit: dupli poenam evitabit. quod si longiore tempore litigio extenso ad sacramentum actor recurrerit posteaque reus sacramenti timore veritatem confessus fuerit: dupli quidem poenam evitabit. cogatur autem omnes impensas quas actor propter improbitatem eius fecerit sacramento actoris praestare. si quis autem dixerit sibi nullam adnumeratam esse pecuniam: postea autem confessus fuerit et dixerit etiam se particularem solutionem solvisse: quamvis re vera persolverit: attamen nihilominus integram partem persolvat. sed et si reus literas actoris protulerit, easque suas esse actor negaverit, et postea reus veritatem probare potuerit: cogatur actor non solum illud imputare reo quod literis declaratur: sed etiam alterum tantum persolvat poenae nomine mendacii sui. et in hoc casu sacramenti ratio eadem habeatur tam in actoris quam in rei persona.

(col. XX) Titulus XLIX.

De litigio misso pro culpa supra tutorem et curatorem.

Quod[4] si litigium per tutores vel curatores ventiletur: pone enim principales personas impuberes esse vel adolescentes: tunc poenae axactio propter improbam negationem adversus ipsos tutores vel curatores competat. Haec autem constitutio nullam facit innovationem in legibus quae duplum vel quadruplum in quibusdam casibus exigi praecipiunt.

Titulus L.

De detentatione facta.

Si[5] quis rerum detentator in rem actione ab aliquo conventus dixerit actorem rerum dominium (Hu. *dominum*) non esse: actor autem probaverit suum dominium esse, et probationibus convictus reus postea dicat hypothecarum titulo vel alio quodam iure ad se res pertinere: tali poenae subiiciatur, ut adhuc lite in suspenso constituta, res ad actorem transferatur: et post translatam possessionem tunc si quas sibi putaverit actiones competere: eas moveat is qui transposuit possessionem.

Titulus LI.

De ancilla concubina facta.

Si[6] quis neque legitimam uxorem habeat, neque liberos legibus cognitos: ancillam autem suam concubinam habuerit, et liberos ex ea susceperit, posteaque eam cum liberis suis manumiserit, et ius anulorum aureorum eis impetraverit, et natalibus eos restituerit, instrumentaque dotalia conscripserit quamvis et postea nullos habuerit liberos: attamen et uxor legitima sit et liberi qui ante dotalia instrumenta sunt nati tam legitimi quam in potestate patris sui naturales efficiantur, et successionem eius ab intestato capiant.

1) Iul. cap. 119. 2) Iul. cap. 120. 3) Iul. cap. 121. 4) Iul. cap. 122. 5) Iul. cap. 123. 6) Iul. cap. 124.

Titulus LII.

De iis qui ancillam duxerunt putantes eam liberam.

Si [1]) quis per errorem ancillam duxerit uxorem liberam eam putans: vel ex contrario, si libera mulier servo per errorem coniuncta sit, posteaque veritas reperta fuerit: dicendum est omnino nuptias non constitisse. Inter liberum enim et ancillam vel servum et mulierem liberam nuptiae contrahi non possunt. quod si per calliditatem vel conniventiam domini servus vel ancilla matrimonium contraxerit cum libera persona (forte enim dominus ancillam suam ut liberam viro ingenuo coniunxit) et dotem pro ea praestiterit ut propter nuptias donationem lucretur totam vel pro parte. Si quid igitur tale contigerit ipsa donatione dotis et ancilla libera fiat, et nuptiae consistant: nulla lege quantum pertinet ad servitutem huiusmodi matrimonium concutiente. Si autem dominus specialiter quidem nuptiis ancillae suae vel servi non consenserit, sciens autem quid agatur non prohibuerit: forte enim ideo hoc facit ut postea negotium moveat homini libero qui ancillam eius duxerit uxorem, vel ingenuae mulieri quae servo eius nupta est. Si quid igitur tale evenerit: licet specialiter dominus non consenserit: attamen sciens non prohibuerit, et nuptiae integro iure consistant et de servili conditione persona eripiatur ad ingenuitatem illo sine dubitatione aperto liberi qui ex huius nuptiis procreati fuerint tam ingenui quam legitimi sint.

Titulus LIII.

De servo et ancilla aegrotante.

Si [2]) quis servum suum aegrotum vel ancillam morbosam contempserit et nullam curam eis fecerit, necesse est eos liberos esse. servus enim per titulum pro derelicto a domino suo conceptus (item Hu.) in libertatem eripiatur: eodem iure etiam in ancilla obtinente. (col. XXI) Ideoque nuptiae inter eos legitimae contrahi possunt: et istae quidem causae sunt per quas bona gratia matrimonium dissolvatur. his autem admunerari debet etiam in expeditione degentis magistri militis dissolutio de qua dicendum est in competenti tempore: in quo etiam causas subtilius repudiis dicturi sumus.

Titulus LIV.

De iuste dissociatis.

Illud [3]) certum est quod in his causis ex quibus matrimonium dissolvitur si velit mulier postea nubere annum prius expectare debet propter sanguinis confusionem.

Titulus LV.

De adscriptitio qui liberam mulierem habere non potest.

Alienus [4]) ascriptitius liberam mulierem non ducat uxorem neque sciente neque consentiente domino. quod si tale aliquid ausus fuerit facere: liceat domino et retrahere cum modica castigatione sive per se sive per magistratus et copulatam sibi mulierem disiungere. tales enim nuptiae neque nuptiae sunt, neque dos ulla est, nec donatio propter nuptias intelligitur.

Titulus LVI.

De mulieribus sine dotalibus instrumentis.

Si [5]) quis sine dotalibus instrumentis affectione mariti uxorem duxerit: non audeat sine causa legibus cognita repudium ei mittere: alioquin quartam partem substantiae suae deceptae mulieri praestet. haec autem quarta pars talem distinctionem decipiat. nam si quidem quadrigentarum librarum auri maritus facultatem habeat vel minus quarta parte substantiae suae omnimodo receptae mulieri praestet, id est centum libras, si quadraginta centum librarum substantiam habuerit: vel minus, si minores habeat facultates. Quod si tantas habeat opes ut etiam quadringentarum librarum auri summam excedant: tunc centum tantum libras ei maritus praebeat. Sed si quidem per maritum steterit quominus matrimonium consistat et sine causa repudium miserit: in hoc casu soluto matrimonio annum expectet mulier posteaque sine impedimento ad secundas transeat nuptias. quod si per mulierem steterit quo magis matrimonium dissolvatur, quinque annos expectet: et his transactis ad secundas nuptias migret, si velit.

Titulus LVII.

De mittendo filiofamilias repudium.

Si [6]) filiusfamilias uxorem duxerit, non habeat licentiam uxori suae repudium. mittere sine paterno consensu. Idem dicimus et in filia familias uxore. nam nec ei repudium mittere sine paterno consensu marito suo permittimus. alioquin dotem quam pater suscepit vel propter nuptias donationem non cogatur reddere.

Titulus LVIII.

De morte mariti vel uxoris.

Si [7]) morte mariti vel uxoris matrimonium solutum fuerit, superstes persona dotem vel propter nuptias donationem secundum pactiones factas lucretur: ita tamen ut dispares non sint pactiones. non enim admittimus tales conventiones quae marito quidem dimidiam partem dotis mortua muliere praestant. uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis marito moriente. Exaequari pactiones ab utraque parte decet. ideoque superfluum unius portionis tollimus ut etiam in persona mariti tertia pars dotis expectetur. exaequationem enim partium ita fieri constitutio iubet, ut maior pars diminuto superfluo ad minoris partis quantitatem concurrat. Si quid tamen ex dote lucratus fuerit maritus muliere mortua, vel si mulier lucretur ex donatione propter nuptias mortuo marito, hoc habeat pleno iure: et habebat

1) Iul. cap. 133. 2) Iul. cap. 134. 3) Iul. cap. 135. 4) Iul. cap. 136.

5) Iul. cap. 137. 6) Iul. cap. 138. 7) Iul. cap. 139.

potestatem quo voluerit modo eam disponere sive per legatorum (col. XXII) titulum, sive alia quavis alienatione. Si autem decedens eas res non alienaverit, vel omnes vel quasdem (Hu. *quaedam*) ex eis maneant apud liberos praecipui honoris vitae: sive scripti fuerint haeredes ab ea persona quae tale lucrum senserit, sive non, nisi forte ingrati circa eam extiterint.

Titulus LIX.

De ingratis liberis.

Si [1]) ingrati circa eam personam extiterint: liberi qui lucri aliquid acceperint, quamvis tales res non alienaverit specialiter sive inter vivos sive in testamento suo: attamen haeredes eius easdem res capiant exclusis videlicet modis omnibus liberis. Illud certum est quod si filii sint et ante defunctis filiis: nepotes pariter cum suis patruis sive avunculis in eundem honorem perveniant. sic tantum (item Hu.) sui patris haereditatem amplectuntur. Hoc autem solum non in dote et donatione propter nuptias teneat, sed etiam in illis matrimoniis quae sine dotibus consistunt in quibus quartam partem substantiae suae maritus vel uxor laesae personae compellitur dare, secundum praefatam divisionem.

Idem.

Si [2]) mulier post mortem mariti nondum annali spacio completo ad secundas pervenerit nuptias: omnibus quidem modis inter infames erit. sed si quidem liberos ex priori matrimonio non habeat: infamiam quidem exolvere poterit si praeces imperatori porrexerit, et divino principis nutu priori opinioni restituta fuerit, res autem ex priore marito sibi relictas nullo modo lucrabitur, sed decem personis eodem modo accrescunt, id est usque ad secundum gradum in superioribus et inferioribus et ex latere venientibus dinumeratione facta eodemque modo decem personis collectis. Sunt autem hae pater et mater, avus et avia, filius et filia nepos et neptis, frater et soror. His autem personis non apparentibus et ea quae priori marito tali uxori relicta sunt, fisci iuribus vendicetur (Hu. *vindicentur*). sed neque propter nuptias donatione potiri conceditur, quamvis pactionum tenor declaraverit: sed nec copulato sibi secundo marito ante annale tempus poterit dotem dare ultra tertiam partem substantiae suae: sed nec aliquo extraneo capere aliquid per ultimam voluntatem permittitur. omnino enim cum alio non habet testamenti factionem: ideoque nec haereditatem sibi relictam, nec legatum neque fideicommissum neque mortis causa donationem capere poterit, sed ea quae relicta sunt sive legata sive fideicommissa sive hereditatis particularis datio apud cohaeredes eius remaneant. Sin autem ipsa sola haeres scripta est: ad eos bona defuncti perveniant quos ab intestato leges vocant. Haec de his quae ex testamento tali mulieri relinquuntur. Nam si ab intestato ad agnatorum suorum haereditatem vocentur: non omnibus succedere poterat (item Hu.): sed usque ad tertium gradum ab intestato haereditatem capiat. ulterioris autem gradus cognatis ideo non succedat. Si autem liberos habeat, et non expectaverit anni spacium, sed ad secundas properaverit nuptias: et haec quidem infamis erit: sed tamen nec principis indulgentia priori restituetur famae: nisi liberis ex priore matrimonio natis dimidiam partem substantiae suae donaverit pure et sine ulla conditione ita ut nec usumfructum retineat sibi, sed tempore secundi matrimonii simpliciter dimidiam partem facultatum suarum eis donet. hoc enim facto et principali rescripto secuto pristinam famam sibi renovabit. Inter eos autem liberos quibus dimidiam partem bonorum suorum donavit res donatae aequa portione distribuantur. et si quidem filii sint: in capita dividantur res eis donatae. Sin autem nepotes sint: patris: sui portionem accipiant, ut videantur quodammodo in stirpes succedere. et si quidem omnes liberi intestati decesserint: haereditas eorum ad matrem perveniat. procul dubio dimidiam partem bonorum suorum quam semel dedit, iterum receptura. quod si testamento facto decesserint: necesse est res quas dereliquerint, ad scriptos eorum successores pervenire.

(col. XXIII) Titulus LX.

De impleto statuto tempore.

Si [3]) mulier post priores nuptias repudio vel morte mariti solutas ad secundum migraverit matrimonium anno scilicet legitimo completo, si quidem nullos habeat liberos: sine quaestione res sibi derelictas a priore marito pleno iure possidebit non solum iure usufructus, sed rerum etiam dominio potitura. Quod si liberos ex priore matrimonio habeat, et ad secundas pervenerit nuptias: in primis quidem carebit propter nuptias donatione: deinde autem omnia alia liberalitate quae ad eam pervenerint sive inter vivos, sive in ultima voluntate maritus ei quidpiam dederit vel dereliquerit, sive institutionis nomine, sive legati vel fideicommissi causa. Hoc autem quod diximus carere eam omnibus quae ex substantia mariti ad eam pervenerint, intelligendum est quantum ad rerum dominium. usufructus enim earum rerum ipsi mulieri permaneat proprietate, scilicet eo tempore liberis competente, quo secundas nuptias mater eorum contraxerit. Sin autem illa decesserit etiam ususfructus eis accrescat. Et haec omnia iura communiter locum habent tam in uxoris persona, quam mariti. Si forte ipse secundas contraxerit nuptias nulla discretione habita utrum dotes vel propter nuptias donationes pro se ipsi dederint, an alius magis pro eis. Nec post dissolutum matrimonium liceat superstiti res dotales, vendere, vel pignori ponere: sed usumfructum capiat non fit praescriptio filiis contrahentibus nisi triginta annorum post pupillarem aetatem aut post obitum parentum si tacuerit. nam unus ex parentibus non liceat filiis agere si res distractae fuerint ad eorum autem rerum.

1) Iul. cap. 140. 2) Iul. cap. 141. 3) Iul. cap. 142.

Titulus LXI.

De non alienandis rebus prioris matrimonii.

Adeo [1]) autem praedictarum rerum post secundas nuptias patris vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit, ut non possit pater vel mater eorum res easdem firmiter alienare, nec hypothecae titulo obligare: quoniam ius utendi fruendi tantummodo parentibus concessum est. sed clementius quidem res temperabitur ut statim quidem liberi non possint suum parentem vetare si easdem res alienare voluerit sed post obitum eius eas vendicabunt sine ullo obstaculo. et non solum ipsi, sed etiam eorum haeredes res distractas vel pignoratas vendicabunt. et non solum adversus emptores, vel creditores sed etiam successores eorum in rem movebitur actio, nulla temporali praescriptione exclusi: nisi forte triginta annorum curricula transacta fuerint: quae computari oportet ex eodem tempore, videlicet quo liberi suae potestatis effecti sunt, excepta videlicet pupillari aetate: quia impuberibus nulla temporis computatio currit.

Titulus LXII.

De alienatione rerum primi matrimonii.

Nullam [2]) post haec electionem habeat pater vel mater ad secundas perveniens nuptias res praedictas cui voluerit liberorum suorum adiicere: sed ad omnes liberos hae res veniant in capita distribuendae: nisi forte nepotes ex filio vel filia proponantur. hi enim in stirpes vocantur et patris sui vel matris portionem accipiunt. Illud autem quod supra diximus et in talibus rebus alienatio a parente facta irrita non sit, non sine distinctione teneatur, sed interdum pro parte valeat, id est pro ea quam casus ille fecit qui extat nullis liberis superstitibus pro rata scilicet totius pactionis. Hoc autem quod dico tale est: quaedam mulier nupsit et pepigit cum marito suo ut soluto matrimonio si liberi superstites fuerint in totum propter nuptias donationes habeant si nulli liberi superstites fuerint, tertiam partem habeat mulier. Ecce: in hoc casu si dirupto priore matrimonio secundas contraxerit nuptias mulier, tribus liberis superstitibus, et unus ex his decesserit: partem tertiam mulier pleno iure possidebit, et alienare firmiter (col. XXIV) poterit quantum mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione quae illo casu continetur qui locum habet si liberi superstites non sint, id est ut tertiam particulam tertiae partis mater lucretur, eamque firmiter alienare possit: in caeteris autem portiunculis inutilis erit alienatio. quod si contigerit omnes liberos mori sine liberis: necesse est totam tertiam portionem matrem habere, quam habuisset ab initio, si nullis liberis superstitibus priores nuptias solutae fuissent. Ex his igitur illud apparet quod alienatio a parente facta interim in suspenso esse potest pro parte quidem valere uno filio defuncto: pro parte autem in suspenso esse: ut si omnes liberi moriantur tota tertia portio firmiter alienata esse videatur. Illud indubitatum est, quod filius ingratus circa parentes ostensus his portionibus excludendus erit. in hoc enim tantummodo casu ius electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum qui circa patrem et matrem ingratus probatur, vel omnimodo qui circa eum ingratus est, qui ultimus decesserit.

Titulus LXIII.

De non alienanda nisi portione unius.

Pater [3]) vel mater qui quaeve ad secundas migraverit nuptias, non habet licentiam sive inter vivos sive in ultima voluntate liberalitatem ullam conferre in novercam liberorum suorum vel vitricum ultra eam partem quae ad unumquenque liberorum suorum ex substantia eius pervenerit. Ideoque si unum filium habet: dimidiam partem eidem filio suo conservet, et alteram partem novercae vel vitrico praesentet. sin autem duos filios habeat: tertiam tantummodo bonorum suorum novercae vel vitrico liceat ei praestare. quod si tres habeat liberos: quartam partem si velit det: et regulariter tantam partem novercae vel vitrico liceat ei dare quantam singuli liberi haberent. Sed si in testamento suas facultates dividere parens voluerit, et novercae vel vitrico quidpiam donare voluerit: legati vel fideicommissi nomine pariter substantiam suam distribuat ut vitricus vel noverca unius liberi hanc portionem habeat. hoc si liberis suis non ex disparibus partibus facultates suas parens divisit. nam si dispares portiones eis praestiterit: necesse est novercam vel vitricum illi filio comparari qui minimam portionem acceperit: ita tamen ut unusquisque liberorum non minus lege falcidia habeat: nisi forte appareat ingratus. Id autem quod diximus de patre et de matre teneat et in avo et in avia: et non solum in filio filiave, sed etiam in nepote neptave (item Hu.).

Titulus LXIV.

Cuius temporis computatio expectari debeat, et quomodo superflua quantitas distribui debeat.

Sed [4]) est quaesitum multotiens in iudiciis quo tempore computationem patrimonii parentis facere debeamus: utrum eo quo dotem vel ante nuptias donationem vel aliam qualemvis liberalitatem adscripsit vel dederit vitrico vel novercae: an magis illud tempus spectari oportet ex quo parens moriatur. et dicimus eventum inspici oportere, id est illud tempus quo parens mortuus est: ut secundum patrimonii quantitatem quod postea inventum fuerit: ita divisio fiat inter liberos ex priori matrimonio natos et novercam vel vitricum: ita, ut si quid plus novercae vel vitrico datum vel relictum fuerit: hoc redeat ad liberos qui ex priore matrimonio nati sunt, et pariter inter eos distribuatur. Sin autem ex secundo matrimonio liberos reliquerit: id quod de sua substantia amplius aequo dedit: irritum permaneat ut

1) Iul. cap. 143. 2) Iul. cap. 144.

3) Iul. cap. 145. 4) Iul. cap. 146.

inter omnes et ex priore et ex secundo matrimonio natos llberos dividatur. Illud vero certum est quod et primi et secundi et tertii matrimonii liberi singuli suae matris dotem vel proprii sui patris ante nuptias donationes accipiant, et aequaliter omnino dividant, sive ad alias pervenerit nuptias pater vel mater, sive non.

(col. XXV) Titulus LXV.

De legato superstiti personae relicto.

Si [1]) autem legatum defuncta persona superstiti parti reliquerit: deinde superstes noluerit ad illas nuptias venire: liceat ei suo iure legatum possidere et alienare sive inter vivos, sive in ultima voluntate: et liceat ei eo quo voluerit modo disponere.

Titulus LXVI.

Si repudio matrimonium solutum sit, quid statui oportet de lucris nuptialibus.

Omnia [2]) autem quae diximus de lucro dotis vel propter nuptias donationis ex morte mariti vel uxoris ad alterutram personam pervenientis trahenda sunt. et ad ea lucra quae per repudium matrimonio soluto ad utramque partem perveniant, idem iuris est. Et si bona gratia nuptiae disiunctae sunt: liberis enim res lucro cedentes servabuntur. Idem dicimus etiam de eo lucro quod mulieribus praestare necesse est sine nuptiis. quartam partem enim quam ex facultatibus mariti acceperint liberis suis servare cogantur. Et si secundas contraxerit nuptias maritus: filii sui ex priori matrimonio nati res quas lucratus est, custodiat.

Titulus LXVII.

De augenda vel minuenda dote propter nuptias donatione.

Libera [3]) licentia sit tam mulieri quam etiam marito, tam augere quam diminuere dotem vel propter nuptias donationem etiam adhuc constante matrimonio: quod in primis quidem nuptiis sine distinctione verum est. in secundis autem nuptiis liberis quidem ex priori matrimonio extantibus diminuere dotem vel ante nuptias donationem non licebit, quamvis augere eas non est prohibitum. Sin autem nulli liberi ex priore matrimonio sint: et tunc augere et diminuere dotem et propter nuptias donationem sine ullo obstaculo licet.

Titulus LXVIII.

Si usufructu a marito relicto vel contra, fiant secundae nuptiae.

Si [4]) quis in ultimis suis eulogiis usumfructum uxori suae reliquerit, sive mortis causa donaverit, vel vivus usumfructum ei concesserit, posteaque ad secundas nuptias uxor migraverit: non statim ei pereat ususfructus, sed habeat eum integrum mulier quoad vixerit: post mortem autem eius redeat ususfructus ad suam proprietatem. Haec autem ita sunt, nisi specialiter maritus qui donavit usumfructum, sub hac conditione dederit, ut si mulier ad secundas pervenerit nuptias ususfructus extinguatur. Ideoque dicimus: et si mulier marito suo usumfructum donaverit, vel in ultima voluntate reliquerit. sed haec de iure utendi fruendi quod liberalitate alteri ab altero datum est.

Titulus LXIX.

Si ususfructus dotis nomine vel propter nuptias donationis causa constituatur.

Si [5]) autem ususfructus dotis causas (Hu. *causa*) vel propter nuptias donationis gratia datus sit: tunc vetera iura illibata maneant, id est ut apud maritum vel mulierem sit: quamvis contrarium in suo testamento persona decedens expresserit.

Titulus LXX.

De rebus maternis vel nuptiarum lucris quae ad filiumfamilias pervenerunt: et de castrensi vel quasi castrensi.

Quodcunque [6]) filius vel filia acquisierit sive ex materna linea, sive ex causa nuptiali, sive ex qualicunque, huius rei usumfructum omni modo pater habeat: quam- (col. XXVI) vis secundas contraxerit nuptias. Loquitur autem de liberis qui in potestate parentum sunt, exceptis videlicet castrensibus et quasi castrensibus peculiis: ea enim sine aliqua distinctione parentibus non acquiruntur: neque quod ad proprietatem pertinet, neque quod ad usumfructum expectet: sed sunt pleno iure liberorum quamvis in potestate parentum fuerint.

Titulus LXXI.

Si mulier res quas liberis suis donavit quasi ab ingratis vel secundas nuptias suas revocare maluerit.

Si [7]) mulier liberis suis res quas donaverit posteaque ad secundas pervenerit nuptias et ingratitudinis velamento donationem semel a se factam revocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere nisi specialiter probaverit vel quod vitae eius filius insidiatus est, vel quod manus impias ei intulerit, vel quod tales insidias ei comminaverit ut facultatibus suis totis privetur.

Titulus LXXII.

Ut secundo marito copulata mulier prioris viri dignitatibus vel privilegiis non utatur.

Mulier [8]) quae ad secundas migraverit nuptias privilegiis vel dignitatibus prioris viri non utatur.

1) Iul. cap. 147. 2) Iul. cap. 148. 3) Iul. cap. 149. 4) Iul. cap. 150. 5) Iul. cap. 151. 6) Iul. cap. 152. 7) Iul. cap. 153. 8) Iul. cap. 154.

Titulus LXXIII.

De libertis mulieribus quae patronis suis coniunctae sunt.

Si [1]) liberta mulier patrono suo copulata nuptiis quidem eius ipsa renunciaverit: ad secundum autem matrimonium migrare voluerit: hoc facere invito patrono non poterit. alioquin si contra voluntatem eius nupserit: non sunt nuptiae sed ut meretrix coniuncta esse videtur.

Titulus LXXIV.

Si adhuc constante matrimonio dotem maritus uxori suae persolverit.

Constante [2]) adhuc matrimonio maritus uxori suae dotem non facile compellitur reddere, nisi sit causa legibus cognita. alioquin si temere dotem uxori suae solverit maritus, donasse ei videtur. et ideo mortua muliere dotem reddere haeredes eius marito debent cum fructibus, scilicet qui medio tempore nati sunt et non solum ipsi marito, sed etiam haeredibus eius. Ideoque et lucra dotium sic tractantur quasi non essent redditae ut et pacta dotalia conserventur. et si secundas nuptias maritus contraxerit filiis suis ex priore matrimonio natis: res quas lucratus est, custodiat.

Titulus LXXV.

Si mulier suorum liberorum tutelam administraverit et ad secundas convolaverit nuptias.

Si [3]) mulier liberorum suorum tutelam administraverit, et post inchoatam administrationem ad secundas migrare voluerit nuptias: prius filiis suis impuberibus tutorem petere debet, eisque rationem administrationis suae reddere, et post redditam rationem si debitrix appareat: debitum suum solvere debet: deinde si velit, ad matrimonium secundum perveniat. Sin autem hac observatione contempta secundas contraxerit nuptias: non solum res ipsius, id est matris liberis eius hypothecae titulo supponantur: sed etiam res victrici (item Hu.) ex praesentis constitutionis authoritate. Et si filii impuberes moriantur: successionem eorum mater lucrari non speret, sive ab intestato ei deferatur eorum successio, sive ex testamento quod forte pater eis pupillari modo matrem substituit. Et non solum tales poenas patiatur, sed etiam illas quae de illis mulieribus dictae sunt quae probatae fuerint ante, quam legitimum tempus, id est annale spatium (col. XXVII) praetereat ad secundas nuptias properasse, ut sint infames, et tales poenas sustineant quas supra posuimus. Solvi autem poenae possunt, si principalis indulgentia remiserit eas secundum iam traditam observantiam, et si dimidia pars bonorum matris liberis donata fuerit, ut nec ususfructus rerum matri concedatur eorum. Idem autem dicimus et si naturalium liberorum mater tutelam administrans ad secundas convolaverit nuptias: eaque custodiri oportet. et in provinciis quidem cura et solicitudine tam praefatae urbis quam praefecti praetorio.

Titulus LXXVI.

Si sub conditione mater vel pater legatum vel fideicommissum reliquerit filio suo.

Si [4]) pater iussus vel rogatus fuerit legatum vel fideicommissum filio suo sub conditione praestare non aliter legatorum servandorum causa satisdare cogatur, nisi secundas contraxerit nuptias.

Titulus LXXVII.

De clericis qui nuptias contrahere non possunt.

Clericus [5]) qui supra lectores et cantores est, veluti subdiaconus vel diaconus, nullas nuptias contrahere audeat: alioquin sacerdotio cadat. Lector quoque si secundas contraxerit nuptias, ad maiorem gradum ordinis ecclesiastici prohibeatur ascendere. Laicus etiam si appareat uxori coniunctus esse quae alium maritum habuit, aut si non iure coniunctus sit, aut si ipse aliam uxorem habuit neque subdiaconus neque diaconus neque presbyter fieri poterit. Nam et si clandestinis artibus ad consecrationem irrepserit: honore eius cadat.

Titulus LXXVIII.

Si decedens maritus uxori suae legaverit sub conditione, si secundas non contraxerit nuptias vel contra, id est si uxor marito.

Si [6]) quis decedens reliquerit uxori suae legatum sub hoc modo: ut ad secundas nuptias non perveniat: vel si mulier marito suo legatum reliquerit, ut secundum ille non contrahat matrimonium, correcta lege iulia miscella praestetur legatum sub observatione huius: ut in primo quidem anno legata non exigantur: nisi forte ad sacerdotium legatarius pervenerit ut nuptiarum nulla spes sit. Anno autem primo transacto si quidem res legata immobilis sit sub cautione tamen iuratoria et obligatione bonorum suorum quod secundis quidem ab eo contractis nuptiis rem qualem accepit restituat cum fructibus medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis sit: si quidem legatarius vel legataria locuples fuerit simili cautione atque obligatione bonorum suorum rem legatam sibi capiat, ita ut secundis nuptiis contractis res qualis data est, reddatur, vel diminutio eius resarciatur. Sin autem pecunia numerata legata sit cum usuris suis reddatur quae legatario solutae sint ab iis quibus pecuniam mutuavit sacramento prius ab eo praestito quod nihil ex usuris sibi solutis celavit. Quod si non mutuavit quidem pecuniam ad usuram, sed ad usum suum convertit usuram tertiae centesimae det. hoc si locuples fuerit legatarius vel legataria. Sin autem minus solvendo fuerit: fideiussorem dare cogatur. quod si nec fideiussores dare

1) Iul. cap. 155. 2) Iul. cap. 156. 3) Iul. cap. 157.

4) Iul. cap. 158. 5) Iul. cap. 159. 6) Iul. cap. 160.

possit sub cautione iuratoria et obligatione rerum suarum: res ei praestentur. statim autem ut ad secundas pervenerit nuptias: res legati nomine datae vendicentur apud qualem personam inventae fuerint, sive mobiles sint, sive immobiles: et omnino vendicatio rerum ita fiat quasi alienatio earum ab initio facta non esset. Sin autem pecunia numerata legata sit, et legatarius neque fideiussores habuerit, neque idoneus sit tunc ille a quo legatum ei relictum est, tertiam centesimae ei praestet nomine usurarum donec ad secundas pervenerit nuptias, vel sacerdotio fuerit consecratus: ut nulla spes nuptiarum supersit, vel mortuus fuerit legatarius. Nam si quidem secundas contraxerit nuptias (col. XXVIII) reddat quas acceperit usuras. Sin ad sacerdotium venerit vel mortuus sit: capiat aut ipse sortem, aut haeredes eius. Haec autem omnia observari decet et si non maritus uxori vel uxor marito sed extraneus quicunque sub eadem conditione legatum reliquerit. nam et haec eadem teneant quae in marito diximus, et uxore ne ante facta cautio detur si quidem institutio particularis sit cohaeredibus. Si autem legatum vel fideicommissum relictum sit haeredibus vel substitutis nemine autem ex his apparente: eis cautio praestetur quae ab intestato ad successionem defuncti vocantur: nisi forte specialiter testator talem cautionem dari prohibuerit. nam et in hoc casu voluntatem eius custodiri aequum est.

Titulus LXXIX.

Mulier quae secundas contraxerit nuptias quemadmodum filii sui successionem capiat tam ex testamento quam ab intestato loquitur in eodem capite: et de successione fratrum.

Si [1]) filius decedens in testamento suo matrem haeredem instituerit, sic institutio eius habeatur quasi qui ius (Hu. *quivis*) alius extraneus defuncto haeres in testamento scriptus fuisset. Ideoque omnia quae filius reliquerit ad matrem perveniant nulla discretione habita utrum res quas filius dereliquit ex paterna substantia ad eum devolutae sint, an non. undecunque enim res ad filium pervenerint transmittantur ad matrem: nullaque ei matri quaestio ab aliis filiis suis, id est fratribus defuncti moneatur (Hu. *moveatur*: quia et si alius extraneus a defuncto filio haeres institutus esset: nihilominus omnes res testatoris accepisset. hoc si mater in testamento a filio suo haeres instituta est, nulla habita differentia utrum ad secundas migraverit nuptias, an non. Sin autem intestatus filius defunctus est, et mater vel iam ad secundas migraverit nuptias, vel postea migraverit vocetur quidem et ipsa cum fratribus defuncti filii sui ad successionem eius: sed ē quidem rerum quae ex paterna quidem linea ad defunctum filium pervenerunt tantum usumfructum habeat mater si secundas nuptias contraxerit. Si autem res ex alia causa filio defuncto acquisitae sunt: tunc in hisdem rebus aequa portione cum fratribus defuncti filii sui succedat et non solum ius utendi fruendi, sed etiam et proprietatem habeat in hisdem rebus excepta videlicet propter nuptias donatione. Ea enim in suis finibus regionibusque nullam innovationem ab hac constitutione patitur: sed in hoc toto notatus capite ingratitudinis ratio habenda est non solum ad matrem sed etiam ad fratres. causae autem ingratitudinis in alia inferiori constitutione exponantur. Illud autem certum est quod hoc capud constitutionis ad futuros casus non ad praeteritos pertinet.

Titulus LXXX.

Si mater alienare voluerit eas res quae ad eam ex successione filii devolutae sunt.

Liceat [2]) matri in his rebus quae non ex paterna linea ad filium suum defunctum pertinuerunt si haeres ei extiterit et testari et alienare et ad quem voluerit modum disponere. Quod si res permixtae fuerint tam ex paterna linea quam ex aliis causis acquisitae, veluti ex testamento, ex donatione vel ex legato vel alio huiusmodi casu: earum quidem rerum quae ex paterna linea filio defuncto obvenerunt habeat usumfructum. aliarum autem rerum pleno iure habeat proprietatem. hoc autem constitutionis caput non solum in futuris causis sed etiam in praeteritis negotiis locum habet nisi forte vel iudiciali sententia vel amicabili transactione sopita sint. Studeant autem parentes filios suos tam ex priori matrimonio natos quam ex secundis nuptiis procreatos ex aequis partibus haeredes scribere: nisi forte quidam inter eos ingrati appareant. hoc autem magis persuadentes quam legi necessitatem imponentes edicimus. ¶ Causas [3]) autem repudii in constitutione positas ideo non diximus: quia in inferiore constitutione hoc caput plenissime invenitur et omnimodo si quidem praetermissum est et in hac constitutione quas vel XXIX [illegible] est. et alias ideo constitutiones legere debes quas tituli competentes ostenderint.

Titulus LXXXI.

Si quis unum de liberis vel extraneum haeredem scripserit et rogaverit eum tempore quo moreretur haereditatem aliis restituere.

Si [4]) quis unum ex liberis suis haeredem instituerit, id est filium filiamve, nepotem vel neptem, et deinceps sive quosdam ex eis sive omnes simul, et rogaverit eos ut tempore quo moriantur vel postquam mortui fuerit aliis restituant haereditatem: primum quidem unicuique eorum legis falcidiae modus praecipuus deducatur et non supponatur fideicommissi gravamini. caeteras autem partes fideicommissario restituat integras: ita tamen ut si propter nuptias donationem uxori vel dotem marito dare maluerit persona fideicommisso gravata, liceat ei hoc facere etiam ex aliis rebus quae fideicommisso suppositae sunt, et reliquas res tantum fideicommissario cogatur restituere. Haec autem constitutio non habet locum in praeteritis substitutionibus seu

1) Iul. cap. 161.

2) Iul. cap. 162. 3) Iul. cap. 163. 4) Iul. cap. 164.

restitutionibus, sed magis in futuris casibus. Nullum autem augmentum dotibus vel propter nuptias donationibus fiat ad insidias substitutionis vel restitutionis. nam et si quid callidum perpetratum fecerit: nihilominus restitutio fideicommissario integra manebit post deductionem, scilicet legitimae falcidiae partis. Haec autem quae de falcidiae deductione loquitur constitutio, in liberis locum habet quibus et pars falcidiae deletur. quod si haeres institutus ex liberis non sit: contentus esse debet ex deductione dotis et propter nuptias donationis: et reliquas res fideicommissario haereditarias restituere. dotem autem vel propter nuptias donationem dari lex praecipit. honestam, id est neque satis modicam, ut sit dicta haereditas: neque satis immodicam, ut sit gravi fideicommissario sed medietatis cuiusdam moderatione moderatam.

Titulus LXXXII.

Si soluto matrimonio mulier quae secundas non contraxerit nuptias intra annum completum ab aliquo stuprata sit.

Si [1]) mulier defuncto marito antequam annus legitimus transeat, ad secundas quidem nuptias non migraverit: more autem meretricum ab aliquo stuprata conceperit et pepererit ut sit clarum id quod natum est defuncti mariti non esse: easdem poenas patiatur quas ex superiore constitutione patitur ea quae ante tempus legitimum secundas contraxerit nuptias. ideoque et ante nuptias donatione careat, ut nec tantum habeat ius utendi fruendi aliisque poenis antefatis subiiciatur: et sit stupri quoque criminis obnoxia poenis. Peius etenim est stuprari quam secundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere.

Titulus LXXXIII.

De praefatione instrumentorum.

Publica [2]) instrumenta vel monumenta tam ea quam quae in iudiciis conficiuntur, quam ea quae apud magistrum census sive apud defensores consistunt instrumenta etiam quae tabelliones sub quacunque figura conficiunt tam in Constantinopolitana civitate, quam in provinciis: haec omnia initium totius suae scripturae habeant, imperante illo divo Augusto, imperii anno illo. et post haec inserant consulum quoque appellationem et omnem veterem observantiam instrumentorum custodiant. et si forte tempora quoque civitatum provincialium instrumentis scribi solitum est: ea consueto more scribantur. haec autem iuris praeceptio a prima indictione incipiat.

Titulus LXXXIV.

De literis instrumentorum. non scribendis obscuris.

(col. XXX) Qui [3]) scribunt tempora in monumentis publicis non utantur literis illis veteribus et obscuris, sed per graecas literas tempora scribantur si monumenta graece composita sunt. Sin autem latine monumenta confecta fuerint: latinis quidem literis tempora scribantur, si (item Hu.) claris literis et quae possit quicunque latinus literatus cognoscere.

Titulus LXXXV.

Si quis modum suae substantiae in scripturis suis declaraverit.

Si [4]) quis sua manu conscripserit vel alterius manu subscripserit sive in suo testamento, sive sine testamento in quavis charta modum substantiae suae declaraverit, idque fecerit omnibus haeredibus suis praesentibus vel omnibus absentibus vel quibusdam ex his absentibus, quibusdam praesentibus non liceat haeredibus eius talem scripturam recusare: nec dicere quod unus ex cohaeredibus res quasdam a testatore relictas subripuit et celavit. Si enim testator cum sacramento expresserit: nihil aliud sibi superesset (Hu. *superesse*) extra ea quae praefata scriptura continentur necesse habeant haeredes scripturam eius sequi sive liberi eius sint sive extranei: nec servi haereditarii tormentis subiiciantur, neque alia ulla probatio veritatis exquiratur. Hoc autem totum ius pertinet ad haeredes. nam creditoribus nullum praeiudicium facit vox testatoris eiusdemque debitoris. Licet enim creditoribus omnia perscrutari et veritatem exquirere et suo commodo uti: sed et haeredes necesse est sequi ea quae testator dixerit, scripserit, subscripserit vel quocunque modo declaraverit. Caeterum si vocem testatoris reprobant, etiam haereditatem eius amittant: quod non solum in futuris casibus sed etiam in adhuc pendentibus teneat.

Titulus LXXXVI.

De iureiurando propter calumniam dando, vel propter dilationes petendas, vel probationes.

Omnes [5]) litigatores postquam iusiurandum de calumnia iuraverint hoc quoque iureiurando suo addant, quod non dilationis non calumniae causa, non vexandi adversarii gratia probationes in tota ista causa ab adversario suo exigent. nam antea in unoquoque capitulo litis si litigator ab adversario suo probationes exegisset: iurare cogebatur quod non calumniae causa exigit. Erat autem gravissimum in una causa quam plura sacramenta praestare: ideoque unum iusiurandum sufficiat: quamvis aliqui pro unaquaque calumnia dederint unum sacramentum: quod nobis placet.

Idem.

Quod [6]) sacramentum calumnia fit: ita in primis quidem actor iuret: hanc litem quam movi calumniandi animo non movi: sed existimo me bonam habere causam. nec dilationis, nec calumniae causa, nec vexandi adversarii gratia probationes in tota hac causa ab adversario meo nullas exigam: si deus. ¶ Postea reus ita: ego putans bona instantia cau-

1) Iul. cap. 165. 2) Iul. cap. 173. 3) Iul. cap. 174.

4) Iul. cap. 175. 5) Iul. cap. 178. 6) Iul. non est cap.

sae ad contradicendum pervenio: nec dilationis, nec calumniae causa, nec vexandi adversarii gratia probationes in tota hac causa ab adversario meo ullas exigam: si deus.

Titulus LXXXVII.

Ut cives vel vicarii pro aliis civibus suis vel vicis non teneantur.

Si [1]) quis in aliqua civitate vel vico debitores habuerit, posteaque alios homines ex eadem civitate vel vico in alia civitate nundinarum gratia degentes invenerit: non audeat eos vel res eorum tenere vel alicuius debiti nomine pecuniam ab his exigere, vel pignora ab his extorquere. Nam si quid tale fecerit: omne quod inciviliter exegerit in quadruplum reddere compelletur ei qui iniuriam passus est. sed et si quam actionem adversus debitorem suum habeat, eam quoque àmittat. Hoc autem observari decet cura et diligentia praesidum quibus gravissimae poenae imminebunt si praecepta saluberrima huius constitutionis neglexerint.

(col. XXXI) Titulus LXXXVII.

Ut donationes imperatori faciendae et sine monumentis valeant.

Si [2]) quis imperatori donare voluerit, sufficiat ei ad perfectam donationem instrumentum liberalitatis modum continens: et non cogatur hanc donationem instrumentis publicis intimare, quamvis ducentorum aureorum quantitatem donatio facta excedat. nam nec imperatoris donatio in privata persona facta publicis monumentis indiget.

Titulus LXXXVIII.

De reis ab alio loco ad alium retrahendis ex divino nutu vel iussione maximae potestatis.

Si [3]) quis ex divina iussione in scriptis habita vel ex calculo magistratus aliquem convenerit, ut in aliis locis exhibeat se vel sistat: ideoque et cautionem ab eo exegerit quod intra certum tempus in iudicium destinatum venturus sit, posteaque tempus quidem certum transactum fuerit, et is quidem qui cautionem exposuit praesto sit: adversarius autem eius, id est actor absit, et decem dies post certum tempus transierint: liceat reo praesenti absente actore intrare apud iudicem et docere suam praesentiam et actoris absentiam: et statim ab observatione iudicii absolvatur, ita tamen ut sacramentum praestet de impensis quas impendit tam in profectione, quam in peregrinatione sua: et in tantam quantitatem iudex actorem condemnet. ¶ Cum autem soleant executores litium ab actoribus cautionem exigere quod omni modo peragant intentiones suas, sin autem non peregerint quod poenae certos aureos praestaturi sunt: iubet constitutio calumniam passo primum quidam poenam cautionis ab actore praestari: deinde si quid pluris sit de impensis quas reus frustra fecerit: hoc calculo iudicis eidem reo praestetur sacramento, tamen eius legitima taxatione moderato. hoc enim si ita custodiatur: iam desinant homines in aliam ludere vitam: et ideo in locis competentibus hac poena perterriti litigabunt.

Titulus LXXXIX.

De admonitione rerum (Hu. *reorum*) *sive de in ius vocando.*

Si [4]) quis ex sententia iudicis admonitus fuerit: habeat post admonitionem viginti dierum spatium ut liceat reo vel recusare iudicem, vel alium quoque petere, vel simul ambo indicent, vel forte id quod debent confiteri intra praedictos dies viginti. Postquam autem libellum accusationis exceperit: personales praestet fideiussiones, et sportulas det constitutioni nostri principis cognitas. subscribat autem et contradictionis libellum. tempus quoque et diem scribere eum oportet quo libellum accusationis excipiat. Cum autem litis contestatio fiet: interrogari debet a iudice si transierint viginti dies deliberationis. Hoc autem consideratur ex subscriptione eius quam libello inseruit. nam si intra vicesimum diem litis contestatio facta est: nullius est momenti. Si quis autem iudicem recusaverit, et alium pro eo petierit, eiusque interim recusare maluerit quem sibi iudicem petiit: non audiatur.

Titulus XC.

De inope muliere quae sine dote nupta est, quae quartam partem defuncti mariti capere debet.

(col. XXXII) Diximus [5]) in superioribus capitulis mulierem sine dote nuptam et sine causa repudiatam a marito quartam partem substantiae eius consequi oportere usque ad centum libras auri: hoc ipsum constituimus, id est ut quartam partem mulier capiat defuncto marito suo sive quamplures liberos habeat, sive non. Illud autem certum est quod mulier sive mobiles, sive immobiles res habeat suas proprias, omnimodo eas sine diminutione deducere poterit non subiectas mariti creditoribus nisi ad hoc tantum quod haeredes ei extiterint. Haec autem omnia intelligi debent si mulier idoneas facultates non habeat. nam si inops non sit, neque dotem dedit: gravare liberos defuncti quartae partis exactionem non debet. nam nec maritus qui nullam donationem propter nuptias dedit aliquid ex substantiae suae uxoris lucrabitur, nisi forte legatum ei relictum est a muliere, vel mulieri a marito. hoc enim quod relictum est, omnimodo capiat sive inops sit, sive non. quod si inopi constitutae mulieri maritus suus legatum relinquat minoris quantitatis quam portio quarta fiat, suppleat id quod minus dedit.

Titulus XCI.

De iis qui ex libera matre et ascriptitio patre nati sunt.

Constitutio [6]) est imperatoris nostri in undecimo libro Codicis posita quae iubet eum qui ex libera matre et

---

1) Iul. cap. 180. 2) Iul. cap. 181. 3) Iul. cap. 182.

4) Iul. cap. 184. 5) Iul. cap. 187. 6) Iul. cap. 188.

ascriptitio patre natus est ingenuum esse. eam igitur constitutionem praesens promulgatio iubet obtinere in iis tantummodo casibus qui post constitutionem illam contigerint. qui autem ante illam emerserint: antiquo iure dirimantur.

Titulus XCII.

Si venerabilis locus cum alio venerabili loco permutationem facere voluerit.

Si [1]) ecclesia cum ecclesia vel ptocotrophium cum ptocotrophio, vel monasterium cum monasterio: et ut simpliciter dixerim: si venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit: et hoc quasi fieri prosit: utrique loco liceat primatibus eius permutare decreto tamen prius celebrato cum omni subtilitate et iureiurando apud locorum metropolitanos rei disceptatione praecedente ut ipsi deliberent an ambabus partibus prosit permutatio rerum immobilium, et non indigeat res speciali divina pragmatica forma. Ex huius autem legis excipiatur licentia magnae Constantinopolitanae civitatis ecclesia. nullam enim rem immobilem alienare permittatur quemadmodum ante non permittebatur.

Titulus XCIII.

Ut liceat venerabilibus locis perpetuos (Hu. add. *contractus*) *inter se facere.*

Liceat [2]) ecclesiis et aliis venerabilibus locis perpetuos inter se contractus emphyteuticos facere decreto scilicet antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteusis ut ad privatam personam omnimodo non extendatur: sed ex huius legis licentia excipiatur magna Constantinopolitana ecclesia quemadmodum in anterioribus constitutionibus.

Titulus XCIV.

(col. XXXIII) *Si ecclesiam suam clerici dereliquerint.*

Si [3]) clerici ab ecclesiis suis destiterint: alios clericos in locum eorum subrogari oportet, ut scilicet annonas et dona ecclesiastica quae illis praestabantur accipiant. et si postea destitores redierint: nihil eis praestetur: quia annonae eorum et dona aliis clericis pro ipsis subrogatis praestitae sunt. Omnibus enim modis subrogatis clericis annonas eorum praestari debet. nam neque destitoribus aliquid ab ecclesia dandum est, neque ad lucrum oeconomorum vel aliorum qui administrant cedere. Si enim subrogati clerici praedictas annonas non acceperint: ipsi qui solent administrare eas de sua substantia dare eis cogantur. nam et si quas habent proprias possessiones: iubet constitutio ut ex iisdem possessionibus certa praedia deputentur ex quorum reditu subrogatis clericis annonae praestentur.

1) Iul. cap. 189. 2) Iul. cap. 190. 3) Iul. cap. 192.

Titulus XCV.

De eo qui ecclesias aedificat vel annonas clericis donat.

Si [4]) quis ecclesiam aedificaverit, aut clericis ex substantia sua annonas dederit: non liceat ei quos voluerit clericos in eadem ecclesia facere. sed si voluerit quosdam ibi consecrari: offerat eos beatissimo patriarchae et ille si viderit eos dignos consecret. et si non probaverit arbitrio suo: reiiciat.

Titulus XCVI.

Si quis in domo sua oratorium habuerit.

Si [5]) quis in domo sua oratorium habuerit, non audeat in eum sacra mysteria facere nisi clericos catholicae fidei habuerit deputatos ex iussione religiosissimi episcopi illius civitatis vel beatissimi patriarchae. Si quis autem adversus ea fecerit: domus eius fisci iuribus vendicetur: et sit sub indignatione principis. et si praefectus praetorio postquam haec cognoverit non prohibuerit: quinquaginta librarum auri poena multetur: et apparitor eius simili poenae subiiciatur. nulla autem invidia est unumquenque christianum in propriis aedibus oratoria habere, et in his orare, et psallere. sine clericis missa non fiat.

Titulus XCVII.

De creditoribus qui debitoribus morientibus imminent.

Si [6]) quis debitorem suum egrotantem vel periclitantem molestare voluerit pro debito suo: non liceat ei hoc facere: cum neque uxori eius, neque liberis aliquem inquietudinem inferre permittitur: neque signa aedibus eius imponere: nisi post mortem debitoris lite consistente iudicialis calculus prolatus fuerit, et legitima ordinatio sequuta sit. sed neque mortuo debitore deductionem eius funeris impediat. Si enim tale aliquid perpetraverit: suis actionibus cadat sive iustam habeat intentionem, sive non. et non solum debitam sibi quantitatem amittat, sed etiam aliam haeredibus eius pro iniuria defuncti praestare compellatur. et non sufficiunt istae poenae: cum et tertia pars bonorum eius publicetur, et ipse infamia notetur. haec autem omnia in Constantinopolitana civitate cura et diligentia custodiantur tam praefecti urbis quam praefecti praetorio. magistratus quoque officiorum in his vigilare debet, et apparitores omnes eorum. In provinciis autem praesides ea observabunt et alii magistratus sive civiles sint, sive militares. quod si neglexerint magistratus quidem imperialis urbis cum suis apparitoribus viginti librarum auri poena mulctabuntur. provinciarum autem magistratus quinque librarum auri poenae nomine dare cogantur.

4) Iul. cap. 193. 5) Iul. cap. 194. 6) Iul. cap. 196.

Titulus XCVIII.

De iure propter nuptias donationum.

(col. XXXIV) Si[1]) quis donationem propter nuptias mulieri conscripserit, sive pro se, sive pro alio: sive pater pro filio suo, sive mater: sive cognatus propter cognatum, aut quis extraneus pro alio donationem propter nuptias conscripserit, in qua etiam res immobiles sint. non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecae titulo obligare: nec si consenserit in alienatione vel hypotheca mulier. sed si quid contra hanc legem factum scriptumve fuerit: hoc pro infecto sit, et pro non scripto habeatur: nisi forte observatio illa custodiatur quae de intercessionibus foeminarum in quarto Codicis libro posita est titulo ad senatusconsul. velle. id est ut post primum consensum transacto biennio aliud instrumentum a muliere conscribatur in quo se fateatur priorem consensum suum comprobare: alioquin prior consensus nullius momenti est. immo etiam si secundo consensu priorem voluntatem post biennium confirmaverit: non omnimodo valebit: sed ita demum si ex aliis mariti facultatibus satis eidem mulieri fieri possit in donatione propter nuptias. alioquin nec secundus nec tertius consensus laedere mulierem poterit. Haec autem dicimus non solum in donatione propter nuptias, sed etiam in dote si quas res dotales alienare vel obligare maritus voluerit. emptores autem et creditores quibus res alienatae vel obligatae sunt, nullam iniuriam patiantur. nam quod ad mulieres pertinet, actionibus careant suis. et tamen aliae mariti facultates et ipse maritus necessario eis permanet obligatus. Haec autem constitutio praerogativis dotium nullum praeiudicium facit. nam praerogativas datas integras inesse dotibus constitutio iubet. ita tamen si de dotibus actiones mulier moveat. Aliis enim personis privilegium in actione dotis nec antea datum est nec modo datur. Ea autem constitutio non in praeteritis sed in futuris casibus valeat.

Titulus XCIX.

Qui ecclesiam vel oratorium fabricare voluerit.

Nullus[2]) audeat aedificare ecclesiam vel oratorium antequam civitatis episcopus veniat, et vota faciens sanctissimam crucem infixerit in eodem loco publice procedens, et rem omnibus manifestam faciat. unusquisque autem ante aedificationem loquatur episcopo et praefiniat modum qui ad luminaria et sacrum ministerium, et custodiam oratorii, et alimonias eorum qui ibi serviunt, sufficiat. et si haec sufficientia visa fuerit (Hu. *fuerint*): faciat prius donationem eorum, posteaque domum aedificet. Sin autem ea quae ab eo praefinita sunt non sufficiant ad construendum oratorium: aequum est vetera oratoria, quae forte ruinam minantur, reparare cum arbitrio religiosissimi episcopi civitatis.

1) Iul. cap. 198. 2) Iul. cap. 205.

Titulus C.

Si episcopus ab ecclesia sua per multum tempus defuerit.

Si[3]) episcopus per multum tempus ab ecclesia sua defuerit, et in aliis locis degerit: oeconomus aut ecclesia eius impensas ei non administrent. nam tales inanes sumptus melius est in ecclesia esse et in alias res ad pietatem pertinentes praestare. teneantur autem in talibus episcopi etiam ea quae prioribus sanctionibus cauta sunt, servare.

Titulus CI.

De alienatione rerum immobilium ad ecclesiam pertinentium.

Si[4]) alienatio immobilis ecclesiasticae rei celebrata sit: decretum quidem omnibus modis procedat secundum supradictam constitutionem. Adesse autem decreto debet non solum episcopus et clerus eius cuius praedium alienare desiderat: sed etiam metropolitanus archiepiscopus cum praedicta observatione: et duo episcopi consilio eius adsint.

(col. XXXV)

Liber secundus novellarum.

Titulus I.

De iurisdictione praesidum provinciarum.

Haec[5]) constitutio iubet ut omnes Romani tam in civilibus quam in criminalibus causis uni praesidi provinciarum subiiciantur: et nemo in aliqua causa obnoxius privilegium praesidi provinciae opponat: quasi non ei subiectus sit, nisi specialiter pragmatica sanctio prolata duci eum duxerit. Ideoque sive de dominio alicuius rei, sive de agrorum finibus, sive de hypothecis, sive de nuda possessione, sive de alia quavis pecuniaria, vel criminali causa litigium inter partes emerserit: non liceat reo privilegium suum opponere praesidali iudicio sive ex imperialibus liberis (item Hu.), sive ex maioris iudicis iussione: sed omnibus modis in eo loco pulsetur ubi aliquid egerit vel admiserit sive de maxima re, sive de minima, quaeratur veluti de gallina. quamvis enim minima videatur haec res esse: attamen iustitiae ratio non ex quantitate sed ex suis regulis debet aestimari. nam et quod aliis vilissimum esse videtur, hoc etiam aliis quam pretiosissimum est. et omnino sive bovem sive aliam quamcunque rem alicui subripuerit, in eadem provincia pulsetur ubi tale peccatum admisit. nam et probationis copia in externis locis non similis agentibus est.

Titulus II.

De praesentibus reis.

Haec[6]) quidem dicimus si utraque pars in praesentia sit ut in eodem loco modis omnibus res dirimatur in quo

3) Iul. cap. 206. 4) Iul. cap. 207. 5) Iul. cap. 209. 6) Iul. cap. 210.

aliquid admissum est. quod si actor quidem praesto sit, reus autem absit sed actores ipsius vel procuratores vel conductores aliquid egerint vel dereliquerint: ille quidem qui fecit modis omnibus accusetur: ipsum autem litigium maneat in suspenso donec de rerum dominio causa fuerit declarata. tempus autem dilationis ex locorum spatio dari debet. nam si quidem una vel duabus provinciis interpositis dominus rerum in proximis locis degat: quatuor menses ad dilationem sufficiunt. Sin autem in longinquum absit veluti in Palestina vel in Aegipto octo mensium dilationem dari oportet. Sin autem in Italia vel in Africa moretur: novem menses statui debent. Eadem dicimus, et si in arthogis locis principalis persona degat.

Titulus III.

De absentibus reis.

Et [1]) si quidem rerum dominus illi commiserit causam qui apud eum retulerit necesse est ut ipse qui praesens est, pulsetur absentis domini nomine. Sin autem alium litigare maluerit: hoc ei liceat facere, dum tamen procurator ipsius defendat causam, et modis omnibus impleat quod iudex iudicaverit: nisi provocatio sit subsecuta aut aliter definita, aut amicabiliter sopita. quod si domino quidem rerum manifestetur causa: ipse autem venire neque alium mandare curaverit: tunc praedicto tempore transacto, is qui accusatus est, litiget: et si reus apparuerit, condemnetur, scilicet et domino rerum eandem condemnationem subituro, si ipse quoque obnoxius sit. et si quidem solvendo sit is qui accusatus et condemnatus est: ipse iudicato satisfaciat. Enimvero si solvendo non sit: ex rebus domini absentis qui nec venire nec mandare alicui voluit, solvi actori aequum est. Quod si reus praesens post accusationem evaserit, et neque dominus rerum venerit, neque procuratorem transmiserit: tunc ex una parte iudex audiat causam si solet et in eremodiciis fieri, scilicet et ipso reo per praeconem vocato. et si in eadem absentia perseveraverit: (col. XXXVI) condemnetur. quod si actor in absentia sit domino rerum praesente vel procuratore misso: tunc omnia detrimenta quae frustra reus passus est, actor ei restituat.

Titulus IV.

De fori praescriptione tollenda.

Nullum [2]) privilegium eximere reum provinciali iudicio volumus, nisi specialiter nostram pragmaticam sanctionem produxerit quae propter publicas causas in hanc regiam eum civitatem revocaverit: vel si ex lege hoc fiat veluti si provocationem praesidi provinciae porrexerit et propter haec in ista imperiali civitate litem audire oportet quamvis de minoribus causis apud maiores iudices provinciarum provocationes exerceri constituimus: nisi forte causa principalis in hac civitate quamvis minima ventiletur: tunc enim in hac civitate non in provinciis provocatio ventiletur.

1) Iul cap. 211. 2) Iul. cap 212.

Titulus V.

De fori praescriptione deneganda.

Nulla [3]) autem persona privilegio aliquo utatur ad fugiendos praesidis laqueos, quamvis ecclesia sit, vel xenodochium, vel oratorium, vel quivis alius locus qui pietatis causa colitur. Idem iuris est sive fiscus, sive patrimonium fisci, sive alius quivis divinis titulis pulsetur: et multo magis si potentis hominis persona in iudicium fuerit evocata: quamvis privilegium ex sacro oraculo praetendat: nisi quod diximus, pragmatica sanctio in hac civitate eum reipublicae causa revocaverit. ¶ Haec [4]) autem constitutio non solum in futuris, sed etiam in praesentibus causis locum habeat.

Titulus VI.

Si quis praesentem constitutionem neglexerit.

Si [5]) quis autem praeses provinciae constitutus praesentem legem custodire neglexerit: non solum magistratu suo eiiciatur: sed etiam decem librarum auri subeat poenam.

Titulus VII.

Qui tutores vel curatores pupillo vel adolescenti dari possint.

Nulli [6]) tutori vel curatori liceat nomina contra pupillum, vel eum cuius curationem gubernat iura (item Hu.) successionis in se transferre ab aliquo sive pretium pro actione dederit, sive non.

Idem.

Nemo [7]) qui dicit se obnoxium habere pupillum, vel eum qui curatore eget, tutor aut curator ipse creetur. Sic is qui manifeste obnoxius impuberi, vel ei qui cura indigeat, fuerit: tutor vel curator non fiat. ¶ Quod [8]) si quis tutor constitutus aut curator, neque obnoxium habeat eum cuius negotia gerit, neque obnoxius ei sit: postea autem ad eum hereditas devoluta sit quae debitorem vel creditorem memoratae personae eum faciat: tunc alius tutor vel curator ei adiungatur, qui custodiet eum: et hoc ipsum iuret sacramento quod nec maliciae tutoris vel curatoris favebit: ne poenae subiiciatur. Ne [9]) autem unusquisque dicens se creditorem impuberis esse, vel forte adolescentis ab onere tutelae vel curationis facile excusetur: sancimus non aliter eum recipiendum esse nisi manifeste probaverit creditorem se esse impuberis, vel forte adolescentis. vel res eorum sibi obnoxias esse, vel parentes. quod si res in incerto sit: tunc sacramentum praebeat quod ideo tutelam vel curam recusat: quia revera suum debitorem esse pupillam (item Hu.) vel forte adolescentem existimat. tunc enim et si voluerit non admittatur ad tutelam vel curationem cuiuscunque personae: quamvis tutor legitimus sit. ¶ Quod si [10]) quis adversus ea

3) Iul cap. 213. 4) Iul cap. 214 5) Iul. cap 215 6) Iul. cap 217 7) Iul. cap 218. 8) Iul. cap. 219 9) Iul. cap. 220. 10) Iul. cap. 221.

quae tutor vel curator creari passus fuerit, si quidem obnoxium impuberem habeat, vel forte adolescentem actionem quam habet amittat. Sin autem ipse obnoxius fuerit: non liceat ei dicere quod tempore quo tutelam vel curationem gerebat solutionibus vel comentitiis liberationibus actione solutus est.

Idem.

(col. XXXVII) Nulli [1]) tutori vel curatori liceat, sicut praediximus, nomina contra pupillum vel forte adolescentem redimere et cessiones adversus eum impetrare quivis iam desiit tutor vel curator esse: sed omnimodo hoc quod factum est, pro infecto habeatur, ita ut pupillus quidem vel forte adolescens omnimodo securitatem habeat, et nulla teneatur actione. Tutori autem vel curatori non liceat contra eum redire qui nomina ei cesserit eodem iure obtinente: et si postquam tutor vel curator desiit esse cessiones nominum impetraverit. ¶ Haec [2]) autem omnia de omnibus curatoribus posita sunt non solum adolescentium, sed etiam prodigorum, vel furiosorum vel mentecaptorum, vel si quid aliud aut lege expressum est, aut natura inveniatur.

Idem.

Nemo [3]) tutor vel curator compellatur pecuniam impuberis vel forte adolescentis mutuam dare, sed liceat ei sterilem eam in tuto deponere. Nam melius est sortem impuberis vel adolescentis conservari, quam usurarum cupiditate etiam sortem amittere. Si autem sponte sua tutor vel curator mutuaverit, forte sub pignoribus vel sub alia indubitata cautela: tunc habeat quidem per singulos annos mensium relaxamentum. sciat autem quod periculum sortis ad ipsum pertinebit.

Idem.

Si [4]) pupillus redditus Hu. *reditus* habeat sibi sufficientes: eos tutor impendat. Sin autem ampliores reditus habeat quam sumptus: tunc id quod superfuerit deponatur. Quod si substantia impuberis immobilis sit: tunc id tantum tutor mutuare debet quod sufficiat ad administrationem pupillarium rerum. quod autem superfluum sit, deponatur. Eademque dicimus et de curatoribus omnium personarum. Licebit autem tutori vel curatori subtiliter inquirere si quem reditum comparare pupillo vel forte adolescenti possit ex superflua pecunia, ut et tributa levia sint, et venditor locuples, et reditus fertilis. Sciat autem quod si adversus ea comparaverit: negligentiae periculum ad eum pertinebit. ¶ Quod [5]) si pecuniam tantam habeat pupillus ut ex ea administrationes rerum ipsius solummodo explicentur: tunc mutuare tutor vel curator eam debebit cum cogitatione caelestis iudicii. Nam [6]) et ab initio antequam administrationi se immisceat tutor vel curator: cuiusvis personae sacramentum dare compellitur per divinas scripturas quod omnia gesturus est quae pupillo commoda esse putaverit. eadem dicimus et de iis qui curationem gerunt.

1) Iul. cap. 222. 2) Iul. cap. 223. 3) Iul. cap. 224. 4) Iul. cap. 225 5) Iul. cap. 226. 6) Iul. cap. 227.

Titulus VIII.

Quomodo depositum caute poni potest.

Si [7]) quis depositum alicui dare caute voluerit, necessarii sunt ei tres testes. nam literae depositarii solae non sufficiunt depositori ad plenissimam depositi dati probationem. testimonia autem sic exhiberi oportet ut dicant testes quod in praesentiæ sua vel susceptum est depositum, vel quod depositarius se suscepisse conscripsit. Idem est et si non scriptis: tamen tres adhibiti fuerint testes idonei veritate.

Titulus IX.

Quomodo sine tabellione instrumentum caute fiat.

Si [8]) quis sine tabellione componere instrumentum maluerit sive de mutuo, sive de deposito, sive de alia quacunque causa tres testes adhibeat. alioquin literae ipsius solae et comparatio earum credendae non sunt. Nulla autem differentia est utrum subscripserint testes an praesentibus ipsis instrumentum compositum sit.

Titulus X.

(col. XXXVIII) *Si literarum fides a voce testium discrepet.*

Si [9]) instrumentum prolatum fuerit, et literae quidem Titii esse non videantur, testes autem dicant Titium eas scripsisse iurati, scilicet testimonium eorum facile reprobari non oportet, sed tamen ad sapientiam iudicis pertinet ut ea quae verisimiliora magis putaverit eis maiorem praebeat fidem.

Titulus XI.

De contractibus incaute compositis.

Si [10]) quis instrumentis componendis adhibere praedictam observationem neglexerit, vel deposuerit, vel mutuaverit alicui sine testium praesentia: solis literis debitoris credens incaute quidem facturus est, sed tantum si per sacramentum vel per confessionem debitoris veritas manifestetur id quod dedit exigere non prohibeatur.

Titulus XII.

Quomodo tabelliones caute debeant instrumenta componere.

Instrumenta [11]) quoque quae apud tabellionem componuntur subscriptione testium, sicut dictum est, muniri praecipimus ante completionem a tabellione insertam. ¶ Iudices [12]) autem non tantum ex compositione literarum falsitatem reprehendant sed etiam ex comparatione notarii.

7) Iul. cap. 228. 8) Iul. cap. 229. 9) Iul. cap. 230. 10) Iul. cap. 231. 11) Iul. cap. 232. 12) Iul. cap. 233.

Titulus XIII.

De comparatione literarum.

Comparatio [1]) literarum, sicut supra diximus, sine testium confirmatione non sufficiat ad veritatis probationem. Sin autem omnes testes mortui sunt cum tabellione vel forte in absentia tabellio est: tunc ille quidem qui instrumentum producit sacramentum praestet quod nullius malitiae conscius est in illo instrumento commissae. Comparatio autem literarum propter necessitatem causae sine impedimento secundum pristinum morem procedat. quod si tebellio (Hu. *tabellio*) et vivit et praesens sit iuratus testimonium suum de fide instrumenti, et ille vivit et praesens est et nullo morbo vel alia iusta causa impediatur in iudicium venire: praebeat ipse quoque testimonium. Item si per titium pecunia numerata est, et ipse veniat et sacramentum praebeat quae neque numeratorem habeat instrumentum, et omnes testes mortui sunt vel in absentia fuerint vel alia iusta causa impediantur venire in iudicium: solus autem tabellio et vivit et venit: testimonium ipsius probabile sit, ad fidem instrumenti pertinens: ut nec comparatio literarum necessaria esse videatur. Quod si tabellio mortuus est: fiat quidem comparatio literarum eius, et veniat tam minister ipsius per quem instrumentum compositum est quod numerator pecuniae, scilicet si non absens est. Si vero simul mortui sint vel in absentia fuerint: alii testes producantur. et si hoc facile non sit: tunc ad comparationem literarum iudex perveniat ut non solum completiones literarum a tabellione factae comparentur, sed etiam aliae literae tam principalis personae quam testium in comparatione deducantur, ut ex multis comparationibus literarum fides veritatis illucescere possit. Sin autem nullum aliud ad veritatem probandam supersit quam comparationes literarum: tunc illud teneat quod usque ad hoc tempus obtinuit ut qui instrumentum producit legitimum sacramentum subeat quod nulla malitia usus est: sed et his qui fidem instrumenti exigit de dolo et calumnia iusiurandum subeat. is autem omnibus necessitatibus homines liberantur sub actorum testificatione instrumenta intimentur, et ibi testes et aliae personae suis depositionibus contractum roborent. ¶ Omnia [2]) autem quidem comparationibus constituimus ad illis instrumentis faciendis quae sine tabellione composita sunt maneant in eadem firmitate durantia. illa quoque iura quae de imperitis literarum in iudiciis probata sunt, inconcussa permaneant.

Titulus XIV.

Imperiti literarum quomodo debeant instru- (col. XXXIX) *menta componere.*

Si [3]) instrumentum imperitus literarum componere maluerit, necessarius erit tabularius si in illo loco tabularii sunt sed et testes non minus quinque scientes eum imperitum literarum et ab eo cogniti et postquam imperitus sanctam crucem fecerit, vel paucas literas unus ex hisdem quinque testibus pro eo subscribat: omnes autem quinque testes subscribere debent quod et praesentibus eis et cognoscentibus imperitum omnia processerunt.

1) Iul. cap. 234 2) Iul. cap. 235. 3) Iul. cap. 236.

Titulus XV.

De contractibus sine scripto compositis.

Haec [4]) autem omnia de his contractibus dicimus qui scriptura interveniente fiunt. alioquin si sine scriptura aliqui contraxerint: liceat eis vel testimoniis vel iurisiurandi religione veritatem manifestare scilicet actore quidem testes producente, reo autem vel iurante vel iusiurandum referente secundum hoc quod iudex aestimaverit. ¶ Huius [5]) constitutionis observatio in his contractibus locum habet qui sunt ultra quantitatem librae auri. nam usque ad libram auri pristinum morem servari iubemus. ¶ Huius [6]) constitutionis usus in civitatibus locum habet. Si enim instrumentum in vico compositum sit: consuetudo pro lege habeatur. rusticorum enim simplicitatem et in testamentis faciendis non reprobavimus, quamvis alias ordinationes testamentorum summa subtilitas exigatur. ¶ Haec [7]) constitutio in futuris instrumentis et contractibus valet: nam praeteritae causae prioribus legibus dirimuntur.

Titulus XVI.

Quomodo naturales filii legitimi fieri possunt.

Si [8]) quis cum libera muliere consuetudinem habeat non affectione maritali et ex ea liberos naturales fecerit, eosque velit filios legitimos et in potestate sua habere: liceat ei cum matre eorum dotalia instrumenta componere. nam filii qui antea naturales erant post compositionem dotalium instrumentorum, sui et in potestate patris efficiuntur, sive postea nati filii vivant, sive mortui sint, sive omnino nullus alius procreatus est sicut in Institutis et in Codice dictum est. Quo si antea quam dotalia instrumenta fiant mater concuba decesserit, pater autem naturales filios ex ea susceptos facere legitimos velit: adeat imperatorem cum precibus et exposcat ut sibi liceat legitimum nomen eis imponere et natalibus suis eos restituere, quemadmodum libertini natalibus restituuntur. Principe enim annuante (Hu. *annuente*) supplicationibus patris necesse est ut liberi legitimi fiant, quamvis dotale instrumentum nullum cum matre eorum iam mortua compositum sit. Idem dicimus et si filios naturales pater diligat: matrem autem odio habeat: quia in corpus suum peccavit. nam si ea causa sit, et noluit cum ea nuptias contrahere: licebit ei praedicto modo filios naturales legitimos facere. Item si liberi naturales matrem suam caelaverint ne dotalibus instrumentis cum ipsa factis in potestate patris efficiantur, et ususfructus rerum ad eos pertinentium patri acquiratur: si talis dolus factus fuerit, liceat patri praedicto modo preces imperatori porrigere, et filios

4) Iul. cap. 237. 5) Iul. cap. 238 6) Iul. cap. 239. 7) Iul cap. 240. 8) Iul. cap. 241.

legitimos facere, et in potestate sua eos redigere. Eadem dicimus et si iusta causa dotalia instrumenta impediat. Pone enim patrem naturalem diaconum vel presbyterum factum esse ut ducere non possit uxorem. quod si pater non potuit in antefactis casibus imperatori supplicare: liceat in testamento suo legitimos successores sibi scribere filios naturales. attamen illi post mortem parentis supplicent imperatori et testamentum patris ostendant et principe annuente in tantum capiant paternam haereditatem (col. XL) in quantum scripti sunt. aliter enim legitimo nomine non fruantur. Haec autem omnia quae modo dicta sunt tunc habeant locum cum nulla alia legitima proles vel antea vel poena (item Hu.) patris supersit. legitimis enim filiis natis non aliter naturales legitimi fiant nisi dotalia instrumenta pater cum matre eorum conscripserit.

Titulus XVII.

Qui non sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere possunt.

Nemo [1]) dignitate decoratus senatoria sine dotalibus instrumentis et antenuptiarum (item Hu.) donationem nuptias contrahat. alioquin filii qui ex tali copulatione nati fuerint non erunt legitimi, sed magis naturales. alii autem qui militiis honestioribus decorantur vel negotiationibus vel quibusdam artibus laudabilibus praediti sunt, et sine dotalibus instrumentis et ante nuptias donatione copulentur, sed non citra scripturae cautelam. debent enim hoc ipsum defensori ecclesiae vel oratorii dicere ut et ille adhibeat tres vel quatuor clericos ad testimonium et conscribatur charta qua declaretur dies quo imperatore vel consule vel mense convenerint ille et illa, in illo loco oratorii quo copulati sunt, et subscribant defensores ecclesiae. et si quidem velit chartulam accipere vel ambo vel unus ex his praestetur eis. quod si noluerint: deponatur in sancto oratorio, ut postea si opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum, ut etiam proles ex hac copulatione procreata legitimo nomine perfruatur. Si autem vilissimi homines matrimonium contrahere velint, liceat eis sine scriptura hoc facere. Idem dicimus et de rusticis hominibus et de militibus qui in armis occupati sunt.

Titulus XVIII.

Quomodo filii naturales non possunt fieri legitimi.

Filios [2]) naturales antea quidem licebat patribus sibi per adoptionem legitimos facere: sed divi Iustini constitutio hoc prohibuit quod noster imperator in suo statu manere iubet. ¶ Si [3]) quis divinis tractus evangeliis iuraverit mulieri legitimam se uxorem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit: sit illi legitima uxor, quamvis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit. et si liberos non habuerit mortuo marito, quartam partem substantiae eius accipiat, secundum constitutionem nostri imperatoris. et si eam de domo eiecerit quamvis sine repudio hoc fecerit. Quod si liberos procreaverint: legitimi esse videantur. et si aliis nuptiis contractis legitimos filios pater habuerit: omnes simul legitimum nomen habebunt.

1) Iul. cap. 243. 2) Iul. cap. 242. 3) Iul. cap. 244.

Titulus XIX.

Qui sunt legitimi filii vel naturales vel uterini.

Ergo [4]) si quidem ex huius matrimoniis filii nascantur legitimi erunt. Sin autem aliter aliquis filios habuerit: naturales erunt: et tam ex testamento quam ab intestato patri naturali succedunt secundum observationem constitutionum principis nostri, scilicet si non ex damnata copulatione nati sunt. tales liberi neque legitimi neque naturales appellantur: nec omnino parenti succedunt.

Titulus XX.

Si praeses provinciae supplices provinciales contempserit.

Si [5]) quis propter civilem vel criminalem causam praesidem provinciae adierit, et ille contempserit actorem vel alio modo causam cognoscere secun- (col. XLI) dum leges contempserit: liceat actori supplicare civitatis episcopo et hoc ipsum in querimoniam deducere ut ipse religiosus antistes vel ipse ad praesidem veniat vel suos homines mittat per quos compellere praesidem sine dilatione et iniuria litem dirimere possit. Quod si tanta imprudentia rector provinciae teneatur ut nec episcopo nec clericis imminentibus iustitiam sequatur: tunc liceat episcopo si voluerit actorem nostram pietatem venire et preces fundere, dare ei literas per quas nobis declaretur superbia atque iniuria praesidis. Nos enim et actori medebimur et praesidi competentem vindictam imponemus.

Titulus XXI.

Si praeses provinciae iniuriam fecerit.

Si [6]) quis a praeside provinciae iniuriam passus fuerit: adeat civitatis episcopum ut si arbitrio eius praeses condemnatus sit, satisfaciat homini iniuriam passo. sin autem hoc facere noluerit, et veniat ad nostras piissimas aures, si quidem iustam sententiam religiosi episcopi civitatis comprehendamus ultimis suppliciis praesidem affici iubemus. Sin autem innocentem eum inveniamus: necesse est ut nullum responsum calumniosus actor accipiat.

Titulus XXII.

Si cui praeses provinciae subscriptus fuerit.

Si [7]) cui praeses provinciae suspectus esse videatur et litigare apud eum solum noluerit: liceat ei episcopum invocare, ut cum eo considente litem audiat et vel amicabili compositione litigatores transigere faciant, vel monere para-

4) Iul. cap. 245. 5) Iul. cap. 247. 6) Iul. cap. 250. 7) Iul. cap. 248.

semios eos audiant, id est naturaliter: ita tamen ut sententiam legibus consentaneam imponant.

Titulus XXIII.

De officio defensorum et episcopi audientia.

In [1]) civitatibus in quibus praesides praesto non sunt adeant litigatores defensores civitatis, et illi audiant causas. Sin autem episcopum iudicare sibi maluerint: hoc quoque fieri iubemus.

Titulus XXIV.

De provincialibus qui temere in Constantinopolitana civitate fuerint.

Si [2]) quis non adito praeside provinciae et sine literis episcopi in hanc venerit civitatem, et de aliqua causa nos molestaverit: sciat se tales poenas subiturum quales passurus erat praeses provinciae si aditus eum contempsisset.

Titulus XXV.

De officio taxeotarum.

Iurent [3]) officiales praesidum ut lites subiectorum dirimant, et non suscipiant sportularum nomine nisi in quantum nostra constitutione iubetur. quod si hi contra hoc fecerint: ultimis suppliciis subiiciantur.

Titulus XXVI.

Si episcopus gratia praesidis supplices contempserit.

Si [4]) episcopus propter gratiam praesidis supplices contempserit: ex sacris regulis poenae subiiciatur.

Titulus XXVII.

De episcopis.

Nemo [5]) nec episcopus nec clericus sine literis patriarchae episcopi ad hanc sanctissimam civitatem veniat.

Titulus XXVIII.

De substantiis monachorum vel asceteriorum.

Scimus [6]) in superioribus constitutionem esse relatam qua cavetur ut quicunque vel quaecunque monasterium intrant manendi causa videantur substantias suas (col. XLII) monasterio consecrasse. nam ante introitum liberam habent facultatem quomodo voluerint bona sua disponere. postquam autem intraverint: non habent licentiam talem, sed haec constitutio quidem quae de hoc iure loquitur suis temporibus valet. Nam si antequam ipsa introducatur factus est aliquis monachus, vel facta mulier monacha, nec ad eum pertinet vel ad eam, habent liberam facultatem qualiter voluerint sua negotia disponere etiam post memoratam constitutionem.

Titulus XXIX.

De his qui per capillum Dei iurant, vel per caput, vel alio modo.

Si [7]) quis per capillos Dei vel per caput iuraverit vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit: officio praefecti urbis ultimo supplicio subiiciatur. Si quis autem sciens talem hominem non manifestaverit: non est dubium quod divina coertione simul coercebitur. ipse quippe praefectus urbis si neglexerit post Dei iudicium etiam nostram indignationem timeat.

Titulus XXX.

De reverentia et obsequio patronis a libertis praestandis, et de ingratis liberis.

Libertus [8]) patrono suo competens obsequium et reverentiam praebeat. quamvis enim libertinum similem ingenuo hac constitutione fecerimus: attamen patronis iura patronatus intacta reservamus in his scilicet casibus in quibus reservari possunt secundum nostrarum legum distinctionem nisi forte renunciaverit patronatus praerogativae manumissor sive per testamentum iure fideicommissi sive eo tempore quo libertatem imponebant. Ingratum autem libertum contra patronum suum existere prohibemus, quod et in pecuniariis donationibus introduximus. et si ille qui liberalitatem accepit ingratus circa donatorem extiterit, infirmatur donatio: quanto magis libertus si circa patronum ingratus extiterit rescindi debet libertas. Causae autem ingratitudinis legibus cognitae sunt, veluti si libertus manus suas contra patronum moverit: vel si contumelias atroces ei fecerit: vel si magnum vel intolerabile damnum ei dederit. Idem est et si ad dedecus pertinentes iniurias effuderit. Si enim horum aliquid patronus vel liberi eius probaverint ad pristinum statum coniunctus libertus revertatur. quod si competentem reverentiam patrono et honorem tribuat lex quoque eius libertatem ingenuitatis nomine decoratam conservabit. hoc autem toties patronus habet, quoties iura sui patronatus non relaxaverit.

Titulus XXXI.

Si libertam suam patronus habere maluerit.

Si [9]) quis libertam suam deducere uxorem voluerit, dotalia instrumenta cum ea componat: et quod habebit eam legitimam uxorem: quamvis ipse summa dignitate praefulgeat: et liberi qui ex tali coniugio procreati sunt, legitimi successores patri suo existant.

---

1) Iul. cap. 253. 2) Iul. cap. 249. 3) Iul. cap. 251. 4) Iul. cap. 252. 5) Iul. cap. 254. 6) Iul. cap. 256.

7) Iul. cap. 257. 8) Iul. cap. 259. 9) Iul. cap. 260.

Titulus XXXII.

Si quis ex ancilla sua liberos habuerit et dotalia instrumenta confecerit.

Si[1]) quis ex ancilla sua liberos habuerit, eamque manumittere voluerit, et dotalibus instrumentis factis legitimam uxorem habere voluerit in ipsa compositione instrumentorum dotalium: liberi eius manumitti videantur tacito iure. Si enim miles legatum relinquendo servo suo videtur tacite libertatem ei donasse: quanto magis hoc obtinere debet in filiis ubi pater matrem eorum et manumisit et legitimam uxorem dotalium instrumentorum compositione habuit?

(col. XLIII) Titulus XXXIII.

Si quis in ius vocare monachum vel sanctimonialem conetur.

Si[2]) quis cum monachis vel sanctimonialibus habeat litigium, non audeat monachum vel sanctimonialem in asceterio constitutum vel monasterio ad civilem iudicem accusare vel trahere, sed magis adeat civitatis episcopum. ille enim aestimabit utrum repraesentari principalis persona debeat, an per oeconomum vel per apocrisiarium defendi cum omni scilicet honestate, ita ut episcopus legibus et canonibus consentaneam sententiam proferat.

Titulus XXXIV.

Quomodo ius potestatis dissolvitur.

Non[3]) solum patriciatus dignitas nexibus paternis filiumfamilias liberat, sed etiam caeterae dignitates quae a curiali conditione liberare hominem solent: veluti si consul designatus fuerit: vel si ex consule codicillos accipiat: vel si praefectoriis magistratibus in ipso actu fungatur. pone enim praefectum urbis vel praefectum praetorio factum fuisse vel magistrum militum et sequatur eos peculium quod filiusfamilias constitutum habebat.

Titulus XXXV.

De legitimis personis.

Qui[4]) ex dignitate patris sit legitima iura intacta habet in familia sua. Ideoque liberi eius quos habuit dum filiusfamilias erat, post mortem patris eius in ipsius transeunt potestatem.

Titulus XXXVI.

Ut episcopatus honor ius potestatis dissolvat.

Si[5]) filiusfamilias episcopus fuerit factus: ex ipsa consecratione paterfamilias erit. Haec autem constitutio etiam in illis locum habet qui eo tempore quo prolata est in dignitatibus antefatis positi fuerint.

1) Iul. cap. 261. 2) Iul. cap. 264. 3) Iul. cap. 280. 4) Iul. cap. 281. 5) Iul. cap. 282.

Titulus XXXVII.

Qualiter sedere debent iudices.

Sedere[6]) autem volumus iudices in basilica a mane usque ad vesperam secundum solitum morem et lites dirimere non solum futuras, sed etiam eas quae apud idiotas inchoatae sunt.

¶ Si[7]) quis magistratus constitutus iudicem dare maluerit: non habeat licentiam ad alium causas delegare nisi apud eloquentissimos et gloriosissimos viros, et ad suos consiliarios tantum qui consiliarii sui causas examinent ipse sententiam dicat.

Titulus XXXVIII.

De provocationibus.

Si[8]) provocatio porrecta fuerit iudici, si quidem in eadem causa quam nos delegavimus appellatio exerceatur aut in commune procerum, aut secundum morem apud alios ex quantitate scilicet litis habita differentia. Sin autem magistratus ei causam delegaverit: appellatio apud eum exercebitur.

Titulus XXXIX.

De iurisdictione iudicum.

Iudices[9]) usque ad trecentos solidos monetae quidem parasemos, id est naturales lites audiant sed tamen sententiam in scriptis dicant et provocationes condemnato non denegent nisi forte ter appellare aliquis maluerit vel contumaciter in absentia fuerit. nam et tertia provocatio illicita est et contumaces condemnati appellare non possint.

(col. XLIV) Titulus XL.

De sportulis.

Unusquisque[10]) iudex ab utraque parte binos solidos in litis contestatione accipiat, et binos in termino litis: nisi forte litigium mortuum intra trecentos solidos fuerit. Si enim intra trecentos solidos fuerit: nihil accipiat. habeant autem singuli iudices ex his octo quos constituimus binas libras auri de publico a mensa praefecti praetorio accipiant. omnibus autem personis privilegia in sumptibus litium praestita maneant inconcussa.

Titulus XLI.

De diffinitivis sententiis.

In[11]) diffinitiva sententia iudex debet diffinire quid fieri oportet de impensis quas altera pars ab adversario passa est. et si quidem iureiurando quantitatem sumptuum iudex aestimaverit: faciat taxationem et secundum quod his qui

6) Iul. cap. 285. 7) Iul. cap. 284. 8) Iul. cap. 286. 9) Iul. cap. 287. 10) Iul. cap. 291. 11) Iul. cap. 292.

iuraverit non ultra taxationem condemnet. Si autem propter veritatem litis in nullo sumptu condemnare alteri alterum voluerit et hoc in arbitrio eius ponatur.

Titulus XLII.

De legibus iudicialibus.

Omnia [1]) quae de provocationibus vel recusationibus et ut viginti dierum post admonitionem reus inducias habeat: et si quid aliud iudiciale constituimus, in sua firmitate permaneat.

Titulus XLIII.

Ne arbitri per compromissum non per sacramentum assumantur.

Nemo [2]) cum iureiurando iudicem cum adversario suo accipiat. talia enim arbitria nullius momenti sunt. Sin autem cum compromisso poenali aliquis iudicem elegerit: res cauta erit. duorum enim alterum necesse est fieri vel sententiam iudicis impleri, vel si is qui condemnatus est recusaverit poenam compromissi praestare. magistratus autem reipublicae si interpellati fuerint, curent ut poena compromissarii exacta ab eo qui obtemperare arbitrio noluerit, adversario eius restituatur. In summa autem dicimus posthac licitum non esse ut cum sacramento litigatorum arbiter eligatur et si quidem sponte sua contra ius sententiam dixerit: ipse Deo rationem daturus est. Sin autem per imprudentiam aliquid non iuste iudicaverit: hoc partibus nocere prohibemus. omnia autem caetera iura quae de compromissariis introducta sunt vel de aliis arbitris non cum sacramento receptis a veteribus legibus vel a nobis introducta sunt in sua firmitate non novata permaneant.

Titulus XLIV.

De provocationibus et retractationibus.

Omnes [3]) autem iudices provocationes sibi porrectas suscipiant. et nulli alii sit permissum nisi forte praefectus praetorio sit. nam in hac sede ius retractionis in integrum custodiri praecipimus.

Titulus XLV.

De diversis rescriptis et de provocationibus.

Omnes [4]) autem lites secundum leges et constitutiones dirimentur: quamvis iussio nostra vel pragmatica sanctio contrarium statuerit et provocationes sibi porrectas admittant, in his scilicet casibus in quibus procurare licitum est.

Titulus XLVI.

De relationibus.

Si [5]) quid dubium iudicibus videatur: hoc ad nostram maiestatem referant et competens responsum mereantur.

1) Iul. cap. 293. 2) Iul cap. 294. 3) Iul. cap. 295. 4) Iul. cap. 296. 5) Iul. cap. 297.

Titulus XLVII.

Si quis clericum in ius vocare maluerit tam in (col. XLV) *pecuniaria quam in criminali causa.*

Si [6]) quis cum clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria: adeat prius episcopum cuius iudicio clericus suppositus est. ille enim sine damno et dilatione competentem finem liti impositurus est. Si autem noluerit episcopus litem dirimere: tunc ad civiles iudices disceptatio causae perveniat. ubi autem episcopus litem dirimere vult sive (Hu. *sine*) scriptura omnia procedant et diffinitiva sententia, sive scriptis ab eo producatur: nisi forte partes voluerint ut in scriptis ea proferatur. Quod si de criminali causa litigium emerserit: tunc competentes iudices in hac civitate vel in provinciis interpellati consentaneum legibus terminum causis imponant: ita tamen ut disceptatio litis duorum mensium spatium non excedat a litis contestatione numerando. Non aliter autem puniatur clericus nisi obnoxius repertus sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo vel clericatus honore. Sin autem crimen ecclesiasticum est: tunc secundum canones ab episcopo suo sola causae examinatio et poena procedat nullam communionem aliis iudicibus in his causis habentibus.

Titulus XLVIII.

Si per maritum steterit quominus dos ei promissa praestetur.

Si [7]) mulier dotem pro se promiserit, vel alius pro ea sive profectitiam sive adventitiam: postea autem vel ipsa mulier vel promissor dotis paratus sit: id quod promisit dare et hoc ipsum testatione complectatur vel obtulerit res vel deposuerit: si mobiles sint vel in iudicio ex una parte iudicem adeat et missis ab eo hominibus maritus distulerit dotem accipere, posteaque solutum matrimonium fuerit: sic intelligatur maritus quasi dotem accepisset. adeoque si quid de antenuptiali donatione accipere mulierem oporteat: hoc omnino accipiat, quamvis nullam dotem dederit: quia per maritum stetit quo minus eam susciperet.

Titulus XLIX.

De immodicis et inofficiosis donationibus.

Si [8]) pater filios habuerit duos vel plures, et uni ex his donare suas res voluerit: non liceat ei ultra bessem substantiae suae donare, vel ultra dimidiam secundum numerum liberorum ut et caeteri liberi modis omnibus legitimam portionem, id est falcidiam accipiant quam haberent si tertiam partem vel dimidiam acciperent eo tempore antequam donatio facta sit, scilicet nisi ingrati fuerint. Nam si probatae sunt ingratitudinis causae legibus pristinis subiiciantur.

6) Iul. cap. 298. 7) Iul. cap. 333. 8) Iul. cap. 334.

Titulus L.

Si mater filiorum suorum tutelam suscipere maluerit.

Si [1]) mater marito suo defuncto filiorum suorum tutelam gubernare maluerit: renunciet secundis nuptiis in iudicio sine iureiurando. res autem suas impuberibus filiis suis obliget atque ita tutela ei committatur sive creditrix sit filiis suis, sive debitrix. Idem et in filiabus dicimus. haec autem observare procuret tam praefectus urbis, quam praetor: et in provinciis praesides: et diligenter inventaria conscribantur. scriba praesente et aliis publicis personis secundum consuetudinem: et satisdationes idoneae exigantur ut res salva pupillis fiat.

Titulus LI.

De in ius vocando.

Non [2]) aliter reus actori respondeat libellum accusationis mittenti, nisi prius ille caverit reo atque litis executori quod intra duos menses contestationem (col. XLVI) litis apud iudicem facturus sit. alioquin damnum in duplum se reo restituturum. cautio autem triginta solidorum quantitatem non excedat. Si [3]) quis ab aliquo fuerit accusatus, et voluerit ipsum actorem suum accusare: apud eundem iudicem hoc faciat. nam apud alium iudicem trahere eum non potest. quod si iudex ei displiceat: licebit ei recusare eum ante litis contestationem in viginti dierum relaxamento. post litis enim contestationem recusare eum iudicem non potest nec actorem in aliud iudicium trahere.

Titulus LII.

De exaequatione dotis et propter nuptias donatione.

Donationes [4]) quae propter nuptias fuerint pares, volumus esse quantitati dotis mulieris. Item pacta et stipulationes in dote et propter nuptias donatione omni modo paria componatur. hoc autem capitulum in futuro quoque tempore teneatur.

Titulus LIII.

Quando licet mulieri dotem suam augere.

Si [5]) mulier dotem suam augere voluerit non aliter hoc facere possit nisi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus sit. Quod si creditores maritus habeat: augere mulier dotem suam debet in rebus immobilibus. Quod si res mobiles dederit: sciat se privilegium dotis in rebus mariti sui non habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore qno dotem suam mulier augebat: habeat privilegium quod dotibus in hypotecaria actione praestitum est.

Titulus LIV.

De privilegio dotis.

Saepissime [6]) relatum est eum qui pecunias praestat ad comparandam rem vel renovandam vel faciendam validiora iura hypothecis habere in ipsa re quam priores creditores: sed haec in dotibus non observantur. nam dotem praecipimus ei quoque praeferri qui postea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam vel renovandam vel etiam faciendam.

Titulus LV.

Ut eadem quantitas dotis in secundis nuptiis a patre servetur.

Si [7]) quis pro filia sua dotem dederit, verbi gratia, triginta librarum auri: postea genero defuncto et dote ad eum reversa velit filiam alii copulare: prohibeatur minorem quantitatem dotis nomine pro ea praestare quamvis et in priore matrimonio lucrata est filia ab ante nuptiali donatione quindecim libras auri: nisi forte pater probaverit fortuito quodam casu substantiam suam diminutam fuisse.

Titulus LVI.

De collatione dotis.

Quaedam [8]) mulier defuncto patre suo exigebatur ut dotem suam conferret si vellet haereditatem paternam suscipere. dicebat autem inopem esse maritum suum et nihil ab eo exigi posse. contradicebatur ei quod oportet inopiam mariti ad damnum suum respicere. quaesitum est quid iuris sit. Et dicimus si quidem mulier sui iuris erat, culpam eius esse: quia poterat eo tempore quo videbat maritum suum pauperiorem statim adversari et constante matrimonio dotis actionem movere, et res dotales consequi. nam et propter nuptias donationis res etiam constante matrimonio vendicare potest si viderit maritum ad paupertatem inclinantem, scilicet si non minor erat mulier materfa- (col. XLVII) milias viginti quinque annis. Sin autem filiafamilias fuerit: debet patri suo dicere ut cum eo agat: et si quidem egit: salva res est. Sin autem pater agere supersederit inopia mariti ipsi et cohaeredibus eius imponatur, et habeant omnes communiter actiones contra maritum: et quod poterit consequi, in commune deducatur. Haec autem toties vera sunt, quoties dotis quantitas ampla non sit. Si enim ampla fuerit: etiam cessante patre liceat filiaefamilias constante matrimonio contra maritum dotis actionem movere. et si non moverit ad ipsam ,futuri temporis periculum spectet. Ea autem obtinere volumus in omnibus personis in quibus collatio dotis exigitur sive filiabus sive neptibus et deinceps personis volentibus haereditatem amplecti tam patris sui, quam matris avi vel aviae, et superiorum personarum.

Titulus LVII.

Ut proprietas dotis vel antenuptialis donationis filiis communibus conservetur mortua alterutra persona.

Si [9]) maritus mortua uxore, vel uxor marito defuncto dotem vel antenuptias donationem lucratus lucratave fuerit

1) Iul. cap. 336. 2) Iul. cap. 338. 3) Iul. cap. 339. 4) Iul. cap. 340. 5) Iul. cap. 341. 6) Iul. cap. 342.

7) Iul. cap. 344. 8) Iul. cap. 345. 9) Iul. cap. 346.

modis omnibus proprietatem liberis suis ex eodem matrimonio conservent, usumfructum autem nuptialium lucrorum habeant: ipse vel ipsas (Hu. *ipsa*) sive ad secundas migraverit nuptias sive non. Idque obtineat in omnibus matrimoniis quae posthac fuerint dissoluta quocunque modo, vel si antea quidem soluta sunt sed adhuc in suspenso causa est alterutra persona vivente. Si enim ambae mortuae sunt, haeredibus eorum haec constitutio non prosit, sed veteribus legibus subiiciantur. cum autem dominium rerum liberorum esse coeperit sive migraverit ad secundas nuptias, sive non: ea iura locum habere certum est quae de his rebus posita sunt quarum proprietatem liberi lucrati sunt parentibus suis secundas contrahentibus nuptias. Si [1]) repudio misso matrimonium solutum sit culpa uxoris vel mariti, vel ille dotem vel illa propter nuptias donationem lucratus lucratave fuerit: liberis quidem statim competat proprietas uxori vel marito rerum ususfructus. Ea autem persona quae usumfructum habet, liberos alat. Sed si bona gratia matrimonium solvatur, et quasi transactionis nomine alterutra persona aliquid acceperit: nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant, parentes autem usumfructum.

Titulus LVIII.

De duobus reis promittendi.

Si [2]) qui rei promittendi fuerint, et alter pro altero fideiubeat invicem: si quidem additum non fuerit ut unusquisque ex his in solidum teneatur: tunc pro portione sua sit obligatus. sin autem additum sit, ut unusquisque in solidum teneatur: si quidem omnes vel quidam ex his solvendo sint et praesentes fuerint: in ipsos actio competat. Onus autem inopiae promissoris vel absentiae praesentes et locupletes promissores sustineant. Iubemus autem eos qui praesto sunt competente iudice compelli communiter agenti stipulatori respondere: ut ibi cognoscatur si locupletes sint, an non: ut communiter condemnetur, et qui solvendo sunt, onera inopiae aliorum sustineant. quod si iudex aditus magistratus non est per competentem magistratum hoc impetret. hoc autem in futuris casibus obtineat.

Titulus LIX.

De dote cauta vel adscripta et non numerata.

Similiter [3]) (Hu. *Si mulier*) pro se dotale instrumentum conscripserit, vel pater vel qui vasallus pro ea posteaque repudio vel morte solutum fuerit: matrimonium si quidem antequam biennii tempus impleatur: liceat marito vel haeredibus eius non numeratae pecuniae dotis intra annum ex tempore soluti matrimonii numerandum querimoniis uti. quod si supra duos an- (col. XLVIII) nos (intra decennium tamen) matrimonium solutum fuit: intra tres menses maritus vel haeredes eius eadem querimonia utantur. decennio autem completo, modis omnibus si nulla usus est querimonia, videatur dotem accepisse. et si quidem minor viginti quinque annis maritus sit: non plus quam duodecim annos in restitutione habeat. Sin autem intra hoc tempus decesserint: haeredes ipsius unum annum habeant si legitimae aetatis sint. Sin autem minores fuerint: quinquennium habent nulla discretione interposita utrum is qui decessit minor fuerit an maior viginti quinque annis. ille autem debet non numeratae dotis querimoniis uti qui scriptus est dotem suscepisse, sive legitimam habeat aetatem, sive minor sit, secundum sua tempora negotium dirimatur. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denunciatione, sed in scriptis quos iudicio instruatur. Oportet enim mulierem certiorare: alioquin si eam non certioraverit vel parentem suum: nihil videbitur maritus egisse.

Titulus LX.

De voluntate parentum in distributione patrimonii facienda.

Si [4]) quis inter liberos suos ultimam voluntatem componere maluerit in primis tempus conscribat: postea autem nomina liberorum suorum sua manu et unciarum quantitatem ex quibus haeredes eos instituit non per numerorum notas, sed ita per literas legitimus numerus exprimatur. Sed si res aliquas liberis suis relinquere voluerit, aut ex rebus certis quosdam de liberis suis haeredes instituere malit: dicat rerum demonstratione, et manu propria significet ut nulla postea dubitatio inter liberos fiat. Sin autem extraneis personis vel uxoris suae legata vel fideicommissa relinquere velit: et hoc manu propria scribat, et ante testes nuncupet: et valeat quod ita factum est quamvis caeteras testamentorum observationes non habeat. et si quidem in ea perseveraverit voluntate: nihil amplius quaeratur. Sin autem dixerit aliquid testatorem poenituisse: non aliter audiatur nisi probaverit prius defunctum, postea septem testibus praesentibus dixerit se priorem voluntatem suam velle irritam esse et forte eam rupisse. Posterius autem testamentum vel in scriptis vel sine scriptis validum est compositum.

Idem.

Quia [5]) autem scimus quosdam rerum suarum inter liberos proprios distributionem facere, et sub eodem liberos quoque eorum subscribere: hoc quoque validum sit secundum nostrae constitutionis observationem quam de his distributionibus promulgavimus. sed et sine subscriptione liberorum ipse parens subscribat: et omnia per subscriptionem suam manifesta faciat. id quoque ratum habebitur quod iam manifesta constitutione continetur. haec autem lex in his casibus locum habebit quos postea moveri contigerit.

Titulus LXI.

De fideicommissariis haereditatibus.

Si [6]) quis haeredem scripserit et rogaverit eum id quod ex haereditate supererit tempore mortis suae aliis restituere

1) Iul. cap. 347. 2) Iul. cap. 348. 3) Iul. cap. 349.

4) Iul. cap. 361. 5) Iul. cap. 362. 6) Iul cap. 363.

novem quidem uncias ex haereditate scriptus haeres habebit, ita ut quoquo modo voluerit eis utetur. Tres autem uncias generali fideicommissario restituere cogatur, et nullo modo eas diminuat: nisi vel dotis nomine si aliam substantiam non habeat, vel redemptionis captivorum gratia, vel si egentia laborans ex his tribus unciis vivere speraverit. quod si aliam substantiam habeat: tres istas uncias diminuat: repleatur id quod minus diminutum est ex ipsius proprio patrimonio. Sin autem substantia quidem eius nulla appareat: tres autem uncias consumpserit habens aliquid unde viveret, liceat fideicommissario in rem agere et hypothecaria actione ut res pro rata trium unciarum evincatur. Ideoque conveniens (col. XLIX) est ut scriptus haeres generali fideicommissario cautionem praestet de tribus unciis restituendis: nisi forte testator huiusmodi cautionem vel satisdationem specialiter non concesserit. Nulla autem discretio personarum sit: nam et in liberis et cognatis haec constitutio locum habebit. Haec autem constitutio locum habet non solum in futuro tempore, sed etiam in omnibus causis quae adhuc pendent. pendere autem adhuc causa videretur si nondum scriptus haeres decesserit.

Titulus LX. (Hu. *LXII.*)

De praescriptione centum an. sublata quae sanctis ecclesiis locisve aliis venerabilibus competebat.

Iubemus [1]) ut in negociis qui ante hanc legem. XXX. annorum removebat exceptio nunc venerabilibus ecclesiis vel monasteriis et xenodochiis nec non orphanotrophiis ac brephotrophiis et ptocotrophiis. XL. ann. protelatio conferatur, salva scilicet inter alias personas et causas virtute quam super tricennalis sibi praescriptio vendicabat: quoniam hac decem annorum aductionem religïosis locis praestamus ut principale et hypothecariae actiones in tanto tempore propagentur: annali autem exceptioni, vel triennii, vel aliis huiusmodi exceptionibus non derogetur. Haec autem constitutio et in praeteritis temporibus locum habet: nisi quaedam causae amicabili transactione vel iudiciali sententia sopitae sint.

Titulus LXI. (Hu. *LXIII.*)

De litigiosis.

Res [2]) mobiles vel se moventes vel immobiles litigiosas volumus appellari, quarum de dominio inter actorem et possessorem apud iudicem quaestio orta est. aut iudiciali admonitione, aut per preces principis porrectas, et apud iudicem intimatas, ac per ipsum iudice adversario litigatori manifestatas. Nam secundum talem distinctionem et constitutionem nostram intelligi volumus in qua cautum est de sciente vel ignorante emptore. Si quis autem pluribus haeredibus derelictis decesserit, et illi cum aliis haereditariis rebus rem litigiosam dimiserint id quod factum est lege non reprobatur. Non enim recte alienatio videtur esse inter cohaeredes divisio facta. Non enim alienat qui dividit. Si quis autem litigiosam rem litigaverit: eventum litis videatur legasse, ut si quidem haeres vicerit, legatum accipiat legatarius. si autem victus fuerit: nihil accipiat. Ideoque libera licentia de legatario detur adesse iudicio ut nulla negligentia vel collusio ab haerede committatur. ¶ De hypothecis autem quaestio rem litigiosam non facit. nam et si specialiter hypothecae nomine res obligata est: tamen vendere eam debitor non prohibetur: ita tamen ut ex quantitate precii creditori debitum persolvatur. aut si hoc factum non fuerit, licebit creditori hypothecariam movere actionem, et rem sibi suppositam vendicare donec satisfiat, scilicet ut creditoribus anteriora iura habentibus secundum priores leges tempore prorogative reservetur. Ex his apparet multo minus litigiosam rem vocari quae generaliter hypothecarum titulo obligata est.

Titulus LXII. (Hu. *LXIV.*)

De interlocutionibus iudicum per quas accusati rei conveniri iubentur, et de satisdationibus eorum.

Si [3]) iudex aliquem teneri voluerit talem conditionem in sua interlocutione debet inserere ut non aliter nullus accusativus libellus reo detur vel sportulae ab eo exigantur: nisi prius actor in libello subscripserit, vel sua manu, vel per tabularium et monumentis intervenientibus fideiussorem praestet idoneum periculo officii promittentem quod actor et observet in iudicio, et exercebit suas actiones. et si postea ostendatur litem iniuste movisse: sumptuum nomine dabit decimam partem quantitatis quae in libello comprehensa est, ut eam is qui accusatus fuerit accipiat. Sin autem dicat (col. L) se non habere fideiussorem sanctis evangeliis propositis iuret quod non potest dare fideiussorem ac si postea iuratoriae cautioni committatur in qua promittere debet ea quae suprascripta sunt implere. Quod si alio modo factum fuerit: nullum responsum dare litis executori reum concedimus. et si adversus ea factum fuerit: iudex quidem cum officio suo denarum librarum auri poena multetur. Executor autem litis publicationem substantiae suae patietur, et in exilium per quinquennium mittatur. poenae autem ex hac lege irrogatae, periculo Comitis rerum privatarum fisco nostro inferantur. Quicquid autem ex hac illicita conventione detrimenti reus passus est, resarciatur ei ex substantia actoris periculo iudicis a quo executor missus est. excipimus autem ab his poenis illa litigia quae ex consensu litigatorum in iudiciis ventilantur.

Titulus LXIII. (Hu. *LXV.*)

Si admonito reo iudicium deseruerit.

Si [4]) quis per iudicialem admonitionem vel preces imperatori porrectas et apud iudicem intimatas ac per eum adversario manifestatas et sub legitima disceptatione iudicis factas reum illigaverit: non liceat ei recedere a iudicio et

1) Iul. cap. 366. 2) Iul. cap. 367.

3) Iul. cap. 368. 4) Iul. cap. 369.

negotium susceptum deserere. Quod si haec fecerit actor: liceat reo repetere iudicem apud quem lis contestata est, ut admoveatur actor, ut vel veniat in iudicium vel procuratorem legitimum mittat, quod si nec ipse venerit, nec procuratorem miserit: vocetur per tria edicta per intervalla singulis non minus triginta dierum. Nam ordinarios iudices non solum per precones, sed etiam propositionibus edictorum absentes partes vocari iubemus. praeponendi autem edicta illis iudicibus damus qui ex principali iussione facti sunt iudices: haec si litis contestatio facta est. Sin autem admonitio et sola precum intimatio atque manifestatio facta est tantum deinde actor deseruerit negocium: liceat reo similiter iudicem adire et petere ab eo ut tria dicta proponantur. et si propositis eis actor neque venerit neque procuratorem legitimum miserit: habeat inducias unius anni. et si non venerit licentiam iudici damus et ab una parte reo solo praesente litem audire et legibus consentaneum calculum proferre. Quod si intra praedictum annum pervenerit et suas actiones exercere maluerit: non antea eum suscipiat iudex quam impensas reo praestet: ita tamen ut a iudicio iterum non recedat. alioquin si hoc fecerit et annus transactus sit, careat actionibus suis. illam autem regulam qua cautum est neminem invitum agere compelli: tunc locum habere volumus cum res integra est et actor adversarium suum teneri non fecit. hanc autem constitutionem in his casibus volumus observari qui nec iudiciali sententia, nec amicabili compositione vel alia legitima decisione sopiti sunt.

Titulus LXIV. (Hu. *LXVI.*)

De pragmaticis sanctionibus et illicitis iussionibus iudicum officio iudicis.

Nemo [1]) iudicum nostrorum sive in pecuniaria sive in criminali causa pragmaticam nostram timeat sanctionem vel aliud cuiusvis generis rescriptum sive divinas iussiones sive referendariorum depositiones aut illustrium magistratuum praecepta. nam secundum generales leges singulas causas finiri iubemus, et praedictas ambitiones nullum sibi locum in iudiciis vendicare. nam si velit preces aliquam causam dirimere: ipse sententiam dicat, non iudicibus imperet quomodo debent in singulis causis emergentibus iudicare nisi forte de iure fuerit, dubitatum: tunc enim licebit iudici ad imperatorem referre ut sibi iuris obscuritas illuminetur. Et haec omnia volumus observari non tantum apud magistratum, sed etiam apud iudices quoscunque sive divina iussione deputatos, sive ab aliis magistratibus datos: imo etiam apud compromissarios arbitros sive cum scriptis, sive sine scriptis, sive apud eum causarum processerit disceptatio. Hanc autem constit. locum habere volumus non solum in iudiciis postea (col. LI) movendis, sed etiam in iis quae adhuc pendent ut unusquisque hac generali lege fiduciam habeat, non ambitiosis rescriptionibus. Finita autem iam negotia refricari nullo volumus modo. Finitum autem negotium videtur id de quo definitiva sententia prolata est, quamvis appellatio vel retractatio contra eam speretur. Excipimus autem illa rescripta quae iudices iubent sine tarditate et mora causas dirimere vel legibus calculum consentaneum proferre vel acta litigatori edere, vel si iusserit eum cum alio iudicare. tales enim iussiones sive sine scriptis sive in scriptis fieri non prohibemus. Iudex autem qui generalem legem contempserit et illicitam rescriptionem admiserit: decem librarum auri poena et illa gravissima nostra indignatione plectetur. sed ut nemo haec saluberrima nostra statuta ignoret: iubemus in primo litis exordio ante ipsam partium confirmationem praesentem legem inseri, ut nemo possit contra generales leges aliquid sibi praecipuum sperare.

Titulus LXV. (Hu. *LXVII.*)

De his qui post renunciationem adversariorum habere se dicunt allegationes.

Sunt [2]) quidam malitiosi litigatores qui post renunciationem adversae partis et tempora probationum statuta: tamen dicunt ipsi aliquas habere se allegationes ut nullus scilicet litis terminus imponatur. ideoque iubemus unum mensem ei ad inducias dari et iubeatur a iudice ut quod vult dicat, et si dicat iterum dilationis opus habere, praestetur ei mensis secundus. quo completo si iterum dilationem petat ad vincendam malitiam eius tertius mensis praestetur. quo completo, si nihil dixerit omnibus modis iudex legitimam sententiam dicat.

Titulus LXVI. (Hu. *LXVIII.*)

Quae sunt iustae causae exhaeredationis liberorum.

Neque [3]) pater aut mater, nec avus aut avia, neque proavus aut proavia liberos suos praeteritos vel exhaeredatos faciant in suo testamento: quamvis per donationem vel per fideicommissum vel alio modo legitimam portionem eis reliquerint: nisi forte ingrati probentur, et ipsas ingratitudinis causas parentes proprio scripserint testamento. ¶ Causae autem ingratitudinis istae sunt haec: Si quis parentibus suis audaces manus imponat. Si gravem aut inhonestam contumeliam eis faciat. Si in criminalibus causis accusator contra parentes suos extiterit, exceptis insidiis adversus principem vel rempublicam. Si cum maleficis quasi maleficii (Hu. *maleficus*) conversetur. Si vitae parentum suorum per venenum vel alio modo insidiare tentaverit. Si novercae suae vel concubinae patris sese turpiter miscuerit. Si calumniator contra parentes filius fiat et per delationem suam gravissimum damnum intulerit. Si inclusus in carcere parens liberos suos vel unum ex his qui ad successionem eius ab intestato vocantur rogavit ut in fidem suam eum recipiant, et ille vel ille noluerint fideiubere sive pro persona sive pro debito in quantum idoneus est is, qui rogatus est, probetur. Hoc autem quod de fideiussione diximus ad

1) Iul. cap. 370.

2) Iul. cap. 372.

3) Iul. cap. 373

masculos tantum liberos pertinere volumus. Item si convictus fuerit filius prohibuisse parentes suos testamentum facere: si quidem illae possint postea testamentum ordinare: liceat eis propter hanc causam exhaeredare eum. Sin autem in ipsa prohibitione decesserint omnes haeredes futuri vel legatarii vel alii qualemcunque laesionem passi secundum priora iura suas adversus eum exerceant actiones. Item si contra voluntatem parentum filius cum arenariis aut mimis conversetur, et in hac professione permanserit: nisi forte parentes ipsius arenarii vel mimi fuerint. Item si pater quidem vel avus filiam suam vel neptem marito voluerit copulare, et illa non consenserit sed turpiter vivere malit. Sin autem filia. XXV. annorum aetatis facta a parentibus suis marito non sit copulata, et ex hoc contigerit eam in corpore suo peccasse vel sine consensu parentum marito libero tamen se coniunxisse: hoc nolumus ad ingratitudinem filiae reputari. Item si furioso parenti liberi curam non adhibeant, sed alii cognati qui ab intestato vocantur: si quidem resipuerit, liceat ei si velit inofficiosos (col. LII) liberos ingratos in suo scribere testamento. Sin autem in ipso furore decesserit, et liberis nullam curam adhibentibus unus ab extraneis vel ii qui ab intestato vocantur misericordia ductus curare eum voluerit: testatione in scriptis utatur ad eos qui ex testamento vocantur ante furorem forte composito vel ad eos qui ab intestato existunt ut curam adhibeant furioso. Sin autem et posthoc testationem in eadem negligentia perseveraverint, et extraneus in sua domo furiosum receperit, et impensis suis usque ad mortem eius curam fecisse probatus fuerit: ipsum quamvis extraneus sit ad successionem furiosi sancimus pervenire refutata institutione testamenti eius et haeredibus scriptis utpote indignis repellendis caeteris videlicet capitulis testamenti in sua firmitate duraturis. Item si unus ex parentibus in captivitate sit et liberi eius vel unus ex his non curaverit eum redimere: si quidem redierit ille ab hostibus, liceat ei inofficiosos liberos et ingratos in suo scribere testamento. Sin autem apud hostes decesserit et omnes liberi eius redemptionem facere contempserint: omnes res ipsius ecclesiae civitatis addicantur de qua oriundus est in inventario scilicet cum publica testatione facienda ut nihil ex substantia eius depereat: sic tamen ut omne quod ex hac causa ad ecclesiam pervenerit: in redemptionem captivorum expendatur. Et generaliter dicimus quoties aliquis ex his qui ab intestato vocantur ad successionem eius qui in captivitate est non curaverint eum redimere: nullatenus ei haeres existat. et si testamento haeres scriptus est, ante captivitatem forte composito: similiter ab haereditate repellatur caeteris testamenti capitulis valituris substantia scilicet similiter (ut supra diximus) ecclesiae adiicienda civitatis unde captivus oriundus est: et ad nihil aliud procedenda nisi ad captivorum redemptionem. et si extraneus haeres ante captivitatem scriptus est: et ille sciens se haeredem scriptum non curaverit eum redimere: simili poena afficiatur quam in illis personis volumus obtinere, quae octavum decimum annum suae aetatis impleverint. Ubi autem pro redemptione captivorum necessarium sit pecuniam dari facultatem habeat si praedictae aetatis sit mutuam pecuniam sumere et res mobiles vel immobiles obligare hypothecae titulo sive res proprias habeat, sive illius qui in captivitate tenetur. talis enim contractus qui in redemptionem captivorum in praedictis casibus fuerit valere volumus quas sui iuris et legitimae aetatis fuisset is qui contraxit. redemptio autem a captivitate necessitas imponitur ratum contractum habere et id quod dedit creditor ei persolvere et quasi suo creditori respondere et obligari. Item si parens liberos suos vel unum ex his haereticum habeat: ipse vero ortodoxus constitutus liceat ei eos vel eum in testamento suo exhaeredare: quoniam non minima haec causa ingratitudinis est. Ortodoxos autem dicimus eos: qui communicant in sacrosancta ecclesia catholica in qua omnes patriarchae una conspiratione et concordia colliguntur et quatuor sancta concilia praedicantur Nicen. et Constantinopolitanum, Ephesinum primum, et calcedonense. haereticos autem dicimus eos qui catholicis non communicant quibus coniurare necesse est. Nestorianos atque Acephalos. Sed ut plenius de ipsis loquamur: sciendum est non posse haereticos parentes si ortodoxos liberos habeant alios quam ipsos haeredes instituere vel liberis non extantibus cognatos suos catholicos, scilicet haeredes instituant. quod si ex liberis superstitibus alii quidem ortodoxi, alii autem haeretici appareant: omnem substantiam parentibus ortodoxis pervenire volumus ut fratres eorum haeretici si in eodem errore perseveraverint usque ad mortem nihil omnino accipiant: sed mortuis eis sine poenitentia liceat ortodoxis partes eorum alienare. Sin autem poenitentiam egerint: portionem suam capiant sive (Hu. *sine*) frugibus tamen medii temporis et sine ulla administratione rerum molestia. Quod si omnes liberi haeretici fuerint, alii autem cognati defuncti ortodoxi existant: ipsi liberis anteponantur in successione. quod si et ipsi haeretici fuerint: si quidem his (item Hu.) qui defunctus est habitum clerici habeat: ecclesiae civitatis in qua domicilium habuit substantia eius deferatur: sic tamen ut si intra annum non vendicaverint ecclesiastici huiusmodi personarum (col. LIII) patrimonia ad fiscum nostrum devolvantur. Sin autem laici fuerint: sine ulla discretione res eorum fisci iuribus vendicentur: quod non solum si in testamento scripto haereticus decesserit locum habere sancimus, sed etiam si intestatus defunctus sit omnibus scilicet legibus valituris quae contra haereticos et Nestorianos atque Acephalos et omnes qui non communicant catholicae ecclesiae positae sunt. ¶ Sive [1]) igitur omnes praedictas causas sive unam ex his parentibus in suo scripserit testamento, et filios suos exhaeredaverit: si quidem scripti haeredes probaverint causas: ingratitudinis veras esse, valeat testamentum. Sin autem probare non potuerint: institutiones eorum infirmentur, et parentum haereditatem filii ab intestato venientes ex aequis portionibus capiant. legata autem vel fideicommissa vel libertates vel tutorum dationes vel alia legibus cognita capitula in testamento conscripta valeant, ut sola institutio haeredum tollatur. Haec de testamentis parentum constituimus: modo videamus de testamentis liberorum.

1) Iul. cap. 374.

Titulus LXVII. (Hu. *LXIX.*)

Quae sint iustae causae parentum in exhaeredationi.

Sancimus [1]) itaque non licere liberis parentes suos praeterire vel alienos a substantia sua quocunque modo facere, nisi specialiter causas testamentis suis inscripserint quas expósituri sumus, id est: Si vitae liberorum parentes insidientur, excepto crimine maiestatis. Si venenis aut susurris magicis vitae eorum insidiantur: et hoc ipsum probatum postea fuerit. Si pater nurui suae vel concubinae filii sui commistus fuerit. Si parentes liberos suos testamentum facere prohibuerit in his rebus in quibus testari possunt. Quae autem diximus de parentibus in hoc casu similiter teneant. Si maritus uxori suae venenum dederit sive ut occidatur sive non ut mentem eius cognoscat: vel e contrario si uxor marito dederit hoc venenum et moveatur quidem inter eos crimen publicum et competenti vindicta: tale facinus remedium capiat: liberis autem liceat ei qui tale aliquid perpetraverit nihilominus relinquere. Item si furiosus filius vel quaecunque persona liberorum sit in furore, eadem teneant quae supra de furiosis parentibus diximus. Item si unus ex liberis in captivitate sit, eumque parens non redemerit: eadem teneant quae de parentibus captivis supra constituimus. Item si filius ortodoxus fuerit et parentem suum senserit haereticum esse: eadem iura teneant quae supra de parentibus diximus. Si igitur liberi omnes istas causas vel unam ex his contra suos parentes scripserint, et haeredes eorum omnes, aut certe unam ex his probaverint: testamentum in suo robore permanere praecipimus. Cum vero si haec non fuerint observata, testamentum quidem refutetur: iura autem ab intestato successionis locum habeant legatis scilicet et fideicommissis et libertatibus et tutorum dationibus et aliis capitulis in testamento conscriptis in sua firmitate durantibus. Quicquid autem huic constitutioni in aliis legibus contrarium invenitur: hoc irritum atque inutile sit. et hae quidem exhaeredationis et praeteritionis poenae quantum pertinet ad ingratitudinis causas adversus praedictas personas dispositae sunt. Si quae autem ex his ad crimina referuntur: non prohibemus caeteris poenis subiici eos quasi obnoxii fuerint reperti. Si qui autem ex certis rebus haeredes scripti iussi fuerint ut nihil amplius quaererent: in hoc casu hoc tantum iubemus fieri ut si quid eis desit ad legitimam portionem: hoc quidem repleatur, testamentum autem non rescindatur.

Titulus LXVIII. (Hu. *LXX.*)

Non liceat creditori ante luctuosos novem dies debitore suo mortuo aliquem molestare propter hoc quo defunctus debebat.

Si [2]) quis in quacunque causa obnoxium aliquem habuerit et ille decesserit: non liceat ei neque parentes defuncti neque liberos neque uxorem neque agnatos neque cognatos neque haeredes neque fideiussores convenire vel molestare, vel in iudicium vocare antequam novem dies luctuosi transeant. (col. LIV) Sin autem intra praedictos dies contra aliquid fecerit, et vel cautionem vel fideiussionem vel promissionem ab eis receperit: omnia irrita sint. post novem vero dies, si quas sibi competere putaverint actiones: eas exerceant, nulla temporali praescriptione vel alia allegatione legitima ex hac dierum transactione creditori generanda.

Titulus LXIX. (Hu. *LXXI.*)

De constituta pecunia.

Si [3]) quis alicui constituerit dicens, satisfacio in quantitatem quam duxerit modis omnibus obligetur nisi debitum solvat. Si quis autem constituerit dicens, tibi satis erit: non tenebitur: quia impersonaliter locutus est. Quod si quis dixerit, erit tibi satis a me et ab illo et illo: eis quidem quos nominavit non consentientibus non praeiudicat, sed neque pro ipsis obligatur: sed pro rata parte debiti teneatur. Sin autem ita dixerit erit satis tibi a me vel ab illo vel illo: illud quidem non praeiudicet: ipse autem in toto debito teneatur. Si quas autem adversus eos sibi competere putaverit actiones: eos moveat, et auxilio iuris perfruatur. Haec autem omnia in his causis sancimus obtinere quae nondum iudiciali calculo vel amicabili compositione finitae sunt. Data procon. Beli.

Titulus LXX. (Hu. *LXXII.*)

Si quis filiusfamilias haeredem instituerit ut pater ipsius haereditatis usumfructum non habeat et de donationibus et aliis liberalitatibus in filiumfamilias eodem modo factis, et curatoribus.

Si [4]) mater vel avia vel quicunque parens filium suum haeredem scripserit ex parte legitima ei liceat neptibus vel nepotibus ab eo procreatis et omnibus deinceps personis aliam substantiam suam totam vel partem eis donare vel relinquere liberis hoc modo et conditione ut pater eorum in his rebus neque usumfructum, neque omnino ullam habeat communionem: quod similiter obtinere iubemus et si extraneus filiofamilias extraneo reliquerit aut donaverit sub eodem modo et conditione, et si quidem ipsi qui alieni iuris sunt. XXV. annum egressi fuerint: licentiam habeant quo voluerint modo res sibi donatas administrare. si autem adhuc minoris sint, per quam velit testator vel donator administratores debent. licentiam autem habeat testator vel donator matri vel aviae filiae administrationem concedere quamvis maritos habuerit: si tamen et ipsae administrationem receperint. quod si testator vel donator vel omnino dederint vel dederit quidem, illi autem noluerint vel non potuerint vel antea mortui fuerint: tunc competens iudex curatorem eis dare cum idoneo fideiussore debet ut curator res eorum administret et conservet eas donec legitimae aetatis

1) Iul. cap. 375. 2) Iul. cap. 376.

3) Iul. cap. 377. 4) Iul. cap. 378.

fiant. nam in his casibus volumus usumfructum patrem habere in quibus nulla talis conditio apposita est.

Titulus LXXI. (Hu. *LXXIII.*)

De eo qui filius ab aliquo in instrumento nominatus est.

Si[1]) quis in aliquo instrumento quod idoneos tres habeat testes vel in testamento vel in monumentis publicis filium suum nominaverit, neque addiderit utrum naturalem an legitimum dixisse videatur eum legitimum, et nulla ab eo alia probatio exigatur, sed rebus paternis vel alterius potiatur et proficiat matri suae ut etiam illa videatur patri eius legitima uxor fuisse. et si fratres habeat ex eadem matre progenitos ipsis quoque eiusdem testimonii defensio prosit.

Titulus LXXII. (Hu. *LXXIV.*)

De muliere quae sine dotalibus instrumentis maritata est: et de filiis ex tali matrimonio natis.

Si[2]) quis sine dotalibus instrumentis maritali affectione uxorem duxerit: et ex ea liberos habuerit, ac postea secundas contraxerit nuptias, et ex eo quoque matrimonio filios procreaverit: utraque progenies similiter ad (col. LV) patris haereditatem vocetur. Et ex diverso si quis cum dotalibus instrumentis nuptias celebraverit, et liberos habuerit, postque sine scriptis affectione sola matrimonium contraxerit et ex eo habuerit liberos: similes omnes ad paternam successionem vocabuntur.

Titulus LXXIII. (Hu. *LXXV.*)

De nuptiis.

Illustres[3]) homines et qui super eos sunt sive dotalibus instrumentis matrimonia non contrahant. Quod si ante dignitatem sine scriptis uxorem duxerint: maneat post dignitatem legitima copulatio et liberi procreati legitimi sint, exceptis tantummodo barbaris dignitate decoratis. his enim sub nostra ditione constitutis propter simplicitatem eorum damus licentiam ut nuda affectione nuptias facere possint: et ex hoc matrimonio nati liberi legitimi erunt. ¶ Legibus nostri principis cautum est ut si quis sine scriptis uxorem duxerit, eamque sine causa repudiaverit: ut quartam partem suae propriae substantiae ei daret, et quarta pars centum librarum auri quantitatem non excedat. Eademque statuta sunt et si usque ad mortem mariti in eodem habitu matrimonii perseveraverit: utroque autem causa (Hu. *casu*) liberi procreati ad legitimam patris haereditatem vocentur. mulier autem in utroque casu si quidem usque ad tres liberos maritus ei reliquerit sive ab ea sive ab alia uxore natos: ipsam quartam portionem accipiat. Sin autem ultra tres habuerit: tantum ipsa habeat: quantum ex liberis defuncti unus accepturus est: ita tamen ut usumfructum eius portionis ipsa habeat: proprietatem autem liberis lex conservat qui ex ipso matrimonio nati sunt. quod si liberos non habeat, iure quoque communi portionem eandem mulier capiat. ea autem quae sine causa repudiata est in ipso tempore repudii, praedictam capiat, portionem. sed in talibus causis volumus maritum quartam partem ex bonis uxoris suae sibi vendicare.

Titulus LXXIV. (*LXXVI.*)

De liberis ex eo matrimonio natis quod repudio solutum est, quemadmodum alantur.

Si[4]) quando matrimonium solutum fuerit dissidium huius liberis ex eo procreatis non noceat, sed habeant integra iura haereditatis parentum capiendae, et sine ulla dubitatione alantur ex paterna substantia. et si quidem pater causam divortii dedit, et mater ad secundas nuptias non migraverit: apud matrem alantur sumptibus patris. Sin autem pater inopia laboraverit: mater autem locuples est: apud matrem alantur ipsa sumptus liberis suis administret, quemadmodum liberi locupletes matrem suam egentem alere coguntur. Quod et in omnibus parentibus et liberis invicem obtinere iubemus.

Titulus LXXV. (Hu. *LXXVII.*)

De repudiis ab uxore mittendis.

Causas[5]) propter quas iuste potest uxor marito repudium mittere, et dotem suam capere, et ante nuptias donationem similiter exigere dominio rerum scilicet liberis conservando, vel eis non existentibus etiam dominio apud mulierem residente, eas solas esse constituimus. Si contra imperium semper aliquid molitus sit vel aliis hoc molientibus, conscius non manifestaverit hoc imperatori aut per se aut per aliam qualemcunque personam. Si vir vitae mulieris quocunque modo insidiatus fuerit, vel aliis eam in adulterium procedere conatus est. Item si maritus de adulterio inscriptionem posuerit et adulterium probare non potuerit: liceat mulieri volenti vel propter hanc causam repudium mittere marito et suam recipere dotem et donationem propter nuptias et propter hanc calumniam si liberos non habeat ex eodem matrimonio tantum capiat iure dominii ab alia mariti substantia quantum tertia pars ante nuptias donationem faciat. Si enim liberos habeat, iubemus omnem mariti probatam substantiam liberis conservari, scilicet his firmiter permansuris quae de donatione propter nuptias aliis legibus continentur. ¶ Sic tamen ut illis poenis maritus (col. LVI) subiiciatur: Si in adulterii accusationem non probaverit quos mulier passura esset, si convicta fuisset. Si in eadem domo in qua mulier cum ipso habitat contemnens eam cum alia muliere inveniatur in domo manens, vel in eadem civitate degens in alia domo, vel cum alia muliere frequenter manens convincantur, et semel et bis criminatus vel per parentes suos, vel parentes mulieris, vel per alias idoneas personas huiusmodi turpitudine non abstinuerit: liceat mulieri

1) Iul. cap. 379. 2) Iul. cap. 380. 3) Iul. cap. 381.

4) Iul. cap. 383. 5) Iul. cap. 385.

et per hanc causam dissolvere nuptias, et recipere dotem quam dedit, et ante nuptias donationem. et pro hac iniuria tertiam partem aestimationis quam propter nuptias donatio facit ex alia mariti substantia capere: sic tamen, ut si liberos habeat usumfructum tantum mulier habeat ante nuptias donationis et pene tertiae portionis dominio scilicet communibus liberis conservando. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio: dominium rerum ei concedimus.

Titulus LXXVII. (Hu. *LXXVIII.*)

Ut non liceat consensu matrimonium solvere.

Nulli[1]) liceat ex consensu mulieris matrimonium solvere: nisi forte castitatis amore hoc fecerit. sed si hae personae liberos habeant: tam dotem quam donationem propter nuptias liberis custodiri praecipimus. Si autem post solutum matrimonium per consensum castitatis velamine facto inventi fuerint, vel nuptias contrahentes vel alias turpiter viventes, vel unus ex his hoc faciens repertus fuerit: si quidem liberi extant: ipsi capiant dotem, et ante nuptias donationem et dominium substantiae illius personae quae haec perpetrasse convicta coniuncti fuerit. Sin autem liberi imperfectae aetatis fuerint alere eos vel res eorum administrari ab ea vel ab eo parente iubemus qui quaeve huic legi nihil contrarium fecit. Sin autem ambo parentes tali delicto tenentur: utrorumque parentum substantia liberis addicatur administrationem eis in imperfecta aetate constitutis a competenti iudice deputari disponimus. liberis autem nullis extantibus substantiam delinquentis personae publicis rationibus vendicare sancimus, et legitimis poenis subiici. aliter enim disiunctionem nuptiarum fieri ex consensu nulla ratione concedimus.

Titulus LXXVIII. (Hu. *LXXIX.*)

Si mulier sine marito suo repudium miserit (i. m. *Si mulier sine iusta causa marito etc.*).

Si[2]) mulier marito suo sine causa iusta repudium miserit et in hac impia voluntate perseveraverit: dotem quidem ipse maritus habeat proprietatem rerum dotalium communibus liberis reservaturus. Sin autem liberos non habeat: ipse eam lucretur: muliere autem periculo iudicis huic causae praesidentis religiosissimo antistiti tradatur eius civitatis in qua communiter domicilium habebat. Antistes enim curabit in monasterium eam mittere et ibi degere usque ad diem mortis suae. et si quidem liberos habeat bessem quidem substantiae eius ipsi capiant. tertia autem portione monasterium potiatur iure dominii. Si autem nullos liberos habeat, sed parentes: ipsi quidem tertiam partem accipiant: monasterium autem bessem: nisi forte mulier in potestate parentis constituta consensu eius repudium sine causa miserit: tunc enim nihil ex filiae matrimonio parentes sperare oportet, sed omnia monasterium capiat. Quod similiter procedere debet et si nullos neque liberos neque parentes habuerit. Sin autem iudex apud quem convicta est mulier sine causa repudium misisse, non tradiderit eam civitatis episcopo ut mittatur in monasterium: si quidem in hac florentissima civitate magistratus sit: ipse quidem. XX. libras auri poenae nomine dabit: officialis autem eius alias. X. Quod si provincialis sit magistratus, et praecepta nostra neglexerit: ipse quidem. X. libras auri poenae nomine praestabit. officium autem eius. V. Si autem iudex sit non magistratus: ipse quidem. X. libras auri praestabit, ministri autem eius. V. istae autem poenae per comitem rerum privatarum et scholam palatinorum fiscalibus rationibus inferantur. Sed si maritus sine causa repudium miserit uxori suae, reddat ei dotem et propter nuptias donationem, et extrinsecus ex substantia sua tantum ei praestet, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit. Et si quidem habeat liberos ex eodem (col. LVII) matrimonio natos: ipsa quidem usumfructum habeat: liberis autem proprietatem custodiat tam donationis quam poenae. sin autem nullos liberos habeat: tunc proprietatem omnium rerum praedictarum lucrabitur.

Titulus LXXVIII. (Hu. *LXXX.*)

De haereditatibus quae ab intestato deferuntur.

De[3]) haereditatibus quae ab intestato nobis deferuntur, multae leges a veteribus conscriptae sunt, quas ab hoc tempore placet cessare, et praesentem legem in huiusmodi successionibus valere. Nam et simpliciter et sine ulla obscuritate divisionem huius causae per hanc constitutionem exponimus. Constat enim apud omnes cognationes tres ordines habere: quorum alius est ascendentium personarum, alius descendentium, alius ex latere venientium, quorum álii agnati sunt, alii cognati. Sed descendentium quidem ordinem aliis omnibus anteponimus, ut in successione ab intestato capienda potiora iura habeant aliis omnibus ascendentibus et ex latere venientibus personis cuiuscunque fuerint. sexus qui ad successionem vocantur, cuiuscunque fuerint gradus nulla discretione habita utrum ex masculina progenie, an ex foeminina editi sunt: et utrum filiifamilias sint, an patres familias. Licet enim filiusfamilias est is qui mortuus fuerit: attamen liberos eius omnibus aliis anteponimus in his scilicet rebus quae acquisitionem effugiunt. ut in proprietate capienda defuncto succedant, usufructu scilicet ad patrem pervenientem: sic tamen ut contigerit unum ex descentibus personis decedere, liberi ab eo relicti locum ipsius teneant: et tantum capiant, quantum pater ipsorum si unius esset accepturus fuisset. quam successionem veteres leges in stirpes vocant: unde si aliquem mori contigerit filio vel filia derelicta ex eo filio vel filia iam defuncto vel defuncta nepotibus vel neptibus relictis nepotes vel neptes una cum filio et filia successionem avi sui capere debent. nam in personis descendentibus gradus differentia nulla est, nec ulla discretio inducitur utrum masculi sint, an foeminae: et utrum ex masculino sexu, an ex foeminino progeniti sunt: et utrum sui iuris, an alicui fuerint. ¶ Haec de personis descendentium.

1) Iul. cap. 386. 2) Iul. cap. 389.

3) Iul. cap. 393.

Titulus LXXIX. (Hu. *LXXXI.*)

De ascendentibus talis observatio teneat.

Ascendentibus [1]) autem personis talis observatio teneat. Si enim decesserit aliquis intestatus nullo liberorum relicto, sed patre vel matre vel aliis ex ordine ascendentium, personis praeferantur omnibus qui ex latere veniunt, excepto fratre et sorore quae ex utroque parente defuncto copulantur, secundum quod inferius declaratur. Sin autem multi ascendentes supersint: eos anteponimus qui proximioris gradus fuerint sive masculi sint, sive foeminae, sive ex masculino sexu, sive ex foeminino cognatione defuncti iungantur. Sin autem parem gradum cognationis obtineant: pariter vocabuntur: ut qui per patrem ascendunt dimidiam portionem haereditatis accipiant quantumcunque inventi fuerint. qui autem per matrem ascendunt: alteram dimidiam accipiant quantumcunque sint: nisi forte fratres defuncti existant ex utroque parente eidem mortuo fratri suo copulati vel sorores eodem iure coniunctae: tunc enim cum proximis parentibus ad haereditatem vocabuntur haereditate scilicet pro virili portione, id est in capita inter omnes dividenda quamvis pater et mater fuerint: ut tamen pater usumfructum patris ad filium vel filiam pervenientis nullum habeat sed pleno iure apud filium vel filiam maneat, nulla observanda differentia inter istas personas utrum masculini sexus an foeminini sint: et utrum per masculinum sexum an foemininum defuncto cognatione iungantur. sed neque defuncto interest cui succedant: utrum sui an alieni iuris decessit.

Titulus LXXX. (Hu. *LXXXII.*)

De venientibus ex latere.

(col. LVIII) Reliquum [2]) est ut dispiciamus de tertio ordine, scilicet ex latere venientium personarum qui in agnatos et cognatos dividitur, hac enim parte disposita plenissima constitutio erit. Si quis igitur decesserit et neque descendentes neque ascendentes reliquerit: primum ad haereditatem vocamus fratres et sorores qui ex eodem patre et ex eadem matre progeniti vel progenitae sunt, ex quibus et mortuus editus est. talibus autem fratribus vel sororibus non superstitibus illos fratres vel sorores vocamus qui ex uno parente defuncto copulantur, id est sive per patrem sive per matrem. Quod si decesserit aliquis fratre vel sorore relicta, et ex alio fratre vel ex alia sorore iam defuncto vel defuncta liberis relictis cum avunculis suis vel patris vel liberi fratris vel sororis venient, et tantam capiant portionem quantam pater eorum vel mater accepisset si vivus vel viva fuisset. unde consequens est ut si ante mortuus frater tam ex patre quam ex matre copulatus fuisset ei qui modo defunctus est, alii autem fratres supersint vel sorores qui ex matre tantum vel ex patre defuncto copulantur: praeferantur eis filius et filia eius qui utroque iure submisti sunt. Et e contrario, si filius vel filia existat fratris vel sororis defuncti vel defunctae tantum uno iure coniuncti, alii autem fratres existant vel sorores utroque iure decorati: praeponantur fratres filiis vel filiabus ante defuncti fratris vel sororis. Nulla enim differentia est utrum de haereditate masculi an foeminae quaeratur: et utrum masculi sunt qui inter se certant, an foeminae. Alia autem persona ex transverso gradu in loco defuncti parentis sui omnino non succedat: nisi fratris filiis: tunc autem cum avunculis suis vel patruis fratris vel sororis filii filiaeve, vocantur, cum nullus ex ascendentibus personis defuncti supersit: tunc enim excludendos esse censemus. Quod si nullus ex ascendentibus sit: tunc fratris vel sororis filii quasi secundum gradum obtinentes sic ad haereditatem defunctae personae vocentur. ideoque modis omnibus avunculis vel patruis defuncti praeponantur: quia in tertium gradum cognationis obtinent. Quod si neque fratres neque sorores neque filios vel filias fratrum vel sororum defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad successionem eius vocabitur secundum sui gradus praerogativam, ut qui proximior est, praeponatur. Quod si plures personae eundem gradum cognationis obtineant, et alii proximiores sint: in capita dividatur inter eos haereditas nulla differentia habenda utrum qui vocantur ad successionem defuncti masculi sive foeminae, et utrum persona defuncta masculini an foeminini sexus fuerit. Nulla autem differentia sit agnationis et cognationis, sed solus gradus sanguinis naturalis expectetur nam cognatus proximior ulteriori agnato praeponitur. Haec de succes.

Titulus LXXXI. (Hu. *LXXXIII.*)

De legitima tutela liberorum matre et avia.

Ex [3]) his autem quae de haereditatibus ab intestato deferendis diximus facile possumus intelligere quod de tutelis iuris sit. Nam quaecunque persona sive agnationis sive cognationis titulis decorata ad haereditatem impuberis, si moriatur, vocabitur necesse est ut etiam tutelae onus suscipiat. nam ibi tutelae gravamen imponendum est ubi haereditas deferri speratur. Nam si multi eundem gradum proximiorem cognationis obtineant: omnes pariter ad tutelam vocantur exceptis foeminis et minoribus. XXV. annis: et his qui propter adversas rationes tutores esse non possunt, veluti milites et hi qui excusatione velati sunt. Mater autem vel avia si velit tutelam filiorum suorum gerere vel nepotum: non prohibetur, si tamen actis intervenientibus aliis nuptiis et velleiano senatusconsulto renunciaverit. haec enim facientes omnibus ex transverso venientibus cognatis sive agnatis praeponuntur in tutela solis cedentes testamentariis tutoribus. Ubi autem multi ex eodem gradu cognationis ad tutelam impuberis vocantur: convenire eos oportet apud competentem iudicem, ut ille unum vel plures ex iis qui ad administrationem pupilli sufficiunt creet, quem ipsi vel (col. LIX) quos utpote idoneos elegerit et nominaverit, ut periculum ad omnes pertineat, et substantiae eorum tacitis hypothecae titulis pupillo obligentur.

1) Iul. cap. 394. 2) Iul. cap. 395

3) Iul. cap. 396.

Titulus LXXXII. (Hu. *LXXXIV.*)

De vi et potestate constitutionis in personis et temporalibus.

Haec[1]) autem quae de successionibus diximus obtinere oportet in his personis quae fidem catholicam sequuntur. Nam leges de haereticis positas nullo modo ex hac lege innovari patimur. Haec autem constitutio teneat in iis casibus qui ab initio Iulii mensis praesentis sextae indictionis contigerunt vel postea contigerint. praecedentes enim causas quae emerserunt usque ad memoratum tempus veteribus legibus relinquimus, ut ex his dirimantur.

Titulus LXXXIII. (Hu. *LXXXV.*)

Qui servos manumittere possunt vel non.

Qui[2]) quartum decimum annum aetatis impleverit, et testamentum facere potest: non impediatur in ultima voluntate servos (quamvis imperfectae aetatis sint) manumittere.

Si[3]) quis in aliquo instrumento alterius instrumenti mentionem fecerit: non aliter hoc factum esse videatur, nisi ipsum probatum fuerit, id est antiquum instrumentum vel alio modo legitimo debita quantitas probata sit. hoc enim et veteribus legibus cognitum est.

Idem.

Sancimus[4]) ut in provocationibus ultimo fatali die vel utraque parte veniente vel eo solo qui appellavit et manifestavit praesentiam illi magistratui qui de appellatione cogniturus est, vel consiliariis eius, vel eius qui lites introducunt; et iudex eum intra statutos dies recipere distulerit nullum praeiudicium, sit partibus vel uni ex his propter huius causam sed provocationes tales legitimo calculo terminentur.

Titulus LXXXIV. (Hu. *LXXXVI.*)

Si minor. XXV. annis restitutionem adversus aditionem haereditatis impetrare voluerit.

Si[5]) minor. XXV. annis temere susceptam a se haereditatem habere noluerit, et in integrum restitutionem imploraverit: si quidem praesto sint omnes creditores haereditatis vocentur iussione iudicis et praesentibus eis restitutio petatur. Quod si vel omnes vel quidem (Hu. *quidam*) ex his absint: vocentur quidem legitimis praeconiis. sin autem intra tres menses non venerint liceat adultis in integrum restitutionem impetrare sine periculo, ut tamen iudex qui praesidet prospiciat ut debent res haereditariae mobiles vel immobiles servari quantitate scilicet earum per publicam discretionem actis intervenientibus manifestanda.

1) Iul. cap. 397. 2) Iul. cap. 399. 3) Iul. cap. 400. 4) Iul. cap. 401. 5) Iul. cap. 403.

Titulus LXXXV. (Hu. *LXXXVII.*)

De malae fidei possessore res alienas vendente.

Si[6]) quis mala fide res alienas possidens vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit: is autem qui se dominum earum putat, sciens hoc testatione non denunciaverit ei qui res receperit intra decennium inter praesentes, vel inter absentes intra vicennium: res firmiter apud emptorem vel qui donationem excepit, vel alio modo alienationis nactus est permaneat. quod si ignorante domino malae fidei possessor alienaverit non aliter hoc praeiudicet domino: nisi. XXX. annorum spatium transactum sit, quamvis is qui emit vel alio modo alienationis nactus est bonae fidei possessor fuerit.

Titulus LXXXVI. (Hu. *LXXXVIII.*)

De praesentis et absentis decennii praescriptio.

Scimus[7]) quod inter praesentes longi temporis praescriptio decennium est: inter absentes autem vicennium. Quid ergo si in quibusdam annis praesto sit aliquis, in quibusdam (col. LX) autem affuerit? Dicimus tantum tempus illud decennio expleto adiiciendum esse quantum in absentia fuerit. Ea autem quae de temporali praescriptione constituimus non in praeteritis causis, sed in futuris casibus obtinere sancimus qui post hanc legem emerserint.

Titulus LXXXVII. (Hu. *LXXXIX.*)

Nemo cogitur in testamento propria manu nomina testium scribere.

Nemo[8]) cogatur in suo testamento propria manu vel testium nomina haeredum scribere, sed valeat testamentum ipsius sive per ipsum testatorem, sive per aliam qualemcunque personam nomen haeredis eius scribatur. si tamen aliam testamentorum observationem habeat.

Titulus LXXXVIII. (Hu. *XC.*)

Si quis familiae suae legaverit vel alii personae et rei legatae alienationem prohibuerit.

Si[9]) quis testamentum fecerit, et rem immobilem familiae suae legaverit, vel aliae personae legati nomine reliquerit: et is specialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari, sed apud haeredes vel successores illius cui res relicta est permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem omnino locum non habere: quia alienationem eius ipse prohibuit qui testatus est. haec autem obtinere iubemus in his casibus quos nec iudicialis calculus nec amicabilis compositio nec alius legitimus modus terminavit.

Titulus LXXXIX. (Hu. *XCI.*)

De monasteriis non alienandis.

Nulli[10]) liceat monasterium alienare ut in profanum statim transeat, sed liceat episcopos huiusmodi facinora emen-

6) Iul. cap. 404. 7) Iul. cap. 405. 8) Iul. cap. 406. 9) Iul. cap. 408. 10) Iul. cap. 411.

dare, et in pristinum statum locum reducere. Si quis autem ex praedictis locis excepta maiori ecclesia imperialis urbis possessionem habeat: tributis plurimis aggravatam ex qua nullus reditus sancto loco paratur facultatem liberam damus administratoribus religiosi loci talem possessionem alienare quocunque modo putaverit commodum religioso loco facere monumentis, scilicet in tali alienatione faciendis apud illos a quibus administratores talium locorum praeponuntur vel creantur et iurantur per divinas scripturas his qui de locis praepositi sunt, et maiore parte eorum qui ibi ministerium faciunt quod nulla perductione, nulla gratia, nulla circumscriptione alienatio fiat. oeconomis autem vel administratoribus vel chartulariis cuiusque religiosi loci et parentibus et liberis eorum et aliis qui vel cognatione vel iure nuptiarum eis copulantur locationes vel emphyteuses vel emptiones vel hypothecas rerum immobilium apud eos religiosos locos pertinentium subire vel per se per vel interpositam personam sub iisdem poenis interdicimus quas supra diximus, Scituris [1]) quod si tale aliquid perpetratum fuerit: et hoc ipsum invalidum erit, et omnem substantiam eorum qui coeperint et oeconomorum et chartulariorum et administratorum quibus secundum praedictum modum copulatur in religiosam domum ex qua rem acceperint et post mortem eorum pervenire iubemus.

Titulus XC. (Hu. *XCII.*)

De conductoribus et emphyteuticariis.

Si [2]) quis autem creditor vel emphyteuticarius rem quae ad locum religiosum pertinet deteriorem eam fecerit vel per biennium emphyteuticum canonem sive mercedem non solverit: liceat religioso loco expellere eum de locatione vel emphyteuseos contractu, et exigere ab eo transacti temporis debitum canonem, et propter emponemata nullam ei competere actionem. Sin autem noluerint administratores religiosi loci eum expellere: id quod debet praestet et teneat rem donec tempus statutum finiatur et canonem secundum quod pactum est, praestet. quod si fugerit: liceat administratoribus religiosi loci indemnitatem servare ex rebus ipsius et propter emponemata nullam timere actionem.

(col. LXI) Titulus XCI. (Hu. *XCIII.*)

Quibus poenis subiiciuntur qui praesentem constitutionem violant.

Si [3]) quis usus nomine rem immobilem ab ecclesia provinciali accipere velit: eodem iure et sub iisdem conditionibus accipiat quas supra diximus in ecclesiis quae in imperiali civitate sunt, vel in territorio eius positae.

Titulus XCII. (Hu. *XCIV.*)

De vi et potestate constitutionis in tempore.

Haec [4]) de rebus immobilibus. nam de sacris vasis cuiuscunque ecclesiae vel oratorii iam legem posuimus, ut non liceat ea distrahere nisi pretium eorum procedat in redemptionem captivorum. aliter enim vendi vel obligari non possunt. Sin autem religiosa domus habeat superflua vasa quae nullum necessarium usum faciant: ipsa autem debitis praegravetur, et non sunt aliae mobiles res ex quibus possint debita solvi: licentiam concedimus actis intervenientibus secundum modum supra praefinitum memorata superflua vasa vel aliis religiosis locis, si hoc eis utile sit vendere vel conflare: et si mulier vendere et eorum pretium debiti nomine dare ut res immobiles non alienentur.

¶ Si [5]) contra ea quae diximus in praesenti lege, contractus fiat in rebus mobilibus et immobilibus ad religiosam pertinentibus domum: iubemus reddi quidem ei religioso loco rem in quo tale aliquid secutum est cum medii temporis fructibus. maneat autem apud religiosum locum et pretium: et si quid remunerationis vel permutationis gratia vel alterius cuiuscunque canone nomine ei praestitum est. Quod si emphyteusis facta sit contra ea quae disposuimus: res quidem religioso loco reddantur: pactionem autem emphyteuticam praestet secundum tenorem instrumentorum quae in hoc contractu composita fuerint. Quo si donata fuerit res ad religiosum locum pertinens reddatur ei cum medii temporis fructibus. et aliud tantumdem quantum eadem res digna est. Sin autem hypotheca contra praedictas distinctiones data fuerit: creditor quidem debitum amittat, et rem religioso loco reddat. Tabelliones autem qui contra praesentem legem instrumenta componere ausi fuerint perpetuo auxilio condemnentur. Quicquid [6]) ante praesentem legem factum est, si quidem secundum leges veteres valeat. Sin autem adversatur eis: radicitus eruatur. De caetero autem veteribus legibus in hac parte evacuatis praesentem legem in nostra republica pollere (item Hu.) iubemus.

Titulus XCIII.

Ut iudices nulla ratione utantur a principe.

Iudex [7]) sententiam diffinitivam et suo arbitrio consentaneam legibus, promat: et non utatur iudicatione ad nostram clementiam: nec referat, sed quod sibi visum fuerit legitimum dicat postquam perfectissime de lite cognoverit: quae similiter obtinere iubemus si unus sive duo sive plures iudices fuerint.

Titulus XCIV.

De successione quae ab intestato defertur fratribus et parentibus et filiis fratrum.

Sancimus [8]) ex hoc tempore si quis intestatus decesserit fratribus relictis ex utroque parente sibi copulatis, et filio ex fratre antea mortuo qui et ipse ex utroque parente ei copulabatur vel aliquo ex personis ascendentibus, simul omnes ad haereditatem vocari, et ascendentes personas non impedire fratris filios ad haereditatem defuncti capiendam.

1) Iul. cap. 409 prope fin 2) Iul. cap 412. 3) Iul. cap. 415. 4) Iul. cap. 416

5) Iul. cap. 417. 6) Iul. cap. 418. 7) Iul. cap. 419. 8) Iul. cap. 423

et ut simpliciter dicamus quem eis dedimus ordinem ascendentibus personis non suppositis eundem eis praestamus, etsi parentes existant eiusdem de cuius haereditate agitur.

Si propter [1]) nuptias donatio quingentorum solidorum quantitatem excedat: intimari eam iubemus monu- (col. LXII) mentis posthac celebrandis in hac quidem regia civitate apud magistrum census. in provinciis autem apud defensores civitatum vel apud quos haec monumenta agi possibile est. sin autem non insinuetur: si quidem ex parte mulieris propter nuptias donatio valeat ex parte autem mariti irrita sit: et ideo matrimonio soluto mulieri quidem ante nuptias donatio sive ex toto sive ex parte, secundum quod casus tulerit: sine ullo obstaculo competat. marito autem dotis retentio sive ex parte sive in totum secundum eventus qualitatem nullo modo concedatur: quia in potestate eius fuerat propter nuptias donationem ultra quingentos solidos constitutam actis insinuare. et ideo periculum non intimare propter nuptias donationis ad ipsum non ad mulierem respiciat.

Titulus XCV.

De iis qui secundas non contraxerint nuptias.

Si [2]) mulier marito suo defraudata ad secundas non pervenerit nuptias: habeat quidem ante nuptias donationis usumfructum secundum quod iam disposuimus. lucretur autem portionem proprietatis tantum quantum numerus liberorum ei concedit, ut ipsa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de matribus diximus: hoc et de patribus intelligendum est, et de aliis personis ascendentibus quae non ad secundas pervenerint nuptias.

Titulus XCVI.

Si vir vel mulier sine causa legitima matrimonium solverit.

In [3]) superioribus posita est constitutio qua cavetur ne uxori maritus vel marito uxor sine causa ei constitutioni cognita matrimonium dissolvere audeat. Quod si hoc ausi fuerint facinus perpetrare: poenis quibusdam eos subiicimus. ipsis autem poenis revelamus maritum graviori animadversione mulieribus imposita. Sed hanc legem merito corrigentes iubemus sub iisdem poenis temerarios maritos subiiciendos esse quae mulieribus nitentibus discedere sine causa legitima minime noscuntur: ut impari delicto par poena utrisque comitetur.

Titulus XCVII.

Si episcopus ante consecrationem vel post venerabili loco res suas obtulerit.

Si [4]) quis post episcopatum vel ante consecrationem voluerit proprias res vel earum partem ecclesiae offerre cuius episcopus erit: hoc laudabile est quia non est emptio sed oblatio. ¶ Pro consuetudine autem illa sola concedimus praestari ab episcopis consecratis qui deinceps praesenti lege continentur. Iubemus igitur beatissimum quidem patriarcham, id est papam Romanum et Constantinopolitanum et Alexandrinum et Theopolitanum, id est Antiochenum et Ierosolimitanum (si quidem consuetudo est episcopis vel clericis in eorum consecratione) non minus quam viginti libras auri praestari, eaque tamen dare quae consuetudo vult. quod si plus sit quam antea dabatur: nihil ad hoc tempus ultra viginti libras auri praestetur. Metropolitanus autem qui a concilio suo vel beatissimis patriarchis creatur, et omnes alios episcopos qui vel a patriarchis vel a metropolitanis consecrantur: si quidem non minus. XXX. libras auri debitas habet ecclesia consecrati dare pro cathedratico solidos centum. notarii autem consecrati et alii qui ministerium ei faciunt ex consuetudine, capiant solidos. CCC. Sin autem ecclesiae redditus minor sit, XXX. libris auri annalibus: non mi- (col. LXIII) nor autem. X. pro cathedradico iure dari solidos centum: aliis autem omnibus qui ex consuetudine capiunt sol. CC. Sin autem reditus minor sit. X. non minus autem. V. lib. auri pro cathedratico quidem. L. sol. dare autem omnibus aliis qui ex consuetudine capiunt sol. LXX. Sin autem minor quidem. V. non minor autem tribus lib. auri habeat ecclesia reditus pro cathedratico quidem. XVIII. sol. omnibus autem qui ex consuetudine capiunt sol. XXIII. Sin autem minor tribus non minor duabus auri lib. sit quantitas ecclesiastici reditus pro cathedratico quidem praestari. XII. pro omni autem alia consuetudine sol. VI. Episcopum enim ecclesiae minorem duabus auri lib. reditum habentis neque pro cathedraticis neque pro alia consuetudine aliquid dare concedimus. ea autem quae praestari disposuimus primus presbyter consecratus episcopus et archidiaconus eius suscipientes ex consuetudine capientibus divident. haec itaque iubemus modis omnibus observari, ne ex talibus occasionibus ecclesiae debitis praegraventur, et sacerdotia venalia fiant. Si quis autem ultra statutam a nobis quantitatem pro cathedratico vel consuetudine quacunque usus fuerit capere: iubemus eius quod plus accepit triplum ex rebus ipsius vendicari ecclesiae eius qui dedit.

Titulus XCVIII.

De servis et ascriptitiis et taxeotis et curialibus ad episcopatum pertinentibus.

Consecratio [5]) episcopi liberum faciat eum tam servili quam adscriptitia conditione: nisi taxeota sit vel curialis qui contra praedictam distinctionem ad episcopatus apicem prosilierit: officio interim et curiae restitui sancimus, ne ex tali conditione sacerdotio iniuria fiat. Illos autem qui ante nostram praesentem legem ex curiali conditione inventi fuerint episcopi creati: tali quidem conditione liberos esse. legitimam autem portionem de rebus suis curiae ex publico praestet: sic tamen ut nullam diminutionem patiantur ecclesiastica iura in rebus quas post episcopatum acquisitas ecclesiae eorum competere disposuimus.

---

1) Iul. cap. 424 2) Iul. cap. 425 3) Iul. cap. 426. 4) Iul. cap. 431.

5) Iul. cap. 432.

Titulus XCIX.

De diaconis, presbyteris, subdiaconis iure cognationis ad tutelam vocatis.

Presbyter [1]), diaconus, subdiaconus iure cognationis ad tutelam vel curationem vocatus munus administrationis in hoc casu tantum suscipere concedatur. si tamen intra quatuor menses ab eo die quo vocatus est numerandos per competentem iudicem in scriptis manifestaverit quod hoc munus sua sponte recepit. Si quis eorum hoc fecerit: nullum ex hoc circa aliam tutelam vel curationem praeiudicium patiatur.

Titulus C.

De clericis ut exceptores vel exactores non fiant.

Clericus [2]) neque executor neque exactor publicorum fiat tributorum, neque conductor vectigalium vel aliarum possessionum, vel curator domus, vel procurator litis, vel fideiussor in talibus causis. sive episcopus sit sive oeconomus vel alius clericus cuiuscunque gradus, vel monachus suo autem nomine vel ecclesiae vel monasterii in causa existat, nec exactio ecclesiae et sanctis locis damnum faciat et divina mysteria impediantur. quod si ecclesiis vel monasteriis post quadam confines inveniantur, et noluerint administratores eorum venerabilium locorum ad conductionem vel emphyteusim eas capere: certe esse omnibus clericis et (col. LXIV) monachis super talibus causis vel instrumento vel publicis monumentis consentientibus et certum facientibus pro utilitate venerabilium locorum hoc fieri tales contractus procedere concedimus, ipsis quoque sanctis aliis sanctis et locis damus facultatem conductiones et emphyteos secum facere. et clericis similiter suarum ecclesiarum post conducere, administrare et sensu tamen episcopi et oeconomi exceptis illis personis qui speciali lege hoc facere prohibentur. Si quis autem contra praedicta aliquid fecerit: si quidem episcopus sit: omnes eius res ex quacunque causa vel persona vel ante episcopatum sive postea ad eum pervenerint ecclesiae eius vindicari sancimus. Sin autem vel oeconomi vel alii clerici sint qui hoc admiserunt poenam eos pecuniariam quam .episcopus eorum aestimaverit exigere ecclesiae vindicandam cum et ii qui locationem vectigalium vel cuiuscunque post vel publicorum tributorum exactionem vel actionem vel curationem domus eius comitentes vel fideiussores et pro memoratis causis capientes nullam contra ecclesiam vel monasterium vel res eius vel administrationis vel adversus illas personas quibus vendiderunt vel contra substantias vel fideiussores eorum habeant actionem. illi autem qui publicorum tributorum vel vectigalium exceptionem vel locationem vel exactionem memoratis personis crediderint vel fideiussores acceperint. quicquid publica damni contigerit, hoc de sua substantia restituere compellantur.

1) Iul. cap. 433. 2) Iul. cap. 434.

Titulus CI.

De episcopis in iudicium testimoniis advocatis (Hu. *avocatis*).

Nullus [3]) episcopus cogatur ad iudicium venire testimonii dicendi causa: sed iudex apud episcopum mittat ministros suos et propositis sanctis evangeliis quod scit episcopus, dicat secundum hoc quod sacerdotibus honestum est.

Titulus CII.

De episcopis in iudicium non vocandis.

Nullus [4]) episcopus neque pro civili neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem producatur vel exhibeatur, nisi imperialis iussio praecesserit. Magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit: amissione cinguli et. XX. librarum auri condemnatione plectetur, ut iste. XX. librae ecclesiae addicentur cuius episcopus produci vel exhiberi iussus est. Litis autem executio post cinguli amissionem tormentis subiiciatur, et in exilium mittatur.

Titulus CIII.

De conciliis episcoporum per singulos annos faciendis.

Unusquisque [5]) episcopus vel patriarcha vel metropolitanus subiectos sibi episcopos semel aut bis per singulos annos apud se convocare debet, et omnes causas subtiliter cognoscere quas episcopi, vel clerici, vel monachi secum habent, easque componere. et si quid circa canones ex quacunque persona admissum est, emendare.

Titulus CIV.

De his qui sine causa excommunicant.

Nemo [6]) episcopus neque presbyter excommunicet aliquem antequam causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus ea excommunicaverit aliquem: ille quidem qui excommunicatus est maioris sacerdotis authoritate ad gratiam sanctae communionis redeat is autem qui non legitime excommunicavit in tantum episcopus abstineat a sacra communione quantum maiori sacerdoti visum fuerit ut quod iniuste fecit, ipse patiatur.

(col. LXV) Titulus CV.

De episcopis sua manu cedentibus.

Nulli [7]) alium clericum concedimus creari nisi eum qui literas scit, et rectam fidem et vitam honestam habeat, neque concubinam vel naturales liberos habeat vel habuerit, sed castitate praeditum, vel uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentem vel si iam habuerit et neque vi-

3) Iul. cap. 435. 4) Iul. cap. 436. 5) Iul. cap. 438. 6) Iul. cap. 441. 7) Iul. cap. 444.

duam neque disiunctam a marito neque aliis legibus vel divinis canonibus reprobatam.

¶ Nullus [1]) neque ex xenodochiis neque pthocotrophiis neque nosocomiis neque aliae religiosae domus administrator vel cuiuscunque curae ecclesiasticae gestor praestet aliquid ei a quo proponitur, vel cuicunque personae pro commissa sibi administratione. qui autem propter hoc quae disposuimus dederit vel acceperit vel mediator factus fuerit, sacerdotio vel clero vel commissa sibi administratione. qui autem propter hoc nudabitur his quae data sunt vendicandis loco religioso est talis persona consecrationem vel curam vel administrationem accepit. Sin autem laicus sit qui accepit vel mediator factus est, duplum ab eo exigatur, et religioso loco in quo talis persona administrationem vel consecrationem vel curam accepit praestetur.

Titulus CVI.

Si servus clericus fiat.

Si [2]) servus sciente et non contradicente domino in clero sortitus sit: ex hoc ipse liber et ingenuus fiat. si enim ignorante domino consecratio facta fuerit: liceat domino intra annum tantum conditionem probare et proprium servum recipere. Sin autem servus sciente vel ignorante domino secundum ea quae diximus ex ipso honore clericatus libertatem meritus postea autem ministerium ecclesiasticum reliquerit et ad laicorum vitam transierit domino suo in servitio tradatur.

Titulus CVII.

Si ascriptitius clericus fiat.

Ascriptitius [3]) in ipsis tantum possessionibus in quibus censitus est clericus fiat quamvis invito domino hoc fuerit factum: sic tamen ut etiam clericus factus impositam sibi culturam impleat.

Titulus CVIII.

De clericis electis ab aedificatoribus venerabilium locorum vel haeredibus eorum.

Si [4]) quis oratorium in domo aedificaverit, et ipse vel haeredes eius clericos in ipsa domo consecrare maluerit: sumptus ministrantibus in eadem domo donent: nec audiantur si indignos notaverit clericos. Sin autem illi tales sint ut divinis canonibus non comprobentur ad episcopum pertinebit alios clericos eligere idoneos.

Titulus CIX.

De clericis ministerium dei non implentibus.

Sancimus [5]) ut reverendissimi clerici suis observant ecclesiis et ibi competens ecclesiasticum impleant ministerium idque inquirere debet civitatis religiosissimus episcopus et in singulis gradibus ecclesiastici privatis, ut qui non custodierint canones, poenis subiiciantur.

Titulus CIX. (Hu. CX.)

De peculio quasi castrensi, et de significatione clericatus.

Episcopi [6]), presbyteri, diacones et subdiacones quos omnes clericos vocamus res quocunque modo in eorum dominio pervenientes habent in propria potestate ad similitudinem castrensis peculii ut liceat eis donare, et secundum leges testari, quamvis in parentum suorum fuerint potestate: sic tamen ut liberi eorum non superstiti- (col. LXVI) bus parentes eorum legitimam portionem capiant.

Titulus CXI.

De testimoniis clericorum.

Presbyteri [7]) et diacones si in causa pecuniaria falsum testimonium dixerint: non tormentis subiiciantur, sed per tres annos separentur a dño ministerio et monasteriis tradantur. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint: clericatus honore nudati legitimis poenis subiiciantur: caeteri autem in alio ordine ecclesiastico reiecti cohertionibus subiiciantur.

Titulus CXII.

De clericis vel monachis diaconis vel asceteriis conveniendis in civili et criminali causa.

Si [8]) quis contra clericos vel monachos vel diaconissan vel monastriam vel ascetriam habeat aliquam actionem: adeat prius religiosissimum episcopum cui eorum unusquisque subiectus est: et ille rem inter ipsos discernat et si quidem utraque pars iudicatis non acquiescat: iubemus per praesidem locorum causam executioni plenissime tradi. Sin autem unus ex litigatoribus intra decem dies contradixerit iudicatis: tunc locorum praeses rem cognoscat: et si invenerit iudicium recte prolatum, et suo calculo hoc confirmet, et executioni iudicata tradat: non liceat ei quibus in tali re victus est, provocare. ¶ Sin autem calculus praesidis contrarius sit episcopali calculo: tunc locum habeat appellatio contra calculum praesidis, et ea secundum legis ordinem referatur et exerceatur. Sin autem ex imperiali vel iudiciali iussione episcopus iudicaverit inter qualescunque personas: provocatio ad imperatorem vel iudicem qui iussit referatur. Si autem crimen sit quod adversus memoratas personas reverendissimas referatur. si quidem apud episcopum aliquis accusetur, et ipse veritatem invenire potuerit: de honore vel gradu eum secundum ecclesiasticos canones reiiciat: et tunc competens iudex comprehendat ipsum, et secundum leges legitime discernat, et finem rei imponat. Sin autem prius ad civilem praesidem adeat accusatur et crimen per legiti-

1) Iul. cap. 452. 2) Iul. cap. 454 3) Iul. cap. 455 4) Iul. cap. 456. 5) Iul. cap. 457.

6) Iul. cap. 458. 7) Iul. cap. 459. 8) Iul. cap. 460.

mam disceptationem potuerit probare: tunc episcopo locorum monumenta intimentur: et si ex ipsis cognitum fuerit proposita crimina eum admisisse: tunc ipse episcopus locorum secundum regulas de honore vel gradu quem sustinet eum separet. Iudex autem ei vindictam inferat legibus competentem. Sin autem putaverit episcopus acta non iuste constitisse liceat ei honoris expoliationem differre gradus: nisi talis persona sub legitima cautela fiat, et ita ad nos causa per episcopum et iudicem referatur, ut eam nos cognoscentes quod nobis iustum visum fuerit, hoc iubeamus. Si quis autem pro pecuniaria causa contra praedictas personas aliquam habuerit actionem, et episcopus distulerit in eos iudicare: licentiam habeat actor civilem praesidem adire: sic tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed tantum permissionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Sin autem in criminali causa accusatio contra memoratas personas deponatur sub legitima cautela accusata persona fiat.

Titulus CXIII.

De eisdem personis pro canonica causa conveniendis.

Si [1]) de negotio ecclesiastico vel canonico causa emerserit: non magistratus sed religiosus episcopus secundum sacros canones componat negotio finem.

Titulus CXIV.

De rebus dubiis in conciliis episcoporum emergentibus.

Si [2]) inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerserit de ecclesiastico iure vel de aliis negotiis primus metropolitanus eorum cum aliis quibusdam concilii sui considerans rem iudicet. et si non acquiescat utraque pars (col. LXVII) indicatis: tunc beatissimus patriarcha illius regionis inter ipsos audiat et quod ecclesiasticis canonibus et legibus nostris consentaneum sit, hoc definiatur: et nulla pars calculo eius valeat contradicere.

Titulus CXV.

Si clericus vel quivis alius contra episcopum adire potestatem maluerit.

Si [3]) clericus vel quivis alius contra episcopum propter qualencunque causam adire maluerit prius metropolitanus eorum secundum sanctas regulas et nostras leges negotium discernat: et si quis iudicatis contradixerit ad patriarchas illius regionis res referatur: et ille secundum canones et leges finem ei praebeat.

Titulus CXVI.

Si quis metropolitanum suum potestatem adire maluerit.

Si [4]) contra metropolitanum adire quispiam velit: regionis illius patriarcha negotium discernat.

1) Iul. cap. 461. 2) Iul. cap. 462. 3) Iul. cap 463. 4) Iul. cap. 464.

Titulus CXVII.

De episcopis apud iudicem vocandis.

Quicunque [5]) episcopus apud quem iudicem accusatus fuerit omnino nullam neque fideiussionem, neque promissionem litigio facere compellatur: sic tamen ut operam daret intentionem et causas actionis dissolvere.

Titulus CXVIII.

De administrationibus venerabilium locorum propter administrationem ad iudicium vocatis.

Oeconomus [6]) et xenodochus et nosocomus et aliorum sanctorum administrationem locorum et omnes clericos iubemus de administrationibus sibi commissis ad proprium episcopum cui subiecti sunt, respondere et rationes suae administrationis reddere, et negotiationem suscipere. et si quid ab his debitum fuerit comprobatum: hoc eidem loco redatur ex cuius administratione debitum apparuerit. Sin autem putaverint se praegravatos post exactiones: metropolitanus rem discernat. Sin autem metropolitanus non sit de civitate qui exigit, et ille qui exactionem passus est putaverit se laesum fuisse administrationis illius laetissimus patriarcha rem discernat. non enim concedimus antefatis primis in praememoratis causis ante disceptationem et exactionem debitos suos episcopos deserere, et in alium pervenire.

Titulus CXIX.

De haereditatibus eorum qui res venerabilium locorum gesserunt.

Si [7]) quis ex his quibus administratio religiosi loci commissa antequam rationes exponat et debitam a se quantitatem exolvat, decesserit: haeredes eius substantiae rationibus et exactionibus subiiciantur.

¶ Si [8]) episcopus vel quivis clericus in civitate Constantinopolitana inveniatur ex quacunque provincia et aliquis voluerit adversus eum actiones movere: si quidem iam de ea re litis contestatio facta est, in provinciali iudicio ibi experiatur, id est in ea provincia in qua contestata est. Sin autem nondum coepta est apud eminentissimos tantum praefectus praetorii peragatur vel apud eos iudices quod nostra iussio deputaverit.

Titulus CXX.

De apochrisariis (Hu. *apocrisariis*).

Nullus [9]) apochrisarius cuiuscunque ecclesiae sive in hac civitate degens sive apud patriarcham vel metropolitanos episcopos missus pro suo episcopo, vel pro negotio ecclesiastico, vel pro debito publico sive privato aliquam exactionem patiatur: nisi forte mandatum est ab episco- (col. LXVIII) pis vel oeconomis quosdam convenire. ipsis enim

5) Iul. cap. 465. 6) Iul. cap. 466. 7) Iul. cap. 467. 8) Iul. cap. 468. 9) Iul. cap. 469.

solis qui conveniuntur facultatem damus, ut si quas actiones habent contra ecclesiam vel episcopum adversus apochrisarios eas movere. Si tamen obligaverint se in eo tempore apochrisarii officium peragent: et pro his causis actionem suscipiant.

Titulus CXXI.

De episcopis et clericis pro civitate vel ecclesia sua consecrationem episcopi pervenientibus et quocunque loco.

Episcopi[1]) vel clerici pro civitate vel ecclesia sua legationem vel consecrationem ab episcopis sive in imperiali civitate, sive in quocunque loco pervenientes nullam molestiam vel repulsam a quacunque persona patiuntur. nam qui obnoxios habere potuerit postquam in provincia revertantur pulsare eos potuerint nullum praeiudicium generando in temporali praescriptione propter tempus quod in tali profectione transactum est.

Titulus CXXII.

De conventione religiosae personae.

Si[2]) quando causa emerserit ut admonitio vel executio adferatur pro pecuniaria causa vel criminali sive publica sive privata clerico vel monacho vel cuicunque ex monasterio et maxime mulieribus sive (Hu. *sine*) iniuria et cum omni honore admonitio vel actio fiat, monachi autem vel assisteria monasterio vel assisterio non detrahatur, sed procuratorem ab his proponi qui negotio respondebit: monachis autem liceat sive per se sive per procuratores suos assisterii causas peragere, scientes eos qui transgressores erunt quod poenam quinque librarum auri praestabunt quam debet exigere ab eo vir magnificus comes privatarum rerum, executionem autem et periculum patiatur, et in exilium mittatur religiosis locorum episcopis prospicientibus ut nihil contrarium fiat: vel si quid peccatum fuerit praedicta cohertio fiat. praeside autem differente vindictam imponere, ad nostram scientiam episcopus referat.

Titulus CXXIII.

De sportulis religiosae personae.

Si[3]) quis sportularum nomine quacunque persona in quocunque loco constituta, tunc diaconissa et monachis et ascetriis et monachae pro quacunque criminali causa vel pecuniaria cuiuscunque sit quantitatis sive clerico sive laico militante admonitionem susceperint sive in imperiali civitate, sive in provinciis quibus degunt non plures quam quatuor siliquas accipiat, sive extra iussionem, sive a praeside, sive a beatissimo patriarcha missus est executor in alias causas admonitionem obtulerit alicui de memoratis personis non ultra solidum accipiat. et si plures pro una eademque causa conventi fuerint: non plus sportularum nomine praestet quam si una persona conventa fuisset.

1) Iul. cap. 470. 2) Iul. cap. 471. 3) Iul. cap. 472.

Titulus CXXIV.

De his qui sportulas exigunt ultra modum statutum.

Si[4]) quis adversus nostra statuta sportulas exigere fuerit ausus: in duplum quod accepit praestet ei a quo exegit, et si quidem militat, amittit cingulum. Sin autem clericus sit, e clero expellatur.

Titulus CXXV.

De clericis qui mulierem in domo sua habent.

Presbyteris[5]) et diaconibus et subdiaconibus et aliis in clero constitutis non habentibus uxores secundum regulas interdicimus habere mulierem in domo sua excepta matre et filia et sorore et aliis personis quae omnem querelam effugiunt. Si quis autem adversus istam observationem mulierem in domo sua habuerit quae (col. LXIX) potest suspicionem inferre turpitudinis, et ille a conclericis suis audierit oportere e sua domo repellere, vel accusatore emergente accusatus fuerit inhoneste versari: tunc episcopus secundum ecclesiasticos canones a clero eum repellat, et curiae civitatis cuius clericus est tradat eum.

Titulus CXXVI.

De episcopis qui cum mulieribus habitant.

Nullus[6]) episcopus cum muliere habitet. Sin autem probatus fuerit hoc non observasse: episcopatus honore reiiciatur: quia ipse se indignum sacerdotio ostendit.

Titulus CXXVII.

De diaconissis qui cum masculis habitant, et de liberis earum.

Caveant[7]) diaconissae cum masculis habitare per quos inhonestae vitae suspicio possit emergere. Sin autem non observaverint hoc: sacerdotis cui subiectae sint admonitione abstineant masculorum conversatione. Sin autem distulerint facere: ecclesiastico ministerio et suis beneficiis et salariis careant, et monasterio tradantur, et omnem vitam suam ibi peragant. res autem earum si quidem liberos habeant inter ipsos et illos secundum numerum personarum dividantur ut competens eidem mulieri portio monasterio addicatur et alescat. Sin autem non habeat liberos: tota ipsius substantia inter monasterium ubi immissa est, et ecclesia ubi prius fuerat, aequa portione dividatur.

Titulus CXXVIII.

Si quis inter celebranda misteria ministris iniuriam fecerit.

Si[8]) quis divinis ministeriis vel aliis sanctis ministeriis celebrandis in sanctam intraverit ecclesiam, et episcopo vel

4) Iul. cap. 474. 5) Iul. cap. 475. 6) Iul. cap. 476. 7) Iul. cap. 477. 8) Iul. cap. 478.

clericis et aliis ministris iniuriam fecerit: iubemus eum tormentis subiectum in exilium mitti. Et si ipsa sancta oratoria vel ministeria conturbaverit, vel celebrare noluerit prohibueritve, capitali supplicio puniatur: hoc eodem observando et in letaniis in quibus episcopi vel clerici inveniuntur. et si quidem contumeliam tantum fecerit: tormentis subiectus exilio tradatur. Sin autem letanias conturbaverit: capitale periculum subsistat eoque defendere volumus non solum civiles sed etiam militares iudices.

Titulus CXXIX.

De letaniis laicorum.

Non [1]) liceat laicis letanias facere sine episcopo et clericis qui sub episcopo sunt. sanctas quoque cruces quas in letanias portant in sanctis locis reponi iubemus et ex his proferri si letaniae tempore vocaverit, eaque observent non solum antistites locorum et clerici, sed etiam magistratus. Si quis autem in praesentis legis vim transgressus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit, praedictas poenas patiatur.

Titulus CXXX.

De monachis et monasteriis.

Restat [2]) ut de monachis dicamus. igitur sancimus ut abbates sive archimandrita singulis monasteriis praeponantur, non secundum gradus monachorum, sed quem cuncti monachi vel melioris opinionis constituti elegerint propositis sanctis evangeliis dicentes quod non propter amicitiam vel gratiam sed scientes eum fidei rectae et vitae castae et administratione dignum, et potentem monachorum disciplina, et omnem monasterii statum utiliter custodire elegerunt. et si electus fuerit modis omnibus confirmetur ab episcopo cui monasterium subiectum est. Quae autem de monasteriis diximus monachorum (col. LXX) eadem teneant et in monasteriis vel asceteriis mulierum.

¶ Si [3]) quis monachus esse velit si quidem notus sit nulla conditione subiectus esse Egumenii monasterii quomodo existimaverit habitum ei praestet. Si autem incognitus sit per tres annos habitum ei non praestet sed experimentum et probationem vitae ipsius accipiat: et si quidem intra triennium venerit aliquis dicens eum servum suum esse ut ascriptitium vel colonum, et ideo ad monasterium venisse ut culturam agrorum fugeret, vel propter furta vel alia delicta in monasterium intrasse, eaque fuerint approbata domino suo reddatur cum ea re quam in monasterium duxisse probatur, ut tamen fidem prius accipiat a domino suo quod nihil patiatur. Sin autem intra triennium nemo ex suprascriptis personis inquietaverit eum, et hic transacto triennio probatum se Egumeno ostenderit: tunc accipiat habitum, et nemo eum postea pro conditione inquietet, sic tamen ut res quas in monasterio duxit domino restituantur. Sin autem monasterium reliquerit et laicus fiat vel in civitatibus magis deambulet: suae conditioni reddatur.

¶ Monachi [4]) in una domo habitent, semoti non dormiant nisi forte quidem ex his propter prolixam in monasterio exercitationem semoti velint vivere vel senectutis vel corporalis imbecilitatis causa in cellulis quibusdam intra monasterium degerint: et hoc tamen non tuta voluntate egumenii fiant ex his omnibus et in monasteriis et in asceteriis mulierum observandis. ¶ In [5]) nullo loco monachos et monachas permittimus unum monasterium habere. sed nec ea quae duplicia vocant. et si quid tale est: religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco statuat manere, monachos autem aliud monasterium aedificare sibi cogat. Sin autem plura sint alia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachae, et in aliis monachi. res autem quas habent communes secundum iura eis competentia distribuantur quem autem monachae presbyterum vel diaconum elegerint ut eum apochrisarium habeant vel sanctam communionem afferat religiosus episcopus cui subiectae sunt deputet: si tamen et fidei rectae et vitae bonae sit si autem his quem elegerunt neque presbyter neque diaconus sit: probatus tamen in castitate et fide consecret eum episcopus in illa consecratione qua dignus sit et fiat apochrisarius et sanctae communionis minister, sic tamen ut nec ipse habeat licentiam, quamvis sit electus, in monasterium mulierum, permanere.

¶ Si [6]) quis sub conditione nuptiarum vel liberorum vel dotis causa vel ante nuptias donationis donaverit vel reliquerit suis liberis, vel alii cuicunque personae haereditatem vel legatum vel ab initio pure reliquerit vel donaverit, substitutiones autem vel restitutiones eis fecerit sub conditione quacunque ex his quae praedictae sunt: iubemus talibus conditionibus subiici sive masculi sint, sive foeminae. si monasterium intraverint: vel clerici vel diaconissae vel ascetriae fuerint: tales conditiones irritas et pro non scriptis esse. hoc autem auxilio clerici vel diaconissae ecclesiarum fugantur si in eadem vita perseveraverint, et ea quae sic eis donata vel relicta fuerint in pias causas consumpserint, vel donaverint, vel reliquerint: non de his quae in monasterium vel asceterium intraverint certa forma constituta est, ut totum patrimonium eorum cum huiusmodi rebus ad monasterium vel asceterium pertineant. Si autem ad redemptionem captivorum vel alimonias substitutio vel restitutio facta est: sub ante factis conditionibus ex nullo modo praedicto reduci eam concedimus. ¶ Si [7]) mulier vel vir ad solitariam vitam transierit, et liberos non habeat: res eius monasterio competant in quo intraverit. Sin autem talis persona liberos habeat: liceat ei substantiam suam liberis suis distribuere, sic tamen ut nulli eorum legiti- (col. LXXI) mam portionem diminuat et sibi remaneat unius filii pars ad monasterium scilicet perventura. Quodsi antequam deliberet inter liberos suos propriam substantiam, in monasterio decesserit: sola legitima portio liberis deferatur. ¶ Si [8]) sponsalia legitime inter sponsum et sponsam contracta fuerint: deinde antequam nuptiae celebrentur sponsus vel sponsa intraverit monasterium: id quod arrarum nomine datum est,

1) Iul. cap. 479. 2) Iul. cap. 480. 3) Iul. cap. 481.

4) Iul. cap. 482. 5) Iul. cap. 483. 6) Iul. cap. 484. 7) Iul. cap. 485. 8) Iul. cap. 486.

in simplum reddatur, et poena utrique parti remittatur. ❡ Si[1]) constante matrimonio solus vir vel sola uxor ad solitariam vitam transierit, et monachicum habitum acceperit: hoc ipsum matrimonium dissolvatur etiam nullo repudio misso. et si quidem solus vir monachus factus est: reddat mulieri dotem: et quicquid ab ea aliunde susceperat, et propter nuptias donationis tantam partem quantam mulier accepisset ex morte mariti secundum dotalium instrumentorum tenorem. Sin autem mulier monacha facta fuerit: maritus quidem retineat nuptialem donationem: mulier autem recipiat dotem suam, excepta illa portione quae apud maritum ex morte mulieris secundum pacta dotalium residere debet. sed et si quid aliud mulier apud maritum habuerit restituatur eidem mulieri. Quod si utraque persona solitariam vitam elegerit: unaquaeque persona res suas accipiat: et nemo nihil lucretur nec detrimentum sentiat, sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem: mulier autem recipiat dotem suam: et quicquid aliud dedisse marito probetur. Haec autem omnia tam de sponso quam de sponsa et viro et uxore statuta sunt: nisi altera pars alteri quidpiam donare vel concedere velit.

❡ Non[2]) liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab haereditate sua repellere monachos factos, quamvis dum laici fuerunt in causam ingratitudinis inciderint. ❡ Non[3]) liceat parentibus suos liberos ad solitariam vitam transeuntes de monasteriis abstrahere. ❡ Si quis monasterium[4]) suum reliquerit, et ad aliud monasterium transierit: res eius in priori monasterio in quod ante introierat, competant. ❡ Agant[5]) solicitudinem episcopi ut neque monachi neque monachae in civitatibus ambulentes (Hu. *ambulent*) sed si quas habent necessarias causas: eas agant per apocrisarios suos vel episcopi, vel ipsae in monasteriis permanentes.

❡ Si[6]) monachus laicus factus fuerit: honore et cingulo spolietur, et res eius in monasterium addicantur. quod ab eo relictum est instante episcopo loci et praeside provinciae ipse quoque in monasterium mittatur. quod si iterum monasticam vitam reliquerit: tunc eum praeses provinciae in qua inventus sit, teneat, et taxeotis suis conveniat.

❡ Si[7]) quis rapuerit, vel solicitaverit, vel corruperit asisteriam vel diaconissam, vel monastriam, vel aliam mulierem religiosam vitam bonam vel habitum habentem: bona ipsius et eorum qui huius sceleris communione contaminati sunt, religioso loco vendicentur in quo talis mulier habitabat, vel per religiosos episcopos vel oeconomos et praesides provinciarum et officiales eorum. ipsi autem capitali supplicio subiiciantur. mulier autem ubique investigetur, et cum suis rebus in monasterio cautioni tradatur. Si autem diaconissa fuerit liberos habens legitimos: pars legitima liberis eius praestetur. Quod si intra annum post cognitum tale scelus huius res a religiosis locis non vendicentur: per comitem rerum privatarum haec nostro fisco addicantur. praeses autem provinciae si vindictam talis criminis imponere supersederit: et cingulo careat et poenam quinque librarum auri dare fisci iuribus compellantur. ❡ Non[8]) liceat laico praesertim scenicis viris et mulieribus prostitutis habitu monachi vel monachae vel ascetriae uti vel quoque modo mutari, nec in qualemcunque ecclesiasticum statum liceat illudere. Si quis ausus fuerit aliquid contra face- (col. LXXII) re: et corporalem poenam sustineat, et exilio tradatur. haec autem pertinent ad curam et solicitudinem episcoporum et clericorum qui eis subiecti sunt, et iudicum tam civilium quam militarium et officiorum qui eis obtemperant et defensorum civitatum.

❡ Poenae[9]) quae praesenti lege continentur si quidem prioribus quoque legibus cognitae sunt exerceantur non solum in futuro sed etiam in praeterito tempore. Si quae autem in hac lege per innovationem impositae sunt: temporibus custodiantur. ❡ Samaritae[10]) liberam inter se licentiam habeant tam donandi quam contrahendi et ab intestato cognatis suis haeredes existant: si quidem ex eodem gradu cognationis alii Samaritae alii Christianae sunt. Ii qui christianitate praefulgent, ipsi tantum in successionem vocentur. Sin autem Samaritae quidem proximiores inveniantur Christiani ultores fuerint Samaritarum, et ditior praeferatur. Sin autem poenitentiam egerint christianitatis ingrati (item Hu.) ministeriis simul esse debent. Ii qui ab initio Christiani fuerint, ut nullam patiantur diminutionem ex eo quod in superiori tempore Samaritanarum errore tenebantur. Sin autem ex ascendentibus personis Samarita testamentum fecerit constitutum: liceat ei si quidem omnes Samaritas habeat, omnes ex aequis scribere portionibus haeredes vel quemadmodum voluerunt facere. sin autem quosdam Samaritas, quosdam christianos ascendentes vel descendentes habeat usque ad duas uncias: liceat eis Samaritas haeredes instituere. reliquae autem unciae ad Christianos veniant, quamvis a testatore Samaritanis adscriptae sunt nisi forte legata ex his Christianis personis relicta fuerint. Si mulier autem in successione quae ex testamento veniebat si maritae poenitentiam egerint: nullam patiantur laesionem. Christiani autem et de inofficioso querelam habeant testamento contra Samaritanorum testamenta usque ad duas uncias. Haec autem constitutio et retrorsum vires suas extendit. idem etiam praeteriti. ❡ Liceat[11]) Areopagitis si habeant principalem debitorem et fideiussorem eius pactum conventum componere ut potestatem habeant prius fideiussorem pulsare quamvis principalis reus locupletissimus fuerit. ❡ Argenti[12]) distractores militia vel liberorum vel cognatorum eius in praesumptione a creditoribus ipsius hypothecae titulo sit obligata e contrario militiae eius qui areopagitae debitorem ante liberorum sive cognatorum ipsius praesumptione argenti distractionis supponatur. ❡ Si[13]) quis argenti distractori crediderit ut res aliquas ex pecunia sibi mutua emeret, et cum ipso pepigerit in scriptis ut res quae fuerit ex eadem pecunia comparata titulo hypothecarum sibi obligata: sit omnibus aliis in eadem re praeferatur.

---

1) Iul. cap. 487. 2) Iul. cap. 488. 3) Iul cap. 489. 4) Iul. cap. 490. 5) Iul cap. 491. 6) Iul. cap. 492. 7) Iul cap. 493.

8) Iul cap. 494. 9) Iul cap. 495. 10) Iul. cap 496. 11) Iul. cap. 500. 12) Iul. cap. 501. 13) Iul. cap. 502.

¶ Liceat [1] argenti distractoribus et ipsas species quas praestiterint vendicare nisi aestimationem earum acceperint. ¶ Argenti [2] distractores pro pecuniis quas crediderint usuras usque ad bessem centesimae capiant. et notandum est quod inde scripta sine stipulatione memorata usura exigatur. ¶ Quicunque [3] cum Areopagita contrahunt si cautiones vel ratiocinia fecerint: manu sua sibi conscriptas sive subscriptas teneantur personalibus actionibus: tunc autem hypothecariis supponantur cum dixerint aliquid quod ad hypothecarum intellectum tendit. in praeteritis autem tantummodo usura exigatur quae usque ad bessem centesimae producitur.

¶ Quod de singulis causis scriptum fuerit in ratiociniis vel manu eius qui cum Ariopagita contraxerit vel subscriptum ab eo fuerit vel confirmatum sive quod foeneratitiam cautionem quasi mutuatus exposuit sive quod transegit nullae probationes exigantur de singulis causis ab Areopagita sed tem- (col. LXXIII) pora in tempora exceptionis non numeratae pecuniae liceat ei iusiurandum inferre. ¶ Si [4] quis prohibuerit alienationes rerum extra suam propriam familiam faciendas ut sine liberis decesserit unus ex his qui filii sunt et haeredes testatoris ad caeteros res perveniant liberis natis cessat alienationis prohibitio: ideoque liberi procreati etiam ad extraneos eas res transferre non prohibentur. ¶ Si [5] quis extra familiam suam alienationem fieri prohibuerit, et omnes qui res consecuti sunt, vel omnes res, vel quasdam ex his alienaverit: videntur fideicommisso invicem renunciare. ¶ Si [6] quis prohibuerit extra suam propriam familiam rem alienare, et adiecerit, ut neque filii neque deinceps personae quae successerint ei qui primus acceperit rem eandem ad extraneum transferant: deinde quatuor processerunt successiones quae familiae nomine continentur, et ultimus haeres per medium impuberem successor extiterit, liberam facultatem habeat, et in extraneos homines rem cuius alienatio prohibita est, transferre, id est si tertius haeres impubes fuerit et primum haeredem in quatuor successiones deputat.

Titulus CXXXI.

De quatuor sanctis conciliis.

Quatuor [7] sanctorum conciliorum canones pro legibus habeantur. papa [8] Romanus prior omnibus episcopis et patriarchis sedeat, et post illum Constantinopolitanae civitatis archiepiscopus.

Titulus CXXXII.

De ordine patriarcharum.

Archiepiscopus [9] primae iustinianae habeat subiectos episcopos sibi Daciae, Mediterraneae, Dardaniae, et Datiae ripensis. Item privalenos et Dardaniae et Misiae superioris, et Pannoniae. sed et ille ab episcopis consecretur et ad iura super ipsis habeat quae papa Romanus habeat super eos sibi suppositos.

¶ Maneant [10] iura pristina de episcopo Chartaginensi et aliis metropolitanis et omnia privilegia. Item omnia solatia et liberalitates religiosis locis datae firmiter permaneant.

1) Iul. cap 503 2) Iul. cap. 504. 3) Iul. cap. 505. 4) Iul cap. 497. 5) Iul. cap. 498. 6) Iul. cap 499 7) Iul cap. 506. 8) Iul cap. 507. 9) Iul. cap. 508.

Titulus CXXXIII.

Leges possessionum ad sanctos locos pertinentium.

Possessiones [11] ad religiosas domos pertinentes nullam descriptionem agnoscant nisi constructiones viarum vel pontium aedificationes. tamen si habuerint possessiones intra territorium constitutas illius civitatis in qua talis desideratur descriptio habeant immunitatem in sordidis muneribus et extraordinariis et lucrativorum descriptione.

Titulus CXXXIV.

De praescriptione quadraginta annorum venerabilibus locis competente.

Neque [12] decennii, neque vicennii neque triginta annorum praescriptio religiosis domibus opponatur, sed sola quadraginta annorum curricula non solum in caeteris rebus, sed etiam in legatis et haereditatibus.

Titulus CXXXV.

De aedificatione venerabilium locorum.

(col. LXXIV) Nemo [13] oratorium aedificare audeat antequam et episcopus venerit, et exoraverit, et venerabilem crucem in eodem loco defixerit. quod autem semel inchoavit: necesse habet locum implere vel ipse vel haeres eius: et necessitatem ei debent imponere episcopi et oeconomi et civiles magistratus. ¶ Si [14] monachus condemnationem effugiens, eandem quae accusata fuerat duxerit: competentibus poenis a quolibet iudice subiiciendus est. ¶ Nulli [15] iudici licere utrasque manus aut utrosque pedes reo abscindere neque examinare in qualicunque delicto. sed si quidem mortale est crimen: morti damnare. ¶ Fures [16] autem dicimus qui nocte cum gladiis ambulant. reliqui autem competentibus poenis subiiciantur. nullus [17] autem publicari debet, nisi qui descendentes neque ascendentes habeat. uxoribus tamen eorum donationem debere reddi et dotem. Si autem dotem non habeant: iuxta statuta quartam ex rebus damnati habeant. ascendentes autem usque ad tertium gradum vocantur. ¶ Nam [18] duram atque inhumanam et avaritiae plenam hac lege saluberrima perspeximus emendare et communiter omnibus deponere medicinam non tantum in praesenti necessaria tempore, sed et in omni aevo futuro. venit enim ad nostras aures quosdam immissi a secunda necessitate captos temporum foeneratitios fecisse contractus, et ipsi

10) Iul. cap. 509. 11) Iul. cap. 510. 12) Iul. cap. 511. 13) ul. cap. 512. 14) M. p. 182. 14. P. cap. 582. 15) M. l. c., 15. P. cap. 583. 16) M. l. c., 16. P. cap. 584. 17) M. p. 183, 17. P. cap. 585. 18) Novella 34.

creditores propter parvum fructum quem dabant terras colonorum calide arripuisse et paucam mensuram fructuum dantes totas terrulas eorum abstraxisse et hac causa quosdam colonorum fugae latebras petisse alios fame necatos et tristissimam pestem homines invasisse in concussione barbarica non minore. Sancimus itaque omnes hos creditores quantumcunque modii vel tritici vel ordei et alterius speciei qui in fructus aridos dederint: hoc redito in praesenti cum parte modii: octava per singulos modios in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere, nemine penitus audente terrulas eorum detinere sub occasione foeneratitiae cautionis sive scriptis sive non scriptis credita sunt contracta. Sin autem pecunias dedit: nihil amplius quam unam siliquam pro singulo solvendam anno praestare. et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, et praesenti quidem tempore initium accipientem. in omni autem aevo modis omnibus observandam ut si quando fuerit vel triticum vel ordeum foeneratum vel alii fructus aridi creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro usuris octavam modii annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido. et secundum hunc modum in quantum foenus permanserit percipientes sive terrulas sive aliud pignus acceperint, boves forte vel pecora vel mancipia hos modis omnibus reddere. et hanc legem communem esse omnibus humanitate et pietate gaudentem et egenis omnibus consulentem et creditoribus mediocre solatium afferentem. Haec igitur quae a nobis statuta sunt: claritas tua in omnes provincias quae tuo moderamine gubernantur, observari festinet. Sciturus omnibus creditoribus ut si forte aliquid propter hoc commiserint actione cadant: et cui pignus oblatum est hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat avarum quidem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

Einis Novellarum*).

*) In Senneton.

P E S N O T.

Novellarum Constitutionum

Domini Iustiniani sacratissimi principis, incipit liber primus.

Prooemium.

Testantibus lex necessitatem imponit, ut certam bonorum suorum partem liberis et parentibus necnon fratribus relinquant: aliis vero non.

Primum [1]) quidem in digestis, et constitutionibus diximus parentibus quidem, et liberis, necnon et fratribus et patronis certam quandam portionem, ex nostra deberi substantia, quam necesse est omni modo eis relinquere: nisi forte ingrati circa nos apparuerint. ¶ Aliae autem personae, quae neque parentis neque liberorum, neque fratris, neque patroni loco habentur, sive ingrati sint, sive non, ex voluntate nostra haeredes nobis existunt: vel lucrum ex nostro patrimonio capiunt. His itaque personis eo modo discretis videamus caput constitutionis propositum. Eius autem vis ac potestas talis est.

Titulus I.

Si haeres legata solvere noluerit.

Haeres qui testatoris praeceptis obsecundatus est, haereditate fruatur.

Si quis parentem, vel filium, vel fratrem, vel patronum instituerit haeredem, et legatum sive fideicommissum ab eo legibus non incognitum, alicui reliquerit: siquidem voluntatem defuncti scriptus haeres impleverit, et sine frustratione legatum exolverit: tunc habeat firmiter haereditatem defuncti, et iudicio potiatur eius, cuius evinci iudicium passus non est.

Institutus suus testatoris voluntati non annuens, legitima portione contentus institutionis commodo privetur: secus in extraneo qui nullum prorsus ex haereditate commodum consequitur. Vel sic. Haeres post iussum iudicis intra annum iustum testatoris iudicium non exequens, privatur omni lucro haereditario personis hic enumeratis applicando.

¶ Sin autem reluctandum esse voluntati testatoris existimaverit, et legatario moras fecerit, in tantum ut etiam legatarius iudicem adeat, et victricem sententiam capiat: et tamen nihilominus haeres moras similiter faciat, ut post iudicialem calculum annale praetereat spatium: tunc solam legitimam portionem sibi debitam haeres institutus habeat, et reliquam partem amittat: quae pars siquidem substitutos habuerit: prius ad eos veniat. Sin autem substitutos non habeat: tunc ad cohaeredes ipsius. Sin autem et cohaeredes quidem non habeat: tunc ad generalem fideicommissarium perveniant. Quod si plures sint generales fideicommissarii: tunc ei deferatur, qui maiore ex parte fideicommissi honoratus est. Quod si nemo ex supra scriptis personis subsistat: tunc ad legatarios pars memorata perveniat. Quod si nec legatarii sint: tunc ad eos perducatur, quibus testator libertatem donavit. Quicunque autem ex supra scriptis omnibus personis partem sibi delatam amplexus fuerit: is

1) Iul. cap. 1.

voluntatem testatoris omnimodo impleat. Ideoque et cautionem praestare eum oportet, qui omni modo impleturus est, ea quae in testamento defuncti continentur, ordine scilicet hoc observando, ut inter legatarios quidem et fideicommissarios generales fideicommissarii caeteris legatariis et fideicommissariis praeferantur. quod si nullus generalis fideicommissarius sit: tunc illi veniant, qui maioribus legatis vel fideicommissis honorati sunt. Quod si nemo ex his vel non potuerit, vel noluerit partem memoratam admittere: tunc illi vocentur, quibus testator libertatem reliquerit, sed non passim, sed secundum ordinem scripturae vocentur: ut cui primum libertatem donavit, eius conditio praecellat. et si primus vel noluerit, vel non potuerit partem admittere: tunc ille veniat qui secundo loco libertatem accepit. Haec sint, si unus ex parentibus, vel liberis, vel fratribus, vel patronis haeres scriptus sit. Sin autem haeres institutus extraneus sit, et moras faciat legatario per totum annale spatium post iudicialem sententiam numerandum: tunc nullam partem, nullum emolumentum scriptus haeres sentiat: sed et omne quod a testatore ei praestitum est, auferatur ab eo, et veniat ad eos quos supra scripsimus secundum eundem ordinem et eandem observantiam: ita tamen ut eodem modo is qui ad partem vocatur, cautionem praebeat, quod omni modo impleturus ea sit quae in testamento defuncti continentur. Quod si nemo ex his de quibus loquuti sumus, appareat: tunc etiam agnatis sive cognatis defuncti pateat aditus: quamvis in testamento nulla eorum comprehendatur mentio. quod si nec tales personae appareant: tunc extraneis quibuscunque locus fiat, si velint haereditatem suscipere, et de implenda voluntate testatoris cavere. Quod si nec talis extraneus inveniatur qui defuncti successionem cum praedicta cautione suscipiat: tunc fisco res vendicentur, sed et ipso voluntatem testatoris impleturo. ¶ Illud autem certum est, quod si filius a patre in testamento est exhaeredatus: neque ex ipso testamento, neque ab intestato lucrari aliquid poterit occasione huius constitutionis. Omnes autem qui ex hac lege ad rerum vendicationem vocantur: omnia iura haeredum habeant, id est ius aditionis et pro haerede gerendi, et conveniant et conveniantur omnibus, quae diximus, obtinentibus. et si non ab haerede, sed a legatario vel fideicommissario, et forte ab eo qui mortis causa aliquid accepit, dari fierive ut testator voluit, id est, ut ordo vocationis incipiat quidem ab institutis, desinat autem in publico.

Titulus II.

Ad legem Falcidiam.

Haeres inventario debite confecto de legatis Falcidiam detrahit: secus si inventarium non, aut minus legitime fecerit. quo casu ad omnium tum legatorum tum fideicommissorum praestationem, et si haereditas solvendo non sit, tenetur.

Si [1]) quis ab aliquo scriptus haeres in testamento fuerit, in quo legata vel fideicommissa relicta sunt, timeat autem ne forte legata vel fideicommissa legatariis vel fideicommissariis relicta totam substantiam testatoris exhauriant, ut ipse nihil ab haereditate sibi relicta lucretur: si velit emolumentum legis Falcidiae integrum sibi servari, faciat inventarium rerum quas testator sibi dereliquerit praesentibus legatariis et fideicommissariis, qui in eadem civitate degunt: nisi forte propter sexum ubi foeminae sunt, vel propter dignitatem, vel propter morbum, vel propter aetatem, vel vincula praesto esse impedirentur: tunc enim illos repraesentari oportet in conscriptione inventarii, qui negotia eorum legitime administrant. Quod si omnes*) praesto non sint legatarii seu fideicommissarii: tunc testes adhibeantur tres, quorum fides et opinio probata sit. Testes autem ex ea civitate esse oportet, in qua conficitur inventarium, et sub conspectu eorum atque praesentia procedat inventarii confectio. Solis enim tabulariis in ea causa non credimus. Quod si postea reversi fuerint legatarii, et quasdam res ab haeredibus subreptas esse putaverint, easque celatas, et in inventario non insertas, liceat eis per tormenta servorum haereditariorum veritatem inquirere, et fraudes haeredum manifestare, scilicet ipsis haeredibus nihilominus cogendis iusiurandum praestare. Quod nullo modo in conscribendo inventario dolose versati sint: et testibus similiter compellendis sacramentum praestare, quod de nulla fraude conscii sunt scriptis haeredibus. Haec sunt si legatarii praesentes sint, hi veniant vel homines eorum interveniant, aut absentibus eis tres bonae opinionis testes repraesentari oportet. Quod si legatarii praesto quidem fuerint: ipsi autem venire vel homines suos mittere ad inventarium conscribendum noluerint: tunc libera licentia pateat haeredibus trium testium adhibito testimonio inventarium facere: nullo a legatariis obiiciendo postea obstaculo si voluerint, et in hoc casu per tormenta servorum haereditariorum, vel per sacramentum haeredum sive testium veritatem manifestare: et his quidem haeres qui haec omnia observaverit, legis Falcidiae beneficium retinebit. Quod si non fecerit inventarium, nec supradicta observanda custodierit, sciat se omnia legata vel fideicommissa legatariis vel fideicommissariis soluturum, quamvis non sufficiat testatoris substantia, ut interdum et de suo praestare legata et fideicommissa cogatur. ¶ Tota autem ista disceptatio toties locum habebit**), quoties testator ignorans facultatum suarum modum legata vel fideicommissa ampla reliquerit. Alioquin si sciens quantum habeat patrimonium, et specialiter expresserit, ut non liceat haeredi Falcidiae legis beneficio uti: necesse est voluntatem ipsius tenere. Et siquidem adire haereditatem eius maluerit is, quem haeredem sibi scripsit: omnimodo legata et fideicommissa persolvat sine quadam diminutione nullum habiturus lucrum, nisi pietatem folam, scilicet quod voluntati testatoris gratis obtemperavit. Sin autem repudiaverit haereditatem, locus fiet substitutis, et post substitutos cohaeredibus, et post cohaeredes fideicommissariis generalibus, et post generales fideicommissarios legatariis, et post legatarios iis qui libertate donati sunt, et post eos qui libertate donati sunt venienti-

1) Iul. cap. 2.

*) In marg. alias, omnino **) In marg. habeat

bus ab intestato agnatis sive cognatis, et his non apparentibus extraneis, et post extraneos publico.

Haeredem legata aequaliter solvere teneri: non uni integra, alteri media, nonnullis vero nulla.

¶ Nullam [1]) licentiam scriptus haeres habeat quibusdam legatariis solida legata persolvere, quibusdam ex parte praestare, quibusdam non: sed omnibus pro rata portione solvat, sive in solidum sive in partem aequalitatis ratione conservata: vel enim cognoscens ab initio modum substantiae, diminuere legata non debet: vel si quibusdam solida legata persolvat, omnibus persolvere debet: nisi forte mirabile aliquid extiterit, quod diminuat testatoris substantiam.

Legata solvenda sunt intra annum, cuius initium a iudiciali monitione erit.

¶ Intra [2]) annum modis omnibus relictum legatum praestetur. Initium autem anni esse oportet illud tempus quo ex diffinitiva iudiciali sententia reus admonitus est propter legati solutionem. Anno autem transacto haeres qui legata non solvit, haereditatem testatoris amittat: et locus fiat illis personis, quarum supra fecimus mentionem, ab annali spatio impuberibus vel adolescentibus nullo praeiudicio generando. hi enim duplici via muniti sunt. nam et restitui in integrum possunt, et competentes actiones adversus tutores suos vel curatores dirigere. Ea autem quae diximus, teneant sive in scriptis, sive sine scriptis, sive testamentum sive voluntas proferatur, et in omni autem persona teneant sive privata sit, sive militaris, sive religiosa, sive imperialis.

Titulus III.

De iis qui ad secundas nuptias migraverunt.

Neque mulieri neque marito ad secunda vota convolante in dote et propter nuptias donatione unum ex liberis alteri praeferre licere.

Nulla [3]) licentia sit mulieri vel marito, qui quaeve ad secundas migraverit nuptias in donatione propter nuptias vel dote, cuius solum usumfructum habet, non etiam dominium aliquem de liberis suis anteferre, sed sit proprietas rerum omnibus debita portionibus exaequatis.

Rei dotalis vel propter nuptias donationis alienatio a marito vel uxore ad secundas convolante nuptias facta: licet neque rata neque irrita sit, suspenditur, donec liberi aut coniuges praemoriantur.

¶ Si [4]) maritus vel mulier, qui quaeve ad secundas migraverit nuptias res dotis vel propter nuptias donationis alienaverit, quocunque tempore alienatio facta, neque rata, neque irrita sit, sed interea maneat in suspenso. Et siquidem parens qui alienaverit, ante liberos suos moriatur: omni modo rerum alienatio refutetur. Sin autem eo superstite ab hac luce liberi ipsius exempti fuerint, in tantam portionem alienatio valebit, quantam superstiti parenti mortis liberorum casus detulerit, id est, ut tantam portionem lucretur, quantam pepigerit in instrumento dotis vel donationis habiturum se, si liberi, qui postquam editi sunt, mortui fuerint. In alia autem portione alienatio non valebit: nisi forte filii eundem parentem qui alienavit testamento vel ab intestato reliquerint.

Mater cum fratribus in omnibus bonis dote excepta et ante nuptias donatione filio ab intestato succedit.

¶ Si [5]) filius intestatus mortuus fuerit, portio quae competit ei ex dote aut ante nuptias donatione non veniat ad parentem superstitem: sed soli fratres ipsius ad eam partem vocentur, scilicet si sine liberis ipse mortuus est: liberi enim defuncti et fratribus eius et parentibus praeferuntur. In aliam autem substantiam quam mortuus dereliquerit, pariter cum fratribus parentes vocentur, sive ad secundas migraverit nuptias, sive non. Quod si testamento condito filius decesserit: illi veniant, qui scripti sunt, nisi forte inofficiosi querela testamentum eius evacuaverit.

Res quae ex donatione propter nuptias priores ad matrem secundo nubentem devenere, quo modo regendae sint.

¶ Si [6]) mulier defuncto marito ad secundas pervenerit nuptias, res quae ad eam pervenerint ex donatione propter nuptias priores hoc modo administrentur. siquidem immobiles sint, mulier eas habet: et liberis suis, si supervixerint, conservet. Si autem mortui fuerint portionem quidem rerum quam mortis liberorum casus ei detulerit, modis omnibus habeat: residuam autem partem haeredes eorum lucrentur. Sin autem donatio propter nuptias in rebus mobilibus sit: tunc res quidem apud liberos sint: usuram autem matri dependant tertiam centesimae cum competenti cautela, quod praedictam usuram sine frustratione in omni sequenti tempore personaliter persolvent. Si autem donatio propter nuptias et aurum et argentum et vestes sint: tunc electionem habeat mater utrum velit cautionem praestare, et res administrare, an tertiam centesimae usuram a liberis suis accipere. Sin autem res habeat tam mobiles quam immobiles propter nuptias donationem: tunc res quidem immobiles apud eam sint, et usufructu earum alatur. Mobiles autem apud liberos sint secundum praedictam distinctionem.

Pactum lucrandae dotis vel donationis propter nuptias ei tantum prodest qui dedit: hocque quantitatis datae ratione.

¶ Si [7]) quis uxorem duxerit, et propter nuptias donationem non solum adscripserit, sed et rem ipsam tradiderit: mulier autem adscripserit quidem dotem, rem autem veram non dederit in toto tempore quo maritus suus vixerit, mortuo eo nec donationem ante nuptias consequatur: utpote cum nullam dotem ipsa dedisset. sed siquidem nihil omnino dotis nomine dederit: nec mortuo marito donatore ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sin autem

1) Iul. cap. 3. 2) Iul. cap. 4. 3) Iul. cap. 5. 4) Iul. cap. 6.

5) Iul. cap. 7. 6) Iul. cap. 8. 7) Iul. cap. 9.

partem praestiterit dotis, tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo suo marito. Haec autem constitutio locum habebit etiam in iis matrimoniis quae nondum soluta fuerint. Sciendum est autem quoddam praesentis constitutionis caput ex XXII. constitutione quae de nuptiis promulgata est, transformatum fuisse.

Titulus IV.

De fideiussoribus et mandatoribus, et iis qui pro aliis pecunias constituunt.

Principali praesente non prius convenitur intercessor quam principalis minus idoneus inventus sit. Principali vero absente recte convenitur intercessor dilatione data, ut principalem repraesentet.

Si [1]) quis crediderit alicui pecuniam, et fideiussorem vel mandatorem acceperit, vel eum qui pro reo pecunias constituerit: non prius contra tales personas actiones moveat quam adversus ipsum reum principalem egerit: eumque inopem invenerit: vel in solidum, vel in partem. Postquam enim egentia laborare dignoscitur reus, sive in parte sive insolidum: tunc contra fideiussores vel mandatores intendere creditores oportet. hoc si debitor praesens sit, et appareat. Sin autem absens fuerit reus, et fideiussores vel mandatores praesto sint, vel iis qui pro eo pecuniam constituerunt: tunc praefiniri eis diem oportet, intra quam debeant reum exhibere. Sin autem tempus praefinitum praeterierit: ipsi quidem pro reo actiones suscipiant, et debitam pecuniam persolvant. Cedat autem eis actiones suas creditor, quas adversus reum principalem habet. Quod si tam reus quam fideiussor vel mandator, vel qui pro eo pecuniam constituit, in absentia fuerint: tunc liceat creditori etiam adversus res rei principalis venire. ¶ Quod si nullae res rei principalis appareant: tunc etiam in res mandatoris vel fideiussoris manus creditoris porrigi possunt, ut etiam si debitores habeant etiam ab his creditoribus satisfiat. haec autem sic intelligenda sunt, ut nullam facultatem habeant creditores res prius vendicare, quam personales exerceant actiones, tam contra ipsum reum principalem, quam contra fideiussores eius vel mandatores, eosque non solvendo esse appareat, eodem iure scilicet observando, si personae eorum non appareant. ¶ Haec autem omnia quae de creditore et fideiussore diximus, etiam ad venditionis confirmatorem trahenda sunt, ut non prius emptori licentia sit adversus confirmatorem consistere, nisi prius venditorem convenerit vel indubitate solvendo non sit. Sed nec hypothecariis in rem actionibus pateat iudicium antequam personales actiones defecerint. Et in summa sciendum est quae dicta sunt in mutua pecunia et in venditione custodienda esse, et in omnibus contractibus, qui aliquam satisdationem recipiunt. Sin autem argenti distractores pecunias custodierint, secundum veteres leges conveniantur.

1) Iul. cap. 10.

Titulus V.

De solutionibus et liberationibus et verborum significatione.

Debitor pecuniam praesentem non habenti, quid in solutum dare possit, ut ab obligatione liberetur.

Si [2]) quis pecuniam mutuaverit debitor autem pecuniam non habuerit quam daret: tunc rem mobilem creditori praestet, si habet. Sin autem rem mobilem non habuerit: tunc immobilem rem suam, si habet, vendere debet, et pecuniam debitam ex pretio rei venditae solvere. Sin autem emptorem non invenerit: tunc praedium quod optimum habet, creditori suo praestet, et actione qua adstrictus est, liberetur. ubi autem emptorem sui praedii invenerit: caveat creditori suo pecuniam debitam se soluturum, et post cautionem liceat ei constituere venditionis contractum.

Creditoris nomine qui veniant.

¶ Creditoris autem appellatione significatur non solum qui mutuam dedit alicui pecuniam, sed et omnes qui aliquam actionem contra aliquem habent.

Titulus VI.

De monachis et asisteriis, et de monasteriis aedificandis.

Qui [3]) vult aedificare monasterium, prius episcopum invocet, et illum exoret: ut sanctam crucem imponat, et postea imponatur aedificium.

Monacho fieri volenti quid agendum.

¶ Si [4]) quis monachus fieri vult, sive liber sit, sive servus: non statim monachus fiat, sed per triennium tonsura quidem, et veste laicorum utatur, et divinas scripturas discat et confiteatur suam conditionem, id est, utrum ingenuus sit, an servus, vel alterius cuiuscunque status: et narret causas propter quas ad solitariam vitam migrare cupit: ne forte malus sit, et Deo displiceat. ¶ Oportet autem monachos verba ei facere, quae mores eius et vitam corrigere poterunt. et si per triennium talis appareat, ut videatur dignus tonsura et veste religiosa: tunc tondeatur, et stolam monasticam vestiat sive liber sit, sive servus: et nulla molestia inferatur ei, neque de servili, neque de libertina conditione. ¶ Sin autem aliquis intra triennium retrahere eum ut servum suum voluerit, et dicat quod res suas furatus ad monasterium cucurrerit: non statim eum abstrahat, sed prius probet quod et servus est, et pro furto et vita mala, et peccatis atrocibus timuit, et fugit. Si haec vera sunt, reddatur servus domino suo cum rebus subreptis, si etiam ipse in monasterio fuerit, dominus autem eum recipiens fidem ei praestet, quod eum nullo malo propter hoc quod iam peccavit, affecturus sit. Quod si nullo delicto servum suppositum esse dominus probare potuerit, et ipse

2) Iul. cap. 11. 3) Iul. cap. 12 4) Iul. cap. 13.

servus ex castitate morum suorum bona testimonia habeat: et si nondum triennium praeterierit, tamen maneat in eodem venerabili monasterio: triennio autem semel transacto, et inter monachos servo Dei connumerato nulla licentia sit postea domino qualemcunque molestiam ei inferre, sive re vera famulus sit, sive ingenuus: sed omnimodo solitariae vitae permaneat, et si peccatum ab eo in priore vita admissum sit. Ea autem quae furto surrepta sunt, proculdubio, si inveniantur, domino reddi oportet. ¶ Sin [1]) autem servitutem effugiens venerit quis ad monasterium: postea autem reliquerit venerabilem locum, et in aliam vitae figuram transierit: liceat domino suo extrahere eum probanti quod servus est, et servum eum habere.

Monachi in monasteriis existentes cuius vitae et conversationis esse debeant.

¶ In [2]) omnibus autem monasteriis sive paucos sive complures monachos habeat, nulla licentia monachis sit separatim conversandi, nec unusquisque monachus suum proprium cubiculum habeat, sed communiter ad excolendum dominum, et congregentur, et in communi loco dormiant singulis quidem in culcitris, suis, huius videlicet stratis iacentibus, omnibus autem in una domo dormientibus. Quod si tantus sit monachorum numerus, ut una domus eis non sufficiat: tunc et in duabus pluribusve habitatiorribus dormiant: non autem separatim per se, sed in communi loco, sicut iam praediximus: nisi forte quidem ex his tales sint, qui iuste debeant segregari ab illa multitudine monachorum, quos summae vitae constitutos graeci anachoretas, et hesicastes dicunt.

Monachus vestitus si a monasterio discedat, res per eum in monasterium delatae, quaesitae sunt monasterio.

¶ Si [3]) quis monasterio se consecravit, et postquam religiosam vestem vestiret, a monasterio recesserit: omnia bona prius quae in monasterium introduxit, ad ipsum monasterium pertineant. Idem est ex alia constitutione, et si non introduxerit: omnes enim res eius dominii monasterii sint.

Uxorati si religiosi fiant, liberis portionem legitimam relinquant: alias ut falcidiam liberi consequantur agere poterunt, etiam patre et matre monachis factis.

¶ Si [4]) vir vel mulier liberos habens ad solitariam vitam pervenerit: siquidem iam donaverit filio suo vel filiae suae tantum, quantum lex Falcidia facit, sive occasione propter nuptias donationis, quam proprio filio suo dedit, sive dotis, tanquam pro filia sua praestitit. Si igitur habuerit legis Falcidiae quantitatem, caetera bona eius omni inquietudine liberentur, sive pater sit sive mater, qui quaeve in monasterium introierit, ut in reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem: .utpote cum lege Falcidia satis ei factum sit. ¶ Quod si nihil eis vel minus Falcidia pater vel mater praestiterit: tunc etiam monacho facto patre vel consecrata matre libera facultas filiis sit in tota Falcidia: vel quod eidem est, a monasterio vendicare. Inter virum autem et uxorem talis conservatio teneatur, ut sive maritus, sive uxor intraverit monasterium hoc consequatur laica persona, quod ex casu mortis ei competit secundum dotalium pactionum tenorem.

Monachus deserens monasterium quibus subiiciatur poenis.

¶ Si [5]) quis introierit monasterium, et postquam religiosa indutus est veste recesserit, et militaverit, vel simpliciter laicus factus fuerit: expolietur cingulo militari, et vita libera non potiatur: sed officio praesidis provinciae servire cogatur. Substantia autem eius in monasterio maneat.

Monachus transiens ad aliud monasterium praeter quam quo in monachorum numerum adscitus sit, non recipiatur, substantia eius priori monasterio quaesita.

¶ Si [6]) quis in monasterio consecratus fuerit, posteaque in aliud monasterium transire maluerit, substantia quidem eius a priore monasterio vendicetur: aliorum autem monasteriorum primates prohibeant eum transire, ut in alio monasterio non recipiatur. et de hoc curare debent non solum religiosissimi episcopi, sed etiam reverendissimi archimandritae.

Monacho clerico neque uxorem ducere, neque concubinam hab[illegible]

¶ Si [7]) quis monachus constitutus clericatus honorem acceperit: nullam habeat facultatem uxorem ducendi, quanvis eius gradus sit, cuius clericus non prohibetur uxorem habere: qualis est gradus cantorum et lectorum. Non solum autem ducere uxorem prohibetur, sed etiam concubinam habere. Si quis autem monachus ante constitutus clericatus occasione vel duxerit uxorem, vel concubinam habuerit: eiiciatur de clero, et sit privatus, et ad nullam militiam vel professionem aliam audeat venire: nisi forte velit in antefatas poenas incidere.

Eum in abbatem episcopus eligat: cuius facta et vitae sanctimoniam et doctrinae scientiam nulla prioritatis ratione habita, comprobant.

¶ Primi [8]) monachi creatio non secundum ordinem fiat temporis: neque qui tempore prior est, primi loci creationem sibi praesumat: nec qui secundus forte vel tertius est, sed qui et vitae castitate, et divinarum humanarumque scientia, et animi gravitate praecellit, is habeat loci prioris honorem: idque procedere debet secundum electionem atque iudicium religiosi episcopi. ¶ Quae autem diximus et in prioribus et in istis constitutionibus de clericis vel monachis vel monasteriis, ea non solum de masculis, sed et de foeminis seu monialibus intelligere debemus.

1) Iul. cap. 14. 2) Iul. cap. 15. 3) Iul. cap. 16. 4) Iul. cap. 17.

5) Iul. cap. 18. 6) Iul. cap. 19. 7) Iul. cap. 20. 8) Iul. cap. 21

Titulus VII.

De episcopis et clericis.

Episcopus unde ass[illegible] epi-scopo consecrando, et quo loco consecratio fieri debeat.

Haec [1]) constitutio de consecratione episcoporum in primo capite loquitur cuius progressus talis est. Debet enim prius disceptari de vita episcopi, utrum bona sit, an reprehensibilis: et utrum bonis testimoniis muniatur, an non. Sed si officialis conditionis sit vel curialis prohibeatur episcopus fieri: nisi forte a tenera aetate in monasterio fuerit: eo modo liberatus est praedictis conditionibus: ita tamen ut quartam partem substantiae suae curiae praestet secundum legis observantiam. ¶ Sed neque laico statim ad episcopatum ascendere liceat: neque clericatus honorem simulatum habuisse sufficit. ¶ Oportet autem eum qui episcopus fit, neque uxorem habere, neque concubinam neque filios, neque nepotes sive legitimos, sive legibus incognitos. Et si quis contra hoc fecerit, et is qui factus est, et is qui eum fecit, episcopatus spoliatur honore: nec liceat pecuniae datione episcopum fieri. Esse autem oportet eum qui episcopus fit, vel monachum vel clericum: ita tamen ut non minus sex mensibus appareat eum in clericatu fuisse. ¶ Legere autem debet sanctos canones: eoque tempore quo consecratur, consulet eum is qui consecrat: si possit facere atque custodire omnia quae divini praecipiunt canones: et si quidem denegaverit se posse custodire, non consecretur. Sin autem policitus fuerit observaturum se quantum homini possibile est sancta canonum praecepta: tunc is qui consecrat, eum admonere atque praedicare ei debet: quod si non observaverit canones sanctos, ideo alienus erit, et religiosis episcopis non connumerabitur. Nam canones patrum vim legum habere oportet. Sin autem aliquis pecuniam dederit, eodemque modo creatus episcopus fuerit: non solum ipse, sed etiam qui consecravit eum inter episcopos non erit: sed pecunia vel res data consecrationis causa sacrosanctae ecclesiae addicatur, sive episcopus sit, sive clericus est, qui dedit. Is autem qui accepit, non solum res amittat, sed etiam gradum atque honorem dignitatis vel clericatus. similiter autem et si laicus sit, qui pecuniam vel res accepit, et ipsas amittat, et alium tantum quantum accepit poenae nomine sanctae ecclesiae praestare compelletur. Sed et si magistratum gerat: in magistratu esse desinat, et exilio irrevocabili condemnabitur. ¶ Sin autem aliquis presbyter vel diaconus constitutus pecunia data ad episcopatus apicem pervenerit: non solum episcopus esse desinat, sed etiam priorum gradum presbyteri vel diaconi amittat. ¶ Consecratio autem episcopi fiat ante omnem populum christianitatis, ut sit facultas unicuique si velit contradicere. Et si quidem ante consecrationem facta fuerit contradictio, non prius consecretur episcopus, nisi disceptatio de contradictione facta sit, et undique appareat inoxius is, qui ad episcopatum vocatur. Sin autem ante disceptationem ad episcopatum pervenerit amittat honorem, non solum ipse, sed etiam is qui eum creavit. Quod si is qui contradixit calumniator probatus fuerit, vel contradictionis iudicium deseruerit, et non peregerit causam, prohibeatur sacra communione in omni vita sua ab eo, qui consecravit episcopum.

Episcopi suis in ecclesiis morentur: nec eas quidem relinquere debent, nisi principis iussione: hocque non amplius anno.

¶ Nemo [2]) religiosus episcopus extra suam ecclesiam degat ultra annale spatium: nisi forte per imperialem iussionem fuerit factum. Patriarchae autem eos cogere debent, se in suis ecclesiis continere, et in longas peregrinationes non ire, nisi iussu principis. Sin autem sine iussione principis ultra annum episcopus extra ecclesiam fuerit: tunc religiosus Patriarcha legitimis eum preconiis evocet id est, custodiens sacrorum canonum observantiam. Sin autem non obtemperaverit is, qui vocatus est, sed in eadem absentia perseveraverit: tunc repellat eum ab episcoporum numero, et alterum pro eo substituat. Sin autem is qui in absentia est, metropolitanus non fuerit, sed cuiusdam municipii episcopus: tunc ea quae diximus a Patriarcha fieri oportere, metropolitanus faciat.

Episcopo litigandi causa peregrinari non licere, ut qui non per se sed per procuratores litigare debeat.

¶ Quod si litigandi causa peregrinari voluerit episcopus, licentia ei non concedatur. Litigare enim episcopi non per semetipsos, sed per suos clericos debent, sive apocrisarios, sive oeconomos, et supplicare principi debent: et impetrabunt ea quae fieri desiderant.

Episcopi et archiepiscopi ad principem accedere non nisi cum commendatitiis metropolitani literis debent.

¶ Nemo [3]) unquam episcopus in Constantinopolitanam civitatem veniat, nisi literis acceptis a metropolitano suo ad Imperatorem, quas divini canones commendatitias appellant, quibus declaratur necessariam esse profectionem episcopi. Sin autem metropolitani sint, qui pervenire in metropolitanam civitatem maluerint, literas accipiant a patriarcha regionis suae venientes: alias non audeant intrare ad Imperatorem per semetipsos: sed prius ad patriarcham veniant, vel apocrisarios regionis ex qua sunt: et ipsis committent causas propter quas veniunt. liceat enim episcopis per referendarios magnae ecclesiae vel apocrisarios patriarum referre Imperatori, et sic impetrare responsum.

Episcopus clericos non faciat: nisi de alimentis eis provideat.

¶ Nullis [4]) quidem episcopis liceat clericos destinare: nisi quoque ut iis alimenta praestentur, curent. Nempe duorum alterum faciant oportet: aut clericos non faciant: aut si fecerint, unde vivere possint tribuant.

1) Iul. cap. 24.

2) Iul. cap. 25. 3) Iul. cap. 26. 4) Iul. cap. 23 fin.

Clericus ordinandus boni sit testimonii bonaeque literaturae: concurrentibus itidem nonnullis, quae in episcopi ordinatione statuta sunt.

¶ Nemo [1] clericus fiat, nisi is qui bonum testimonium habet, et literatus est. Qui enim literas nescit, clericus esse non potest. Doceant autem presbyteri et diaconi sacras orationes et ecclesiasticos canones, quos scilicet consecrari oportet et sine reprehensione, sive iusta contradictione, et sine pecuniarum donatione liberatos tam officiali quam curiali sorte conditione: nisi forte secundum observationem quam in primo capite praesentis constitutionis exposuimus.

Clerico minoris ecclesiae ad maiorem patrocinio ascendere non licere.

¶ Non [2]) liceat in minoribus ecclesiis clericatus honorem suscipientibus, postea in maiorem ecclesiam per patrocinium quorundam transire: sed si quidem tale aliquid factum fuerit, irritum sit et nullius momenti.

Bigamum, neque diaconum, neque presbyterum fieri debere.

¶ Qui [3]) duas nuptias contraxerit, diaconus vel presbyter fieri prohibetur. sed et si mulierem disiunctam a marito suo, quem ipsa reliquit, uxorem quispiam habuerit, neque diaconus, neque presbyter fieri potest. idem est si concubinam habeat: quippe tales homines in castitate vivere decet. Ille autem qui habet, vel qui habuit uxorem castam, et ipsa ab ipso virgine suscepta est separata: presbyter vel diaconus fieri non prohibetur. Si quis autem presbyter vel diaconus vel subdiaconus uxorem duxerit, vel concubinam habuerit, sive clam, sive palam, sive sub aliqua figura cadat clericatus honore, et sit privatus et laicus. Ea quae diximus in clericis teneant etiam in diaconissis.

Ordinanda in diaconissam cuius aetatis et qualis esse debeat: et ordinata si nubat, quibus poenis subiaceat.

¶ Diaconissam [4]) autem creari constitutio praecepit, si quinquaginta annorum aetatem habeat: ita tamen ut virgo sit, vel unum tantummodo habuerit maritum. Si autem mulier propter aliquam necessitatem minor quinquaginta annis diaconissa facta fuerit, non liceat alibi degere quam in asceteriis sanctimonialium mulierum, ubi neque mares conversantur, neque vivere liceat ei quomodo velit. Nulla autem facultas diaconissis tributa est habere quosdam veluti fratres vel cognatos, vel quos dicere solent aegyptos, id est dilectos. nam diaconissae vel per se habitare debent, vel nullũm alium admittere secum, nisi re vera fratrem. Si autem aliqua suspicio sit quasi simulatus super eum eidem gerunt vel ab initio non consecratur: aut si consecrata fuerit, amittat honorem. Poenas autem cum corruptore patiatur, quas rectae constitutiones adversus corruptorem definiunt. Eo autem tempore quo diaconissae consecrantur, admonendae sunt, quod si postea nupserint, vel aliam vitam elegerint, gladio ultore feriantur, et facultates eorum monasteriis adiiciantur. Is autem qui corrupit eam, quidem eodem supplicio puniatur: bona autem eius fisci iuribus vendicentur.

Clericus adeptum relinquens ordinem qua poena plectendus sit.

¶ Sive [5]) lector, sive subdiaconus, sive diaconus, sive presbyter clericatus honorem contempserit, et in aliam vitam transierit: duorum alterum, vel curiali conditioni cum suis facultatibus subiiciatur, vel si plures curiales civitas habeat, sive ipse vilior sit, ad officialem conditionem trahatur.

Clericorum numerus si determinatus non sit, iuxta ecclesiarum redditum moderetur.

¶ Nullus [6]) episcopus multitudinem faciat clericorum: debet enim secundum redditum ecclesiarum numerus clericorum moderari. et si quidem is, qui sacrosanctam ecclesiam statuit, ab initio clericorum numerum qui debent in eadem ecclesia consecrari, definivit, ille numerus custodiatur: si autem numerus non praefinitus est, non per amicitiam nec per gratiam ordinandi, sed secundum facultates sacrosanctae ecclesiae moderandus numerus erit cura et solicitudine patriarcharum, metropolitanorum, et aliorum episcoporum. liceat autem unicuique sive privatus sive clericus sit inspicienti ea quae diximus ab aliquo contempta, ad Imperatorem referre.

Titulus VIII.

De non alienandis aut permutandis rebus ad venerabiles locos pertinentibus.

Venerabilium locorum res immobiles alienationi adfectas non esse regulare. Poenae autem quibus subiaceant emptores, oeconomi, tabelliones instrumenta conficientes et magistratus qui instrumenta authorarunt, hic descriptae sunt.

Nullis [7]) sub Romana ditione constitutis ecclesiis vel xenodochiis, vel ptocotrophiis, vel nosocomiis, vel orphanotrophiis, vel gerontocomiis, vel brepnotrophiis, vel monasteriis tam monachorum, quam sanctimonialium archimandritam habentibus vel archimandritissam liceat alienare rem immobilem, sive domum sive agros sive ortum sive mancipium rusticum vel panes civiles, neque creditoribus speciali vel generali hypothecae titulo obligare. Alienationis autem verbum continet venditionem, donationem, permutationem et emphyteuseos perpetuum contractum. sed omnes omnino sacerdotes hac alienatione abstineant poenas timentes, quas Leonina constitutio comminatur: ut is qui comparaverit, rem loco venerabili reddat eam ei, cuius antea fuerat, scilicet cum fructibus aliisque emolumentis, quae in medio tempore facta sunt. oeconomum amtem ecclesiae praestare oportet omne lucrum, quod ex huiusmodi prohibita alienatione senserit, vel ecclesiae damnum affecerit: ita ut in posterum oeconomus non sit. non solum autem ipse, sed etiam successores eius teneantur, sive ipse oeconomus alienaverit,

1) Iul. cap. 27. 2) Iul. cap. 23 princ. 3) Iul. cap. 28. 4) Iul. cap. 29.

5) Iul. cap. 30. 6) Iul. cap. 31. 7) Iul. cap. 32.

sive recipiens alienantem episcopum non prohibuerit, et multo magis si consenserit. ¶ Tabelliones autem qui talia interdicta instrumenta conscripserint, perpetuo exilo tradi oportet. ¶ Magistratus autem qui eadem instrumenta admiserunt, vel officiales qui operam dederunt ut monumentis intimentur et donationes vel alienationes actis intervenientibus confirmentur non solum magistratus sed etiam dignitate et facultatibus suis cadant. ¶ Remittit autem constitutio ea quae in praeterito tempore acta sunt: expedit autem quosdam contractus quos in sequentibus exponit capitulis, per quos ecclesiarum immobiles res alienari possunt. ¶ Xenodochium, id est, locus venerabilis, in quo peregrini suscipiuntur. ¶ Procotrophium, id est locus venerabilis, in quo pauperes et infirmi homines pascuntur. ¶ Nosocomium, id est locus venerabilis, in quo aegroti homines curantur. ¶ Orphanotrophium, id est locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri pascuntur. ¶ Gerontocomium, id est locus venerabilis, in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi homines curantur. ¶ Brephotrophium, id est locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

Principi cum ecclesia permutare licere pro re maiori meliori vel aequali.

¶ Si [1]) princeps voluerit rem immobilem sancto loco praestare, et accipere ab eo aliam immobilem rem, et eodem modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei, divina pragmatica sanctione promulgata ab eo.

Res ecclesiae et venerabilium locorum in emphyteusim dari possunt etiam in personas accipientis, filii et nepotis.

¶ Emphyteuseos [2]) contractus sub hac forma factus constituat locus, ut vivo quidem eo cum quo contrahit maneat omnimodo emphyteusis, mortuo autem eo ad haeredes eius transmittatur: si forte filii sint sive masculi, sive foeminae: aut si nepotes sint sive neptes: aut si uxor sit vel maritus: nisi specialiter mariti vel uxoris nomen expressum fuerit. Alioquin ad aliam personam emphyteuseos contractus non transeat, sed usque ad vitam contrahentium extendatur, nisi filios vel nepotes, vel filias vel neptes habeant. Procedere autem emphyteusis debet prius requisitione cum omni veritate atque subtilitate habita in redditu eo quod ad id tempus fuerat, in quo ad sacrosanctam ecclesiam pervenisset eiusque redditus sextam portionem remittant ei qui emphyteusis contrahit. ¶ Sinautem diminutus fuerit ex aliquo casu fructus praedii duorum alterum fiat, vel sub eodem redditu, qui tunc invenitur sine ulla diminutione is qui contrahit accipiat praedium, vel ad contractum omnino non accedat. melius enim est locare magis praedia sanctorum locorum, quam sub huius diminutionibus contractum emphyteuseos facere.

Praedium pretiosum si in emphyteusi concedatur: non fructuum quantitate metiatur: sed talis constituatur pensio quae XX. an sorti praedii aequiparetur.

1) Iul. cap. 33 2) Iul. cap. 34

¶ Si autem ecclesiastici praedii emphyteusis contrahatur pretiosissimi quidem, sed tamen vilissimum redditum habentis non oportet emphyteuseos contractus ad fructuum quantitatem metiri, sed existimatio redditus proastii fiat, et inspiciatur redditus qui per viginti annos comparari potest ex pretio proastii, et tantum redditum dare se paciscatur is, qui emphyteuseos contrahit: ita tamen ut etiam in hoc casu non in perpetuum contractus extendatur, sed secundum observationem quam supra diximus.

Emphyteota canonem biennio non solvente cadit a iure suo: cogiturque rem cum pensione debita reddere: damnum si quod datum sit, pensare nulla habita ratione emponematum.

¶ Sciant autem ii qui emphyteuseos contraxerunt, quod si placitus redditus ab eis non datur: licentia libera praestatur sanctorum locorum administratoribus et praedia abstrahere, et nihil emponematum nomine praestare. Emponemata autem dicimus ea quae labore contrahentis in agro meliorata sunt. ¶ Sin autem deteriorem agrum fecerit, cogatur de suo sumptu dare et restituere pristinam praedii faciem: et hoc subditi debent non solum ipse, sed etiam haeredes eius vel successores vel bonorum possessores, et bona eius: ita tamen ut debitum quoque redditum sine aliqua dilatione reddere compellentur.

Res immobiles ecclesiarum et si alienationi non subiaceant: in emphyteusim tamen dari possunt: hocque secundum formam hoc loco descriptam.

¶ Id autem quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non solum in integris domibus vel proastiis, vel agris, vel ortis: sed etiam in iis quae omnino diruta vel deserta et in area posita sunt: quamvis enim nullum aedificium nullam materiam habeant, et tamen ea alienare prohibitum est, nisi forte emphyteusis ad tempus secundum ante factam divisionem in tres personas fuerit facta. ¶ Ne autem aliqua circumscriptio fiat, iubet constitutio duos primates mechanicorum vel architectorum in civitate Constantinopolitana una cum religiosis oeconomis et quinque reverendissimis presbyteris et duobus diaconis praesente et ipso beatissimo archiepiscopo, vel in provinciis duo nobiles mechanicae vel architectae, vel unus, si unum tantum habeat civitas, pervenire oportet ad locum, et divinis ante positis scripturis definiri ab eis de architectis quantum debeat super eodem loco dirupto sacrosanctae praesentari ecclesiae ab eo qui ad emphyteuseos contractum procedere voluit, et sub his pactionibus et instrumenta emphyteuseos componantur: et is qui contraxit emphyteusim aedificet, et materiis utatur, si quasdam materias diruptas habeat locus, et transmittatur contractus duobus successoribus suis secundum praedictam observationem, posteaque praedium redeat ad sacrosanctam ecclesiam vel ad alium venerabilem locum, qui sub titulo emphyteusis rem immobilem dederit. Nam et illam pactionem, imo magis callidam machinationem reiiciendam esse constitutio iubet, id est, si pactum fuerit cum oeconomo et religioso episcopo et aliis personis quas enumeravimus, is quiem phyteusim contraxit, ut etiam tribus personis

defunctis: nihilominus deinceps successoribus liceat emphyteuseos titulo res immobiles ab ecclesia capere, et aliis personis anteponi. talem enim conventionem utpote callidam factam constitutio reprobavit.

Ususfructus rei ecclesiasticae concedi potest, hoc acto ut usufructu finito res ad ecclesiam redeat.

¶ Sin [1]) autem voluerit aliquis rem immobilem ecclesiasticam vel emphyteuticam utendi fruendi causa accipere, eo modo fiat contractus, quo divi Leonis constitutio statuit. Oportet enim fructuarium divitem constitutum esse, et rerum immobilium et eum aliam rem iure dominii dare sacrosanctae ecclesiae vel alii loco venerabili, a quo usumfructum accepit: ita tamen ut res immobiles quas ipse pro usufructu praestat non minorem redditum habeant, quam sit ususfructus rei immobilis ad sacrosanctam ecclesiam, et alia venerabilia loca pertinentis: ita tamen ut illa res omnimodo, quam utendi fruendi causa accipit, vel mortuo eo ad sanctum redeat locum, vel adhuc vivo eo, si forte usque ad certum tempus ususfructus ei relictus est. Impleto enim tempore necesse est usumfructum extingui. Nulla autem licentia sit in tantum tempus protelare, ut etiam post mortem fructuarii res immobiles ad sanctum locum non redeant. Nam modis omnibus defuncto fructuario pleno iure fundus ad ecclesiam redire debet: ita tamen ut etiam illa res, quam de suo patrimonio ab initio fructuarius loco sancto dedit, maneat firmiter nulla machinatione abstrahenda.

Emptor rei ecclesiasticae qui contra iura mercatus est, rem cum fructibus restituere cogitur. Donatarius rem itidem cum fructibus et rei aestimatione restituit: suis tamen actionibus in oeconomum salvis.

¶ Si [2]) quis contra saluberrima monita praesentis constitutionis rem immobilem venerabilis loci comparaverit: primum quidem rei aestimationem amittat, et rem quam illicite comparavit, restituat cum omnibus emolumentis eius, quae in medio tempore facta sunt. et omnia lucro ecclesiae vel alterius loci venerabilis cedant, et nullam habeat ipse contra ecclesiam actionem: sed tantum adversus oeconomos et alias venditorum personas ex empto iudicio moveat. Nam venditorum patrimonia emptori subiecta esse aequum est. Hoc si venditio contra praesentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta sit. Alioquin si donatio facta fuerit: tunc is qui liberalitatem accepit interdictam non solum ipsam rem cum fructibus suis et causis venerabili loco restituat, sed etiam aliud quantum accepit poenae nomine praestet sanctissimo loco, cuius res donata fuerit, ab his qui res eius administrant.

Permutantes cum ecclesia omnes praeter principem, nedum rem quam acceperunt, restituunt: sed etiam re, quam dederunt, privantur.

¶ Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis. tunc et rem quam accepit, reddat, et quam ipse dedit, amittat. actione eius scilicet adversus personas et patrimonia eorum conservanda, qui cum eo contraxerint, excepto videlicet principe, cui secundum praefatam supra divisionem in permutationem facere rerum immobilium cum sacrosanctis locis permissum est.

Creditor ecclesiae qui non contentus hypotheca generali speciale pignus accepit: rem quam dedit cum usuris perdit, et pignus quod accepit restituit.

¶ Sin autem pignus creditor ad corporalem detentionem acceperit, et res immobilis sit, quae pertinet ad ecclesiam, vel ad alios locos venerabiles veluti domus, vel proastium, vel ager, vel ortus, vel panes civiles, vel mancipia rustica. Nam ea quoque veluti membra rerum immobilium sunt. ¶ Si quis igitur horum aliquid pignoris nomine corporaliter acceperit: prius quidem neque sortem quam dedit, neque usuras quas forte stipulatus est, exigat: deinde etiam ipsam rem cum suis emolumentis venerabili loco restituat. Sed in hoc casu adversus oeconomos vel alios administratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus. Omnia enim quae diximus etiam in mulierum monastriis vel asisteriis obtinere oportet. ¶ Si [3]) quando necessaria causa inexcusabilis immineat, ut mutuam pecuniam accipiat venerabilis locus, liceat oeconomis etiam res immobiles obligare pignoris iure, ita tamen ut corporaliter creditoribus non tradantur.

Rem in emphyteusim perpetuam ab ecclesia qui accipit: ab emphyteusi cadit: et quod dedit non repetit: et ad canonis praestationem acsi emphyteusis valeret, tenetur.

¶ Si [4]) quis emphyteuseos contractum in ecclesiastica re vel alterius venerabilis loci contraxerit in perpetuum: primum quidem id quod actum est pro infecto habeatur: deinde tantum eum in uno quoque anno venerabili loco perpetuo praestare oportet, quantum praestitisset, si ab initio legitima emphyteuseos esset nulla remanente apud eum ex his quae frustra ei occasione emphyteuseos praestita sunt. res enim ipsas cum suis fructibus omni modo restituere debet. Tabelliones autem si contra legem emphyteuseos instrumenta receperint: irrevocabili puniatur exilio, ut nunquam redeant, nec divina sanctio promulgata fuerit. ¶ Nam nec magistratus audire super talia instrumenta, vel dictare, vel facta amittere, et in publicis munimentis inserere, vel confirmare debet. nam si aliquid tale deliquerint, non solum honore, sed etiam dignitate et patrimonio cadant.

Poena qua puniuntur qui res mobiles Deo dicatas distrahunt. Item et qui capiunt, sive mobiles sive immobiles.

¶ Eisdem [5]) poenis coerceri oportet eos, qui sancta vasa sive sancta dona contra legem, sive pignoraverint, vel distraxerint vel conflaverint, vel quocunque modo alienaverint excepta videlicet captivorum redemptione eandem observantiam iubet constitutio teneri et in alienatione panum civilium. ¶ Nemini [6]) liceat per pragmaticam sanctionem

1) Iul. cap. 35. 2) Iul. cap. 36.

3) Iul. cap. 37. 4) Iul. cap. 38. 5) Iul. cap. 39. 6) Iul. cap. 40.

aliquid eorum capere, quae sacrosanctis ecclesiis, aliisque venerabilibus locis competunt, sive immobiles sint, vel mobiles, quae alienari non possint.

Quaestoris qui iuri communi contrarias expedit literas poena.

¶ Sin autem quaestor magnificus tale rescriptum dictaverit, vel caeteri magistratus intimationem pragmaticae formae receperint, unusquisque quinquaginta librarum auri poena multetur.

Poenae quibus adfecti sunt episcopi, qui rerum ecclesiae alienari prohibitarum alienationi adsentiunt.

¶ Sin autem religiosi episcopi tales pragmaticas sanctiones contempserint: non sine periculo se contempsisse cognoscant. Nam si receperint eas episcopatus honorem se amissuros non dubitent. ea autem locari vel emphyteuseos titulo dari oportet sola, quae administratorum arbitratu videantur tali aliquo indigere.

Qui rescripti virtute res ecclesiae titulo aut locationis aut emphyteuseos habere praesumit: sacrilegii poena irretitus est.

¶ Si [1]) quis in potentatu constitutus divinam pragmaticam sanctionem impetraverit, cogentem oeconomum vel alios administratores veneralium locorum ea quae aliis neque locata neque emphyteuseos titulo data sunt, sibi locari, vel emphyteuseos nomine dari poena sacrilegii teneatur.

Monasteria neque alienanda sunt, neque pigneranda.

¶ Nemini [2]) liceat in posterum cuiuscunque monasterii impiam venditionem vel donationem vel permutationem contrahere, ubi et altare collocatum est, et sacra missa facta, et monachica conversatio. Sin autem tale aliquid fuerit admissum, et id quod factum est pro infecto habeatur, et is qui accepit praedium amittat et is qui distraxerit, et rem et pretium reddat sacrosanctae ecclesiae et venerabilibus monasteriis et his quorum cura erit (ubi alienatum contra legem) monasterium rursus in pristinum statum reducere. ¶ Nulli autem liceat vel titulo pignorum, vel hypothecarum sacrosanctum obligare monasterium. nam et si tale aliquid admissum fuerit refutari oportet: ne iterum in sanctissimo monasterio sancta procedat missa.

Agrum sterilem qui ecclesiae aut donat aut vendit, nihil agit.

¶ Si [3]) quis sterilem agrum cuicunque venerabili loco donaverit vel vendiderit, contractus nullius erit momenti. Nam et donatione et quavis alienatione recisa cogatur donator et venditor rem suam recipere quam calliditate vel fraude videtur dedisse, ut exoneraret suum proprium patrimonium. ¶ Oeconomus autem vel quicunque alius administrator venerabilis loci omne damnum, quod ex hoc illicito actu contigerit, resarciet ei, qui cum eo contraxit, secundum ea quae supra diximus. ¶ Liceat autem unicuique ex populo si viderit, praecepta impositae constitutionis neglecta ad Imperatorem referre, et calumniatoris notam evadere. ¶ Omnibus autem permissum est ubique magistratus gerentibus sive minorem sive maiorem potestatem habeant, omnia praesentis constitutionis custodire.

Titulus IX.

De magistratibus sine pecunia creandis, et de mandatis principum, et officio rectoris provinciae.

Magistratus sine pecunia creandos esse, et quare.

Omnes [4]) magistratus sine pecunia creandos decernimus ut neque impune aliquid detur neque sine punitione a subiectis aliquid exigatur.

Iudicibus per provincias loci servatores seu vicarios mittere non licere.

¶ Nemo [5]) magistratus civilis vel militans municipiis eius provinciae cui praeest vicarios suos audeat admittere: sed si quis tale quid fecerit, magistratus honore cadat: omnes [6]) privatos homines subiectos esse constitutio iubet omnibus provinciarum praesidibus tam in pecuniariis quam in civilibus causis, et ubi ii qui a Constantinopolitana civitate descenderunt cuiuscunque iudicis calculos, vel iussiones habeant, subiecti sint provinciarum praesidibus: ut non audeant sportularum nomine aliquid exigere supra modum sacris constitutionibus statutum. hoc enim si contempserit, praeses de sua substantia resarcire cogatur damna provincialibus. Liceat autem eis et de his referre non solum maioribus magistratibus, quibus suppositi sunt qui sportulas illicitas exegerunt: sed ipsi Imperatori liceat praesidibus, si vendiderint eos, qui calculos vel iussiones habent quod iniuste vel violenter versati fuerint refrenare et non timere, neque dignitatem eorum neque cingulum quo forte decorantur.

Magistratus sive praesides quale iuramentum praestare teneantur Nihil item accipiant praeter id quam quod lex statuit.

¶ Oportet autem ununquenque qui magistratum gesturus est, antequam honorem suscipiat, sacramentum dare: quod neque dedit alicui pecuniam, neque lucrum impium capturus est. Si quis autem aliquid accipiat ultra ea quae constitutio habuit, in quadruplūm hoc reddat. Curam autem agat praeses provinciae, ut in exactionibus tributorum ea exigere debeat non cum severitate: nisi forte contumaces sint ii, qui tributa debent. Habeat autem circa se assessores aequos et iustos et non inclinantes ad lucrum. Quod si quis dederit aurum, ut magistratus fiat: postea quam in furto conventus fuerit in ipso magistratu et publicabuntur bona eius, et in exilium mittendus erit, et corporales coertiones patietur. Nam et episcopi et primates civitatum, si viderint iudicem iniuste versari preces Imperatori porrigere debent, ut principali indignatione poenas praeses impius luat.

Provinciarum administratores functo officio maneant in provinciis l. diebus rationem reddituri. Si ante quam completi sint l. dies

1) Iul. cap. 41. 2) Iul. cap. 42. 3) Iul. cap. 43.

4) Iul. cap. 51. 5) Iul. cap. 54. 6) Iul. cap. 56.

fugientes capiantur: omne quod datum fuit, furti actione exigatur praesente episcopo et causam ex non scripto examinante.

¶ Praeses [1]) provinciae postquam desierit esse praeses in eadem provincia quinquaginta dies moram faciat, et publice appareat: et omnes excipiat actiones. Quod si antequam quinquaginta dies praetereant, absconderit se: liceat unicuique et tenere eum in provincia, et omne quod furatus est, ab eo repetere, praesente episcopo et rem discernente. Quod si ante quinquaginta dies fugerit, et comprehensus fuerit sive in Constantinopolitana civitate sive in alia quacunque regione, reducatur ad eam provinciam, cui praeerat: et ea quae furatus est in quadruplum restituat. Haec autem tota licentia provincialibus data est, si in furto praesidem arguere maluerint. Nam in aliis causis antedicta observatio cessat.

Nullus de provincia praesidis tribunal declinet: ut qui in omnes ius dicere possit.

¶ Nemo [2]) neque in criminali causa, neque in exactione tributorum, neque in populari seditione apud praesidem provinciae conventus fori praescriptione utatur. Ut [3]) autem in omnibus causis iustitiam exequi possit praeses provinciae, milites qui in provincia sedent subiiciantur. qui si ei non obtemperaverint: annona eorundem militibus prohibeatur, et militiam suam amittant et corporali poena subsistant.

Praesides iusti ubi mittuntur: servatores loci vel similes in provinciam destinare nemini licere.

¶ Cumque [4]) in provinciis praesides iusti mittantur, superfluum est latrunculatores mittere, et eos quos viccolitas, vel eos qui violentias prohibeant, vel apoplistas vocant. Idem eos qui privatis hominibus arma habere concedunt, ne rapines aut caedes faciant. Sed neque magistro militis orientis vel aliis magistratibus licebit latrunculatores vel viccolitas vel apoplistas vel alios similes eis in provinciis mittere. Si autem aliquid tale perpetretur: his qui missi sunt, praesidali potestati supponantur, et ultimum periculum patiantur. postquam hoc ad Imperatorem fuerit relatum: ii qui miserunt eos triginta librarum auri poena coerceantur.

Magistratus coram quibus sacramentum praestare teneantur.

¶ Is autem quis magistratus creatur: siquidem in Constantinopoli civitate in praesentia vel Imperatoris vel praefecti praetorii et comitis rerum privatarum et cubicularii sacramentum praestet oportet. Sinautem in provincia magistratum accipiat, ante metropolitanum et primates civitatis iurare debet. Iubet autem constitutio defensores civitatum nihil omnino vel dare nisi usque ad quadraginta solidos, vel accipere nisi publicas annonas, si quae sunt.

Praesides provinciarum consuetudinarias iussiones ex quocunque iudice veniant, non admittant.

¶ Consuetudinarias [5]) iussiones ex quocunque iudicio procedentes provinciarum praesides non recipiant: veluti de publico aquae ductu, et de portu, et de itineribus imminuendis, et de pontibus, et de imaginibus, de numeris, de aedium excidio vel aliorum publicum exigeri: utpote in publico loco aedificatorum.

Administratores provinciarum provideant, ne iudices venientes a principe subditos laedant: praeceptaque contra ius non nisi secunda iussio emanaverit, suscipiant, et omnia principi referant.

¶ Licet autem nulla ratione habere praesides provinciarum haec iussionum, nisi divinam pragmaticam iussionem intimaverit, postea quam iudicaverit, praesidem oportet per suam relationem piissimo principi referre. nam nec divinam pragmaticam formam tenere eum admittere constitutio permittit. debet autem et in operibus publicis suam diligentiam atque instantiam praeses ostendere. nam et patres civitatum aedificationes publicas cogere debent, et constituere. omnes autem milites qui in provincia sedent, imperio praesidis subiici constitutio praecepit. nam et castigare eos delinquentes praesidi licet.

Iudices ex aequo et bono causas et audiant et iudicent: breves quidem ex non scripto, ne expensis subditi graventur. hocque brevius quam fieri poterit: ne negligentiae occasione princeps consulatur.

¶ Oportet [6]) autem praesides et causas privatorum cum aequitate eas audire: et viliores quidem dirimere sine scriptis: et non concedere litigatoribus ultra ea quae constitutionibus continentur in iudicio expendere. Si autem tales sint litigatores sine aliqua expensa causas eorum agnoscere praesidem oportet: sic enim hoc cum omni pietate fiat: nec facile in Constantinopolitana civitate provinciales currant. Nam et si concurrerint, cum per magistratus provinciales non steterit, nullum responsum impetrabunt a principe. Iubet autem constitutio et agentes in rebus et alios quosque qui a Constantinopoli civitate iussiones maiorum iudicum impetrant, prohiberi posse provinciarum praesides iniuste conversari.

Praesides in delinquentes omni cessante privilegio animadvertere debere, et providere ne officiales subditos iniuriis afficiant.

¶ Si [7]) quis crimine illigatus in iudicio praesidis productus fuerit, et ne aliquid de eo cognoscatur, privilegio dignitatis vel militiae usus fuerit: praeses provinciae non recipiat eum. qui enim privilegium ad removenda crimina praetendit a praeside, admitti non debet. apparitores quoque refrenare praesidem oportet. Et si iniuriose conversari voluerint: non permittere. sed et consiliarium et omnes homines suos purissimos habeat ut his tantum contenti sint, quae eis publicum administrat.

Inducias triginta dierum praesidem concedere posse si cautum sit.

¶ Praeses [8]) provinciae fidem publicam non passim unicuique praestare debet: imo etiam si dederit usque ad triginta dies tantum fides publica valere debet: sed et condemnare eos debet qui intra terminum sanctorum sunt, et

1) Iul. cap. 57. 2) Iul. cap. 58. 3) Iul. cap. 59. 4) Iul. cap. 60. 5) Iul. cap. 69.

6) Iul. cap. 68. 7) Iul. cap. 70. 8) Iul. cap. 71.

exigere eos, ita tamen ut competentem honorem sanctorum terminus observet.

Induciae sanctorum neque adulteris, neque virginum raptoribus, neque fisci debitoribus dandae sunt.

¶ Termini [1]) sanctorum non prosunt neque homicidis, neque adulteris, neque raptoribus virginum. Sed et si quis tributa fisco debeat: poterit intra sanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum, ut tam oeconomi ecclesiarum quam defensores ad hoc subveniant praesidi, et magis quam debitorem eripiant. nam si quid tale fecerint, de sua substantia tributa fisco reddere compellantur.

Praesidum profectiones provincialibus damnosas esse non debere. suis etenim stipendiis contenti sint.

¶ Profectiones [2]) praesidum non oportet damnosas provincialibus esse. Nam nec angarias praesidi, vel apparitori eius facere licet. Omnes enim omnino praesides annonis suis contentos esse constitutio iubet.

Vicarium constituere provinciae praesidi non licere: nec angarias provincialibus militibus exigere oportere.

¶ Non [3]) licet provinciarum praesidibus in ipsis provinciis quas ipsi gubernant, vicarios suos constituere: sed nec militibus concessum est angarias a provincialibus petere, vel quaecunque ei detrimenta eis facere: sed et si quid damni provinciales sentiant, hoc praeses de suo eis recarcire compelletur.

Praeses provinciae cum metropolitano de religione cognoscere potest et debet.

¶ Si [4]) quis iussiones portaverit praesidi de regionibus, liceat ei eas contemnere. nam si quid canonicum acciderit, hoc praeses cum metropolitano provinciae disponere debet.

Damnatorum bona publicanda non sunt, sed cognatis relinquenda.

¶ Capitali [5]) crimine damnatorum bona non ad lucrum praesidis referri, sed cognatis punitorum reddi oportet. ¶ Iniusta [6]) patrocinia tam prohibere quam contemnere praeses provinciae debet.

Praesides eos qui suae sunt iurisdictionis, vendicare posse.

¶ Alienos [7]) colonos sive capite censitos nemo suscipere audeat: sed et si susceperit, statim reddat. alioquin si non reddiderit, terram desertam propter colonum vel adscriptitiorum absentiam susceptoribus eorum irrogari aequum est. Curare autem etiam praeses provinciae debet ne aliquid tale contingat. sed si contingerit, etiam si in aliam provinciam coloni vel adscriptitii fugerint: per publicas literas reducere eos debet: et hoc non solum in dominicis praediis obtinebit, sed etiam in privatorum possessionibus: quarum forte aliquis curam habet, sive quod creditores sint, sive quod procuratores.

1) Iul. cap. 72. 2) Iul. cap. 74. 3) Iul. cap. 75. 4) Iul. cap. 76. 5) Iul. cap. 77. 6) Iul. cap. 78. 7) Iul. cap. 79.

Agris alienis qui titulos imposuit bonorum proscriptione multetur.

¶ Si [8]) quis alienis agris vel ergasteriis titulos imposuerit, et nomen suum inscripserit, bonorum publicatione puniatur. Unusquisque autem praeses provinciae postquam ad provinciam pervenerit, convocare debet episcopum, et clerum, et primates civitatis: et haec divina intimare mandata non solum in metropolitana civitate, sed etiam in aliis provinciis: ita ut per apparitores insinuentur sine omni municipalium damno.

Titulus X.

De appellationibus.

Ad appellandum indulgentur induciae decem dierum computandorum a sententiae prolatione.

Omnis [9]) provocatio, sive per se, sive per procuratorem, vel per defensorem, vel per tutorem, vel quempiam intra decem dies porrigatur, quos connumerari constitutio iubet ex eo die quo definitiva sententia recitata est, si [10]) consultatione praetor vel princeps occupatus non possit senatum ad hoc ipsum colligere.

Instantiae non currunt in supremis curiis.

¶ Allegationes litigatorum maneant in eadem figura, et nullum praeiudicium patiantur, quamvis tempus translatum sit, videlicet eo donec princeps vacationem agens senatores in unum convocaverit.

Tempus exercendae et finiendae appellationis est annus, et ex causa biennium. Si appellatus adversario absente prosequatur: sententia aut infirmabitur aut confirmabitur, absente in expensis condemnato.

¶ Si [11]) quis adversus sententiam iudicis provocaverit, et iudicio appellationibus destinato praesens non fuerit: liceat litigatori, id est, adversario eius intrare in iudicio, in quo provocatio exerceri debeat: intra biennium tamen, ut unus verbi gratia, mensis supersit, et dicat suas allegationes iudicibus etiam absente eo qui provocavit. Iudices autem non omni modo pro eo qui praesto est sententiam dicant, sed interdum pro absente, id est, pro eo qui provocavit iudices victricem calculum ferant: scilicet, si bonam causam habeat: neque autem absentia eius impunita relinquatur omnimodo provocationis impensas adversario suo praestet, sive vicerit, sive victus fuerit. quod si utrique postquam statuti a legibus dies intraverint in absentia fuerint, maneat prior sententia. caetera autem iura quae de appellationibus posita sunt in suo permaneant statu. nam haec constitutio de his loquitur qui in absentia fuerint: postquam status dies intraverit.

Biennio claudenda est provocatio, sive utraque pars praesens sit sive altera tantum.

8) Iul. cap. 80. 9) Iul. cap. 89. 10) Iul. cap. 90. 11) Iul. cap. 176.

¶ In [1]) omnibus provocationibus obtinere iubemus, ut appellatione facta intra tempus statutum, si utraque pars fatalem diem observaverit sine dilatione iudices et ea quae acta sunt perscrutentur, et legitimum calculum proferant. quod si solus qui appellavit intravit: iudices expectent usque ad ultimum fatalem diem. et si is qui vincit, non inveniatur: perscrutentur acta, et finis legitimus sequatur. quod si victor intravit, et is qui appellavit, requisitus non inveniatur: expectent iudices non solum ultimum fatalem diem, sed etiam tempus reparationis, id est, tres menses. quod si quis transactis, is qui provocavit, non inveniatur: nullatenus temporis cursu calculi confirmantur: sed ex utraque parte iudices perscrutentur acta prioris iudicii: si quidem recte pronuntiatum est: confirment. Quod si aliquid non recte se habeat: hoc corrigere et legitimum calculum proferre debent. Semel autem appellationem intra fatales dies vel ab una vel ab ultraque parte introducta nullatenus biennalis temporis transactione primus calculi confirmetur, sed veritas, et iustitia perscrutetur, et finis legitimus talibus causis imponatur sive una sive utraque parte praesente. et propter hoc iubemus in talibus causis non in primo introitu omnes cognitiones referri, sed singulas propriam diem praescriptam habere.

Appellationem recipere intra iuris tempora iudices oportere.

¶ Omnes [2]) iudices legibus non interdictam provocationem intra statutos dies recipere non recusent intra triginta dies postquam provocatio porrecta est acta cum sua subscriptione litigatoribus dare: et illi apud competentem iudicem eam intimare possint. Si quis autem iudicum hoc facere distulerit: calculus quidem temporis transactione non confirmabitur. ipse autem iudex qui ea non observaverit, et qui ministerium ei praebet, omne damnum, quod litigator passus fuerit, actis ei non editis de suis literis reddere compellantur, et denas libras auri poenae nomine nostris privatis exolvant.

Titulus XI.

De defensoribus civitatum.

Defensoribus civitatum magistratum quem induerunt, aspernari non licere: qui ex civitatis nobilioribus, honestis et fide dignis assumendi sunt, praestito sacramento authorandi a praefecto.

Nulli [3]) licentia sit defensori officium in civitatibus suis contemnere: alioqui quinque libris auri ipse coercebitur. ita tamen ut in opera civitatis quinque librae impendantur, et post poenae solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogatur. nec etiam vilissimos homines, sed ipsos magnos primates civitatis decet: quamvis illustres sint, vel militare singulum, vel praerogativas ex principalibus pragmaticis sanctionibus habeant. Creari autem defensores oportet per ordinem: et sic unus ex ipsis primatibus quorum calculo crearetur, fiat autem cum sacramento. Nam iurare debet quod omnia secundum legem et iustitiam facturus sine dolo est. Confirmetur per iussionem praefecti praetorii, et habeant defensum honorem per biennium tantum. et non liceat praesidi successorem ei dare, sed praefecto praetori.

Testamenta atque donationes authorare civitatum defensoribus esse: et quicquid est monumentorum proprium qui etiam de causis pecuniariis ad trecentos usque solidos iudicabunt.

¶ Testamenta [4]) atque donationes apud defensores civitatis insinuentur: aliaque monumenta publica apud eos recte procedant. hoc enim praeses prohibere non potuerit: quamvis adversus ipsum praesidem componantur, vel ad adversus homines eius. Pacta autem conficere defensor potest ad similitudinem praesidis tam adversus tributarias illationes deferentes, quam adversus seditiosos. habeat autem ex praesidali apparitione unum exemptorem, et duos apparitores: et iudicet in pecuniariis causis usque ad solidos trecentos.

Plus petens ut defensorum iudicium eritet, debito privatur.

¶ Si [5]) quis plus petierit ut apud praesidem magis quam apud defensorem causa cognoscatur, et per diffinitivam sententiam reperiatur quantitas litis fuisse in CCC. solidos constituta, perdat et ipsam quantitatem, quae re vera ei debetur, et actionis suae dispendio puniatur.

[illegible]

¶ Si [6]) defensor civitatis sententiam diffinitivam protulerit, et adversus eam provocatio porrecta sit: apud praesidem provinciae exerceri eam oportet. Si autem apparitoribus defensoris iniuria facta sit et praeses provinciae eam vindicare neglexerit: tunc relationem ad praefectum praetorio mittat: et quod a praefecto iussum fuerit, sequatur. Habeat autem defensor et scrinium publicum ubi monumenta publica deponeret et habeat unum hominem qui eadem acta debeat conservare.

Titulus XII.

De lenonibus tollendis.

Lenones ne sint curare debet praeses: quorum poena ultimum supplicium est. instrumenta item a lenonibus confecta pro infectis habentur.

Haec [7]) constitutio iubet neminem lenonem esse neque in urbe Imperiali, neque in aliis provinciis: et prohibere debent praetores et praesides. ultimo enim supplicio subiiciantur, qui contra constitutionis normam lenones esse ausi sunt. Omnia autem instrumenta apud lenones et fideiussiones interpositas, vel a lenonibus contra bonos mores factas infirmas atque invalidas esse haec constitutio iubet.

Titulus XIII.

De nefariis et incestis nuptiis.

Incestas contrahentium nuptias praeter exilium bona fisco applicantur, nisi supersint liberi, ad quos deveniunt, ut exules parentes alant.

1) Iul. cap. 121. 2) Iul. cap. 122. 3) Iul. cap. 103.

4) Iul. cap. 105. 5) Iul. cap. 106. 6) Iul. cap. 107. 7) Iul. cap. 109.

Si [1]) quis nefarium et incestum atque damnatum matrimonium contraxerit: liberos autem legitimos ex priore matrimonio non habuerit: statim suis facultatibus careat, et dos quae ei data est, fisci iuribus vendicetur. Post publicationem autem et cinguli sui patiatur amissionem, et exilio puniatur. quod si vilior sit, et corporalibus coertionibus subsistit, et uxor ei contra leges nupta easdem poenas patiatur, scilicet si nulla iusta excusetur ignorantia. Si [2]) autem liberi sint ei, qui incestas contraxit nuptias, illi autem liberi legitimi sint, quia forte ex alio legitimo matrimonio procreati sunt, poena patris sui iuris fiant, et paternas accipiant facultates: sic tamen ut patri suo alimonias praebeant: et quae necessaria sunt, administrênt.

Constitutione hac qui devinciantur, et quando ei locus sit.

¶ Haec autem omnia valeant post biennium quam haec constitutio fuerit intimata. nam intra biennium omnes quidem illicitas nuptias, si quae contractae sint, dissolvi constitutio iubet sine poena eorum qui nuptias illicitas contraxerunt.

Incestis nuptiis dissolutis cuius erunt bona.

¶ Liberi autem qui ex huiusmodi matrimonio nati sunt, tres partes bonorum paternorum accipiant, praestent quartam fisco, scilicet si ingrati sunt tales liberi et legitimi non sunt. nam si alii liberi legitimi sunt: tunc quidem quartam partem fiscus capiat: caetera autem bona inter se legitimi liberi, et qui ex licito matrimonio nâti sunt partiantur tam ex testamento, quam ab intestato. Mulier autem quae contra leges nupsit, suam dotem tantum accipiat. sed haec omnia intra biennium valeant. nam post biennium superiora iura valebunt, quae in primo capite dicta sunt. Nam si post biennium in illicitis nuptiis aliquis permanserit, poenis in primo capite dictis subiiciatur. ¶ Idem in dominis, ut si ante biennium illicitas contraxerint nuptias. nam biennii indulgentia illis praestita est, qui iam contraxerunt contra leges matrimonia, ut intra biennium separentur: quod si non fuerint separati, sed perseveraverint in toto biennio: poenis primi capitis subiiciantur.

Titulus XIV.

De naturalibus liberis.

Liberi naturales per matrimonium subsequens legitimantur.

Si [3]) quis cum muliere libera consuetudinem habuerit cuius nuptiae interdictae non sunt: et liberos ab ea procreaverit, posteaque instrumenta dotalia composuerit: ei non solum iam nati liberi legitimi et in eius potestate sint, sed etiam postea procreati.

Titulus XV.

Nullus mutuans agricolae teneat eius terram.

Creditor agricolae terram in pignus non accipiat: sed usuras secundum mutuum exigat.

Si [4]) quis rustico mutuaverit terram eius in pignus accipere non audeat: usuram autem sumere eum aequum est. siquidem aridos fructus mutuaverit, octavam: sinautem solidos mutuaverit, siliquam annuam pro singulo aureo capiat, donec scilicet totum quod debetur, fuerit a debitore solutum.

Titulus XVI.

De triente et semisse.

[illegible] omnium Falcidiae nomine quoquo relicti titulo parentes debent.

Omnes [5]) tam masculi quam foeminae decedentes, si unum filium habeant, tertiam partem substantiae suae ei relinquant Falcidiae nominae, eodem obtinente iure, et si duos vel tres vel quatuor liberos reliquerint. Sinautem ultra quatuor sint: dimidiam substantiae paternae habeant, ut in hoc casu Falcidia lex dimidiam partem contineat, id est, sex uncias substantiae defuncti. Nulla autem diferentia est, utrum ab institutione haeredis an fideicommissarii datione legitima pars liberis praestita sit. Hoc autem quod de filiis et filiabus diximus, teneat etiam in omibus descendentibus personis, quibus scilicet de inofficioso agere permissum est.

Liberi a parentibus debitae portionis usufructu defraudari non possunt.

¶ Si [6]) quis liberos et uxorem habens in ultimis suis elogiis iusserit totius substantiae suae uxorem quidem usumfructum habere, liberos autem nudam proprietatem, quid iuris sit. Et dicimus usque ad partem legitimam falcidiae habituros liberós etiam usumfructum proprietatis: reliquam autem ususfructus portionem uxori dandam: quia si nudam proprietatem sine ullo ususfructus solatio habeant liberi, nihil prohibemus fame eos perire. ¶ Haec autem quae diximus teneant tam in patre defuncto quam in avo et proavo et in omnibus superioribus personis, eodem videlicet iure observando. Et si mater decedens marito suo usumfructum totius patrimonii sui reliquerit, et liberis suis nudam proprietatem: idem est, et in avia et in proavia.

Nepotes patris aut matris locum intrant, ubi de avi vel aviae successione agitur: quibus succedunt pro ea parte qua pater vel mater si viveret, succederet.

¶ Si [7]) quis nepotes ex filio reliquerit, et ex filia nepotes vel neptes, pariter ad haereditatem avi defuncti ab intestato vocentur: et non minus tertia parte, sicut antea accipiant: sed integram portionem consequantur nepotes ex filia nati, qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. ¶ Item si avia decesserit nepotibus ex filio et ex filia derelictis omnes pariter ad haereditatem aviae suae vocentur: et omnino nulla sit differentia utrum ex filio, an ex filia procreati sint. ¶ Item si quis sine dotalibus instrumentis, sed sola nuptiali affectione matrimonium contraxerit, et liberos habuerit, posteaque soluto priore matrimonio secundas nuptias cum alia mu-

---

1) Iul. cap. 110. 2) Iul. cap. 111. 3) Iul. cap. 112. 4) Iul. cap. 113. 5) Iul. cap. 114. 6) Iul. cap. 116. 7) Iul. cap. 117.

liere contraxerit, et dotalia instrumenta ei fecerit, et alios liberos habuerit: omnes liberi eius tam ex priori matrimonio nati, quam ex secundis nuptiis procreati pariter ad haereditatem vocentur, quamvis primum matrimonium sine dotalibus instrumentis contractum est.

F[illegible] naturales una cum matre in duabus uncias [illegible] aequis portionibus patri succedunt [illegible] si legitimos liberos aut uxorem non habeat.

¶ Si [1]) quis neque liberos legitimos habens neque uxorem legibus cognitam decesserit, et concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit. Concubinam autem dicimus talem quae libera constituta in domo defuncti erat usque ad mortem eius, et si liberi naturales in domo eius ab ipso procreati sunt et nutriti. Si haec igitur ita sint: veniant simul tam ipsa concubina quam liberi eius naturales ab intestato in substantiam defuncti: non ut totam accipiant, sed ut duas uncias tantum consequantur substantiae defuncti patris, et distribuantur inter eos et matrem: ita tamen ut mater unius liberi portionem accipiat, et per capita divisio rerum fiat. Quod si concubina ante concubitorem suum decesserit, et filios naturales reliquerit: nihilominus duas uncias liberi naturales consequantur. haec autem de ea concubina dicimus, quae sola erat in domo defuncti concubitoris. alioquin si quamplures fuerint mulieres, quas in concubinatu defunctus habebat, ex quibus et liberos naturales habuerit, nulla legitima dabitur neque concubinis, neque liberis earum ad successionem defuncti venire: quoniam meretrices magis quam concubinae tales sunt, cum quibus passim defunctus dormiebat: sed illam solam cum progenie sua ad haereditatem defuncti vocamus quae quodammodo uxorem legitimam imitatur: et nulla differentia est, utrum naturales eius liberi masculi aut foeminae sint. haec autem in futurum tempus obtinere constitutio iubet.

Liberi ex ancilla concubina nati postea cum liberis manumissa nuptiis, aut nuptialibus documentis intervenientibus legitimi efficiuntur, et parentibus ab intestato succedunt.

¶ Si [2]) quis neque legitimam uxorem habeat, neque liberos legibus cognitos: ancillam autem suam concubinam habuerit, et liberos ex ea susceperit, posteaque eam cum liberis suis manumiserit, et ius anulorum aureorum eis impetraverit, et natalibus eos restituerit, instrumentaque dotalia conscripserit, quamvis et postea nullos habuerit liberos: attamen et uxor legitima sit et liberi qui ante dotalia instrumenta sunt nati tam legitimi quam in potestate patris sui naturales efficiantur et successionem eius ab intestato capiant.

Titulus XVII.

De collationibus.

Dotes et propter nuptias donationes tam ab intestato quam ex testamento collationi affectas esse: nisi parens hoc expresse designarit.

Si [3]) quis pro filia sua dotem genero dederit vel propter nuptias donationem pro filio suo nurui praestiterit: postea ipse pater decesserit testatus sive intestatus, et non specialiter expresserit, ut nulla collatio fiat dotis vel antenuptialis donationis. Si hoc igitur ita sit, is qui succedere iure patris voluerit cogatur conferre dotem vel ante nuptialem donationem.

Titulus XVIII.

De iis qui res suas filiis distribuere volunt.

Divisioni bonorum patris inter liberos factae non aliter locum esse, quam si testamentaria sit, aut alia scriptura a parente vel liberis subscripta contineatur.

Si [4]) quis res suas liberis suis distribuere velit sive in testamento sive alia quadam voluntate liceat quidem ei hoc facere: dum tamen distributionem confirmet sua subscriptione. Quod si ipse subscribere nolit, faciat liberos suos subscribere inter quos et rerum distributio fit. Quod si non ita fecerit, vel etiam sine testibus voluntatem suam condiderit: sciat eam nullius esse momenti. Ideoque liberi eius omnes ita substantiam eius partiantur inter se, ac si sine ulla distributionis voluntate parens eorum decessisset.

Titulus XIX.

De chyrographo et non numerata pecunia.

Qui propriam scripturam qua convenitur abnegat, vel numerationem infitiatur: convictus condemnetur in duplum: nisi sacramento illato confiteatur: quo casu non punitur, nisi in expensis actoris iuramento declarandis. Quid si litigium per tutores vel curatores agitetur?

Si [5]) quis probatam manu sua scripturam negaverit, et dixerit talem scripturam suam non esse, et postea actor probationibus vexetur, et aliis difficultatibus: vel si literas quidem agnoverit, dixerit autem pecuniam sibi numeratam a creditore non esse, in utroque casu si convictus sit, in duplo debitam pecuniam actori praestet. Quod si iudex contra praesentem legem iudicaverit: ipse poenam actori reddat. Hoc autem ita se habet: nisi forte actor probationibus deficiens sacramentum reo detulerit: tunc enim si reus sacramentum dare noluerit, sed veritatem confessus fuerit, dupli poenam evitabit. quod si longiore tempore litigio extenso ad sacramentum actor recurrerit, posteaque reus sacramenti timore veritatem confessus fuerit: dupli quidem poenam evitabit. Cogatur autem omnes impensas quas actor propter improbitatem eius fecerit sacramento actoris praestare. si quis autem dixerit sibi nullam adnumeratam esse pecuniam: postea autem confessus fuerit, et dixerit etiam se particularem solutionem solvisse: quamvis re vera persolverit, attamen nihilominus integram partem persolvat. Sed et si reus literas actoris protulerit, easque suas esse actor negaverit, et postea reus veritatem probare potuerit: coga-

1) Iul. cap. 118. 2) Iul. cap. 124. 3) Iul. cap. 119. 4) Iul. cap. 120. 5) Iul. cap. 121.

tur actor non solum illud imputare reo quod literis declaratur: sed etiam alterum tantum persolvat poenae nomine mendacii sui. et in hoc casu sacramenti ratio eadem habeatur, tam in actoris quam in rei persona. ¶ Quod [1]) si litigium per tutores vel curatores ventiletur: pone enim principales personas impuberes esse vel adolescentes, tunc poenae exactio propter improbam negationem adversus ipsos tutores vel curatores competat. Haec autem constitutio nullam facit innovationem in legibus quae duplum vel quadruplum in quibusdam casibus exigi praecipiunt.

Titulus XX.

De detentatione facta.

Detentor convictus qui [illegible] dominium negavit: probatum possessione privatur.

Si [2]) quis rerum detentator in rem actione ab aliquo conventus dixerit actorem rerum dominum non esse: actor autem probaverit se dominum esse, et probationibus convictus reus postea dicat hypothecarum titulo vel alio quodam iure ad se res pertinere: tali poenae subiiciatur, ut adhuc lite in suspenso constituta, res ad actorem transferatur: et post translatam possessionem, tunc si quas sibi putaverit actiones competere, eas moveat is, qui transposuit possessionem.

Titulus XXI.

De nuptiis.

Nuptiae nullae sunt [illegible] servo ignoranter contraxit. Nuptiae vero servi et ancillae domino consentiente validae sunt.

Si [3]) quis per errorem ancillam duxerit uxorem liberam eam putans: vel ex contrario, si libera mulier servo per errorem coniuncta sit: posteaque veritas reperta fuerit: dicendum est omnino nuptias non constitisse. Inter liberum enim et ancillam vel servum et mulierem liberam nuptiae contrahi non possunt. quodsi per qualliditatem vel conniventiam domini servus, vel ancilla matrimonium contraxerit cum libera persona (forte enim dominus ancillam suam ut liberam viro ingenuo coniunxit) et dotem pro ea praestiterit, ut propter nuptias donationem lucretur totam vel pro parte. Si quid igitur tale contigerit ipsa donatione dotis et ancilla libera fiat, et nuptiae consistant, nulla lege quantum pertinet ad servitutem huiusmodi matrimonium concutiente. Si autem dominus specialiter quidem nuptiis ancillae suae vel servi non consenserit, sciens autem quid agatur, non prohibuerit: forte enim ideo hoc facit, ut postea negotium moveat homini libero qui ancillam eius duxerit uxorem, vel ingenuae mulieri quae servo eius nupta est. Si quid igitur tale evenerit; licet specialiter dominus non consenserit: attamen sciens non prohibuerit, et nuptiae integro iure consistant, et de servili conditione persona eripiatur ad ingenuitatem illo sine dubitatione aperto liberi qui ex huius nuptiis procreati fuerint, tam ingenui quam legitimi sint.

Nuptiae stant cum servo et ancilla languentibus paulo antea a domino derelictis.

¶ Si [4]) quis servum suum aegrotum vel ancillam morbosam contempserit, et nullam curam eis fecerit: necesse est eos liberos esse. Servus enim per titulum pro derelicto a domino suo contemptus in libertatem eripiatur, eodem iure etiam in ancilla obtinente. Ideoque nuptiae inter eos legitimae contrahi possunt: et istae quidem causae sunt per quas bona gratia matrimonium dissolvatur. His autem adnumerari debet etiam in expeditione degentis magistri militis dissolutio, de qua dicendum est in competenti tempore, in quo etiam causas repudii subtilius dicturi sumus.

Mulieri soluto matrimonio nubere non nisi annus effluxerit, licere.

¶ Illud [5]) certum est, quod in his causis ex quibus matrimonium dissolvitur, si velit mulier postea nubere, annum prius expectare debet, propter sanguinis confusionem.

Nuptias contrahere adscriptitium cum libera non posse. Ideo ne- [illegible] intelligitur.

¶ Alienus [6]) ascriptitius liberam mulierem non ducat uxorem, neque sciente, neque consentiente domino. quod si tale aliquid ausus fuerit facere: liceat domino et retrahere cum modica castigatione sive per se sive per magistratus, et copulatam sibi mulierem disiungere. tales enim nuptiae neque nuptiae sunt, neque dos ulla est, nec donatio propter nuptias intelligitur.

Mulier indotata divortio matrimonio sine culpa dissoluto, quartam substantiae mariti partem lucratur: modo libras auri centum non excedat: si sua culpa, privatur ipsa quarta.

¶ Si [7]) quis sine dotalibus instrumentis affectione mariti uxorem duxerit non audeat sine causa legibus cognita repudium ei mittere: alioqui quartam partem substantiae suae deceptae mulieri praestet. haec autem quarta pars talem distinctionem recipiat. Nam siquidem quadrigentarum librarum auri maritus facultatem habeat vel minus, quarta parte substantiae suae omnimodo receptae mulieri praestet, id est, centum libras, si quadraginta centum librarum substantiam habuerit, vel minus, si minores habeat facultates. Quod si tantas habeat opes ut etiam quadrigentarum librarum auri summam excedant: tunc centum tantum libras ei maritus praebeat. Sed siquidem per maritum steterit quominus matrimonium consistat, et sine causa repudium miserit: in hoc casu soluto matrimonio annum expectet mulier: posteaque sine impedimento ad secundas transeat nuptias. quod si per mulierem steterit, quo magis matrimonium dissolvatur, quinque annos expectet, et his transactis ad secundas nuptias migret, si velit.

Filius vel filia non nisi pater adsenserit, repudium dare potest.

¶ Si [8]) filiusfamilias uxorem duxerit, non habeat licentiam uxori suae repudium mittere sine paterno consensu.

1) Iul. cap. 122. 2) Iul. cap. 123. 3) Iul. cap. 133.

4) Iul. cap. 134 5) Iul. cap. 135. 6) Iul. cap. 136. 7) Iul cap. 137 8) Iul. cap. 138.

Idem dicimus et in filiafamilias uxore. Nam nec ei repudium mittere sine paterno consensu marito suo permittimus: alioqui dotem quam pater suscepit, vel propter nuptias donationem non cogatur reddere.

[illegible]

¶ Si [1]) morte mariti vel uxoris matrimonium solutum fuerit, superstes persona dotem vel propter nuptias donationem secundum pactiones factas lucretur: ita tamen ut dispares non sint pactiones. Non enim admittimus tales conventiones quae marito quidem dimidiam partem dotis mortua muliere praestant: uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis marito moriente. Exaequari pactiones ab utraque parte decet. Ideoque superfluum unius portionis tollimus, ut etiam in persona mariti tertia pars dotis expectetur. exaequationem enim partium ita fieri constitutio iubet. ut maior pars diminuto superfluo ad minoris partis quantitatem concurrat.

[illegible] sucrit, liberis primi matrimonii morte quaeritur.

¶ Si quid tamen ex dote lucratus fuerit maritus muliere mortua, vel si mulier lucretur ex donatione propter nuptias mortuo marito, hoc habeat pleno iure: et habeat potestatem quo voluerit modo eam disponere, sive per legatorum titulum, sive alia quavis alienatione. Si autem decedens eas res non alienaverit, vel omnes vel quasdam ex eis maneant apud liberos praecipui honoris vitae: sive scripti fuerint haeredes ab ea persona quae tale lucrum senserit, sive non, nisi forte ingrati circa eam extiterint.

Portio filiorum mortuorum ad quos lucra nuptialia vel dotes parentum devenerunt, quibus quaerantur.

¶ Si [2]) ingrati circa eam personam extiterint, liberi qui lucri aliquid acceperint, quamvis tales res non alienaverint specialiter, sive inter vivos, sive in testamento suo: attamen haeredes eius easdem res capiant exclusis videlicet modis omnibus liberis. Illud certum est, quod si filii sint et ante defunctis filiis, nepotes pariter cum suis patruis sive avunculis in eundem honorem perveniant, sic tamen sui patris haereditatem amplectuntur. Hoc autem solum non in dote et donatione propter nuptias teneat, sed etiam in illis matrimoniis quae sine dotibus consistunt, in quibus quartam partem substantiae suae maritus vel uxor laesae personae compellitur dare, secundum praefatam divisionem.

Mulier quae ad secundas convolavit nuptias luctus tempora nondum finita, sive liberos habeat, sive non, infamia notatur. omnibusque rebus quas a priore matrimonio retulit, privatur, et personis hic descriptis applicantur.

¶ Si [3]) mulier post mortem mariti nondum annali spacio completo ad secundas pervenerit nuptias: omnibus quidem modis inter infames erit. sed siquidem liberos ex priori matrimonio non habeat: infamiam quidem exolvere poterit: si preces Imperatori porrexerit, et divino principis nutu priori opinioni restituta fuerit: res autem ex priore marito sibi relictas nullo modo lucrabitur, sed decem personis eodem modo accrescunt, id est, usque ad secundum gradum in superioribus et inferioribus, et ex latere venientibus dinumeratione facta eodemque modo decem personis collectis. Sunt autem hae pater et mater, avus et avia, filius et filia, nepos et neptis, frater et soror. His autem personis non apparentibus et ea quae priori marito tali uxori relicta sunt, fisci iuribus vendicetur. sed neque propter nuptias donatione potiri conceditur, quamvis pactionum tenor declaraverit: sed nec copulato filii secundo marito ante annale tempus poterit dotem dare ultra tertiam partem substantiae suae: sed nec aliquo extraneo capere aliquod per ultimam voluntatem permittitur: omnino enim cum alio non habet testamenti factionem: ideoque nec haereditatem sibi relictam, nec legatum neque fideicommissum neque mortis causa donationem capere poterit: sed ea quae relicta sunt, sive legata, sive fideicommissa, sive haereditatis particularis datio apud cohaeredes eius remaneant. Sinautem ipsa sola haeres scripta est: ad eos bona defuncti perveniant, quos ab intestato leges vocant. Haec de his quae ex testamento tali mulieri relinquuntur. Nam si ab intestato ad agnatorum suorum haereditatem vocentur, non omnibus succedere poterat: sed usque ad tertium gradum ab intestato haereditatem capiat: ulterioris autem gradus cognatis ideo non succedat. Si autem liberos habeat, et non expectaverit anni spatium, sed ad secundas properaverit nuptias: et haec quidem infamis erit: sed tamen nec principis indulgentia priori restituetur famae, nisi liberis ex priore matrimonio natis dimidiam partem substantiae suae donaverit pure et sine ulla conditione ita ut nec usumfructum retineat sibi. sed tempore secundi matrimonii simpliciter dimidiam partem facultatum suarum eis donet hoc enim facto et principali rescripto secuto pristinam famam sibi renovabit. Inter eos autem liberos quibus dimidiam partem bonorum suorum donavit res donatae aequa portione distribuantur. et siquidem filii sint, in capita dividantur res eis donatae. Sinautem nepotes sint, patris sui portionem accipiant, ut videantur quodammodo in stirpes succedere. et siquidem omnes liberi intestati decesserint: haereditas eorum ad matrem perveniat, proculdubio dimidiam partem bonorum suorum quam semel dedit, iterum receptura. quod si testamento facto decesserint: necesse est res quas dereliquerint, ad scriptos eorum successores pervenire.

Mulier nubens post tempora luctus, si nullos habeat liberos, nullis subiacet poenis. si habeat rerum omnium quas habuit ex prioribus nuptiis dominio privata usufructu vita durante gaudeat.

¶ Si [4]) mulier post priores nuptias repudio vel morte mariti solutas, ad secundum migraverit matrimonium anno scilicet legitimo completo: siquidem nullos habeat liberos: sine quaestione res sibi derelictas a priore marito pleno iure

1) Iul. cap. 139. 2) Iul. cap. 140. 3) Iul. cap. 141.

4) Iul. cap. 142.

possidebit: non solum iure ususfructus, sed rerum etiam dominio potitura. Quod si liberos ex priore matrimonio habeat, et ad secundas pervenerit nuptias: in primis quidem carebit propter nuptias donatione: deinde autem omnia alia liberalitate quae ad eam pervenerint, sive inter vivos, sive in ultima voluntate maritus ei quidpiam dederit, vel dereliquerit, sive institutionis nomine, sive legati vel fideicommissi causa. Hoc autem quod diximus carere eam omnibus quae ex substantia mariti ad eam pervenerint intelligendum est, quantum ad rerum dominium: ususfructus enim earum rerum ipsi mulieri permaneat, proprietate scilicet, eo tempore liberis competente, quo secundas nuptias mater eorum contraxerit. Sinautem illa decesserit etiam ususfructus eis accrescat. Et haec omnia iura communiter locum habent tam in uxoris persona, quam mariti. Si forte ipse secundas contraxerit nuptias nulla discretione habita, utrum dotes vel propter nuptias donationes pro se ipsi dederint, an alius magis pro eis. Nec post dissolutum matrimonium liceat superstiti res dotales vendere, vel pignori ponere: sed usumfructum capiat, non fit praescriptio filiis contrahentibus, nisi triginta annorum post pupillarem aetatem, aut post obitum parentum si tacuerit. nam unus ex parentibus non liceat filiis agere, si res distractae fuerint ad eorum autem rerum.

Emancipatarum [illegible] priore [illegible] [illegible] [illegible] plus adhaeret, ut parentibus qui ad secundas [illegible] [illegible], [illegible] alienare nec pignerare liceat. Quod si fecerint, ipsis vita functis a filiis res illae vendicabuntur, nisi triginta annorum praescriptione repellantur.

¶ Adeo [1]) autem praedictarum rerum post secundas nuptias patris vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit, ut non possit pater vel mater eorum res easdem firmiter alienare, nec hypothecae titulo obligare: quoniam ius utendi fruendi tantummodo parentibus concessum est. Sed clementius quidem res temperabitur, ut statim quidem liberi non possint suum parentem vetare, si easdem res alienare voluerit: sed post obitum eius eas vendicabunt sine ullo obstaculo. et non solum ipsi, sed etiam eorum haeredes res distractas vel pignoratas vendicabunt. et non solum adversus emptores vel creditores, sed etiam successores eorum in rem movebitur actio, nulla temporali praescriptione exclusi: nisi forte triginta annorum curricula transacta fuerint: quae computari oportet ex eodem tempore, videlicet quo liberi suae potestatis effecti sunt, excepta videlicet pupillari aetate: quia impuberibus nulla temporis computatio currit.

Lucri nuptiales parentibus obdormientibus inter filios et filiorum filios divisionis praescriptio.

¶ Nullam [2]) post haec electionem habeat pater vel mater ad secundas perveniens nuptias res praedictas cui voluerit liberorum suorum adiicere: sed ad omnes liberos hae res veniant in capita distribuendae: nisi forte nepotes ex filio vel filia proponantur. Hi enim in stirpes vocantur, et patris sui vel matris portionem accipiunt. Illud autem, quod supra diximus, et in talibus rebus alienatio a parente facta irrita non sit, non sine distinctione teneatur, sed interdum pro parte valeat, id est, pro ea quam casus ille fecit, qui extat nullis liberis superstitibus pro rata scilicet totius pactionis. ¶ Hoc autem quod dico tale est: Quaedam mulier nupsit, et pepigit cum marito suo, ut soluto matrimonio si liberi superstites fuerint in totum propter nuptias donationes habeant: si nulli liberi superstites fuerint, tertiam partem habeat mulier. Ecce in hoc casu si dirupto priore matrimonio secundas contraxerit nuptias mulier, tribus liberis superstitibus, et unus ex his decesserit: partem tertiam mulier pleno iure possidebit, et alienare firmiter poterit quantum mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione, quae illo casu continetur, qui locum habet, si liberi superstites non sint, id est, ut tertiam particulam tertiae partis mater lucretur, eamque firmiter alienare possit. In caeteris autem portiunculis inutilis erit alienatio. quod si contigerit omnes liberos mori sine liberis: necesse est totam tertiam portionem matrem habere, quam habuisset ab initio, si nullis liberis superstitibus priores nuptias solutae fuissent. Ex his igitur illud apparet, quod alienatio a parente facta interim in suspenso esse potest pro parte quidem valere uno filio defuncto, pro parte autem in suspenso esse: ut si omnes liberi moriantur, tota tertia portio firmiter alienata esse videatur. Illud indubitatum est, quod filius ingratus circa parentes ostensus his portionibus excludendus erit. In hoc enim tantummodo casu ius electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum, qui circa patrem et matrem ingratus probatur, vel omnimodo qui circa eum ingratus est, qui ultimus decesserit.

Parentibus ad secundas nuptias convolatis coniugi relinquere plus quam uni filiorum minime licere. quod coniugis relictum metietur portioni filii qui minus accepit, si portiones sint dispares.

¶ Pater [3]) vel mater qui quaeve ad secundas migraverit nuptias, non habet licentiam sive inter vivos sive in ultima voluntate liberalitatem ullam conferre in novercam liberorum suorum, vel vitricum ultra eam partem, quae ad unumquenque liberorum suorum ex substantia eius pervenerit. Ideoque si unum filium habet: dimidiam partem eidem filio suo conservet, et alteram partem novercae vel vitrico praesentet. Sin autem duos filios habeat: tertiam tantummodo bonorum suorum novercae vel vitrico liceat ei praestare. quod si tres habeat liberos: quartam partem, si velit, det: et regulariter tantam partem novercae vel vitrico liceat ei dare, quantam singuli liberi haberent. Sed si in testamento suas facultates dividere parens voluerit, et novercae vel vitrico quidpiam donare voluerit, legati vel fideicommissi nomine pariter substantiam suam distribuat: ut vitricus vel noverca unius liberi hanc portionem habeat. hoc si liberis suis non ex disparibus partibus facultates suas parens divisit. nam si dispares portiones eis praestiterit, necesse est novercam vel vitricum illi filio comparari, qui minimam por-

1) Iul. cap. 143. 2) Iul. cap. 144.

3) Iul. cap. 145.

tionem acceperit: ita tamen ut unusquisque liberorum non minus lege Falcidia habeat: nisi forte appareat ingratus. Id autem quod diximus de patre et de matre, teneat et in avo et in avia: et non solum in filio filiave, sed etiam in nepote neptave.

Vitrici vel novercae portio an unius liberorum portione maior sit, mortis tempus inspicitur. Item liberi sive primi sint matrimonii sive secundi sive tertii suae matris dotem, vel sui patris propter nuptias donationem consequuntur.

Sed [1]) est quaesitum multoties in iudiciis quo tempore computationem patrimonii parentis facere debeamus: utrum quo dotem, vel ante nuptias donationem, vel aliam qualem vis liberalitatem adscripsit, vel dederit vitrico vel novercae: an magis illud tempus spectari oportet ex quo parens moriatur. Et dicimus eventum inspici oportere, id est, illud tempus quo parens mortuus est: ut secundum patrimonii quantitatem: quod postea inventum fuerit: ita divisio fiat inter liberos ex priori matrimonio natos et novercam vel vitricum, ita, ut si quid plus novercae vel vitrico datum vel relictum fuerit, hoc redeat ad liberos, qui ex priore matrimonio nati sunt, et pariter inter eos distribuatur. Sinautem ex secundo matrimonio liberos reliquerit: id quod de sua substantia amplius aequo dedit, irritum permaneat, ut inter omnes et ex priore et ex secundo matrimonio natos liberos dividatur. Illud vero certum est quod et primi et secundi et tertii matrimonii liberi singuli suae matris dotem vel proprii sui patris ante nuptias donationes accipiant, et aequaliter omnino dividant, sive ad alias pervenerit nuptias pater vel mater, sive non.

Viro non convolanti ad secundas nuptias legatum et possidere et alienare licere.

Si [2]) autem legatum defuncta persona superstiti parti reliquerit: deinde superstes noluerit ad illas nuptias venire: liceat ei suo iure legatum possidere et alienare, sive inter vivos, sive in ultima voluntate: et liceat ei eo, quo voluerit, modo disponere.

Parens soluto quoquomodo matrimonio secundo nubens ea lucra quae ex prioribus nuptiis consecutus est, liberis prioris matrimonii tanquam adfecta servet oportet.

Omnia [3]) autem quae diximus de lucro dotis vel propter nuptias donationis ex morte mariti vel uxoris ad alterutram personam provenientis trahenda sunt. et ad ea lucra, quae per repudium matrimonio soluto ad utramque partem perveniant, idem iuris est. Et si bona gratia nuptiae disiunctae sunt: liberis enim res lucro cedentes servabuntur. Idem dicimus etiam de eo lucro quod mulieribus praestare necesse est sine nuptiis. quartam partem enim quam ex facultatibus mariti acceperint liberis suis servare cogantur. Et si secundas contraxerit nuptias maritus, filii sui ex priori matrimonio nati res quas lucratus est, custodiat.

Dotem aut donationem propter nuptias et augere et minuere coniuges posse, prioris est matrimonii. In secundo idem si nulli ex priore liberi supersint: si superstes sint, augere tantum.

Libera [4]) licentia sit tam mulieri quam etiam marito, tam augere quam diminuere dotem vel propter nuptias donationem, etiam adhuc constante matrimonio: quod in primis quidem nuptiis sine distinctione verum est: in secundis autem nuptiis liberis quidem ex priori matrimonio extantibus, diminuere dotem vel ante nuptias donationem non licebit, quamvis augere eas non est prohibitum. Sinautem nulli liberi ex priore matrimonio sint, et tunc augere et diminuere dotem et propter nuptias donationem sine ullo obstaculo licet.

Ususfructus relictus ab altero coniugum alteri propter secundas nuptias ad proprietatem non redit, nisi ut rediret expressum sit.

Si [5]) quis in ultimis suis eulogiis usumfructum uxori suae reliquerit, sive mortis causa donaverit, vel vivus usumfructum ei concesserit: posteaque ad secundas nuptias uxor migraverit: non statim ei pereat ususfructus, sed habeat eum integrum mulier quoad vixerit: post mortem autem eius redeat ususfructus ad suam proprietatem. Haec autem ita sunt, nisi specialiter maritus qui donavit usumfructum, sub hac conditione dederit, ut si mulier ad secundas pervenerit nuptias ususfructus extinguatur. Idemque dicimus, et si mulier marito suo usumfructum donaverit, vel in ultima voluntate reliquerit. sed haec de iure utendi fruendi quod liberalitate alteri ab altero datum est.

Ususfructus dotis vel donationis propter nuptias causa datus ad proprietatem non redit, et si aliter per eum qui decessit, dispositum sit.

Si [6]) autem ususfructus dotis causa, vel propter nutias donationis gratia datus sit: tunc vetera iura illibata maneant, id est, ut apud maritum vel mulierem sit: quamvis contrarium in suo testamento persona decedens expresserit.

Usufructu quaesito ex bonis liberorum propter secundas nuptias pater non privatur. Ex filii autem peculio castrensi vel quasi patri nihil quaeritur.

Quodcunque [7]) filius vel filia acquisierit sive ex materna linea, sive ex causa nuptiali, sive ex qualicunque huius rei usumfructum omnimodo pater habeat: quamvis secundas contraxerit nuptias. Loquitur autem de liberis qui in potestate parentum sunt, exceptis videlicet castrensibus et quasi castrensibus peculiis: ea enim sine aliqua distinctione parentibus non acquiruntur: neque quod ad proprietatem pertinet, neque quod ad usumfructum spectat: sed sunt pleno iure liberorum, quamvis in potestate parentum fuerint.

Donationem filio factam mater secundo nubens ingratitudinis causa non nisi in tribus casibus hic descriptis revocat.

Si [8]) mulier liberis suis res quas donaverit, postea-

1) Iul. cap. 146. 2) Iul. cap. 147. 3) Iul. cap. 148.

4) Iul. cap. 149. 5) Iul. cap. 150. 6) Iul. cap. 151. 7) Iul. cap. 152. 8) Iul. cap. 153.

que ad secundas pervenerit nuptias, et ingratitudinis velamento donationem semel a se factam revocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere, nisi specialiter probaverit, vel quod vitae eius filius insidiatus est, vel quod manus impias ei intulerit, vel quod tales insidias ei comminaverit, ut facultatibus suis totis privetur. ¶ Mulier [1]) quae ad secundas migraverit nuptias privilegiis vel dignitatibus prioris viri non utatur.

Liberta quae invito patrono secundo nupsit, non et uxor, sed ut meretrix habetur. Vel sic. Nuptiae secundae libertae patrono invito nullae sunt.

¶ Si [2]) liberta mulier patrono suo copúlata nuptiis quidem eius ipsa renuntiaverit, ad secundum autem matrimonium migrare voluerit: hoc facere invito patrono non poterit. Alioqui si contra voluntatem eius nupserit, non sunt nuptiae, sed ut meretrix coniuncta esse videtur.

Dos si constante matrimonio reddatur, donationis vires nanciscitur. Propterea dos soluto matrimonio reddenda est, ac si reddita non esset.

¶ Constante [3]) adhuc matrimonio maritus uxori suae dotem non facile compellitur reddere, nisi sit causa legibus cognita. Alioqui si temere dotem uxori suae solverit maritus, donasse ei videtur. et ideo mortua muliere dotem reddere haeredes eius marito debent cum fructibus, scilicet qui medio tempore nati sunt: et non solum ipsi marito, sed etiam haeredibus eius. Ideoque et lucra dotium sic tractantur, quasi non essent redditae ut et pacta dotalia conserventur. et si secundas nuptias maritus contraxerit filiis suis ex priore matrimonio natis, res quas lucratus est, custodiat.

Mater quae filiorum suorum tutelam gessit, nulla curatione eis habita, nullaque ratione reddita, si secundas contrahat nuptias, quibus poenis subiaceat.

¶ Si [4]) mulier liberorum suorum tutelam administraverit, et post inchoatam administrationem ad secundas migrare voluerit nuptias: prius filiis suis impuberibus tutorem petere debet, eique rationem administrationis suae reddere, et post redditam rationem, si debitrix appareat, debitum suum solvere debet: deinde si velit, ad matrimonium secundum perveniat. Sin autem hac observatione contempta secundas contraxerit nuptias: non solum res ipsius, id est matris, liberis eius hypothecae titulo supponantur: sed etiam res victrici ex praesentis constitutionis authoritate. Et si filii impuberes moriantur: successionem eorum mater lucrari non speret, sive ab intestato ei deferatur eorum successio, sive ex testamento, quod forte pater eis pupillari modo matrem substituit. Et non solum tales poenas patiatur, sed etiam illas, quae de illis mulieribus dictae sunt, quae probatae fuerint antequam legitimum tempus, id est, annale spatium praetereat, ad secundas nuptias properasse, ut sint infames, et tales poenas substineant quas supra posuimus. Solvi autem poenae possunt, si principalis indulgentia remiserit eas secundum iam traditam observantiam, et si dimidia pars bonorum matris liberis donata fuerit, ut nec ususfructus rerum matri concedatur eorum. Idem autem dicimus et si naturalium liberorum mater tutelam administrans ad secundas convolaverit nuptias: eaque custodiri oportet, et in provinciis quidem cura et solicitudine praesidum: Imperiali autem civitate cura et solicitudine tam praefecti urbis, quam praefecti praetorio.

Pater rogatus legatum vel fideicommissum sub conditione dare non nisi secundo nupserit, cavere tenetur.

¶ Si [5]) pater iussus vel rogatus fuerit legatum vel fideicommissum filio suo sub conditione praestare, non aliter legatorum servandorum causa satisdare cogatur, nisi secundas contraxerit nuptias.

Clerici qui supra lectores et cantores sunt nuptias ne contrahant. cantoribus vero et lectoribus si secundas contraxerint nuptias maioribus ordinibus nullus locus sit. laicus bigamus ne ad sacerdotium ascendat.

¶ Clericus [6]) qui supra lectores et cantores est: veluti subdiaconus, vel diaconus nullas nuptias contrahere audeat: alioquin sacerdotio cadat. Lector quoque si secundas contraxerit nuptias ad maiorem gradum ordinis ecclesiastici prohibeatur ascendere. Laicus etiam si appareat uxori coniunctus esse, quae alium maritum habuit, aut si non iure coniunctus sit, aut si ipse aliam uxorem habuit, neque subdiaconus, neque diaconus neque presbyter fieri poterit. Nam et si clandestinis artibus ad consecrationem irrepserit: honore eius cadat

Legatum factum ne secundae contraherentur nuptiae, servandum est: alias legatarius et legatum perdat, et quod accepit cum fructibus restituit.

¶ Si [7]) quis decedens reliquerit uxori suae legatum sub hoc modo, ut ad secundas nuptias non perveniat: vel si mulier marito suo legatum reliquerit, ut secundum ille non contrahat matrimonium correcta lege Iulia miscellania praestetur legatum sub observatione huius: ut in primo quidem anno legata non exigantur: nisi forte ad sacerdotium legatarius pervenerit, ut nuptiarum nulla spes sit. Anno autem primo transacto, siquidem res legata immobilis sit sub cautione tamen iuratoria et obligatione bonorum suorum quod secundis quidem ab eo contractis nuptiis rem qualem accepit, restituat cum fructibus medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis sit: siquidem legatarius vel legataria locuples fuerit: simili cautione atque obligatione bonorum suorum rem legatam sibi capiat, ita ut secundis nuptiis contractis res qualis data est, reddatur, vel diminutio eius resartiatur. Sin autem pecunia numerata legata sit, cum usuris suis reddatur, quae a legatario solutae sint ab iis quibus pecuniam mutuavit, sacramento prius ab eo praestito, quod nihil ex usuris sibi solutis celavit. Quod si non mu-

---

1) Iul. cap. 154. 2) Iul. cap. 155 3) Iul cap 156 4) Iul cap 157.

5) Iul cap. 158 6) Iul. cap 159. 7) Iul cap. 160.

[illegible] pecuniam ad usuram, sed ad usum suum convertit, usuram tertiae centesimae det. hoc si locuples fuerit legatarius vel legataria. Sinautem minus solvendo fuerit: fideiussorem dare cogatur. quod si nec fideiussores dare possit sub cautione iuratoria et obligatione suorum bonorum: res ei praestentur. statim autem ut ad secundas pervenerit nuptias: res legati nomine datae vendicentur apud qualem personam inventae fuerint, sive mobiles sint, sive immobiles: et omnino vendicatio rerum ita fiat, quasi alienatio earum ab initio facta non esset. Sinautem pecunia numerata legata sit, et legatarius neque fideiussores habuerit, neque idoneus sit: tunc ille a quo legatum ei relictum est, tertiam centesimae ei praestet nomine usurarum, donec ad secundas pervenerit nuptias, vel sacerdotio fuerit consecratus: ut nulla spes nuptiarum supersit, vel mortuus fuerit legatarius. Nam si quidem secundas contraxerit nuptias, reddat quas acceperit usuras. Sin ad sacerdotium venerit, vel mortuus sit: capiat aut ipse sortem, aut haeredes eius. Haec autem omnia observari decet, et si non maritus uxori, vel uxor marito, sed extraneus quicunque sub eadem conditione legatum reliquerit. nam et haec eadem teneant, quae in marito diximus et uxore, ne ante facta cautio detur: siquidem institutio particularis sit cohaeredibus. Si autem legatum vel fideicommissum relictum sit haeredibus vel substitutis, nemine autem ex his apparente: eis cautio praestetur, qui ab intestato ad successionem defuncti vocantur: nisi forte specialiter testator talem cautionem dari prohibuerit. nam et in hoc casu voluntatem eius custodiri aequum est.

Mater ex testamento filii haeres succedit ut extraneus. Si vero ab intestato cum aliis fratribus succedit in bonis patris in usufructu tantum, in aliis vero in totum donatione ante nuptias excepta, in quo usumfructum tantum capit.

¶ Si[1]) filius decedens in testamento suo matrem haeredem instituerit, sic institutio eius habeatur, quasi quivis alius extraneus defuncto haeres in testamento scriptus fuisset. Ideoque omnia quae filius reliquerit, ad matrem perveniant nulla discretione habita, utrum res quas filius dereliquit, ex paterna substantia ad eum devolutae sint, an non. undecunque enim res ad filium pervenerint transmittantur ad matrem: nullaque ei matri quaestio ab aliis filiis suis. i. fratribus defuncti moveatur: quia et si alius extraneus a defuncto filio haeres institutus esset: nihilominus omnes res testatoris accepisset. hoc si mater in testamento a filio suo haeres instituta est, nulla habita differentia, utrum ad secundas migraverit nuptias an non. Sinautem intestatus filius defunctus est, et mater vel iam ad secundas migraverit nuptias, vel postea migraverit, vocetur quidem et ipsa cum fratribus defuncti filii sui ad successionem eius: sed earum quidem rerum, quae ex paterna quidem linea ad defunctum filium pervenerunt tantum usumfructum habeat mater si secundas nuptias contraxerit. Si autem res ex alia causa filio defuncto acquisitae sunt: tunc in hisdem rebus aequa portione cum fratribus defuncti filii sui succedat: et non solum ius utendi fruendi, sed etiam et proprietatem habeat in hisdem rebus, excepta videlicet propter nuptias donatione. Ea enim in suis finibus regionibusque nullam innovationem ab hac constitutione patitur: sed in hoc toto notatus capite ingratitudinis ratio habenda est non solum ad matrem, sed etiam ad fratres. Causae autem ingratitudinis in alia inferiori constitutione exponuntur. Illud autem certum est quod hoc caput constitutionis ad futuros casus non ad praeteritos pertinet. ¶ Liceat[2]) matri in his rebus, quae non ex paterna linea ad filium suum defunctum ei pertinuerunt, si haeres extiterit, et testari, et alienare, et ad quem voluerit modum disponere. Quod si res permixtae fuerint, tam ex paterna linea, quam ex aliis causis adquisitae: veluti ex testamento, ex donatione vel ex legato vel ex alio huiusmodi casu: earum quidem rerum, quae ex paterna linea filio defuncto obvenerunt, habeat usunfructum: aliarum autem rerum pleno iure habeat proprietem. Hoc autem constitutionis caput non solum in futuris causis, sed etiam in praeteritis negotiis locum habet: nisi forte vel iudiciali sententia, vel amicabili transactione sopita sint.

Lex parentibus suadet, ut in transmittenda haereditate aequalitatem inter filios servare studeant.

¶ Studeant autem parentes filios suos tam ex priori matrimonio natos, quam ex secundis nuptiis procreatos ex aequis partibus haeredes scribere: nisi forte quidam inter eos ingrati appareant. hoc autem magis persuadentes quam legi necessitatem imponentes edicimus. ¶ Causas[3]) autem repudii in constitutione positas ideo non diximus: quia in inferiore constitutione hoc caput plenissime invenitur, et omnimodo siquidem praetermissum est, et in hac constitutione quasi deletum, vel superfluum expositum non est. et alias ideo constitutiones legere debes, quas tituli tibi competentes ostenderint.

Titulus XXII.

De restitutione et legis falcidiae detractione.

Filius gravatus restituere, ea tantum restituere tenetur, quae supersunt detracta falcidia, donatione propter nuptias et dote. Si vero gravatus extraneus sit, omnia restituit praeter dotem et propter nuptias donationem.

Si[4]) quis unum ex liberis suis haeredem instituerit, id est, filium filiamve, nepotem vel neptem, et deinceps sive quosdam ex eis sive omnes simul, et rogaverit eos ut tempore quo moriantur, vel postquam mortui fuerint aliis restituant haereditatem. primum quidem unicuique eorum legis Falcidiae modus praecipuus deducatur, et non supponatur fideicommissi gravamini: caeteras autem partes fideicommissario restituat integras: ita tamen ut si propter nuptias donationem uxori vel dotem marito dare maluerit persona fideicommisso gravata, liceat ei hoc facere etiam ex aliis rebus quae fideicommisso suppositae sunt, et reliquas res

1) Iul. cap. 161.

2) Iul. cap. 162. 3) Iul. cap. 163. 4) Iul. cap. 164.

tantum fideicommissario cogatur restituere. Haec autem constitutio non habet locum in praeteritis substitutionibus, seu restitutionibus, sed magis in futuris casibus. Nullum autem augmentum dotibus vel propter nuptias donationibus fiat ad insidias substitutionis vel restitutionis. nam et si quid callidum perpetratum fecerit: nihilominus restitutio fideicommissario integra manebit post deductionem, scilicet legitimae Falcidiae partis. Haec autem quae de Falcidiae deductione loquitur constitutio, in liberis locum habet, quibus et pars Falcidiae debetur. quod si haeres institutus ex liberis non sit: contentus esse debet ex deductione dotis et propter nuptias donationis: et reliquas res fideicommissario haereditarias restituere. dotem autem vel propter nuptias donationem dari lex praecipit honestam, id est, neque satis modicam, ut sit decens haeredi: neque satis immodicam, ut sit gravis fideicommissario: sed medietatis cuiusdam moderatione moderatam.

Mulier quae non nupsit intra tempora luctus, sed more meretricum concepit et peperit, partusque primi matrimonii non esse certum sit: iisdem poenis subiacet, quibus puniuntur nubentes intra luctus tempora.

¶ Si [1]) mulier defuncto marito antequam annus legitimus transeat, ad secundas quidem nuptias non migraverit: more autem meretricum ab aliquo stuprata conceperit et pepererit: ut sit clarum id quod natum est defuncti mariti non esse: easdem poenas patiatur quas ex superiore constitutione patitur ea, quae ante tempus legitimum secundas contraxerit nuptias. ideoque et ante nuptias donatione careat, ut nec tantum habeat ius utendi fruendi aliisque poenis antefatis subiiciatur: et sit stupri quoque criminis obnoxia poenis. Peius etenim est stuprari, quam secundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere.

Titulus XXIII.

De tabellionibus.

Tabelliones non aliter chartas impleant, priusquam contrahentium causas et audiverint et cognoverint.

Tabelliones [2]) ipsi per se conveniant cum eis qui instrumenta quaedam fieri volunt, et non aliter chartam complere audeant, nisi de causa cognoscant: ut interrogati a iudicibus respondeant, qualis esset causa propter quam instrumenta composuerunt. et maxime si literarum imperiti fuerint, qui instrumenta fieri desideraverint. Haec autem obtineant tam in Constantinopoli civitate quam in aliis provinciis. Poenam autem constitutio diffinivit adversus tabelliones qui aliter fecerint stationum amissionem: ita ut discipulus eorum, qui missus fuerit ad instrumenti compositionem, ipse ius habeat stationis. Quod si indignus sit discipulus authoritate stationis committi: prior quidem tabellio modis omnibus removeatur: alius autem pro eo dignus stationem accipiat: ita tamen ut nullum sentiat damnum dominus stationis: sed habeat redditus integros. Tabellio autem dimittat ius stationis: quia dedignatus est convenire cum eis, qui instrumenta sibi componi desideraverunt. Nullam autem habeant excusationem tabelliones morbi vel actionis: duorum enim alterum necesse est, vel causam eorum cognoscere et instrumenta eorum, vel si ignorant, non faciant. In Constantinopoli civitate liberam habeant facultatem omnes tabelliones unum tabellionem apud magistratus census proponere, et licentiam ei dare facere instrumenta desiderantibus, et in eorum statione et in absolvendis instrumentis venire, et nulli alii licentiam esse hoc facere: nisi ei qui tabellionibus praepositus sit apud magistrum census sicut iam diximus. Instrumentum autem propter hoc non solum sit irritum: sed utilitatis contrahentium valeat.

Tabelliones in prothocollo instrumenta describant: hocque cum die et consule.

¶ Tabelliones [3]) non scribant instrumenta in aliis chartis, quam in his quae prothocolla habent, ut tamen prothocollum tale sit, quod habeat nomen gloriosissimi comitis largitionum, et tempus quo charta facta est. Alioqui si etiam scripturam chartae habeant, non dimittant eas tabelliones. Haec autem teneatur in sola Constantina civitate: quod si adversus ea fecerit, poenae subiiciatur.

Titulus XXIV.

De testimoniis haereticorum.

Haereticorum testimonium in orthodoxorum causis non admittitur: nisi in his quas habent contra haereticos. Inter ipsos autem testes esse possunt.

¶ Si [4]) haereticus contra haereticum litiget: liceat cuilibet eorum haereticum testem adducere. Si autem orthodoxus contra haereticum litiget, pro orthodoxo quidem haeretici etiam testimonium valeat. contra orthodoxum autem soli orthodoxi testimonium valet. Orthodoxis quidem litigantibus ad testimonium nulli haereticorum pateat aditus. Interdum autem etiam adversus orthodoxum haeretici testimonium probabile est: quod contingit si orthodoxus in curialem conditionem trahatur: tunc etiam haereticus adversus eum recte testis producitur, ut dicat se scire eum curialem esse, vel ex curiali patre genitum.

Titulus XXV.

Ut praeponatur nomen Imperatoris in instrumentis.

In instrumentis tam iudicialibus quam extraiudicialibus, quae ad conservandam temporis memoriam aguntur, nomen principis et consulis, indictio, mensis et dies sunt inserenda: nec omittenda sunt quae sunt consuetudinis.

Publica [5]) instrumenta vel monumenta, tam ea quae in iudiciis conficiuntur, quam ea quae apud magistrum census

1) Iul. cap. 165. 2) Iul. cap. 169.

3) Iul. cap. 170. 4) Iul. cap. 172. 5) Iul. cap. 173.

sive apud defensores consistunt. Instrumenta etiam quae tabelliones sub quacunque figura conficiunt tam in Constantinopolitana civitate, quam in provinciis, haec omnia initium totius suae scripturae habeant, imperante illo divo Augusto, imperii anno illo. et post haec inserant consulum quoque appellationem, et omnem veterem observantiam instrumentorum custodiant. et si forte tempora quoque civitatum provincialium instrumentis scribi solitum est: ea consueto more scribantur. haec autem iuris praeceptio a prima indictione incipiat.

Instrumenta scribenda sunt literis quibus regio utitur: et talibus ut facile intelligi possint.

¶ Qui [1]) scribunt tempora in monumentis publicis non utantur literis illis veteribus et obscuris: sed per graecas literas tempora scribantur, si monumenta graece composita sunt. Sin autem latine monumenta confecta fuerint: latinis quidem literis tempora scribantur, sic claris ut possit quicunque latinus literatus cognoscere.

Titulus XXVI.

De iureiurando a moriente praestito propter suae substantiae mensuram.

Sacramento a moriente praestito, quo substantiae suae modus aperitur suis haeredibus partiendo, haeredibus stare convenit: nec eo praeiudicii non nihil creditoribus infertur.

Si [2]) quis sua manu conscripserit, vel alterius manu subscripserit, sive in suo testamento, sive sine testamento in quavis charta modum substantiae suae declaraverit, idque fecerit omnibus haeredibus suis praesentibus, vel omnibus absentibus, vel quibusdam ex his absentibus, quibusdam praesentibus non liceat haeredibus eius talem scripturam recusare: nec dicere, quod unus ex cohaeredibus res quasdam a testatore relictas subripuit et celavit. Si enim testator cum sacramento expresserit: nihil aliud sibi superesset extra ea quae praefata scriptura continentur, necesse habeant haeredes scripturam eius sequi, sive liberi eius sint, sive extranei: nec servi haereditarii tormentis subiiciantur, neque alia ulla probatio veritatis exquiratur. Hoc autem totum ius pertinet ad haeredes. nam creditoribus nullum praeiudicium facit vox testatoris, eiusdemque debitoris. Licet enim creditoribus omnia perscrutari, et veritatem exquirere, et suo commodo uti: sed et haeredes necesse est sequi ea quae testator dixerit, scripserit, subscripserit, vel quocunque modo declaraverit. Caeterum si vocem testatoris reprobant, etiam haereditatem eius amittant: quod non solum in futuris casibus, sed etiam in adhuc pendentibus teneat.

Titulus XXVII.

De iuramento calumniae.

Iuramentum calumniae, quod non nisi semel praestandum sit: et quae veniant in iuramento calumniae.

Omnes [3]) litigatores postquam iusiurandum de calumnia iuraverint, hoc quoque iureiurando suo addant, quod non dilationis, non calumniae causa, non vexandi adversarii gratia probationes in tota ista causa ab adversario suo exigent. nam antea in uno quoque capitulo litis, si litigator ab adversario suo probationes exegisset: iurare cogebatur, quod non calumniae causa exigit. Erat autem gravissimum in una causa quamplura sacramenta praestare: ideoque unum iusiurandum sufficiat.

Forma iuramenti de calumnia.

¶ Quod sacramentum calumnia fit ita. in primis quidem actor iuret hanc litem quam movi, calumniandi animo non movi: sed existimo me bonam habere causam, nec dilationis, nec calumniae causa, nec vexandi adversarii gratia probationes in tota hac causa ab adversario meo nullas exigam si deus. ¶ Postea reus ita: ego putans bona instantia causae ad contradicendum pervenio, nec dilationis, nec calumniae causa, nec vexandi adversarii gratia probationes in tota hac causa ab adversario meo ullas exigam: si deus.

Titulus XXVIII.

Ut cives vel vicarii pro aliis civibus suis vel vicis non teneantur.

Nulli licere unum pro alio in iudicium vocare

Si [4]) quis in aliqua civitate vel vico debitores habuerit: posteaque alios homines ex eadem civitate vel vico in alia civitate nundinarum gratia degentes invenerit: non audeat eos vel res eorum tenere, vel alicuius debiti nomine pecuniam ab his exigere, vel pignora ab his extorquere. Nam si quid tale fecerit: omne quod inciviliter exegerit, in quadruplum reddere compelletur ei, qui iniuriam passus est. sed et si quam actionem adversus debitorem suum habeat, eam quoque amittat. Hoc autem observari decet cura et diligentia praesidum, quibus gravissimae poenae imminebunt, si praecepta saluberrima huius constitutionis neglexerint.

Titulus XXIX.

De donationibus quae fiunt principi.

Principum donationes sicut insinuatione et monumentis non indigent, ita nec hae quae principi fiunt.

Si [5]) quis Imperatori donare voluerit, sufficiat ei ad perfectam donationem instrumentum liberalitatis modum continens: et non cogatur hanc donationem instrumentis publicis intimare, quamvis ducentorum aureorum quantitatem donatio facta excedat. nam nec Imperatoris donatio in privata persona facta publicis monumentis indiget.

Titulus XXX.

De exhibendis et introducendis sive extrahendis reis.

Rei de una provincia ut in aliam exhibeantur, ab actoribus ne extrahantur, nisi cautione praestita, ut constituta die iudicio si-

---

1) Iul. cap. 174. 2) Iul. cap. 175.

3) Iul. cap. 178. 4) Iul. cap. 180. 5) Iul. cap. 181.

stant: alias a iudicii obsercatione rei cum expensis absolcantur eracto tamen quod ab actoribus promissum sit.

Si [1] quis ex divina iussione in scriptis habita, vel ex calculo magistratus aliquem convenerit, ut in aliis locis exhibeat se vel sistat: ideoque et cautionem ab eo exegerit, quod intra certum tempus in iudicium destinatum venturus sit. posteaque tempus quidem certum transactum fuerit: et is quidem, qui cautionem exposuit praesto sit: adversarius autem eius id est, actor absit, et decem dies post certum tempus transierint: liceat reo praesenti absente actore intrare apud iudicem et docere suam praesentiam et actoris absentiam, et statim ab observatione iudicii absolvatur, ita tamen ut sacramentum praestet de impensis, quas impendit tam in profectione, quam in peregrinatione sua: et in tantam quantitatem iudex actorem condemnet. ¶ Cum autem soleant executores litium ab actoribus cautionem exigere, quod omnimodo peragant intentiones suas: sinautem peregerint, quod poenae certos aureos praestaturi sunt: iubet constitutio calumniam passo primum quidam poenam cautionis ab actore praestari: deinde si quid pluris sit de impensis, quas reus frustra fecerit: hoc calculo iudicis eidem reo praestetur sacramento, tamen eius legitima taxatione moderato. hoc enim si ita custodiatur: iam desinant homines in aliam ludere vitam: et ideo in locis competentibus hac poena perterriti litigabunt.

Actores qui de proprio territorio sibi obnoxios in aliud trahere volunt, cautionem praestent, et poenam causae peragendae et vincendae spondeant.

¶ Solent [2] actores qui in Constantina civitate homines trahere volunt, quos obnoxios dicunt: et fideiussiones dare et poenam promittere peragendi litigii. quod omnibus modis etiam sic permittitur a provincia in urbem Imperialem, qua sibi conscios esse putant abstrahere. Cum autem a provincia in provinciam extrahere reos actores desiderabant, sine fideiussione hoc impetrabant. Sed modo tempore hac promulgatione constitit ut nec ab alia in aliam exhibitio reorum sine fideiussione fiat: neque magistratus amplissimus, neque gloriosissimus quaestor ex persona principis aliquid tale scribere, id est, ut sine fideiussione actoris reorum exhibitio fiat ab alia in aliam provinciam: imo magis contrarium debet dictare, id est ut non aliter fiat exhibitio rei quam si actor fideiussiones praestiterit. promittens quod omnimodo causam peraget et vincat: alioqui quod poenae tantum reis praestabunt. Nam his eodem modo ordinatis, si actor non peregerit causam, vel peragens non obtinuerit, committitur adversus eum poena, et adversus fideiussores eius, et reo praestabitur. Si quid autem ultra quantitatem poenalem exibitionis occasione reus impenderit, hoc ei iuranti dari aequum est sacramento antea moderato per legitimam actionem sicut in praecedenti capite diximus.

Reo in ius vocato, libelloque oblato vinginti dierum induciae deliberatoriae dantur. cautiones praestat personales, item et sportulas. litis autem contestatio fieri non nisi viginti diebus elapsis computandis a die oblationis libelli, debet.

¶ Si [3]) quis ex sententia iudicis admonitus fuerit: habeat post admonitionem viginti dierum spatium: ut liceat reo vel recusare iudicem, vel alium quoque petere, vel simul ambo iudicent, vel forte id quod debent confiteri intra praedictos dies viginti. Postquam autem libellum accusationis exceperit: personales praestet fideiussiones, et sportulas det constitutioni nostri principis cognitas. Subscribat autem et contradictionis libellum. tempus quoque et diem scribere eum oportet quo libellum accusationis excipiat. Cum autem litis contestatio fiet, interrogari debet a iudice, si transierint viginti dies deliberationis. Hoc autem consideratur ex subscriptione eius quam libello inseruit. Nam si intra vicesimum diem litis contestatio facta est: nullius est momenti. Si quis autem iudicem recusaverit, et alium pro eo petierit, eiusque interim recusare maluerit quem sibi iudicem petiit: non audiatur.

Sistere se iudicio qui iuravit: postea per absentiam contumax fuerit, in ius rursus vocandus est, et terminus dandus, quo non veniente causa summarie tractanda erit. et pro debiti mensura in rei bonorum possessionem actor mittetur, quam reus non nisi damnis pensatis, cautioneque de iudicio sistendo praestita recuperabit.

¶ Si [4]) quis iuratus promisit observaturum se in iudicio. Deinde autem ante litiscontestationem Imperialem urbem reliquerit: liceat actori nondum litiscontestatione facta adire iudicem, et docere tergiversationem rei, et siquidem inter magistratus sit iudex: iubeat omnimodo reum in iudicio duci. si autem inter magistratus non sit, sed sit iudex datus ab aliqua parte, vel etiam Imperiali iussione referat hoc ipsum ut ducatur reus iussu magistratus, qui eum iudicem esse destinavit, et praefigatur terminus, intra quem si non venerit reus, ut causae disceptatio fiat, etiam eodem reo absente, et in possessionem rerum eius actor mittatur, et tantummodo ius pignoris habeat, quantus est modus debitae quantitatis. et postquam in possessione actor missus fuerit non aliter reus eam recipiat: nisi omnia damna, quae contigerint actori resarcierit: et dederit fideiussorem, quod omnimodo actoris intentionem excepturus sit, sive per se, sive per legitimam personam. Haec ita sint nisi forte ex iusta causa et inexcusabili reus in absentia fuerit.

Titulus XXXI.

De muliere inope indotata.

Mulier indotata soluto matrimonio quartam mariti bonorum partem consequitur, si inops sit: si vero dives, nihil nisi quod sibi relinquitur.

Diximus [5]) in superioribus capitulis mulierem sine dote nuptam, et sine causa repudiatam a marito quartam partem substantiae eius consequi oportere usque ad centum libras

1) Iul. cap. 182 2) Iul. cap 183

3) Iul cap. 184 4) Iul. cap 185 5) Iul. cap. 187

auri, hoc ipsum constituimus, id est, ut quartam partem mulier capiat defuncto marito suo sive quamplures liberos habeat, sive non. Illud autem certum est quod mulier sive mobiles sive immobiles res habeat suas proprias, omnimodo eas sine diminutione deducere poterit, non subiectas mariti creditoribus: nisi ad hoc tantum quod haeredes ei extiterint. Haec autem omnia intelligi debent, si mulier idoneas facultates non habeat. Nam si inops non sit, neque dotem dedit: gravare liberos defuncti quartae partis exactione non debet. Nam nec maritus, qui nullam donationem propter nuptias dedit, aliquid ex substantiae suae uxoris lucrabitur, nisi forte legatum ei relictum est a muliere, vel mulieri a marito. hoc enim quod relictum est, omnimodo capiat, sive inops sit, sive non. quod si inopi constitutae mulieri maritus suus legatum relinquat minoris quantitatis quam portio quarta fiat, suppleat id quod minus dedit.

Titulus XXXII.

De iis qui ex libera matre et adscriptitio patre nati sunt.

Natus ex adscriptitio et libera post hanc constitutionem liber est.

Constitutio [1]) est Imperatoris nostri in undecimo libro Codicis posita, quae iubet eum, qui ex libera matre et adscriptitio patre natus est, ingenuum esse. Eam igitur constitutionem praesens promulgatio iubet obtinere in iis tantummodo casibus, qui post constitutionem illam contigerint, qui autem ante illam emerserint, antiquo iure dirimantur.

Titulus XXXIII.

Ut de cetero ecclesiae neque permutationes neque contractus emphytheuticos fictitios faciant.

Ecclesiae inter se res etiam immobiles permutare possunt: hocque cum metropolitani sive episcopi decreto et iuramento dato quod utrique parti utiles sint.

Si [2]) ecclesia cum ecclesia vel ptocotrophium cum ptocotrophio, vel monasterium cum monasterio: et ut simpliciter dixerim, si venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit: et hoc quasi fieri prosit: utrique loco liceat primatibus eius permutare decreto tamen prius celebrato cum omni subtilitate et iureiurando apud locorum metropolitanos rei disceptatione praecedente, ut ipsi deliberent an ambabus partibus prosit permutatio rerum immobilium, et non indigeat res speciali divina pragmatica forma. Ex huius autem legis excipiatur licentia magnae Constantinopolitanae civitatis ecclesia. nullam enim rem immobilem alienare permittatur quemadmodum ante non permittebatur.

Ecclesiis perpetuos contractus emphyteuticos inter se facere licere maiore ecclesia Constantinopolitana excepta.

¶ Liceat [3]) ecclesiis et aliis venerabilibus locis perpetuos inter se contractus emphyteuticos facere decreto scilicet antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteusis ut ad privatam personam omnimodo non extendatur: sed ex huius legis licentia excipiatur magna Constantinopolitana ecclesia quemadmodum in anterioribus constitutionibus.

Decreto alienationis rei ecclesiasticae qui adesse debeant.

¶ Si [4]) alienatio immobilis ecclesiasticae rei celebrata sit: decretum quidem omnibus modis procedat secundum supradictam constitutionem. Adesse autem decreto debet non solum episcopus et clerus eius cuius praedium alienare desiderat: sed etiam metropolitanus archiepiscopus cum praedicta observatione: et duo episcopi consilio eius adsint.

Titulus XXXIV.

Ut ea quae vocantur insinuativa.

Clericis ordinatis insinuativa gaudere non nisi iis qui in maiori ecclesia ordinati sunt, licere.

Si [5]) quis in Constantina civitate clericus factus fuerit. siquidem magnae ecclesiae clericus sit factus, emphanistica praestetur. Sinautem alterius oratorii clericus factus fuerit, nisi emphanisticorum nomine exigatur, amittat statum gradus. Haec autem omnia defensores ecclesiae custodire debent: qui si neglexerint, decem librarum auri solutione multentur.

Titulus XXXV.

De clericis subrogandis in locum desertorum clericorum.

Clerici subrogandi sunt in locum desertorum, quibus annona quae desertoribus praestabatur, concedi debet.

Si [6]) clerici ab ecclesiis suis destiterint, alios clericos in locum eorum subrogari oportet: ut scilicet annonas et dona ecclesiastica, quae illis praestabantur, accipiant. et si postea destitores redierint, nihil eis praestetur: quia annonae eorum et dona aliis clericis pro ipsis subrogatis praestitae sunt. Omnibus enim modis subrogatis clericis annonas eorum praestari debet. nam neque destitoribus aliquid ab ecclesia dandum est, neque ad lucrum oeconomorum vel aliorum qui administrant, cedere. Si enim subrogati clerici praedictas annonas non acceperint: ipsi qui solent administrare eas de sua substantia dare eis cogantur. nam et si quas habent proprias possessiones: iubet constitutio ut ex iisdem possessionibus certa praedia deputentur, ex quorum redditu subrogatis clericis annonae praestentur.

Ei qui aedificavit ecclesiam, aut clericis annonas dedit: clericos quos voluerit facere non nisi patriarchae vel episcopo oblatos licere.

¶ Si [7]) quis ecclesiam aedificaverit, aut clericis ex substantia sua annonas dederit: non liceat ei quos voluerit

1) Iul. cap. 188. 2) Iul. cap. 189. 3) Iul. cap. 190.

4) Iul. cap. 207. 5) Iul. cap. 191. 6) Iul. cap. 192. 7) Iul. cap. 193.

clericos in eadem ecclesia facere. sed si voluerit quosdam ibi consecrari: offerat eos beatissimo patriarchae: et illae si viderit eos dignos consecret: et si non probaverit, arbitrio suo reiiciat.

Titulus XXXVI.

Ut in privatis domibus sacra misteria non fiant.

In oratoriis domorum [illegible] *ab episcopo* [illegible] *constitutis* [illegible] *bus habere permissum est.*

Si [1]) quis in domo sua oratorium habuerit, non audeat in eum sacra misteria facere, nisi clericos catholicae fidei habuerit deputatos ex iussione religiosissimi episcopi illius civitatis, vel beatissimi patriarchae. Si quis autem adversus ea fecerit: domus eius fisci iuribus vendicetur: et sit sub indignatione principis. et si praefectus praetorio postquam haec cognoverit, non prohibuerit: quinquaginta librarum auri poena multetur: et apparitor eius simili poenae subiiciatur. nulla autem invidia est unumquemque christianum in propriis aedibus oratoria habere, et in his orare, et psallere. sine clericis missa non fiat.

Titulus XXXVII.

Ut defuncti seu funera eorum a creditoribus non iniurientur.

Mortuis et animam agentibus obsequiis domibus ac familiae iniuriam inferre sine iudicis decreto creditores prohibentur.

Si [2]) quis debitorem suum egrotantem vel periclitantem molestare voluerit pro debito suo, non liceat ei hoc facere: cum neque uxori eius, neque liberis aliquem inquietudinem inferre permittitur: neque signa aedibus eius imponere: nisi post mortem debitoris lite consistente iudicialis calculus prolatus fuerit, et legitima ordinatio sequuta sit. sed neque mortuo debitore deductionem eius funeris impediat. Si enim tale aliquid perpetraverit: suis actionibus cadat sive iustam habeat intentionem, sive non. et non solum debitam sibi quantitatem amittat: sed etiam aliam haeredibus eius pro iniuria defuncti praestare compellatur. et non sufficiunt istae poenae: cum et tertia pars bonorum eius publicetur, et ipse infamia notetur. haec autem omnia in Constantinopolitana civitate cura et diligentia custodiantur, tam praefecti urbis, quam praefecti praetorio. Magistratus quoque officiorum in his vigilare debet, et apparitores omnes eorum. In provinciis autem praesides ea observabunt, et alii magistratus, sive civiles sint, sive militares. quod si neglexerint magistratus quidem imperialis urbis cum suis apparitoribus viginti librarum auri poena mulctabuntur. Provinciarum autem magistratus quinque librarum auri poenae nomine dare cogantur.

Titulus XXXVIII.

Ut immobilia ante nuptias donationis neque hypothecae dentur, neque omnino alienentur.

Immobilia donationis ante nuptias etiam mulieri consentiente nec [illegible] *sum suum confirmet, si maritus solvendo sit: secus si non solvendo.*

Si [3]) quis donationem propter nuptias mulieri conscripserit sive pro se, sive pro alio, sive pater pro alio filio suo. sive mater, sive cognatus propter cognatum, aut quis extraneus pro alio donationem propter nuptias conscripserit, in qua etiam res immobiles sint: non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecae titulo obligare: nec si consenserit in alienatione vel hypotheca mulier. sed si quid contra hanc legem factum scriptumve fuerit: hoc pro infecto sit, et pro non scripto habeatur: nisi forte observatio illa custodiatur, quae de intercessionibus foeminarum in quarto Codicis libro posita est titul. ad senatusconsul. Vel. id est, ut post primum consensum transacto biennio aliud instrumentum a muliere conscribatur, in quo se fateatur priorem consensum suum comprobare: alioqui prior consensus nullius momenti est. imo etiam si secundo consensu priorem voluntatem post biennium confirmaverit: non omnimodo valebit: sed ita demum, si ex aliis mariti facultatibus satis eidem mulieri fieri possit in donatione propter nuptias: alioquin nec secundus nec tertius consensus laedere mulierem poterit. Haec autem dicimus non solum in donatione propter nuptias, sed etiam in dote, si quas res dotales alienare vel obligare maritus voluerit. Emptores autem et creditores quibus res alienatae vel obligatae sunt, nullam iniuriam patiantur. Nam quod ad mulieres pertinet, actionibus careant suis. et tamen aliae mariti facultates et ipse maritus necessario eis permanet obligatus. Haec autem constitutio praerogativis dotium nullum praeiudicium facit. Nam praerogativas datas integras inesse dotibus constitutio iubet. ita tamen si de dotibus actiones mulier moveat. Aliis enim personis privilegium in actione dotis nec antea datum est, nec modo datur. Ea autem constitutio non in praeteritis: sed in futuris casibus valeat.

Titulus XXXIX.

Ut nullus fabricet oratorii domos episcopo inconsulto.

Ecclesiam vel oratorium aedificare nisi episcopo consentiente et inchoante nulli licere. Item et de dote provisum sit ante quam inchoetur oportet. sin minus veteres instaurentur.

Nullus [4]) audeat aedificare ecclesiam vel oratorium ante quam civitatis episcopus veniat: et vota faciens sanctissimam crucem infixerit in eodem loco publice procedens, et rem omnibus manifestam faciat. unusquisque autem ante aedificationem loquatur episcopo, et praefiniat modum, qui

---

1) Iul. cap. 194 2) Iul. cap. 196

3) Iul. cap. 198. 4) Iul. cap. 205

ad luminaria et sacrum ministerium, et custodiam oratorii, et alimonias eorum, qui ibi serviunt sufficat. et si haec sufficientia visa fuerit: faciat prius donationem eorum, posteaque domum aedificet. Sin autem ea quae ab eo praefinita sunt, non sufficiant ad construendum oratorium: aequum est vetera oratoria, quae forte ruinam minantur, reparare cum arbitrio religiosissimi episcopi civitatis.

Titulus XL.

De episcopis non residentibus in propriis ecclesiis.

Episcopis qui per longum tempus ab ecclesia absunt, sumptus ab ecclesia non praestentur.

Si [1]) episcopus per multum tempus ab ecclesia sua defuerit, et in aliis locis degerit: oeconomus aut ecclesia eius impensas ei non administret Nam tales inanes sumptus melius est in ecclesia esse, et in alias res ad pietatem pertinentes praestare. Teneantur autem in talibus episcopi etiam ea quae prioribus sanctionibus cauta sunt, servare.

Finis.

Liber secundus Novellarum.

Titulus I.

Ut omnes provinciarum iudicibus obediant.

Provinciales forum praesidis ne declinent: et qui tam in civilibus causis quam in criminalibus sibi ipsi subiiciantur: nisi pragmatica sanctione aliud cautum reperiatur.

Haec [2]) constitutio iubet ut omnes Romani tam in civilibus quam in criminalibus causis uni praesidi provinciarum subiiciantur: et nemo in aliqua causa obnoxius privilegium praesidi provinciae opponat: quasi non ei subiectus sit, nisi specialiter pragmatica sanctio prolata duci eum duxerit. Ideoque sive de dominio alicuius rei, sive de agrorum finibus, sive de hypothecis, sive de nuda possessione, sive de alia quavis pecuniaria vel criminali causa litigium inter partes emerserit: non liceat reo privilegium suum opponere praesidali iudicio, sive ex imperialibus liberis, sive ex maioris iudicis iussione: sed omnibus modis in eo loco pulsetur, ubi aliquid egerit, vel amiserit sive de maxima re, sive de minima quaeratur, veluti de gallina. quamvis enim de minima videatur haec rés esse: attamen iustitiae ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis debet aestimari. Nam et quod aliis villissimum esse videtur, hoc etiam aliis quam pretiosissimum est. et omnino sive bovem sive aliam quamcunque rem alicui subripuerit, in eadem provincia pulsetur, ubi tale peccatum admisit. nam et probationis copia in externis locis non similis agentibus est.

Ratione contractus quis forum sortitur: quod praesentibus declinere non licet: absentibus autem a quorum dominis iniustitia illata est, et vocato eo qui fecit, re suspensa induciae secundum loci distantiam dandae sunt, ut negotio cognito veniant aut non: et secundum quod actum erit, procedatur.

¶ Haec [3]) quidem dicimus, si utraque pars in praesentia sit, ut in eodem loco modis omnibus res dirimatur, in quo aliquid admissum est. quod si actor quidem praesto sit, reus autem absit, sed actores ipsius vel procuratores vel conductores aliquid egerint vel deliquerint: ille quidem qui fecit, modis omnibus accusetur: ipsum autem litigium maneat in suspenso donec de rerum dominio causa fuerit declarata. Tempus autem dilationis ex locorum spatio dari debet. Nam siquidem una vel duabus provinciis interpositis dominus rerum in proximis locis degat, quatuor menses ad dilationem sufficiunt. Sinautem in longinquum absit, veluti in Palestina vel in Aegipto octo mensium dilationem dari oportet. Sinautem in Italia vel in Africa moretur: novem menses statui debent. Eadem dicimus, et si in arthogis locis principalis persona degat. ¶ Et [4]) siquidem rerum dominus illi commiserit causam, qui apud eum retulerit: necesse est ut ipse qui praesens est, pulsetur absentis domini nomine. Sinautem alium litigare maluerit: hoc ei liceat facere, dumtamen procurator ipsius defendat causam, et modis omnibus impleat quod iudex iudicaverit: nisi provocatio sit subsecuta, aut aliter definita, aut amicabiliter sopita. quod si domino quidem rerum manifestetur causa: ipse autem venire neque alium mandare curaverit: tunc praedicto tempore transacto, is qui accusatus est, litiget: et si reus apparuerit, condemnetur, scilicet et domino rerum eandem condemnationem subituro, si ipse quoque obnoxius sit. et siquidem solvendo sit is, qui accusatus et condemnatus est, ipse iudicato satisfaciat. Enimvero si solvendo non sit: ex rebus domini absentis, qui nec venire nec mandare alicui voluit, solvi actori aequum est. Quod si reus praesens post accusationem evaserit, et neque dominus rerum venerit, neque procuratorem transmiserit: tunc ex una parte iudex audiat causam, si solet et in eremodiciis fieri, scilicet et ipso reo per praeconem vocato. et si in eadem absentia perseveraverit, condemnetur. quod si actor in absentia sit domino rerum praesente vel procuratore misso tunc omnia determinata, quae frustra reus passus est, actor ei restituat.

Nullus forum declinet cuiuscunque privilegii virtute, nisi pragmatica sanctione, aut appellatione munitus sit.

¶ Nullum [5]) privilegium eximere reum provinciali iudicio volumus: nisi specialiter nostram pragmaticam sanctionem produxerit, quae propter publicas causas in hanc regiam eum civitatem revocaverit: vel si ex lege hoc fiat: veluti si provocationem praesidi provinciae porrexerit, et propter haec in ista Imperiali civitate litem audire oportet, quamvis de minoribus causis apud maiores iudices provinciarum provocationes exerceri constituimus: nisi forte causa principalis in hac civitate quamvis minima ventiletur: tunc enim in hac civitate non in provinciis provocatio ventiletur.

1) Iul. cap. 206　2) Iul. cap. 209.

3) Iul. cap. 210　4) Iul. cap. 211.　5) Iul. cap. 212

¶ Nulla [1]) autem persona privilegio aliquo utatur ad fugiendos praesidis laqueos, quamvis ecclesia sit, vel xenodochium, vel oratorium, vel quivis alius locus, qui pietatis causa colitur. Idem iuris est sive fiscus, sive patrimonium fisci, sive alius quivis divinis titulis pulsetur: et multo magis si potentis hominis persona in iudicium fuerit evocata: quamvis privilegium ex sacro oraculo praetendat: nisi quod diximus pragmatica sanctio in hac civitate eum reipublicae causa revocaverit. ¶ Haec [2]) autem constitutio non solum in futuris, sed etiam in praesentibus causis locum habeat.

Praeses qui huius constitutionis observantiae non studet: non solum magistratu privatur: sed etiam in auri decem libris multatur.

¶ Si [3]) quis autem praeses provinciae constitutus praesentem legem custodire neglexerit: non solum magistratu suo eiiciatur: sed etiam decem librarum auri subeat poenam.

Titulus II.

Qui tutores vel curatores pupillo vel adolescenti esse non possunt: et tutelae et curationis administrandae modus.

Neque tutori neque curatori actionis cessionem contra minorem suscipere licere.

Nulli [4]) tutori vel curatori liceat nomina contra pupillum, vel eum cuius curationem gubernat, iura successionis in se transferre ab aliquo, sive pretium pro actione dederit, sive non.

Tutor vel curator minoris esse non potest, qui eius est, aut creditor aut debitor.

¶ Nemo [5]) qui dicit se obnoxium habere pupillum, vel eum qui curatore eget, tutor aut curator ipse creetur. Sic is qui manifeste obnoxius impuberi, vel ei qui cura indigeat, fuerit: tutor vel curator non fiat.

Tutori ad quem devoluta est haereditas, quae pupilli aut debitorem aut creditorem eum fecerit: curator ei adiungendus est.

¶ Quod [6]) si quis tutor constitutus aut curator, neque obnoxium habeat eum cuius negotia gerit, neque obnoxius ei sit: postea autem ad eum haereditas devoluta sit, quae debitorem vel creditorem memoratae personae eum faciat: tunc alius tutor vel curator ei adiungatur, qui custodiet eum: et hoc ipsum iuret sacramento, quod nec malitiae tutoris vel curatoris favebit, ne poenae subiiciatur.

A tutela vel curatione debiti praetextu nullus excusetur: nisi haec aut testibus aut sacramento probet.

¶ Ne [7]) autem unusquisque dicens se creditorem impuberis esse, vel forte adolescentis ab onere tutelae, vel curationis facile excusetur: sancimus non aliter eum recipiendum esse, nisi manifeste probaverit creditorem se esse impuberis, vel forte adolescentis, vel res eorum sibi obnoxias esse, vel parentes. quod si res in incerto sit: tunc sacramentum praebeat, quod ideo tutelam vel curam recusat: quia re vera suum debitorem esse pupillam vel forte adolescentem existimat. tunc enim et si voluerit non admittatur ad tutelam vel curationem cuiuscunque personae: quamvis tutor legitimus sit.

Creditor vel debitor minoris, si tutelam aut curationem suscipiat: creditor actionem perdit: debitor vero solutione interim facta non iuvatur.

¶ Quod [8]) si quis adversus ea quae tutor vel curator creari passus fuerit: siquidem obnoxium impuberem habeat, vel forte adolescentem actionem quam habet, amittat. Sinautem ipse obnoxius fuerit: non liceat ei dicere, quod tempore quo tutelam vel curationem gerebat, solutionibus vel commentitiis liberationibus actione solutus est.

Sicut tutoribus et curatoribus cessiones in minores aut dare aut suscipere tutelae aut curationis tempore prohibitum est, ita et ipsa finita. Haec autem in omni curatione dictum habe.

¶ Nulli [9]) tutori vel curatori liceat sicut praediximus, nomina contra pupillum vel forte adolescentem redimere, et cessiones adversus eum impetrare, quivis iam desiit tutor vel curator esse: sed omnimodo hoc quod factum est, pro infecto habeatur, ita ut pupillus quidem vel forte adolescens omnimodo securitatem habeat, et nulla teneatur actione. Tutori autem vel curatori non liceat contra eum redire, qui nomina ei cesserit eodem iure obtinente: et si postquam tutor vel curator desiit esse cessiones nominum impetraverit. ¶ Haec [10]) autem omnia de omnibus curatoribus posita sunt, non solum adolescentium, sed etiam prodigorum, vel furiosorum, vel mentecaptorum, vel si quid aliud aut lege expressum est, aut natura inveniatur.

Neque tutores neque curatores minorum numos mutuo dare compelluntur. Ideo si dederint: et usuras praestare debere, et periculum suscepisse sciant.

¶ Nemo [11]) tutor vel curator compellatur pecuniam impuberis vel forte adolescentis mutuam dare, sed liceat ei sterilem eam in tuto deponere. Nam melius est sortem impuberis vel adolescentis conservari, quam usurarum cupiditate etiam sortem amittere. Si autem sponte sua tutor vel curator mutuaverit, forte sub pignoribus, vel sub alia indubitata cautela: tunc habeat quidem per singulos annos mensium relaxamentum. sciat autem quod periculum sortis ad ipsum pertinebit.

Tutores vel curatores in administrandis minorum rebus, quo modo se debeant gerere, hoc loco docetur.

¶ Si [12]) pupillus redditus habeat sibi sufficientes: eos tutor impendat. Sinautem ampliores redditus habeat quam sumptus: tunc id quod superfuerit deponatur. Quod si substantia impuberis mobilis sit: tunc id tantum tutor mutuare

1) Iul. cap. 213. 2) Iul. cap. 214. 3) Iul. cap 215 4) Iul. cap. 217. 5) Iul. cap. 218. 6) Iul. cap. 219. 7) Iul. cap. 220.

8) Iul. cap. 221. 9) Iul. cap. 222 10) Iul. cap. 223. 11) Iul. cap. 224. 12) Iul. cap. 225.

debet, quod sufficiat ad administrationem pupillarium rerum: quod autem superfluum sit, deponatur. Eademque dicimus et de curatoribus omnium personarum. Licebit autem tutori vel curatori subtiliter inquirere, si quem redditum comparare pupillo vel forte adolescenti possit ex superflua pecunia, ut et tributa levia sint, et venditor locuples, et redditus fertilis. Sciat autem quod si adversus ea comparaverit: negligentiae periculum ad eum pertinebit. ¶ Quod [1]) si pecuniam tantam habeat pupillus ut ex ea administrationes rerum ipsius solummodo explicentur: tunc mutuare tutor vel curator eam debebit cum cogitatione caelestis iudicii. Nam [2]) et ab initio antequam administrationi se immisceat tutor vel curator, cuiusvis personae sacramentum dare compellitur per divinas scripturas, quod omnia gesturus est quae pupillo commoda esse putaverit. eadem dicimus et de iis qui curationem gerunt.

Titulus III.

De instrumentorum cautela et fide.

Depositum coram tribus testibus fiat oportet: sive de eo literae fiant sive non.

Si [3]) quis depositum alicui dare caute voluerit, necessarii sunt ei tres testes. nam literae depositarii solae non sufficiunt depositori ad plenissimam depositi dati probationem. testimonia autem sic exhiberi oportet, ut dicant testes, quod in praesentia sua vel susceptum est depositum, vel quod depositarius se suscepisse conscripsit. Idem est et si non scriptis: tamen tres adhibiti fuerint testes idonei veritate.

Qui instrumenta sine tabellione vult conficere, tres testes adhibeat, sine quibus nulla fides habetur.

¶ Si [4]) quis sine tabellione componere instrumentum maluerit sive de mutuo, sive de deposito, sive de alia quacunque causa, tres testes adhibeat: alioqui literae ipsius solae et comparatio earum credendae non sunt. Nulla autem differentia est utrum subscripserint testes an praesentibus ipsis instrumentum compositum sit.

Standum [illegible] testibus an literis iudicantis prudentiae relinquitur.

¶ Si [5]) instrumentum prolatum fuerit, et literae quidem Titii esse non videantur, testes autem dicant Titium eas scripsisse iurati, scilicet testimonium eorum facile reprobari non oportet, sed tamen ad sapientiam iudicis pertinet ut ea quae verisimiliora magis putaverit, eis maiorem praebeat fidem.

Deponens aut mutuans sola scriptura eius cum quo contrahit, contentus: nisi confessus sit coram testibus ad sacramentum recurratur oportet.

¶ Si [6]) quis instrumentis componendis adhibere praedictam observationem neglexerit, vel deposuerit, vel mutuaverit alicui sine testium praesentia: solis literis debitoris credens incaute quidem facturus est, sed tantum si per sacramentum vel per confessionem debitoris veritas manifestetur, id quod dedit exigere non prohibeatur.

Notarius antequam se instrumento subscribat, testium nomina scribat oportet.

¶ Instrumenta [7]) quoque quae apud tabellionem componuntur subscriptione testium, sicut dictum est, muniri praecipimus ante completionem a tabellione insertam. ¶ Iudices [8]) autem non tantum ex compositione literarum falsitatem reprehendant, sed etiam ex comparatione notarii.

Scripturae referenti non creditur, nisi de relata appareat, aut alio modo legitimo veritas demonstretur.

¶ Si [9]) quis in aliquo instrumento alterius instrumenti mentionem fecerit: non aliter hoc factum esse videatur, nisi ipsum probatum fuerit: id est, cum instrumentum vel alio modo legitimo debita quantitas probata sit. hoc enim et veteribus legibus cognitum est.

Instrumento per imperitum confecto ad hoc ut locus sit, quae requirantur.

¶ Si [10]) instrumentum imperitus literarum componere maluerit, necessarius erit tabularius, si in illo loco tabularii sunt. sed et testes non minus quinque scientes eum imperitum literarum, et ab eo cogniti. et postquam imperitus sanctam crucem fecerit, vel paucas literas unus ex hisdem quinque testibus pro eo subscribat. omnes autem quinque testes subscribere debent, quod et praesentibus eis et cognoscentibus imperitum, omnia processerunt.

[illegible] sine scriptura, testibus aut sacramento utantur

¶ Haec [11]) autem omnia de his contractibus dicimus, qui scriptura interveniente fiunt. alioqui si sine scriptura aliqui contraxerint: liceat eis vel testimoniis vel iurisiurandi religione veritatem manifestare, scilicet actore quidem testes producente, reo autem vel iurante vel iusiurandum referente, secundum hoc quod iudex aestimaverit. ¶ Huius [12]) constitutionis observatio in his contractibus locum habet, qui sunt ultra quantitatem librae auri. Nam usque ad libram auri pristinum morem servari iubemus. ¶ Huius [13]) constitutionis usus in civitatibus locum habet. Si enim instrumentum in vico compositum sit: consuetudo pro lege habeatur. rusticorum enim simplicitatem et in testamentis faciendis non reprobavimus, quamvis alias ordinationes testamentorum summa subtilitas exigatur. Haec [14]) constitutio in futuris instrumentis et contractibus valet: nam praeteritae causae prioribus legibus dirimuntur.

Titulus IV.

De comparatione literarum.

Tabellione et testibus instrumenti mortuis vel absentibus, vel qui facile haberi non possunt: ad comparationem literarum recurritur.

1) Iul. cap. 226. 2) Iul. cap. 227. 3) Iul. cap. 228. 4) Iul. cap. 229. 5) Iul. cap. 230. 6) Iul. cap. 231.

7) Iul. cap. 232. 8) Iul. cap. 233. 9) Iul. cap. 400. 10) Iul. cap. 236. 11) Iul. cap. 237. 12) Iul. cap. 238. 13) Iul. cap. 239. 14) Iul. cap. 240.

[illegible]
fraude comparationem petat

Comparatio[1]) literarum, sicut supra diximus, sine testium confirmatione non sufficiat ad veritatis probationem. Sin autem omnes testes mortui sunt cum tabellione, vel forte in absentia tabellio est: tunc ille quidem, qui instrumentum producit, sacramentum praestet, quod nullius malitiae conscius est in illo instrumento commissae.

Quo modo et quo ordine literarum comparatio facienda sit, hoc §. docetur.

¶ Comparatio autem literarum propter necessitatem causae sine impedimento secundum pristinum morem procedat. quod si tabellio et vivit et praesens sit, iuratus testimonium suum de fide instrumenti, et ille vivit et praesens est, et nullo morbo vel alia iusta causa impediatur in iudicium venire, praebeat ipse quoque testimonium. Item si per Titium pecunia numerata est, et ipse veniat, et sacramentum praebeat, quod neque numeratorem habeat neque instrumentum, et omnes testes mortui sunt, vel in absentia fuerint, vel alia iusta causa impediantur venire in iudicium: solus autem tabellio et vivit et venit: testimonium ipsius probabile sit, ad fidem instrumenti pertinens: ut nec comparatio literarum necessaria esse videatur. Quod si tabellio mortuus est: fiat quidem comparatio literarum eius, et veniat tam minister ipsius, per quem instrumentum compositum est, quam numerator pecuniae, scilicet si non absens est. Si vero simul mortui sint vel in absentia fuerint, alii testes producantur. et si hoc facile non sit: tunc ad comparationem literarum iudex perveniat, ut non solum completiones literarum a tabellione factae comparentur, sed etiam aliae literae tam principalis personae quam testium in comparatione deducantur, ut ex multis comparationibus literarum fides veritatis illucescere possit. Sin autem nullum aliud ad veritatem probandam supersit quam comparationes literarum: tunc illud teneat quod usque ad hoc tempus obtinuit, ut qui instrumentum producit legitimum sacramentum subeat, quod nulla malitia usus est: sed et his qui fidem instrumenti exigit, de dolo et calumnia iusiurandum subeat. Is autem omnibus necessitatibus homines liberantur, si sub actorum testificatione instrumenta intimentur, et ibi testes et aliae personae suis depositionibus contractum roborent. ¶ Omnia[2]) autem quae de comparationibus constituimus ab illis instrumentis faciendis, quae sine tabellione composita sunt, maneant in eadem firmitate durantia. illa quoque iura quae de imperitis literarum in iudiciis probata sunt, inconcussa permaneant.

Titulus V.

Quo modo naturales filii legitimi fieri possunt.

***Filii naturales** per subsequens matrimonium sui et legitimi efficiuntur. Item et principis rescripto legitimantur.*

Si[3]) quis cum libera muliere consuetudinem habeat non affectione maritali, et ex ea liberos naturales fecerit, eosque velit filios legitimos et in potestate sua habere: liceat ei cum matre eorum dotalia instrumenta componere. Nam filii qui antea naturales erant, post compositionem dotalium instrumentorum, sui et in potestate patris efficiuntur, sive postea nati filii vivant, sive mortui sint, sive omnino nullus alius procreatus est, sicut in Institutis et in Codice dictum est. Quo si antea quam dotalia instrumenta fiant, mater concuba decesserit, pater autem naturales filios ex ea susceptos facere legitimos velit: adeat Imperatorem cum precibus, et exposcat, ut sibi liceat legitimum nomen eis imponere, et natalibus suis eos restituere, quemadmodum libertini natalibus restituuntur. Principe enim annuente supplicationibus patris necesse est, ut liberi legitimi fiant, quamvis dotale instrumentum nullum cum matre eorum iam mortua compositum sit. Idem dicimus et si filios naturales pater diligat, matrem autem odio habeat: quia in corpus suum peccavit. Nam si ea causa sit, et noluit cum ea nuptias contrahere: licebit ei praedicto modo filios naturales legitimos facere. Item si liberi naturales matrem suam caelaverint, ne dotalibus instrumentis cum ipsa factis in potestate patris efficiantur, et ususfructus rerum ad eos pertinentium patri acquiratur: si talis dolus factus fuerit, liceat patri praedicto modo preces Imperatori porrigere, et filios legitimos facere, et in potestate sua eos redigere. Eadem dicimus et si iusta causa dotalia instrumenta impediat. Pone enim patrem naturalem diaconum vel presbyterum factum esse, ut ducere non possit [illegible] Imperatori supplicare: liceat in testamento suo legitimos successores sibi scribere filios naturales. attamen illi post mortem parentis supplicent Imperatori, et testamentum patris ostendant, et principe annuente intantum capiant paternam haereditatem, inquantum scripti sunt: aliter enim legitimo nomine non fruantur. Haec autem omnia quae modo dicta sunt, tunc habeant locum, cum nulla alia legitima proles, vel antea, vel poena patris supersit. legitimis enim filiis natis non aliter naturales legitimi fiant, nisi dotalia instrumenta pater cum matre eorum conscripserit.

Filii nati ex senatoris matrimonio legitimi non habentur: nisi contrahendo dotalia instrumenta et donatio propter nuptias intervenerint: secus in aliis.

¶ Nemo[4]) dignitate decoratus senatoria sine dotalibus instrumentis et ante nuptiarum donationem nuptias contrahat. alioqui filii qui ex tali copulatione nati fuerint, non erunt legitimi, sed magis naturales. Alii autem qui militiis honestioribus decorantur vel negotiationibus vel quibusdam artibus laudabilibus praediti sunt, et sine dotalibus instrumentis et antenuptias donatione copulentur, sed non citra scripturae cautelam. debent enim hoc ipsum defensori ecclesiae vel oratorii dicere, ut et ille adhibeat tres vel quatuor clericos ad testimonium, et conscribatur charta qua declaretur dies quo Imperatore vel consule vel mense convenerint ille et

1) Iul. cap. 234 2) Iul. cap. 2[illegible] 3) Iul. cap. 24[illegible] 4) Iul. cap. 24[illegible]

illa, in illo loco oratorii quo copulati sunt, et subscribant defensores ecclesiae. et siquidem velit chartulam accipere vel ambo vel unus ex his praestetur eis. quod si noluerint: deponatur in sancto oratorio, ut postea si opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum, ut etiam proles ex hac copulatione procreata legitimo nomine perfruatur. Si autem vilissimi homines matrimonium contrahere velint, liceat eis sine scriptura hoc facere. Idem dicimus et de rusticis hominibus et de militibus qui in armis occupati sunt.

Filii naturales adoptione non legitimantur.

❡ Filios[1]) naturales antea quidem licebat patribus sibi per adoptionem legitimos facere, sed divi Iustini constitutio hoc prohibuit, quod noster Imperator in suo statu manere iubet.

Filii legitimi sunt, qui ex ea nati sunt, quam pater evangeliorum tactu se in uxorem habiturum iuravit, vel si tale sacramentum in aedibus sacris praestitum sit.

❡ Si[2]) quis divinis tractus evangeliis iuraverit mulieri legitimam se uxorem habiturum, vel si in oratorio tale sacramentum dederit: sit illi legitima uxor, quamvis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit. et si liberos non habuerit mortuo marito quartam partem substantiae eius accipiat, secundum constitutionem nostri Imperatoris. et si eam de domo eiecerit, quamvis sine repudio hoc fecerit. Quod si liberos procreaverit: legitimi esse videantur. et si aliis nuptiis contractis legitimos filios pater habuerit: omnes simul legitimum nomen habebunt. ❡ Ergo[3]) siquidem ex huius matrimoniis filii nascantur legitimi erunt. Sinautem aliter aliquis filios habuerit: naturales erunt: et tam ex testamento quam ab intestato patri naturali succedunt secundum observationem constitutionum principis nostri, scilicet si non ex damnata copulatione nati sunt. tales liberi neque legitimi neque naturales appellantur: nec omnino parenti succedunt.

Titulus VI.

Iudices ut differentes audire interpellantium allegationes cogantur ab episcopis hoc agere etc.

Praeses ubi causas audire noluerit, consulatur episcopus: et si monitus ab episcopo causas non audiat, princeps consulendus est.

Si[4]) quis propter civilem vel criminalem causam praesidem provinciae adierit, et ille contempserit actorem, vel alio modo causam cognoscere secundum leges contempserit: liceat actori supplicare civitatis episcopo et hoc ipsum in querimoniam deducere, ut ipse religiosus antistes, vel ipse ad praesidem veniat, vel suos homines mittat, per quos compellere praesidem sine dilatione et iniuria litem dirimere possit. Quod si tanta imprudentia rector provinciae teneatur: ut nec episcopo nec clericis imminentibus iustitiam sequatur: tunc liceat episcopo, si voluerit, actorem ad nostram pietatem venire, et preces fundere, dare ei literas per quas nobis declaretur superbia atque iniuria praesidis. Nos enim et actori medebimur et praesidi competentem vindictam imponemus.

De iniuria illata a praeside qui cognoscere possint.

❡ Si[5]) quis a praeside provinciae iniuriam passus fuerit: adeat civitatis episcopum, ut si arbitrio eius praeses condemnatus sit, satisfaciat homini iniuriam passo. Sinautem hoc facere noluerit, et veniat ad nostras piissimas aures, siquidem iustam sententiam religiosi episcopi civitatis comprehendamus, ultimis suppliciis praesidem affici iubemus. Sinautem innocentem eum inveniamus: necesse est ut nullum responsum calumniosus actor accipiat.

Praesidi suspecto episcopus ut accessor addatur.

❡ Si[6]) cui praeses provinciae suspectus esse videatur, et litigare apud eum solum noluerit: liceat ei episcopum invocare, ut cum eo considente litem audiat, et vel amicabili compositione litigatores transigere faciant, vel monere paramesios eos audiant, id est, naturaliter: ita tamen ut sententiam legibus consentaneam imponant.

Praeses si causas negligentius quam aequum sit audiat, civitatis defensores audiant, aut episcopus.

❡ In[7]) civitatibus in quibus praesides praesto non sunt, adeant litigatores defensores civitatis, et illi audiant causas. Sinautem episcopum iudicare sibi maluerint, hoc quoque fieri iubemus.

Qui principem consulit praeside non adito, et sine episcopi literis quibus poenis subiaceat.

❡ Si[8]) quis non adito praeside provinciae et sine literis episcopi in hanc venerit civitatem, et de aliqua causa nos molestaverit: sciat se tales poenas subiturum, quales passurus erat praeses provinciae, si aditus eum contempsisset.

Officiales qui ampliores sportulas quam quod illis constitutae sunt, accipiunt: ultimo supplicio subiiciantur.

❡ Iurent[9]) officiales praesidum ut lites subiectorum dirimant, et non suscipiant sportularum nomine nisi inquantum nostra constitutione iubetur. quod si hi contra hoc fecerint: ultimis suppliciis subiiciantur.

Episcopus supplicantium contemptor, quibus poenis sit multandus.

❡ Si[10]) episcopus propter gratiam praesidis supplices contempserit: ex sacris regulis poenae subiiciatur. ❡ Nemo[11]) nec episcopus nec clericus sine literis patriarchae episcopi ad hanc sanctissimam civitatem veniat.

Titulus VII.

De substantiis monachorum vel asceteriorum.

Ingressi monasteria ipso ingressu se suaque Deo dedicant: nec ergo

1) Iul. cap. 242. 2) Iul. cap. 244 3) Iul. cap. 245. 4) Iul. cap. 247.

5) Iul. cap. 250. 6) Iul. cap. 248. 7) Iul. cap. 253. 8) Iul. cap. 249. 9) Iul. cap. 251. 10) Iul. cap. 252. 11) Iul. cap. 254.

de his testantur, ut qui nec domini rerum sint. Vel sic. Monasticam vitam profiteri desiderantibus, antequam profiteantur, de fortunis ipsorum libere disponere possunt, post vero non.

Scimus[1]) in superioribus constitutionem esse relatam, qua cavetur, ut quicunque vel quaecunque monasterium intrant manendi causa videantur substantias suas monasterio consecrasse. nam ante introitum liberam habent facultatem quomodo voluerint bona sua disponere. postquam autem intraverint, non habent licentiam talem, sed haec constitutio quidem quae de hoc iure loquitur suis temporibus valet. Nam si antequam ipsa introducatur factus est aliquis monachus, vel facta mulier monacha, nec ad eum pertinet vel ad eam, habent liberam facultatem qualiter voluerint sua negotia disponere etiam post memoratam constitutionem.

Titulus VIII.

De his qui per capillum Dei iurant, vel per caput, vel alio modo.

Blasphemi multa mors: occultantis poena ultio divina. Praeses negligens post Dei iudicium principis indignationem non evitat.

Si[2]) quis per capillos Dei vel per caput iuraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit: officio praefecti urbis ultimo supplicio subiiciatur. Si quis autem sciens talem hominem non manifestaverit: non est dubium quod divina coertione simul coercebitur. ipse quippe praefectus urbis si neglexerit post Dei iudicium etiam nostram indignationem timeat.

Titulus IX.

De reverentia et obsequio patronis a libertis praestandis, et de ingratis libertis, et de dotalibus instrumentis cum libertis factis.

Liberti et si manumissione libertatem sunt consecuti: ius tamen patronatus salvum patrono remansit: cui si reverentiam quam debent, non praestent, et ingrati inveniantur: nedum pristinae conditioni restituuntur, sed etiam donatione privantur.

Libertus[3]) patrono suo competens obsequium et reverentiam praebeat. quamvis enim libertinum similem ingenuo hac constitutione fecerimus: attamen patronis iura patronatus intacta reservamus: in his scilicet casibus in quibus reservari possunt secundum nostrarum legum distinctionem: nisi forte renuntiaverit patronatus praerogativae manumissor sive per testamentum iure fideicommissi, sive eo tempore quo libertatem imponebant. Ingratum autem libertum contra patronum suum existere prohibemus, quod et in pecuniariis donationibus introduximus. et si ille qui liberalitatem accepit, ingratus circa donatorem extiterit, infirmatur donatio: quantomagis libertus si circa patronum ingratus extiterit, rescindi debet libertas. Causae autem ingratitudinis legibus cognitae sunt, veluti si libertus manus suas contra patronum moverit: vel si contumelias atroces ei fecerit: vel si magnum vel intolerabile damnum ei dederit: idem est et si ad dedecus pertinentes iniurias effuderit. Si enim horum aliquid patronus vel liberi eius probaverint ad pristinum statum convictus libertus revertatur. quod si competentem reverentiam patrono et honorem tribuat: lex quoque eius libertatem ingenuitatis nomine decoratam conservabit. Hoc autem toties patronus habet, quoties iura sui patronatus non relaxaverit.

Patronus libertam suam in uxorem accipere quacunque dignitate praefulgeat potest: quae libera efficitur, liberique legitime patri succedunt.

¶ Si[4]) quis libertam suam deducere uxorem voluerit, dotalia instrumenta cum ea componat: et quod habebit eam legitimam uxorem: quamvis ipse summa dignitate praefulgeat: et liberi, qui ex tali coniugio procreati sunt, legitimi successores patri suo existant.

Ancillam ducens in matrimonium quod eam liberam faciat, et filios legitimos et suos, et si ante matrimonium suscepti fuerint

¶ Si[5]) quis ex ancilla sua liberos habuerit, eamque manumittere voluerit et dotalibus instrumentis factis legitimam uxorem habere voluerit, in ipsa compositione instrumentorum dotalium liberi eius manumitti videantur tacito iure. Si enim miles legatum relinquendo servo suo videtur tacite libertatem ei donasse: quanto magis hoc obtinere debet in filiis, ubi pater matrem eorum et manumisit, et legitimam uxorem dotalium instrumentorum compositione habuit?

Titulus X.

Apud quos oporteat monachos in ius vocare.

Monachi et moniales coram quibus conveniantur.

¶ Si[6]) quis cum monachis vel sanctimonialibus habeat litigium, non audeat monachum vel sanctimonialem in asceterio constitutum vel monasterio ad civilem iudicem accusare vel trahere: sed magis adeat civitatis episcopum. ille enim aestimabit utrum repraesentari principalis persona debeat, an per oeconomum vel per apocrisarium defendi cum omni scilicet honestate, ita ut episcopus legibus et canonibus consentaneam sententiam proferat.

Titulus XI.

Ius patriae potestatis quemadmodum solvatur.

Ius patriae potestatis non solum patriciatus dignitate solvitur: sed etiam aliis quae a curiali conditione hominem liberant.

Non[7]) solum patriciatus dignitas nexibus paternis filium, familias liberat: sed etiam caeterae dignitates quae a curiali conditione liberare hominem solent: veluti si consul designatus fuerit: vel si ex consule codicillos accipiat: vel si

1) Iul. cap. 256. 2) Iul. cap. 257. 3) Iul. cap. 259.

4) Iul. cap. 260. 5) Iul. cap. 261. 6) Iul. cap. 264. 7) Iul. cap. 280.

praefectoriis magistratibus in ipso actu fungatur. pone enim praefectum urbis vel peacfectum praetorio factum fuisse, vel magistrummilitum, et sequatur eos peculium quod filiusfamilias tum habebat.

Liberatus a patria potestate dignitate filiorum iura retinet: mortuo patre filios in potestate retinet. Episcopus a patria potestate [illegible]

¶ Qui[1] ex dignitate patris sit, legitima iura intacta habet in familia sua. Ideoque liberi eius quos habuit dum filiusfamilias erat, post mortem patris eius in ipsius transeunt potestatem. ¶ Si[2] filiusfamilias episcopus fuerit factus: ex ipsa consecratione paterfamilias erit. Haec autem constitutio etiam in illis locum habet qui eo tempore quo prolata est in dignitatibus antefatis positi fuerint.

Titulus XII.

[illegible]

[illegible]

Sedere[3] autem volumus iudices in basilica a mane usque ad vesperam secundum solitum morem: et lites dirimere non solum futuras, sed etiam eas quae apud idiotas inchoatae sunt.

Iudicibus nullis aliis praeter quam eloquentissimis, et suis assessoribus causas delegare minime licere.

¶ Si[4]) quis magistratus constitutus iudicem dare maluerit: non habeat licentiam ad alium causas delegare: nisi apud eloquentissimos et gloriosissimos viros, et ad suos consiliarios tantum, qui consiliarii sui causas examinent: ipse sententiam dicat.

Appellationes ad iudices devolvuntur, ut causarum qualitates postulant.

¶ Si[5]) provocatio porrecta fuerit iudici: siquidem in eadem causa, quam nos delegavimus appellatio exerceatur, aut in commune procerum, aut secundum morem apud alios ex quantitate scilicet litis habita differentia. Sinautem magistratus ei causam delegaverit: appellatio apud eum exercebitur.

Iudices pedanei per se causas audiant et sententiam scripto proferant. et appellationes condemnatis non nisi ter appellarint aut contumaces fuerint, denegentur.

¶ Iudices[6]) usque ad trecentos solidos monetae quidem parasemios, id est, naturales lites audiant: sed tamen sententiam in scriptis dicant, et provocationes condemnato non denegent: nisi forte ter appellare aliquis maluerit, vel contumaciter in absentia fuerit. Nam et tertia provocatio illicita est: et contumaces condemnati appellare non possunt.

Sportulas accipere non nisi constitutas iudicibus licere.

¶ Unusquisque[7]) iudex ab utraque parte binos solidos in litis contestatione accipiat, et binos in termino litis: nisi forte litigium mortuum intra trecentos solidos fuerit. Si enim intra trecentos solidos fuerit: nihil accipiat. habeant autem singuli iudices ex his octo quos constituimus binas libras auri de publico a mensa praefecti praetorio accipiant. omnibus autem personis privilegia in sumptibus litium praestita maneant inconcussa.

Iudicem expensarum ratione, et examinare et aestimare teneri.

¶ In[8]) diffinitiva sententia iudex debet diffinire quid fieri oportet de impensis quas altera pars ab adversario passa est. et siquidem iureiurando quantitatem sumptuum iudex aestimaverit, faciat taxationem, et secundum quod his qui iuraverit, non ultra taxationem condemnet. Si autem propter veritatem litis in nullo sumptu condemnare alteri alterum voluerit, et hoc in arbitrio eius ponatur. ¶ Omnia[9]) quae de provocationibus vel recusationibus et ut viginti dierum post admonitionem reus inducias habeat: et si quid aliud iudiciale constituimus, in sua firmitate permaneat.

Arbitrium fieri ut cum sacramenti religione iudicetur, non licere: sed statuatur poena qua non nisi praestita a iudicatis recedere liceat. Vel sic. Decernit ius novum nullum sic posse fieri arbitrum: ut cum sacramenti religione iudicet: sed poenam statuat, qua praestita liceat a iudicatis recedere.

¶ Nemo[10]) cum iureiurando iudicem cum adversario suo accipiat. Talia enim arbitria nullius momenti sunt. Sinautem cum compromisso paenali aliquis iudicem elegerit: res cauta erit. duorum enim alterum necesse est fieri, vel sententiam iudicis impleri, vel si is qui condemnatus est, recusaverit poenam compromissi praestare. Magistratus autem reipublicae si interpellati fuerint, curent ut poena compromissarii exacta ab eo qui obtemperare arbitrio noluerit, adversario eius restituatur. In summa autem dicimus post hac licitum non esse, ut cum sacramento litigatorum arbiter eligatur. et siquidem sponte sua contra ius sententiam dixerit: ipse Deo rationem daturus est. Sinautem per imprudentiam aliquid non iuste iudicaverit: hoc partibus nocere prohibemus. Omnia autem caetera iura quae de compromissariis introducta sunt, vel de aliis arbitris non cum sacramento receptis a veteribus legibus vel a nobis introducta sunt, in sua firmitate non novata permaneant.

Iudices appellationes sibi ipsis porrectas respuere non nisi praefectus praetorio debent.

¶ Omnes[11]) autem iudices provocationes sibi porrectas suscipiant: et nulli alii sit permissum, nisi forte praefectus praetorio sit. nam in hac sede ius retractionis in integrum custodiri praecipimus.

Iudices secundum leges et constitutiones iudicare, et provocationes suscipere tenentur. et si quid dubii emerserit, principem consulant.

1) Iul. cap. 281. 2) Iul. cap. 282. 3) Iul. cap. 285. 4) Iul. cap. 284. 5) Iul. cap. 286. 6) Iul. cap. 287.

7) Iul. cap. 291. 8) Iul. cap. 292. 9) Iul. cap. 293. 10) Iul. cap. 294. 11) Iul. cap. 295.

Omnes[1]) autem lites secundum leges et constitutiones dirimentur: quamvis iussio nostra vel pragmatica sanctio contrarium statuerit: et provocationes sibi porrectas admittam, in his scilicet casibus in quibus procurare licitum est. Si[2]) quid dubium iudicibus videatur: hoc ad nostram maiestatem referant et competens responsum mereantur.

Titulus XIII.

Ut clerici apud proprios episcopos conveniantur.

Clerici in causis civilibus coram suo episcopo conveniendi sunt. In causis vero criminalibus coram iudice seculari: in quos animadvertere non nisi dignitate spoliati sint, licet.

Si[3]) quis cum clerico ligitium habuerit: siquidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopum, cuius iudicio clericus suppositus est. Ille enim sine damno et dilatione competentem finem liti impositurus est. Si autem noluerit episcopus litem dirimere: tunc ad civiles iudices disceptatio causae perveniat. Ubi autem episcopus litem dirimere vult sine scriptura omnia procedant, et diffinitiva sententia sine scriptis ab eo producatur: nisi forte partes voluerint, ut in scriptis ea proferatur. Quod si de criminali causa litigium emerserit, tunc competentes iudices in hac civitate vel in provinciis interpellati consentaneum legibus terminum causis imponant: ita tamen ut disceptatio litis duorum mensium spacium non excedat a litis contestatione numerando. Non aliter autem puniatur clericus, nisi obnoxius repertus sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo vel clericatus honore. Sinautem crimen ecclesiasticum est: tunc secundum canones ab episcopo suo sola causae examinatio et poena procedat nullam communionem aliis iudicibus in his causis habentibus. Nam[4]) si quae lites iam contestatae sunt in iudiciis civilibus secundum priora iura suum finem expectent. omnia autem privilegia quae data sunt a nobis et de sacrosanctis evangeliis et religiosis episcopis, sive monachis maneant immutabilia.

Titulus XIV.

De consanguineis et uterinis fratribus.

Fratres ex utroque parente coniuncti in defuncti fratris successione praeferuntur aliis ex altero tantum parente coniunctis. Vel sic. Mortuo fratre sine liberis intestato relictis fratribus et sororibus, aliis consanguineis aliis uterinis et quibusdam ex utroque parente coniunctis: in eos solos haereditatem transmittit, qui ex utroque latere connexi sunt.

Si[5]) quis decessit sine liberis, et sine patre et matre, et sint ex eodem patre et matre eius fratres, ab intestato successionem capere possunt et debent. Si autem iuris diversi sunt, et quidam ex eis fuerint ex eodem patre non ex eadem matre nati, vel uterini ex eadem matre non ex eodem patre nati, et alii appareant eiusdem patris et eiusdem matris progeniti, ipsi anteponantur aliis fratribus. Nam et anteriores leges quodammodo hoc fieri praecipiunt. Nam in illis cautum est, ut si pater defuncta forte matre uxorem aliam duxerit, et liberos habeat de utraque in nupitalibus lucris vel aliis quae adquisitionem effugiunt emolumentis, si unus ex his quibus ea contigerint, mortuus fuerit sine liberis et intestatus anteponantur fratres, qui non solum consanguinei sunt: sed etiam ex utroque ventre nati, ex quo et ipse progenitus est. Haec autem constitutio teneat non solum in futuris casibus, sed et in praeteritis: nisi iudiciali calculo vel amicabili compositione decisae sint.

Titulus XV.

De armis.

Arma facere non nisi fabricensibus licere: hocque ex principis rescripto. Rusticis autem ne armorum copiam habeant, vetitum est.

Sancimus[6]) ut privatus homo arma non faciat: sed soli fabricenses, qui ad arma facienda militum etiam de publico aluntur. Oportet autem gloriosissimum magistratum officiorum quinque chartularios de scrinio fabricae deputare bonae opinionis homines: et primates scrinii: et quaerere de privatis omnibus qui arma facere audent. Et si quos invenerint idoneos, de his ad nos referant, ut nomina eorum per sacra nostra rescripta confirmentur, et in militiam inscribantur, et fiant publici fabricenses. scilicet ut hoc facto, et legitime observato, rustici homines armorum copiam non habeant, in mutuam sui ipsorum perniciem, et iniuriae audaciam. Oportet autem eos scriniarios qui mittuntur ad inquisitionem privatorum qui arma faciunt, depositiones a magistratibus et defensoribus, et patribus civitatum accipere, quod nemini privato concedant arma facere. quod enim concesserit Alexandriae civitatis praefectus viginti librarum auri poena praestari volumus, et magistratu careat. cohors autem eius XX. librarum auri multetur, et capitali supplicio puniatur. Caeterarum autem provinciarum praesides denas libras auri poenae nomine iubemus praestare, et magistratu vacare iubemus. Defensores autem civitatum trium auri librarum poena multari, et capitali puniri supplicio volumus.

Privati arma neque vendant neque faciant. minimos vero cultellos quibus in preliis non utitur, emant.

Nemo[7]) privatus faciat aut comparet arcus vel tela, vel spatas vel gladios quos parameria vocant: vel zabas sive loricas vel contes vel lanceas quoquomodo fiant, quae ab Isauris monotopia dicuntur, vel sitimos vocant seu versabilia, vel scuta, vel cassides. Liceat autem privatis omnibus comparare cultellos minimos, quibus in bello quispiam uti non possit. Sciant[8]) chartularii scrinii facere, quod si haec saluberrima nostra statuta contempserint: non solum pecuniarias: sed etiam corporales substinebunt poenas et militia sua carebunt: et scrinia ad curam fabricae nullam communionem habebunt: sed aliis haec cura a nobis committetur.

1) Iul. cap. 296. 2) Iul. cap. 297. 3) Iul. cap. 298. 4) Iul. cap. 299. 5) Iul. cap. 300.

6) Iul. cap. 303. 7) Iul. cap. 304. 8) Iul. cap. 305.

Titulus XVI.

De deposito, et denuntiationibus inquilinorum.

Non valet denuntiatio ne depositum reddatur, vel alimenta praestentur, vel pensio domus solvatur. et denuntians nedum ad id quod parti adversae interest tenetur, sed et usuras praestet oportet.

Quidam[1]) Titio deposuit pecuniam, vel alias res sub aliquibus conditionibus, ut si impletae fuerint, reddatur ei depositum. Deinde complevit, nec reddere vult Titius, iubet constitutio teneri eum qui conditionibus impletis res depositas reddere debet. sed et si venerit aliquis, et denuntiaverit depositario, ne aliquid reddat ei qui deposuit, hoc non noceat. Quicquid enim damni ei post talem denuntiationem fortuito casu depositis rebus acciderit: hoc ad eum qui denuntiavit pertinet, ut depositarii indemnitas conservetur. Hoc amplius si pecunia erat deposita, et eam quispiam reddi denuntiatione prohibuerit, ex eo tempore cogendus est tertiam centesimae usurarum nomine depositario praestare, donec ea reddatur pecunia: si[2]) quis civiles annonas dare prohibuerit, illi cuius se creditorem dicit esse: vel si denuntiaverit inquilinis ne pensiones praestent: quicquid damni ex hoc domini senserint: is qui denuntiavit, resarcire cogitur, hoc amplius pecuniae quam prohibuerit dari, usuram praestet tertiam centesimae. Nemo dicat quod potest dominus cautionem inquilinis defensionis dare, et pensiones post denuntiationes exigere. Defensio enim sine fideiussione omnino idonea non est. et non facile est fideiussorem omnibus invenire.

Titulus XVII.

Quibus modis naturales efficiantur sui, et de eorum successionibus.

Haec[3]) constitutio de liberis naturalibus loquitur. Et dicit alios quidem naturales, iunxitque non propterea et legitimos esse, aut ingenuos et naturales, aut naturales et servos, aut omnino nec naturales nec legitimos appellari. Eos autem qui naturales ingenui vel servilis conditionis sunt: aut legitimi postea fiunt, aut in eodem statu manent. et ingenui quidem aut legitimi filii nascuntur, qui ex legitimis nuptiis procreati sunt. Nuptias autem legitimas contrahimus, aliter in personis senatorum, aliter in vilissimis hominibus, aliter inter eos, qui medii status sunt. Successiones autem parentum ad legitimos variis pertinent modis, de quibus iurisconsulti et constitutiones loquutae sunt. naturales autem liberi sive ingenui sive servi, quibus modis postea fiant legitimi, et per quas vias naturalibus succedant parentibus necessarium est exponere.

Naturalis filius legitimatur, si eum pater curiae offerat, sive inter vivos sive in ultima voluntate. Si seipsum autem offerat filius legitimatur, si legitimi non extant, quo casu non legitimatur. filia vero curiali nubendo legitimatur.

❡ Igitur si quis filios suos naturales curiae dederit, vel omnes vel quosdam, aut unum ex his legitimos facit, et secundum piae memoriae Theodosii constitutionem. Idem iuris est, ut si filiam suam naturalem curiali homini pater coniunxerit. Sed quia haec pars de successionibus et aliis rebus multis dubietatem recipit: ordinarium est prius eam plenissime explanare. Igitur si quis naturalem filium vel naturales habuerit: eumque vel eos, vel quosdam, vel unum ex his legitimos facere voluerit, debet eos dare curiae civitatis: quamvis illustri dignitate decorati sint, et fiunt legitimi. Exceptis videlicet illis dignitatibus, per quas et si curiales essent, hac conditione relaxati fuissent. Dare autem eum curiae oportet, vel in spectaculo toto populo considente vel actis publicis intervenientibus vel in testamento suo, si ille non declaraverit. Haec autem omnia procedant sive aut legitimos habeat filios pater, sive non. Sinautem post mortem patris naturalis filius spontanea voluntate se curiae dare voluerit: non aliter audiatur, nisi filium legitimum pater nullum reliquerit. Non autem que de patre dicimus, obtineant et in avo et proavo et in aliis huiuscemodi personis. sed siquidem ex provinciali civitate oriundus est. is qui filium suum curiae dare voluerit: liceat ei filium suum facere curialem, sive ipse quoque pater curialis sit, sive non. ubi autem filius se dare voluerit, impediatur legitimis filiis superstitibus. Sinautem pater naturalis vel Romanus sit, vel Bizantius, liceat ei in qua voluerit metropolitana civitate filios naturales curiae dare. Eadem dicimus et si quis filias curiali homini coniungere maluerit.

Filii naturales ex libera nati per dotalia instrumenta legitimantur et nascendi, sive supersint legitimi sive non.

❡ Si[4]) quis cum muliere libera consuetudinem habuerit: et naturales liberos ex ea procreaverit: postea autem affectione procedente dotalia instrumenta cum ea fecerit: dicimus liberos tam eos qui ante dotalia instrumenta, quam eos qui postea nati sunt legitimos, et in potestate patris, sive post instrumenta nati filii decesserint, sive omnino nati fuerint nulla discretione habita, utrum alia sit legitima proles an non: sed et si quis conceptus ante instrumentum postea natus fuerit: illud tempus quo natus est, inspiciatur, ut legitimus sit: vel si prosit tempus conceptionis, illud tempus observet.

Naturales filii principis rescripto legitimantur, et si nati sint ex iis cum quibus matrimonium esse non potuit. Item si pater in testamento eos suo legitimos successores esse voluerit, fiunt legitimi, si nulli supersint liberi, et si supersint consentiant.

Si[5]) quis autem filios habuerit naturales, eorum autem mater mortua sit: et dotalium instrumentorum compositio fieri non possit: vel si vivat quidem mater, sed ea digna matrimonio non sit: vel si celata fuerit ut uxor non ducatur: pater vero filios legitimos facere vult: liceat ei supplicare principi, et hoc ipsum manifestare in precibus suis, ut principe annuente status filiorum suorum confirmetur: scilicet, si in his casibus legitima proles non sit. Si[6]) pater naturalis dum voluerit, praecedentem observationem non fecerit, ut

1) Iul. cap. 307. 2) Iul. cap. 308. 3) Iul. cap. 309.

4) Iul. cap. 316. 5) Iul. cap. 317. 6) Iul. cap. 318.

filios naturales suos sibi legitimos faciat: componat testamentum: et in eo dicat, si velit eos legitimos successores suos existere sibi: et si hoc dixerit, liceat filiis hoc dicere, et testamentum producere patris, et legitimam haereditatem patris eius adipisci: sic tamen ut prius principi supplicaverint, et hoc ipsum allegaverint. Haec[1]) autem omnia toties locum habeant, si et ipsi liberi naturales consentiant. Si enim invitus nemo emancipatur: quantomagis non debet sui iuris constitutus alienae subiici potestati. Quod si quidam ex eis voluerint, alii non hi qui volunt, legitimi successores existant parenti. Illud autem certum est, quod legitimis filiis superstitibus tempore quo pater moritur, naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur: nisi vel curiae datus est,. vel dotalia instrumenta cum matre composita sint.

Adoptione naturalem filium non legitimari.

¶ Nemini autem liceat naturalem filium adoptare: et eodem modo legitimum eum facere.

Filii naturales legitimati aeque parentibus succedunt, atque ii qui ex iustis sunt procreati nuptiis. Si naturales tantum et legitimi extant: cum matre non nisi uncia relinqui potest: si legitimi non extant assem ex testamento accipiant legitima parentibus relicta.

¶ Si[2]) quis filios naturales habuerit: siquidem legitimos eos praedictis modis fecerit: ita ei succedant, quemadmodum ex nuptiis legibus cognitis procreati parentibus suis succedant. Si autem naturales permanserint: siquidem legitima proles subsit: liceat patri filiis naturalibus et matri eorum, id est, concubinae etiam suae non ultra unam unciam dare sive inter vivos sive mortuorum causa, ut semunciam concubina habeat semunciam liberi. Si quid autem plus ei dederit, hoc habeant filii legitimi. Sed si solam habeat concubinam non plus ei quam semunciam praestet. Quod si nullos filios legitimos habeat: liceat ei et in toto asse filios suos naturales haeredes instituere: nisi forte pater naturalis parentes habeat: tunc enim parentibus legitima portione relicta, reliqua pars ad filios naturales transire potest. Eadem legitima est patri praestanda, et si donatione vel alio quoque titulo, vel vivens vel moriens substantiam suam naturalibus filiis praestare voluerit illo proculdubio observando, si lis concubinam habere possit, qui uxorem non habet. hoc autem totiens teneat quotiens et naturalis pater vel testamento vel alio ultimo iudicio suam declaraverit voluntatem.

Naturales filii patris intestati successionis uncias duas in capita dividendas accipiant: si illi neque filii neque nepotes neque aliae personae supersint. Idem et si concubina praemoriatur, aut a viro separata sit. Si legitimos habeant, naturalibus tantum alimenta debentur secundum substantiae quantitatem.

Quod si quis intestatus decesserit, neque filios habuerit filiasve, neque nepotes aut neptes et alias deinceps personas, habeat autem in domo sua concubinam liberam, ex qua etiam filios habuerit: tunc et intestato patre naturali mortuo duas uncias habeant dividendas inter eos pro virili portione: et mater eorum unius filii portionem accipiat. Et haec ita se habent, quamvis agnatus vel patronus vel fiscus intestato defuncto patri naturali successerit. Sed et si concubina antequam pater moriatur decesserit, non minus filii naturales duas uncias intestato patre mortuo integras accipiant. Idem dicimus et si concubina separata est a viro: nemo autem intelligat concubinam illum habere, qui cum multis mulieribus concumbere solet. Nam quemadmodum qui legitimam uxorem habet, habere aliam non potest eo durante matrimonio ita et qui concubinam habet, non potest aliam eo tempore habere. Nulla autem differentia est utrum masculi an foeminae sint, qui quaeve ex tali concubina progeniti sunt vel progenitae. Quod si quis intestatus decesserit, et legitimos liberos habuerit et naturales nihil quidem naturales accipiant. alantur autem a fratribus suis, id est, a legitimis filiis defuncti, secundum substantiam quae ad eos pervenit ex patre, quemadmodum vir bonus aestimaverit. Idem iuris est et siquidem uxorem habeat, liberos autem naturales ex concubina antea mortua: ut et ii alantur a suis successoribus. De nepotibus enim naturalibus ea quae constituimus in Codice teneantur. Sed[3]) quemadmodum liberis naturalibus consultum est: sic Et ipsi debent patribus suis naturalibus vicissitudinem dare, et in alimoniis et in successionibus quemadmodum in ipsis filiis constitutum est.

Filiis naturalibus sive tutores sive curatores dare patrem posse in iis quae sibi ipsis reliquit: matrem vero tutelam suscipere.

¶ Si[4]) pater naturalis aliquid dederit vel reliquerit filio: liceat ei tutores vel curatores praestare in iisdem rebus confirmandis. Liceat autem et matri tutelam filiorum suorum naturalium suscipere, et omnia facere quae legitimi facere solent.

Filiis ex damnato coitu alimenta neque a parentibus neque a fratribus debentur.

¶ Haec[5]) autem constitutio non pertinet ad eos qui ex nephariis nuptiis creati sunt. Ideoque neque alimonias eis parentes vel fratres debent. Constantini autem divae memoriae lex ad Graegorium scripta penitus evacuetur.

Curialis quid de sua substantia aut donare aut vendere possit.

¶ Nemini[6]) liceat curiali conditioni obnoxio aliquid donare de sua substantia: nisi quod pertineat ad donationem propter nuptias sive pro semetipso sive pro liberis suis dederit. liceat eis et donare filias si nuptias contrahant: aliter autem non liceat eis immobiles res suas donare sive mortis causa sive propter nuptias. vendere autem si velint, liceat eis secundum nostras constitutiones. Nam et dotem dare filiae suae curialis hoc poterit usque ad eum modum, qui constitutione comprehensus est.

Privatis hominibus mortis causa donare etiam sub conditione licere.

¶ Scire autem oportet quod aliis privatis hominibus non est interdictum donationem mortis causa facere, et quas

1) Iul. cap. 319. 2) Iul. cap. 320.

3) Iul. cap. 321. 4) Iul. cap. 322. 5) Iul. cap. 323. 6) Iul. cap. 306.

volunt conditione inserere, ita eis concessum est et talem conditionem addere, ut non liceat donatori mortis causa donationem revocare. alias autem conditiones observari praecipimus: sed in mortis causa donationem secundum leges faciat.

Naturales filii curialis quomodo fiant legitimi, ut patri ab intestato succedant, et ex testamento capiant, vel alias sive supersint liberi sive non.

¶ Si[1]) curialis naturales tantum filios habuerit: liceat ei manumittere eos, et curiae dare, et hoc modo legitimos facere. Ipsi quoque naturales liberi, libertatem quodammodo nanciscuntur mortuo patre nullis legitimis liberis superstitibus licentiam habeant se curiae dare, et nomen mereri. Si[2]) naturalis filius curiae datus fuerit: legitimus patri successor ab intestato existat, et ex testamento capiat: nisi forte legitimos filios ante habuerit, ut tamen non plus habeat naturalis filius quam is qui legitimus constitutus minimam habuerit portionem. et siquidem mortuo patre curialia munera subeat, et quod est donatum vel relictum possideat et maneat securus. Sinautem res paternas velit respuere, ut curiali conditioni liberetur, omnino non audiatur. Si vero naturales ab initio curialem conditionem contempserint: postea autem in possessione rerum paternarum vel omnium vel ex parte inventi fuerint: tunc curialium conditionibus et nexibus teneantur. Quae dicimus de masculis curiae oblatis, intelligenda sunt et de filiabus naturalibus quae curialibus nupserint.

Filius curiae datus quod patri tantum succedit [illegible] nisi [illegible] testamento.

¶ Curiae[3]) filius datus ipsi tantummodo patri legitimus fiat successor non autem parentibus vel liberis ipsius, vel agnatis vel cognatis eius: nisi forte ab aliquibus ex his haeres instituatur.

Curialis [illegible] ab intestato, quam ex testamento cui deferatur.

¶ Si[4]) quis curiae datus et legitimus factus decesserit: si quidem habeat curiales*) quosdam legitimos liberos ad ipsos eius successio perveniat. Sinautem quosdam habeat curiales, quosdam hac conditione liberos, ad curiales quidem novem unciae substantiae eius veniant: ad alios autem tres unciae. Quod si nullos liberos habeat: moriaturque intestatus novem quidem uncias curia et fiscus habeant: tres autem uncias habeant ii qui ab intestato ad haereditatem eius lege vocantur. Sinautem scriptus haeres vel non scriptus se dare curiae maluerit, haereditatem ipsius habere non prohibeatur: sed hac licentia, ut cum curiali conditione novem uncias curiae et fisci pertinentes accipiat: hoc si prius Imperatori supplicaverit, et hoc ipsum ei ab Imperiali nomine**) concessum fuerit. Si[5]) quis naturales habuerit liberos: postea decedens in testamento suo curiae eos dederit: et illi post mortem patris sui naturalis consenserint. habeant novem uncias qualitercunque distributionem eorum pater inter eos fecerit: ita tamen ut minus novem unciis non accipiant: melius autem faceret pater si totum assem eis relinqueret. Quod si quidam ex his consenserint, quidam autem noluerint curiales esse, ad eos qui consenserint novem unciae perveniant: tres autem unciae ad eos devolventur, quos testator voluit. Quod si nullus ex naturalibus liberis curialem complectatur conditionem, ad ipsam curiam novem unciae dividantur. Sed et si quis nihil de naturalibus liberis suis dixerit, sed silentio eos praeterierit: illi autem voluerint sua sponte curiae nexibus esse subiecti, ut patris naturalis successionem capiant: liceat eis hoc facere, ut novem accipiant uncias. Sed et si pater naturalis filium servum habuerit, eumque manumiserit et curiae dederit, novem uncias ei relinquere compellatur. hoc amplius et si tantum manumiserit et non obtulerit, et post mortem patris naturalis curialis esse maluerit: tunc etiam novem accipiat uncias. Idem dicimus et si testator eum curiae dederit in suo testamento: omni modo eum qui curiae munera subire paratus est, novem uncias accipiat. Quod si omnes naturales liberi curiales esse volunt, pro rata portione inter eos novem unciae dividantur. Zenonis[6]) divae memoriae constitutio et Anastasii lex de naturalibus posita maneat secundum sua tempora inconcussa: sed et divi Iustini constitutio in perpetuum maneat, quae prohibet naturales liberos adoptionis modo legitimos fieri.

Titulus XVIII.

De testibus.

Testes eos esse oportere, qui bonae opinionis et famae sunt: et eos maxime quos dignitas commendat, vel militia, vel vitae honestas.

Nullus[7]) recipiatur in testimonium, nisi is qui sit bonae opinionis, quem dignitas commendat, vel militia, vel vitae honestas, vel artis laudabilis titulus, vel etiam aliorum testium vox de bona vita eius consentiens. Alius autem vilissimus testis si in iudicio productus fuerit: liceat iudici si hoc aestimaverit, tormentis eum subiicere: in hac quidem florentissima civitate per praetoris officium, in provincia autem per defensorem civitatis.

Confessio solutionis debiti contracti in instrumentis testibus rogatis, non fortuitis vel transeuntibus probanda venit iure antiquo servato.

¶ Si quis autem scripsit se ante debere alicui pecuniam. postea autem dicat se nomen debitum non inscriptis solvisse non audiatur, quamvis testes produxerit: nisi secundum observationem constitutionis nostrae. Si tamen duorum alterum, et dicant, vel quod praesentibus ipsis et ad hoc ipsum rogatis debitor pecuniam creditori solvit: vel quod ad ipsum accepti audierunt creditorem dicentem pecuniam sibi solutam fuisse. Non enim admittimus testimonia eorum qui dicere solent transeuntes se audisse aliquem dicentem pecuniam sibi solutam fuisse.

Testimonia testium excipienda, et in scriptis redigenda sunt et quorsum.

1) Iul. cap. 310. 2) Iul. cap. 311. 3) Iul. cap. 312. 4) Iul. cap. 313. *) In marg. *curial.* **) In marg. *nomine.* 5) Iul. cap. 314.

6) Iul. cap. 315. 7) Iul. cap. 324.

¶ Sed neque [illegible] praesentia [illegible] sufficiat: nisi quoque testes [illegible] subscripserint, et ipsa principalis persona si literas sciat, suas depositiones declaraverit, scilicet ut in hoc casu siquidem bonae opinionis testes inventi fuerint recipiantur. Si autem vilissimi homines, qui ex pecunia facile corrumpi possunt, et peierare non timebunt: tunc tormentis subiiciantur. Si autem testes contraria sibi dicant, oportet iudicem, si contrarietatem inspexerit, testimoniorum in ipsis constitutis, quae totam causam continent probare eos: plurium autem et bonorum testimonia sequi: et eos qui contraria sibi dixerint: siquidem per errorem convenit dimittere: si autem per astutias aliquas tormentis subiicere.

Testium [illegible] productioni locum non esse. Si vero testimonia non sint excepta, quarta productio concedatur, solemnitate hic descripta servata.

¶ Si[1]) quis in una eademque lite testes ter produxerit, et a testium productione exceperit testimonia, vel ipse vel per scripturas adversarii sui: post non concedatur quartam productionem testium facere. Si vero non exceperit, neque ipsa testimonia neque perscriptiones adversarii liceat ei uti quarta testium productione: ita tamen ut iuret prius neque se percepisse, neque procuratorem suum vel patronum vel alium hominem suum, vel aliquo dolo vel aliqua calliditate quartam productionem desiderare. Hoc amplius et si semel aut bis testes produxit, et renuntiaverit productionibus, ac postea velit producere, non audiatur, si eo casu etiam testimonia perceperit vel inspectione vel perceptione exceptionum ab adversario praepositarum unde testificata didicit: quamvis divina iussio dederit ei licentiam producendi.

Testium alterius provinciae depositioni excipiendae ratione, aut [illegible] est.

¶ Antiquitus[2]) est constitutum, ut in hac florentissima civitate litigium fuerit natum: et adhuc causa pendente opus fuerit testium productione: testes autem in provincia degant, ut illuc actis intervenientibus mittantur partes sive procuratores eorum: et apud defensores civitatis testes producti dicant ea quae sciunt. et postea acta in hanc civitatem mittantur. et competenti calculo causae a iudice terminentur. Idem iubet constitutio obtinere, si in provincia litigium fuerit motum, et testes degant in hac civitate vel in alia provincia actis intervenientibus apud selectissimum iudicem testes producantur: vel si in alia provincia testes sint, apud defensorem acta consistant, et signata praestentur, vel ei qui produxit, vel adversario, ne quasi excipienti denegetur iterum testes producendi licentia. hoc autem in pecuniariis causis obtineat: nam in criminalibus ipsae personae testium necessariae sunt.

Testis depositio recipienda est: licet ei servitus opposita sit, si ingenuum se profiteatur, servitutis quaestione servata. Si libertum non, nisi de manumissionis instrumento doceat, aut affirmet poenes se non habere.

1) Iul. cap. 325. 2) Iul. cap. 326.

¶ Si[3]) testis productus servus esse dicatur: ille autem dicat se liberum esse. si quidem ingenuus, scribatur testimonium eius. postea si probetur servus, nullius momenti est. Si autem libertum se esse dixerit: siquidem instrumentum manumissionis suae ostenderit: dicat testimonium. Si autem in alio loco dicat instrumenta sui status se habere: scribatur quidem testimonium eius, postea autem si non produxerit instrumenta nullius momenti sit.

Testis inimicitia repellitur.

¶ Si[4]) quis dixerit testem productum inimicum esse: siquidem ex criminali causa, omnino non dicat testimonium. Si autem ex alia actione, dicat testimonium eius: sed praescriptio ei opponatur.

[illegible] consensu possunt.

¶ Si[5]) quis mediatorem se partium dixerit: ideoque se non oportere invitum testimonium dicere in alterum eorum. Illi autem si consenserint, ut producatur, consequens est ut in hoc etiam casu invitus testimonium dicat.

Testium productio non nisi parte praesente aut contumaci fiat.

¶ Testium[6]) autem productio apud iudicem vel defensorem vel magistrum census non aliter valeat, nisi praesente adversa parte vel contumaciter non veniente, scilicet ut per hoc salva praescriptio ei competat, quam opponendam iudex extimaverit. Contumaciter autem dicitur abesse qui sine inevitabili necessitate abfuerit. Omnia[7]) iura quae posita sunt vel iam a retro principibus, vel a nobis de testibus maneant intacta. Hanc autem legem tenere volumus in futurum tempus.

Titulus XIX.

De [illegible] dotis primae et secundae viro ad [illegible] praeponatur uxor prima.

In dote repetenda viro in fatis concesso primae uxoris filii et caeteri descendentes ac mulier uxori secundae eiusque liberis praeponuntur.

Quaedam[8]) mulier Titia nomine Maevio copulata est, et dotem dedit: et ex eo filios procreavit. postea mortua Titia Maevius secundam uxorem duxit Semproniam, et mortuus est. Quaeritur utrum liberi prioris dotem matris suae recipere prius debeant, an magis secunda uxor in dote sua possit validiora iura praetendere. Et ita distinguimus: ut si quidem res dotales existant sive prioris sive posterioris sint, omnimodo eas vendicare possint. Si autem vel consumptae sunt et diminutae, praeferantur secundae mulieri liberi ex priore matrimonio nati: vel etiam ipsa prima uxor, si forte repudio primae nuptiae solutae sunt. Idem dicimus si liberi secundae mulieris cum priore uxore vel liberis eius litigent. In summa dicimus priori matrimonio hipothecarum privilegia

3) Iul. cap. 327. 4) Iul. cap. 328. 5) Iul. cap. 329. 6) Iul. cap. 330. 7) Iul. cap. 331 8) Iul. cap. 332.

validiora praestari, ut mulier ipsa agat, vel liberi eius ex ipso matrimonio nati. Liberorum autem appellatione omnes descendentes personas complectimur: quod non per innovationem a nobis introductum est: sed magis per interpretationem priorum constitutionum.

Viro recusante dotem recipere, mulier soluto matrimonio propter nuptias donationem ita consequetur atque si vere dos soluta fuisset.

❡ Si [1]) mulier dotem pro se promiserit, vel alius pro ea sive profectitiam sive adventitiam. Postea autem vel ipsa mulier vel promissor dotis paratus sit, id quod promisit dare, et hoc ipsum testatione complectatur, vel obtulerit res vel deposuerit: si mobiles sint vel in iudicio ex una parte iudicem adeat, et missis ab eo hominibus maritus distulerit dotem accipere, posteaque solutum matrimonium fuerit: sic intelligatur maritus quasi dotem accepisset. adeoque si quid de antenuptiali donatione accipere mulierem oporteat: hoc omnino accipiat, quamvis nullam dotem dederit: quia per maritum stetit quominus eam susciperet.

Titulus XX.

De immensis donationibus.

Patrem uni liberorum suorum plus besse aut dimidia parte donare non potest: quippe qui falcidiam relinquere caeteris liberis teneatur.

Si [2]) pater filios habuerit duos vel plures, et uni ex his donare suas res voluerit: non liceat ei ultra bessem substantiae suae donare, vel ultra dimidiam secundum numerum liberorum, ut et caeteri liberi modis omnibus legitimam portionem, id est, Falcidiam accipiant, quam haberent si tertiam partem vel dimidiam acciperent eo tempore antequam*) donatio facta sit, scilicet nisi ingrati fuerint. Nam si probatae sunt ingratitudinis causae, legibus pristinis subiiciantur.

Titulus XXI.

Ut sine prohibitione matres debitrices et creditrices tutelam gerant minorum, etc.

Matribus sive debitricibus sive creditricibus tutelam accipere licere, et si de secundis nuptiis non contrahendis sacramentum non praestiterint. modo id fecerint, quod et alii tutores facere tenentur.

Si [3]) mater marito suo defuncto filiorum suorum tutelam gubernare maluerit: renunciet secundis nuptiis in iudicio sine iureiurando. Res autem suas impuberibus filiis suis obliget: atque ita tutela ei committatur sive creditrix sit filiis suis, sive debitrix. Idem et in filiabus dicimus. Haec autem observare procuret tam praefectus urbis, quam praetor: et in provinciis praesides: et diligenter inventaria conscribantur, scriba praesente et aliis publicis personis secundum consuetudinem: et satisdationes idoneae exigantur ut res salva pupillis fiat.

Titulus XXII.

De in ius vocando.

Reum actoris libello respondere non nisi praestita cautione, quod intra duos menses lis contestabitur, aut reo damnum in duplum restituat, tenerei.

Non [4]) aliter reus actori respondeat libellum accusationis mittenti, nisi prius ille caverit reo atque litis executori, quod intra duos menses contestationem litis apud iudicem facturus sit. alioqui damnum in duplum se reo restituturum. cautio autem triginta solidorum quantitatem non excedat.

Reconventionem fieri coram iudice quo quis conventus est, debere: qui recusari antequam lis contestetur, potest: post vero non.

❡ Si [5]) quis ab aliquo fuerit accusatus, et voluerit ipsum actorem suum accusare: apud eundem iudicem hoc faciat. Nam apud alium iudicem trahere eum non potest. quod si iudex ei displiceat: licebit ei recusare eum ante litis contestationem in viginti dierum relaxamento. post litis enim contestationem recusare eum iudicem non potest, nec actorem in aliud iudicium trahere.

Titulus XXIII.

De dote et donatione propter nuptias dotis augmento, privilegio, etc.

Donatio propter nuptias eius quantitatis sit, atque dos est. Idem de pactis et stipulationibus earum.

Donationes [6]) quae propter nuptias fuerint, pares volumus esse quantitati dotis mulieris. Item pacta et stipulatio in dote et propter nuptias donatione omni modo paria componantur. Hoc autem capitulum in futuro quoque tempore teneatur.

Dotem augere mulierem non posse, nisi quoque propter nuptias donationem pari quantitate maritus augeat, et quibus de rebus dos augenda sit, ne creditores defraudentur.

❡ Si [7]) mulier dotem suam augere voluerit, non aliter hoc facere possit, nisi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus sit. Quod si creditores maritus habeat: augere mulier dotem suam debet in rebus immobilibus. Quod si res mobiles dederit: sciat se privilegium dotis in rebus mariti sui non habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore, quo dotem suam mulier augebat: habeat privilegium quod dotibus in hypotecaria actione praestitum est.

Mulier in dotis hypotheca creditoribus omnibus praefertur, etiam ei ex cuius pecunia militia empta est: hocque post datam dotem.

---

1) Iul. cap. 333. 2) Iul. cap. 334. *) In marg. *alias quo* 3) Iul. cap. 336.

4) Iul. cap. 338. 5) Iul. cap. 339. 6) Iul. cap. 340. 7) Iul. cap. 341.

¶ Saepissime[1]) relatum est eum, qui pecunias praestat ad comparandam rem vel renovandam vel faciendam validiora iura hypothecis habere in ipsa re quam priores creditores: sed haec in dotibus non observantur. nam dotem praecipimus ei quoque praeferri, qui postea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam vel renovandam, vel etiam faciendam.

Eadem dotis quantitas in secundis nuptiis praestetur, quae et in prioribus data est: nisi patris substantia sit miminuta.

¶ Si[2]) quis pro filia sua dotem dederit, verbi gratia, triginta librarum auri: postea genero defuncto et dote ad eum reversa velit filiam alii copulare: prohibeatur minorem quantitatem dotis nomine pro ea praestare quamvis et in priore matrimonio lucrata est filia ab antenuptiali donatione quindecim libras auri: nisi forte pater probaverit fortuito quodam casu substantiam suam diminutam fuisse.

Filia succedens patri cum fratribus quando dotem conferre teneatur, et quando non.

¶ Quaedam[3]) mulier defuncto patre suo exigebatur, ut dotem suam conferret, si vellet haereditatem paternam suscipere. dicebat autem inopem esse maritum suum, et nihil ab eo exigi posse. contradicebatur ei, quod oportet inopiam mariti ad damnum suum respicere. quaesitum est quid iuris sit. Et dicimus siquidem mulier sui iuris erat, culpam eius esse: quia poterat eo tempore quo videbat maritum suum pauperiorem statim adversari, et constante matrimonio dotis actionem movere, et res dotales consequi. nam et propter nuptias donationis res etiam constante matrimonio vendicare potest, si viderit maritum ad paupertatem inclinantem, scilicet si non minor erat mulier materfamilias vigintiquinque annis. Sinautem filiafamilias fuerit: debet patri suo dicere, ut cum eo agat: et siquidem egit, salva res est. Sinautem pater agere supersederit, inopia mariti ipsi et cohaeredibus eius imponatur, et habeant omnes communiter actiones contra maritum: et quod poterit consequi, in commune deducatur. Haec autem toties vera sunt, quoties dotis quantitas ampla non sit. Si enim ampla fuerit: etiam cessante patre liceat filiaefamilias constante matrimonio contra maritum dotis actionem movere. et si non moverit, ad ipsam futuri temporis periculum spectet. Ea autem obtinere volumus in omnibus personis in quibus collatio dotis exigitur sive filiabus sive neptibus, et deinceps personis volentibus haereditatem amplecti tam patris sui, quam matris, avi vel aviae, et superiorum personarum.

Matrimonio quoquomodo soluto lucri dotis vel propter nuptias donationis proprietas liberis illius matrimonii quaeritur parentibus usufructu relicto: hocque sive ad secundas convolet nuptias, sive non.

¶ Si[4]) maritus mortua uxore vel uxor marito defuncto dotem vel ante nuptias donationem lucratus lucratave fuerit, modis omnibus proprietatem liberis suis ex eodem matrimonio conservent, usumfructum autem nuptialium lucrorum habeant, ipse vel ipsas sive ad secundas migraverit nuptias sive non. Idque obtineat in omnibus matrimoniis quae posthac fuerint dissoluta quocunque modo, vel si antea quidem soluta sunt, sed adhuc in suspenso causa est alterutra persona vivente. Si enim ambae mortuae sunt, haeredibus eorum haec constitutio non prosit, sed veteribus legibus subiiciantur. cum autem dominium rerum liberorum esse coeperit, sive migraverit ad secundas nuptias, sive non, ea iura locum habere certum est, quae de his rebus posita sunt, quarum proprietatem liberi lucrati sunt parentibus suis secundas contrahentibus nuptias. Si[5]) repudio misso matrimonium solutum sit culpa uxoris vel mariti, vel ille dotem vel illa propter nuptias donationem lucratus lucratave fuerit, liberis quidem statim cnmpetat proprietas uxori vel marito rerum usufructus. Ea autem persona quae usumfructum habet, liberos alat. Sed si bona gratia matrimonium solvatur, et quasi transactionis nomine alterutra persona aliquid acceperit: nihilominus eius proprietatem quidem liberi habeant, parentes autem usumfructum.

Exceptioni non numeratae dotis quando et quo tempore locus sit.

¶ Si[6]) mulier pro se dotale instrumentum conscripserit, vel pater vel quis vasallus pro ea. posteaque repudio vel morte solutum fuerit matrimonium: siquidem antequam biennii tempus impleatur, liceat marito vel haeredibus eius non numeratae pecuniae dotis intra annum ex tempore soluti matrimonii numerandum querimoniis uti. quod si supra duos annos (intra decennium tamen) matrimonium solutum fuit: intra tres menses maritus vel haeredes eius eadem quaerimonia utantur. decennio autem completo, modis omnibus, si nulla usus est querimonia, videatur dotem accepisse. et siquidem minor vigintiquinque annis maritus sit: non plus quam duodecim annos in restitutione habeat. Sinautem intra hoc tempus decesserint: haeredes ipsius unum annum habeant si legitimae aetatis sint. Sinautem minores fuerint, quinquennium habent nulla discretione interposita utrum is qui decessit, minor fuerit, an maior. vigintiquinque annis. ille autem debet non numeratae dotis querimoniis uti qui scriptus est dotem suscepisse, sive legitimam habeat aetatem, sive minor sit, secundum sua tempora negotium dirimatur. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denuntiatione, sed in scriptis. quos*) iudicio instruatur. Oportet enim mulierem certiorare: alioquin si eam non certioraverit vel parentem suum: nihil videbitur maritus egisse.

Titulus XXIV.

De duobus reis promittendi.

Duo rei promittendi pro sua tantum parte obligantur, et non in solidum, nisi expressum sit: quo casu, hi qui solvendo sunt, correorum inopiam sustinent.

1) Iul. cap. 342. 2) Iul. cap. 344. 3) Iul. cap. 345. 4) Iul. cap. 346

5) Iul. cap. 347. 6) Iul. cap. 349. *) In marg. Alias quod si in iudicio instruatur, oportet omnimodo mulierem certiorari: alioqui si ea non certioretur vel pater, nihil videtur maritus egisse.

Si duo rei promittendi fuerint, et alter pro altero fideiubeat invicem: si quidem additum non fuerit, ut unusquisque ex his insolidum teneatur: tunc pro portione sua sit obligatus. Sinautem additum sit, ut unusquisque insolidum teneatur: siquidem omnes vel quidam ex his solvendo sint et praesentes fuerint, in ipso actio competat. Onus autem inopiae promissoris vel absentiae praesentes et locupletes promissores sustineant. Iubemus autem eos qui praesto sunt, competente iudice compelli communiter agenti stipulatori respondere: ut ibi cognoscatur si locupletes sint, an non: ut communiter condemnetur, et qui solvendo sunt, onera inopiae aliorum sustineant. quod si iudex aditus magistratus non est, per competentem magistratum hoc impetret. hoc autem in futuris casibus obtineat.

Titulus XXV.

De testamentis inter liberos a parentibus conficiendis, et de bonis inter liberos dividendis.

Certus testamenti inter liberos faciendi modus praescriptus.

Si[2]) quis inter liberos suos ultimam voluntatem componere maluerit. imprimis tempus conscribat, postea autem nomina liberorum suorum sua manu: et unciarum quantitatem ex quibus eos haeredes instituit, non per numerorum notas: sed ita ut per literas legitimus numerus exprimatur. Sed si res aliquas liberis suis relinquere voluerit, aut ex rebus certis quosdam de liberis suis haeredes instituere malit: dicat rerum demonstratione, et manu propria significet, ut nulla postea dubitatio inter liberos fiat. Sinautem extraneis personis vel uxoris suae legata vel fideicommissa relinquere velit: et hoc manu propria scribat, et ante testes nuncupet: et valeat quod ita factum est, quamvis caeteras testamentorum observationes non habeat. et siquidem in ea perseveraverit voluntate: nihil amplius quaeratur.

Testatorem mutasse voluntatem qui asserit, non prius audiatur, quam testatorem primum testamentum nolle valere septem testibus praesentibus dixisse, et solemne aliud condidisse probarit.

¶ Sinautem dixerit aliquis testatorem poenituisse: non aliter audiatur, nisi probaverit prius defunctum, postea septem testibus praesentibus dixerit se priorem voluntatem suam velle irritam esse, et forte eam rupisse. Posterius autem testamentum vel inscriptis vel sine scriptis validum est compositum.

Divisio a patre liberis facta non aliter valet, nisi liberi se subscripserint, aut pater ipse.

¶ Quia[3]) autem scimus quosdam rerum suarum inter liberos proprios distributionem facere, et sub eadem liberos quoque eorum subscribere: hoc quoque validum sit secundum nostrae constitutionis observationem, quam de his distributionibus promulgavimus. sed et sine subscriptione liberorum ipse parens subscribat: et omnia per subscriptionem suam manifesta faciat. id quoque ratum habebitur quod iam manifesta constitutione continetur. haec autem lex in his casibus locum habebit, quos postea moveri contigerit.

Titulus XXVI.

De fideicommissariis haereditatibus.

Gravatus restituere quicquid supererit suae mortis tempore, quod novem uncias gaudebat: reliquas tres uncias integras fideicommissario restituat: nisi in casibus hic expressis.

Si[4]) quis haeredem scripserit et rogaverit eum id quod ex haereditate supererit, tempore mortis suae aliis restituere, novem quidem uncias ex haereditate scriptus haeres habebit, ita ut quoquo modo voluerit eis utetur. Tres autem uncias generali fideicommissario restituere cogatur, et nullo modo eas diminuat: nisi vel dotis nomine, si aliam substantiam non habeat, vel redemptionis captivorum gratia: vel si egentia laborans ex his tribus unciis vivere speraverit. quod si aliam substantiam habeat: tres istas uncias diminuat: repleatur id quod minus diminutum est ex ipsius proprio patrimonio. Sinautem substantia quidem eius nulla appareat: tres autem uncias consumpserit habens aliquid unde viveret, liceat fideicommissario in rem agere, et hypothecaria actione ut res pro rata trium unciarum evincatur. Ideoque conveniens est ut scriptus haeres generali fideicommissario cautionem praestet de tribus unciis restituendis: nisi forte testator huiusmodi cautionem vel satisdationem specialiter non concesserit. Nulla autem discretio personarum sit: nam et in liberis et cognatis haec constitutio locum habebit. Haec autem constitutio locum habet non solum in futuro tempore, sed etiam in omnibus causis, quae adhuc pendent. pendere autem adhuc causa videtur, si nondum scriptus haeres decesserit.

Titulus XXVII.

De praescriptione centum annorum sublata quae sanctis ecclesiis locisve aliis venerabilibus competebat.

Actiones quae antea triginta annorum praescriptione elidebantur: hodie si loco religioso competant, non nisi annis quadraginta excluduntur.

Iubemus[5]) ut in negotiis qui ante hanc legem triginta annorum removebat exceptio: nunc venerabilibus ecclesiis vel monasteriis et xenodochiis necnon orphanotrophiis ac brephotrophiis et ptocotrophiis quadraginta annorum protelatio conferatur, salva scilicet inter alias personas et causas virtute quam super tricennalis sibi praescriptio vendicabat: quoniam hac decem annorum adiectionem religiosis locis praestamus ut principale et hypothecariae actiones in tanto tempore propagentur: annali autem exceptioni, vel triennii,

1) Iul. cap. 348 2) Iul. cap. 361 3) Iul. cap. 362

4) Iul. cap. 363 5) Iul. cap. 366.

vel aliis huiusmodi exceptionibus non derogetur. Haec autem constitutio et in praeteritis temporibus locum habet: nisi quaedam causae amicabili transactione vel iudiciali sententia sopitae sint.

Titulus XXVIII.

De litigiosis.

Litigiosa res est [illegible] et possessorem iudiciaria conventione vel precibus principi oblatis et iudici insinuatis, et per eum futuro reo cognitis. Vel sic. Res litigiosa efficitur cum inter possessorem et petitorem de dominio quaestio movetur per iudicialem conventionem, aut precibus principi oblatis et reo cognitis.

Res[1]) mobiles vel se moventes vel immobiles litigiosas volumus appellari, quarum de dominio inter actorem et possessorem apud iudicem quaestio orta est, aut iudiciali admonitione, aut per preces principi porrectas, et apud iudicem intimatas, ac per ipsum iudicem adversario litigatori manifestatas. Nam secundum talem distinctionem et constitutionem nostram intelligi volumus in qua cautum est de sciente vel ignorante emptore. Si quis autem pluribus haeredibus derelictis decesserit, et illi cum aliis haereditariis rebus rem litigiosam dimiserint, id quod factum est lege non reprobatur. Non enim recte alienatio videtur esse inter cohaeredes divisio facta. Non enim alienat qui dividit. Si quis autem litigiosam rem legaverit eventum litis videatur legasse: ut si quidem haeres vicerit, legatum accipiat legatarius: si autem victus fuerit, nihil accipiat. Ideoque libera licentia legatario detur adesse iudicio, ut nulla negligentia vel collusio ab haerede committatur. ¶ De hypothecis autem quaestio rem litigiosam non facit. nam et si specialiter hypothecae nomine res obligata est: tamen vendere eam debitor non prohibetur: ita tamen ut ex quantitate pretii creditori debitum persolvatur: aut si hoc factum non fuerit, licebit creditori hypothecarum movere actionem, et rem sibi suppositam vendicare, donec satis fiat, scilicet ut creditoribus anteriora iura habentibus secundum priores leges temporis praerogativa servetur. Ex his apparet multo minus litigiosam rem vocari, quae generaliter hypothecarum titulo obligata est.

Actionis libello reum respondere non teneri, nisi subscriptus sit, et cautio saltem iuratoria, si fideicommissariam nancisci non possit, ab actore detur, et de lite prosequenda, et de sumptibus pensandis.

¶ Si[2]) iudex aliquem teneri voluerit talem conditionem in sua interlocutione debet inserere, ut non aliter nullus accusationis libellus reo detur, vel sportulae ab eo exigantur: nisi prius actor in libello subscripserit, vel sua manu, vel per tabularium, et monumentis intervenientibus fideiussorem praestet idoneum periculo officii promittentem, quod actor et observet in iudicio, et exercebit suas actiones. et si postea ostendatur litem iniuste movisse, sumptuum nomine dabit decimam partem quantitatis, quae in libello comprehensa est, ut eam is qui accusatus fuerit, accipiat. Sinautem dicat se non habere fideiussorem sanctis evangeliis propositis iuret quod non potest dare fideiussorem, ac si postea iuratoriae cautioni committatur in qua promittere debet ea quae supra scripta sunt implere. Quod si alio modo factum fuerit: nullum responsum dare litis executori reum concedimus. et si adversus ea factum fuerit: iudex quidem cum officio suo denarum librarum auri poena multetur. Executor autem litis publicationem substantiae suae patietur, et in exilium per quinquennium mittatur. poenae autem ex hac lege irrogatae, periculo comitis rerum privatarum fisco nostro inferantur. Quicquid autem ex hac illicita conventione detrimenti reus passus est, resarciatur ei ex substantia actoris periculo iudicis a quo executor missus est. excipimus autem ab his poenis illa litigia, quae ex consensu litigatorum in iudiciis ventilantur.

Actor qui causam prosequi differt reo postulante tribus edictis citetur: qui si litem detractet, ei aliud anni spatium indulgeatur. quod si cessat, lite cognita iudex pronuntiet. qui si intra annum venerit, non audiatur quin prius reo impensas resarciat. quibus praestitis, si rursus causam deserat: post trium edictorum et unius anni spacii observationem ab omni cadat actione.

¶ Si[3]) quis per iudicialem admonitionem vel preces Imperatori porrectas, et apud iudicem intimatas, ac per eum adversario manifestatas, et sub legitima disceptatione iudicis factas reum illigaverit: non liceat ei recedere a iudicio, et negotium susceptum deserere. Quod si haec fecerit actor: liceat reo repetere iudicem apud quem lis contestata est, ut admoneatur actor, ut vel veniat in iudicium, vel procuratorem legitimum mittat. quod si nec ipse venerit, nec procuratorem miserit, vocetur per tria edicta per intervalla singulis non minus triginta dierum. Nam ordinarios iudices non solum per praecones, sed etiam propositionibus edictorum absentes partes vocari iubemus. praeponandi autem edicta licentiam et illis iudicibus damus, qui ex principali iussione facti sunt iudices: haec si litis contestatio facta est. Sinautem admonitio et sola precum intimatio atque manifestatio facta est tantum: deinde actor deseruerit negotium: liceat reo similiter iudicem adire, et petere ab eo ut tria edicta proponantur. et si propositis eis actor neque venerit neque procuratorem legitimum miserit: habeat inducias unius anni. et si non venerit, licentiam iudici damus et ab una parte reo solo praesente litem audire, et legibus consentaneum calculum proferre. Quod si intra praedictum annum pervenerit, et suas actiones exercere maluerit: non antea eum suscipiat iudex quam impensas reo praestet: ita tamen ut a iudicio iterum non recedat. alioqui si hoc fecerit, et annus transactus sit, careat actionibus suis. illam autem regulam qua cautum est, neminem invitum agere compelli: tunc locum habere volumus, cum res integra est, et actor adversarium suum teneri non fecit. Hanc autem constitutionem in his casibus volumus observari, qui nec iudiciali sententia, nec amicabili compositione vel alia legitima decisione sopiti sunt.

---

1) Iul. cap. 367. *) In marg. Re litigiosa legata litis tantum eventus debebitur. 2) Iul. cap. 368.

3) Iul. cap. 369.

Titulus XXIX.

De pragmaticis sanctionibus et diversis iussionibus iudicum, et officio iudicis.

[illegible]

Nemo[1]) iudicum nostrorum sive in pecuniaria sive in criminali causa pragmaticam nostram timeat sanctionem, vel aliud cuiusvis generis rescriptum sive divinas iussiones sive referendariorum depositiones*). aut illustrium magistratuum praecepta. Nam secundum generales leges singulas causas finiri iubemus: et praedictas ambitiones nullum sibi locum in iudiciis vendicare. Nam si velit princeps aliquam causam dirimere: ipse sententiam dicat, non iudicibus imperet, quomodo debent in singulis causis emergentibus iudicare: nisi forte de iure fuerit dubitatum: tunc enim licebit iudici ad Imperatorem referre, ut sibi iuris obscuritas illuminetur. Et haec omnia volumus observari non tantum apud magistratum. sed etiam apud iudices quoscunque sive divina iussione deputatos, sive ab aliis magistratibus datos: imo etiam apud compromissarios arbitros sive cum scriptis, sive sine scriptis, sive apud eum causarum processerit disceptatio. Hanc autem constitutionem locum habere volumus non solum in iudiciis postea movendis: sed etiam in iis quae adhuc pendent, ut unusquisque hac generali lege fiduciam habeat, non ambitiosis rescriptionibus. Finita autem iam negotia refricari nullo volumus modo. Finitum autem negotium videtur id de quo definitiva sententia prolata est: quamvis appellatio vel retractatio contra eam speretur. Excipimus autem illa rescripta quae iudices iubent sine tarditate et mora causas dirimere, vel legibus calculum consentaneum proferre, vel acta litigatori aedere, vel si iusserit eum cum alio iudicare: tales enim iussiones sive sine scriptis, sive in scriptis fieri non prohibemus. Iudex autem qui generalem legem contempserit, et illicitam rescriptionem admiserit: decem librarum auri poena et illa gravissima nostra indignatione plectetur. sed ut nemo haec saluberrima nostra statuta ignoret: iubemus in primo litis exordio ante ipsam partium confirmationem praesentem legem inseri, ut nemo possit contra generales leges aliquid sibi praecipuum sperare.

Titulus XXX.

De his qui post renuntiationem adversariorum habere se dicunt allegationes.

Dicenti se allegationes habere, tres dilationes successive dantur: quibus elapsis sententiam legi et consuetudini conformem proferat.

Sunt[2]) quidam malitiosi litigatores, qui post renuntiationem adversae partis et tempora probationum statuta: dicunt tamen ipsi aliquas habere se allegationes, ut nullus scilicet litis terminus imponatur. ideoque iubemus unum mensem ei ad inducias dari: et iubeatur a iudice ut quod vult dicat. et si dicat iterum dilationis opus habere, praestetur ei mensis secundus. quo completo si iterum dilationem petat ad vincendam malitiam eius tertius mensis praestetur. quo completo, si nihil dixerit, omnibus modis iudex legitimam sententiam dicat.

Titulus XXXI.

De liberis praeteritis vel exhaeredatis.

Ne liceat parenti ex liberis aliquem vel exhaeredare, vel praeterire: nisi probetur ingratus: et ingratitudinis causae nominatim in testamento inserentur. Causae autem ingratitudinis sunt XIIII [illegible]

Neque[3]) pater aut mater, nec avus aut avia, neque proavus aut proavia liberos suos praeteritos vel exhaeredatos faciant in suo testamento: quamvis per donationem vel per fideicommissum vel alio modo legitimam portionem eis reliquerint: nisi forte ingrati probentur, et ipsas ingratitudinis causas parentes proprio scripserint testamento. ¶ Causae autem ingratitudinis sunt hae. Si quis parentibus suis audaces manus imponat. Si gravem aut inhonestam contumeliam eis faciat. Si in criminalibus causis accusator contra parentes suos extiterit exceptis insidiis adversus principem vel rempublicam. Si cum maleficis quasi maleficii conversetur. Si vitae parentum suorum per venenum vel alio modo insidiare tentaverit. Si novercae suae vel concubinae patris sese turpiter miscuerit. Si calumniator contra parentes filius fiat: et per delationem suam gravissimum damnum intulerit. Si inclusus in carcere parens liberos suos vel unum ex his qui ad successionem eius ab intestato vocantur, rogavit, ut in fidem suam cum recipiat, et ille vel illi noluerint fideiubere sive pro persona, sive pro debito in quantum idoneus est is, qui rogatus est, probetur. Hoc autem quod de fideiussione diximus, ad masculos tantum liberos pertinere volumus. Item si convictus fuerit filius prohibuisse parentes suos testamentum facere: si quidem illi possint postea testamentum ordinare: liceat eis propter hanc causam exhaeredare eum. Sinautem in ipsa prohibitione decesserint, omnes haeredes futuri vel legatarii vel alii qualencunque laesionem passi secundum priora iura suas adversus eum exerceant actiones. Item si contra voluntatem parentum filius cum arenariis aut mimis conversetur, et in hac professione permanserit: nisi forte parentes ipsius arenarii vel mimi fuerint. Item si pater quidem vel avus filiam suam vel neptem marito voluerit copulare: et illa non consenserit, sed turpiter vivere malit. Sinautem filia XXV. annorum facta a parentibus suis marito non sit copulata, et ex hoc contigerit eam in corpore suo peccasse, vel sine consensu parentum marito libero se coniunxisse: hoc nolumus ad ingratitudinem filiae reputari. Item si furioso parenti liberi curam non adhibeant: sed alii cognati, qui ab intestato vocantur. si quidem resipuerit, liceat ei si velit, inofficiosos liberos ingratos in suo scribere testamento. Sinautem in ipso furore decesserit, et liberis nullam curam adhibentibus unus ab extraneis, vel ii qui ab intestato vocantur, misericordia ductus, curare eum voluerit

1) Iul. cap. 370. * In marg. *alias dispositiones.* 2) Iul. cap. 372

3) Iul. cap. 373

testatione in scriptis utatur ad eos, qui ex testamento vocantur ante furorem forte composito: vel ad eos, qui ab intestato existunt, ut curam adhibeant furioso. Sinautem et post hoc testationem in eadem negligentia perseveraverint: et extraneus in sua domo furiosum receperit: et impensis suis usque ad mortem eius curam fecisse probatus fuerit: ipsum quamvis extraneus sit, ad successionem furiosi sancimus pervenire, refutata institutione testamenti eius et haeredibus scriptis, ut pote indignis repellendis, caeteris videlicet capitulis testamenti in sua firmitate duraturis. Item si unus ex parentibus in captivitate sit: et liberi eius vel unus ex his non curaverit eum redimere: siquidem redierit ille ab hostibus, liceat ei inofficiosos liberos et ingratos in suo scribere testamento. Sinautem apud hostes decesserit, et omnes liberi eius redemptionem facere contempserint: omnes res ipsius ecclesiae civitatis addicantur de qua oriundus est, inventario scilicet cum publica testatione facienda, ut nihil ex substantia eius depereat: sic tamen ut omne quod ex hac causa ad ecclesiam pervenerit, in redemptionem captivorum expendatur. Et generaliter dicimus quoties aliquis ex iis qui ab intestato vocantur ad successionem eius qui in captivitate est, non curaverit eum redimere: nullatenus ei haeres existat. et si ex testamento haeres scriptus est, ante captivitatem forte composito similiter ab haereditate repellatur caeteris testamenti capitulis valituris substantia scilicet similiter (ut supra diximus) ecclesiae adiicienda civitatis, unde captivus oriundus est: et ad nihil aliud procedenda, nisi in captivorum redemptionem. et si extraneus haeres ante captivitatem scriptus est: et ille sciens se haeredem scriptum non curaverit eum redimere: simili poena afficiatur quam in illis personis volumus obtinere, qui octavumdecimum annum suae aetatis impleverint. Ubi autem pro redemptione captivorum necessarium sit pecuniam dari facultatem habeat, si praedictae aetatis sit mutuam pecuniam sumere, et res mobiles vel immobiles obligare hypothecae titulo sive res proprias habeat, sive illius qui in captivitate tenetur. Talis enim contractus qui in redemptionem captivorum in praedictis casibus fuerit, valere volumus quasi sui iuris et legitimae aetatis fuisset is, qui contraxit. redemptio autem a captivitate necessitas imponitur ratum contractum habere: et id quod dedit creditor ei persolvere: et quasi suo creditori respondere et obligari. Item si parens liberos suos vel unum ex his haereticum habeat: ipse vero ortodoxus constitutus liceat ei eos vel eum in testamento suo exhaeredare: quoniam non minima haec causa ingratitudinis est. Ortodoxos autem dicimus eos qui communicant in sacrosancta ecclesia catholica in qua omnes patriarchae una conspiratione et concordia colliguntur, et quatuor sancta concilia praedicantur Nicenum et Constantinopolitanum, Ephesinum primum, et Calcedonense. Haereticos autem dicimus eos, qui catholicis non communicant: quibus communicare necesse est Nestorianos atque Acephalos. Sed ut plenius de ipsis loquamur: sciendum est non posse haereticos parentes, si ortodoxos liberos hebeant, alios quam ipsos haeredes instituere: vel liberis non extantibus cognatos suos catholicos, scilicet haeredes instituant. quod si ex liberis superstitibus alii quidem ortodoxi, alii autem haeretici appareant: omnem substantiam parentibus ortodoxis pervenire volumus, ut fratres eorum haeretici si in eodem errore perseveraverint usque ad mortem, nihil omnino accipiant: sed mortuis eis sine poenitentia liceat ortodoxis partes eorum alienare. Sinautem poenitentiam egerint: portionem suam capiant sine frugibus tamen medii temporis et sine ulla administratione rerum molestia. Quod si omnes liberi haeretici fuerint: alii autem cognati defuncti ortodoxi existant, ipsi liberis anteponantur in successione. quod si et ipsi haeretici fuerint: siquidem his qui defunctus est, habitum clerici habeat: ecclesiae civitatis in qua domicilium habuit, substantia eius deferatur: sic tamen ut si intra annum non vendicaverint ecclesiastici, huiusmodi personarum patrimonia ad fiscum nostrum devolvantur. Sin autem laici fuerint: sine ulla discretione res eorum fisci iuribus vendicentur: quod non solum si in testamento scripto haereticus decesserit locum habere sancimus: sed etiam si intestatus defunctus sit omnibus scilicet legibus valituris quae contra haereticos et Nestorianos atque Acephalos et omnes qui non communicant catholicae ecclesiae positae sunt.

Testamentum in quo unus ex filiis tanquam ingratus exhaeredatus est: non aliter valet, quam quod ingratitudinis causae expressae sint et probatae.

¶ Sive [1]) igitur omnes praedictas causas sive unam ex his parentibus in suo scripserit testamento: et filios suos exhaeredaverit: siquidem scripti haeredes probaverint causas ingratitudinis veras esse, valeat testamentum. Sinautem probare non potuerint institutiones eorum infirmentur, et parentum haereditatem filii ab intestato venientes ex aequis portionibus capiant. legata autem vel fideicommissa vel libertates vel tutorum dationes vel alia legibus cognita capitula in testamento conscripta valeant, ut solam institutio haeredum tollatur. Haec de testamentis parentum constituimus: modo videamus de testamentis liberorum.

Titulus XXXII.

De parentibus praeteritis vel exhaeredatis a liberis.

Liberis non licere parentes vel praeterire vel exhaeredare: nisi causas ob quas praetereantur vel exhaeredantur testamentis inscripserint: quae sint illae causae hic docetur.

Sancimus [2]) itaque non licere liberis parentes suos praeterire, vel alienos a substantia sua quocunque modo facere: nisi specialiter causas testamentis suis inscripserint, quas expositiuri sumus, id est, si vitae liberorum parentes insidientur, excepto crimine maiestatis. Si venenis aut susurris magicis vitae eorum insidiantur: et hoc ipsum probatum postea fuerit. Si pater nurui suae vel concubinae filii sui commistus fuerit. Si parentes liberos suos testamentum facere prohibuerint, in his rebus in quibus testari possunt. Quae autem diximus de parentibus in hoc casu similiter teneant. Si maritus uxori suae venenum dederit sive ut

1) Iul. cap. 374 2) Iul. cap. 375.

occidatur sive non, ut mentem eius cognoscat: vel econtrario si uxor marito dederit hoc venenum, et moveatur quidem inter eos crimen publicum, et competenti vindicta tale facinus remedium capiat: liberis autem liceat ei qui tale aliquid perpetraverit nihilominus relinquere. Item si furiosus filius vel quaecunque persona liberorum sit in furore, eadem teneant quae supra de furiosis parentibus diximus. Item si unus ex liberis in captivitate sit, eumque parens non redemerit: eadem teneant quae de parentibus captivis supra constituimus. Item si filius ortodoxus fuerit, et parentem suum senserit haereticum esse: eadem iura teneant quae supra de parentibus diximus. Si igitur liberi omnes istas causas vel unam ex his contra suos parentes scripserint, et haeredes eorum omnes, aut certe unam ex his probaverint: testamentum in suo robore permanere praecipimus. Si vero haec non fuerint observata, testamentum quidem refutetur: iura autem ab intestato successionis locum habeant legatis scilicet et fideicommissis et libertatibus et tutorum dationibus, et aliis capitulis in testamento conscriptis in sua firmitate durantibus. Quicquid autem huic constitutioni in aliis legibus contrarium invenitur: hoc irritum atque inutile sit. et hae quidem exhaeredationis et praeteritionis poenae quantum pertinet ad ingratitudinis causas adversus praedictas personas dispositae sunt. Si quae autem ex his ad crimina referuntur: non prohibemus caeteris poenis subiici eos quasi obnoxii fuerint reperti. Si qui autem ex certis rebus haeredes scripti iussi fuerint, ut nihil ampius quaererent: in hoc casu hoc tantum iubemus fieri, ut si quid eis desit, ad legitimam portionem hoc quidem repleatur: testamentum autem non rescindatur.

Titulus XXXIII.

Non liceat creditori ante luctuosos novem dies debitore suo mortuo aliquem molestare, propter hoc quod defunctus debebat.

[illegible] nulla prorsus fiat [illegible] ex persona defuncti. Si quid fiat inutile erit, ex hoc nullo praeiudicio creditoribus generando.

Si [1]) quis in quacunque causa obnoxium aliquem habuerit, et ille decesserit: non liceat ei neque parentes defuncti neque liberos neque uxorem neque agnatos neque cognatos neque haeredes neque fideiussores convenire vel molestare, vel in iudicium vocare antequam novem dies luctuosi transeant. Sinautem intra praedictos dies contra aliquid fecerit, et vel cautionem vel fideiussionem vel promissionem ab eis receperit, omnia irrita sint. post novem vero dies, si quas sibi competere putaverint actiones, eas exerceant, nulla temporali praescriptione vel alia allegatione legitima ex hac dierum transactione creditori generanda.

Titulus XXXIV.

De constituta pecunia.

[illegible] solidum. Si autem plures sunt nominati copulative, pro parte virili: si vero disiunctive, tunc insolidum: sed impersonale constitutum non valet.

Si [2]) quis alicui constituerit dicens, satisfacio: in quantitate quam dixit, modis omnibus obligetur: nisi debitum solvat. Si quis autem constituerit dicens, tibi satis erit: non tenebitur: quia impersonaliter locutus est. Quod si quis dixerit, erit tibi satis a me et ab illo et illo: eis quidem quos nominavit non consentientibus non praeiudicat, sed neque pro ipsis obligatur: sed pro rata parte debiti tenetur. Sinautem ita dixerit: erit satis tibi a me vel ab illo vel illo: illis quidem non praeiudicet: ipse autem in toto debito teneatur. Si quas autem adversus eos sibi competere putaverit actiones eas moveat, et auxilio iuris perfruatur. Haec autem omnia in his causis sancimus obtinere quae nondum iudiciali calculo vel amicabili compositione finitae sunt. Data procon. Beli.

Titulus XXXV.

Ut liceat matri et aviae et aliis parentibus post legitimam partem liberis derelictam quo modo voluerint, id quod facultatis suae reliquerint, disponere.

Ususfructus patri non nisi cum testatoris aut contrahentis voluntate, quaeritur. Si vero testator nihil disposuit aut a testatore electus decessit: iudiciarius cum cautione curator dabitur.

Si [3]) mater vel avia vel quicunque parens filium suum haeredem scripserit, ex parte legitima, ei liceat neptibus vel nepotibus ab eo procreatis et omnibus deinceps personis aliam substantiam suam totam vel partem eis donare, vel relinquere liberis hoc modo et conditione, ut pater eorum in his rebus neque usumfructum, neque omnino ullam habeat communionem: quod similiter obtinere iubemus et si extraneus filiofamilias extraneo reliquerit aut donaverit sub eodem modo et conditione, et siquidem ipsi qui alieni iuris sunt XXV. annum egressi fuerint, licentiam habeant quo voluerint modo res sibi donatas administrare: si autem adhuc minores sint, per quem velit testator vel donator, administrari res debent. Licentiam autem habeat testator vel donator matri vel aviae filiae administrationem concedere, quamvis maritos habuerit: si tamen et ipsae administrationem receperit. quod si testator vel donator vel omnino dederint vel dederit quidem, illi autem noluerint vel non potuerint, vel antea mortui fuerint: tunc competens iudex curatorem eis dare cum idoneo fideiussore debet, ut curator res eorum administret et conservet eas donec legitimae aetatis fiant. Nam in his casibus volumus usumfructum patrem habere in quibus nulla talis conditio apposita est.

1) Iul. cap. 376.

2) Iul. cap. 377. 3) Iul. cap. 378.

E[illegible] instr[illegible], vel [illegible] adiecit naturalem.

Si[1]) quis in aliquo instrumento quod idoneos tres habeat testes, vel in testamento, vel in monumentis publicis filium suum nominaverit, neque addiderit utrum naturale an legitimum: dixisse videtur eum legitimum, et nulla ab eo alia probatio exigitur: sed rebus paternis vel alterius potiatur, et proficiat matri suae, ut etiam illa videatur patri eius legitima uxor fuisse: et si fratres habeat ex eadem matre progenitos, ipsis quoque eiusdem testimonii defensio prosit.

Liberi ex nuptiis legitime contractis, licet non solemnibus, patri succedunt una cum filiis ex nuptiis solemniter contractis, sive praecesserint sive sequantur.

Si[2]) quis sine dotalibus instrumentis maritali affectione uxorem duxerit: et ex ea liberos habuerit, ac postea secundas contraxerit nuptias, et ex eo quoque matrimonio filios procreaverit: utraque progenies similiter ad patris haereditatem vocetur. Et ex diverso, si quis cum dotalibus instrumentis nuptias celebraverit, et liberos habuerit, postque sine scriptis affectione sola matrimonium contraxerit, et ex eo habuerit liberos: similes omnes ad paternam successionem vocabuntur.

Maximis decorati dignitatibus ad illustres usque sine dotalibus instrumentis nuptias ne contrahant, Barbaris exceptis: quibus uxores ducere etiam cum vel sine dotalibus instrumentis licet.

Illustres[3]) homines, et qui super eos sunt sine dotalibus instrumentis matrimonia non contrahant. Quod si ante dignitatem sine scriptis uxorem duxerint: maneat post dignitatem legitima copulatio, et liberi procreati legitimi sint exceptis tantummodo Barbaris dignitate decoratis. his enim sub nostra ditione constitutis propter simplicitatem eorum damus licentiam ut nuda affectione nuptias facere possint: et ex hoc matrimonio nati liberi legitimi erunt.

Matrimonium ubi sine dote est, et praemoriens dives, hisque qui superest inopia laborat: mortui quartam bonorum partem accipiat: et si ex variis matrimoniis liberi extent, [illegible] qui si ampliores fuerint cum illis in capita succedat.

Legibus nostri principis cautum est, ut si quis sine scriptis uxorem duxerit, eamque sine causa repudiaverit: ut quartam partem suae propriae substantiae ei daret, et quarta pars centum librarum auri quantitatem non excedat. Eademque statuta sunt et si usque ad mortem mariti in eodem habitu matrimonii perseveraverit: utroque autem casu liberi procreati ad legitimam patris haereditatem vocentur. mulier autem in utroque casu, siquidem usque ad tres liberos maritus ei reliquerit sive ab ea sive ab alia uxore natos, ipsam quartam portionem accipiat. Sinautem ultra tres habuerit: tantum ipsa habeat quantum ex liberis defuncti unus accepturus est: ita tamen ut usumfructum eius portionis ipsa habeat: proprietatem autem liberis lex conservat, qui ex ipso matrimonio nati sunt. quod si liberos non habeat, iure quoque communi portionem eandem mulier capiat. ea autem quae sine causa repudiata est, in ipso tempore repudii, praedictam capiat portionem. sed in talibus casibus volumus maritum quartam partem ex bonis uxoris suae sibi vendicare.

Leonis[4]) divae memoriae constitutio in casibus qui praesenti constitutione non continentur, locum habeat. Constantini vero constitutio quam ad Gregorium rescripsit, cum Martiani interpretatione obsolescat. Volumus autem eos qui dignitatibus decorantur, quas voluit uxores ducere dotalibus tamen instrumentis compositis: caeteros autem non solum in scriptis sed et sine scriptis, modo liberae sint, et matrimonium earum licitum sit.

Matrimonium divortio solutum non impedit quin filii succedant, et apud matrem bonis mariti alantur, nisi inops pater sit: quo casu matris divitis impensis alendi sunt.

Si[5]) quando matrimonium solutum fuerit: dissidium huius liberis ex eo procreatis non noceat, sed habeant integra iura haereditatis parentum capiendae, et sine ulla dubitatione alantur ex paterna substantia. et siquidem pater causam divortii dedit, et mater ad secundas nuptias non migraverit: apud matrem alantur sumptibus patris. Sinautem pater inopia laboraverit, mater antem locuples est: apud matrem alantur, et ipsa sumptus liberis suis administret, quemadmodum liberi locupletes matrem suam egentem alere coguntur. Quod et in omnibus parentibus et liberis invicem obtinere iubemus.

Titulus XXXVI.

De repudiis.

Matrimonium divortio solvere marito atque uxori causis hic enumeratis licere

Anteriores[6]) quidem constitutiones de pluribus causis faciunt mentionem: quarum singulae si intercesserint causam repudii iustam esse praebent. Sed nos praesenti lege certas et pauciores causas enumeraturi sumus. Et primum causas quibus maritus et repudium mittere et dotem uxoris lucrari servata liberis proprietate si extant, hic subiicimus. Hae autem sunt. Si contra Imperatorem quibusdam molientibus mulier conscia fuerit, et marito suo non manifestaverit. Si autem maritus hoc ab uxore suae indicatum tacuerit: liceat et mulieri per qualemcunque partem hoc ad Imperatorem referre: ut vir ex hac causa nullam repudii inveniat occasionem. Si de adulterio maritus putaverit uxorem suam posse convinci: prius debet inscriptiones deponere, vel contra mulierem vel contra adulterum. et si talis accusatio vera probata fuerit: tunc repudio misso habere debet maritus non solum propter nuptias donationem, sed etiam dotem. et si liberos non habeat: capere tamen ex alia substantia mulieris quantum pars tertia dotis facit, ut dominio eius addicatur,

1) Iul. cap. 379. 2) Iul. cap. 380. 3) Iul. cap. 381.

4) Iul. cap. 382. 5) Iul. cap. 383. 6) Iul. cap. 384.

non tantum eos sed etiam poena quam nos constituimus. Si etiam liberos ex eo matrimonio habeat: iubemus autem dotem secundum legem et aliam mulieris substantiam liberis conservari: sic deinde adulterum legitime convictum, cum muliere puniri. Et siquidem habeat adulter uxorem, capere debet eadem dotem suam et propter nuptias donationem: sic tamen ut liberis superstitibus usumfructum donationis mulier habeat: proprietatem liberi secundum legem lucrentur, quibus donamus ex nostra mensuetudine: et adulteri patris substantiam nullis existentibus liberis dotem quidem cum donatione propter nuptias facta pleno iure mulier habeat: aliam autem substantiam adulteri mariti fisco nostro secundum veteres leges vendicamus. Item si vitae mariti insidiatur, vel aliis hoc facientibus conscia marito non manifestaverit: vel nolente marito conviviis extraneorum conversetur, vel cum masculis se lavet. Item si nolente marito extra domum manserit, nisi forte apud parentes. Si in circensibus vel arena vel in theatro perveniat spectaculi causa ignorante vel prohibente marito. Si autem contigerit aliquem sine ulla causa ex eis quas diximus suam uxorem a propria domo expellere: et illa non habens parentes apud quos permanere possit: ex necessitate foris per noctem permanserit: iubemus nullam marito fieri facultatem propter istam causam repudium mulieri mittere. ❡ Causas[1]) propter quas iuste potest uxor marito repudium mittere, et dotem suam capere, et ante nuptias donationem similiter exigere dominio rerum. s. liberis conservando, vel eis non existentibus etiam dominio apud mulierem residente, eas solas esse constituimus. Si contra imperium semper aliquid molitus sit, vel alii hoc molientibus, conscius non manifestaverit hoc Imperatori, aut per se aut per aliam qualemcunque personam. Si vir vitae mulieris quocunque modo insidiatus fuerit, vel aliis causam in adulterium procedere conatus est. Item si maritus de adulterio inscriptionem posuerit, et adulterium probare non potuerit: liceat mulieri volenti vel propter hanc causam repudium mittere marito et suam recipere dotem et donationem propter nuptias: et propter hanc calumniam si liberos non habeat ex eodem matrimonio, tantum capiat iure dominii ab alia mariti substantia quantum tertia pars ante nuptias donationem faciat. Si enim liberos habeat, iubemus omnem mariti probatam substantiam liberis conservari, scilicet his firmiter permansuris quae de donatione propter nuptias aliis legibus continentur. Sic tamen ut illis poenis maritus subiiciatur: si adulterii accusationem non probaverit, quas mulier passura esset, si convicta fuisset. Si in eadem domo in qua mulier cum ipso habitat contemnens eam cum alia muliere inveniatur in domo manens, vel in eadem civitate degens in alia domo, vel cum alia muliere frequenter manens convincantur, et semel et bis criminatus, vel per parentes suos, vel parentes mulieris, vel per alias idoneas personas huiusmodi turpitudine non abstinuerit: liceat mulieri et per hanc causam dissolvere nuptias, et recipere dotem quam dedit, et ante nuptias donationem, et pro hac iniuria tertiam partem aestimationis quam propter nuptias donatio facit ex alia mariti substantia capere: sic tamen, ut si liberos habeat, usumfructum tantum mulier habeat ante nuptias donationis et pene tertiae portionis dominio scilicet communibus liberis conservando. Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio, dominium rerum ei concedimus.

Communi coniugum consensu matrimonium non dissolvitur, nisi castitatis et continentiae gratia: tam dote quam ante nuptias donatione liberis servatis. Qui si postea nuptias contrahant, aut luxuriose vivant: liberis eorum facultates tradantur: filiis autem non extantibus fisco applicentur: et delinquentes legitimis subiiciantur poenis.

❡ Nulli[2]) liceat ex consensu mulieris matrimonium solvere: nisi forte castitatis amore hoc fecerit. sed si hae personae liberos habeant: tam dotem quam donationem propter nuptias liberis custodiri praecipimus. Si autem post solutum matrimonium per consensum castitatis velamine facto inventi fuerint, vel nuptias contrahentes vel alias turpiter viventes, vel unus ex his hoc faciens repertus fuerit: siquidem liberi extant, ipsi capiant dotem, et ante nuptias donationem, et dominium substantiae illius personae quae haec perpetrasse convicta fuerit. Sin autem liberi imperfectae aetatis fuerint, alere eos vel res eorum administrari ab ea vel ab eo parente iubemus, qui quaeve huic legi nihil contrarium fecit. Sinautem ambo parentes tali delicto tenentur: utrorumque parentum substantia liberis addicatur administrationem eis in imperfecta aetate constitutis a competenti iudice deputari disponimus. liberis autem nullis extantibus substantiam delinquentis personae publicis rationibus vendicare sancimus, et legitimis poenis subiici. aliter enim disiunctionem nuptiarum fieri ex consensu nulla ratione concedimus.

Mulier virum habens in expeditione licite nubere non potest, et si eum diu expectarit, nisi forma hic descripta servata.

❡ Quantiscunque[3]) annis maritus in expeditione manserit mulier sustinere debet: licet neque literas neque responsum ab eo acceperit. Sed si mortuum eum audierit: non prius nubat, quam per se vel per alium eum sub quo militabat adiens interrogaverit, si pro veritate mortuus est: ut apud gesta deponatur cum iureiurando si mortuus sit: quo subsequuto post annum nubat. Si vero praeter haec nupserit: tam ipsa quam qui eam duxerit, velut adulteri puniantur. Sed qui iuraverit, si falso iurasse convincatur: militia nudatus, decem libras auri solvet illi quem mortuum fuisse mentitus est: eo licentiam habente, si voluerit, suam uxorem recipere.

Matrimonium ex tribus causis hic enumeratis, etiam distrahi potest.

❡ Sunt[4]) quaedam causae ex quibus sine poena matrimonia solvuntur. Si maritus misceri uxori suae non potuerit. Si maritus vel uxor religiosam vitam et solitariam elegerit. Si in captivitate ad certum tempus capti fuerint.

---

1) Iul. cap. 385.

2) Iul. cap. 386. 3) Iul. cap. 387 mut. 4) Iul. cap. 388.

De quibus tribus causis ea firma esse iubemus, quae superioribus nostris legibus continentur. Omnes igitur antefatas causas, quae hac nostra lege continentur, sufficere iubemus ad solutionem matrimoniorum: alias autem omnes cessare praecipimus. et nullam aliam causam posse matrimonia solvere sive nostris sive veteribus legibus cognita: nisi nominatim in hac constitutione inventa sit.

Vir et mulier praeceptis si non audierint. poenis legitimis subiaceant. Itidem et iudices et officiales negligentes.

¶ Si [1]) mulier marito suo sine causa iusta repudium miserit, et in hac impia voluntate perseveraverit: dotem quidem ipse maritus habeat, proprietatem rerum dotalium communibus liberis reservaturus. Sinautem liberos non habeat: ipse eam lucretur: muliere autem periculo iudicis cauinh sae praesidentis religiosissimo antistiti tradatur eius civitatis, in qua communiter domicilium habebat. Antistes enim curabit in monasterium eam mittere et ibi degere usque ad diem mortis suae: et siquidem liberos habeat, bessem quidem substantiae eius ipsi capiant: tertia autem portione monasterium potiatur iure dominii. Si autem nullos liberos habeat, sed parentes: ipsi quidem tertiam partem accipiant: monasterium autem bessem: nisi forte mulier in potestate parentis constituta consensu eius repudium sine causa miserit, tunc enim nihil ex filiae matrimonio parentes sperare oportet, sed omnia monasterium capiat. Quod similiter procedere debet, et si nullos neque liberos neque parentes habuerit. Sinautem iudex apud quem convicta est mulier sine causa repudium misisse, non tradiderit eam civitatis episcopo, ut mittatur in monasterium siquidem in hac florentissima civitate magistratus sit: ipse quidem XX. libras auri poenae nomine dabit, officialis autem eius alias X. Quod si provincialis sit magistratus, et praecepta nostra neglexerit: ipse quidem X. libras auri poenae nomine praestabit, officialis autem eius. V. Si autem iudex sit non magistratus: ipse quidem X. libras auri praestabit, ministri autem eius V. Istae autem poenae per comitem rerum privatarum et scholam palatinorum fiscalibus rationibus inferantur. Sed si maritus sine causa repudium miserit uxori suae reddat ei dotem et propter nuptias donationem, et extrinsecus ex substantia sua tantum ei praestet, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit. Et siquidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos: ipsa quidem usumfructum habeat: liberis autem proprietatem custodiat tam donationis quam poenae. sinautem nullos liberos habeat: tunc proprietatem omnium rerum praedictarum lucrabitur.

Matrimonium non distrahi, si mulierem virgis etiam sine causa maritus cederit: cum iniuria aliunde pensetur.

¶ Si [2]) quis uxorem suam flagellis vel virgis castigaverit sine causa, ea res ad solvendum matrimonium non sufficit mulieri: sed pro hac contumelia convictus maritus tantum praestet mulieri ex sua substantia, quantum tertia pars propter nuptias donationis facit.

Adulterium praesumptum iuris praesumptione probatum punitur sicut et verum, vindicta quandoque marito permissa. Vel sic. Maritum illi quem de uxore suspectum habet, denuntiare posse, ne cum uxore loquatur, aut commercium habeat. et si facta denuntiatione cum ea in loco suspecto inveniatur: impune occidatur. Si vero locus suspectus non sit: iudici tradatur, ut in eum animadvertat. Si autem in aedibus sacris defensori custodiae committatur, donec ad iudicem deducatur.

¶ Si [3]) quis suspicatus fuerit de aliquo velle pudorem uxoris suae illudere: liceat ipsi marito testationem in scriptis habitam ad suspectum hominem mittere: et ei denuntiare per ipsam testationem idoneos testes continentem, ne cum uxore sua inveniatur. et si post testationes in scriptis habitas et idoneos homines habentes invenerit: eum qui contestatus est cum uxore sua vel in domo, id est, mulieris, vel in domo adulteri, vel in propria, vel in parastico, liceat marito sine periculo suis manibus eum occidere. Si autem in alio loco eum deprehenderit cum uxore sua colloquium habentem convocatis tribus idoneis testibus, per quos possit probare apud iudicem invenisse eum cum uxore sua colloquium habentem, tradat eum iudici. Et si iudex invenerit post tres testationes suspectum hominem colloquutum fuisse mulieri nullo alio exquisito, quasi adulterum puniat. Marito autem liceat contra uxorem suam qualiter voluerit secundum legem crimen exequi. Si [4]) post tres testationes invenerit maritus uxorem in sancto loco cum suspecto homine colloquium habentem, tradat ambos ecclesiae defensoribus vel aliis clericis, ut separatim custodiantur periculo defensoris vel aliorum clericorum, ut aditus iudex mittat ad religiosum civitatis episcopum, ut authoritate eius accipiat eos: et poenis contra adulteros positis, utrosque afficiat, et nullo alio requisito, nisi quod post tres contestationes*) inventus est cum muliere colloquutus. Est autem iustum neque adulterum neque raptores mulierum sanctis scriptis vendicari: et multo magis si de ipso adulterio inter sanctos loquutus est mulieri. Et generaliter diffinimus. Si quis invenerit uxorem suam vel filiam vel neptem vel nurum cum aliquo colloquium habentem, et suspicatus fuerit turpitudinis causa eos convenisse, liceat eos tradere vel defensori ecclesiae, vel aliis huius ecclesiae clericis periculo eorum separatim custodiendos, donec iudici innotescat: et ille secundum leges personas accipiat, et causam discutiat. Quae omnia huius constitutionis capitula valere sancimus, tam in futuro tempore quam in praeterito: nisi iudiciali calculo vel amicabili compositione causae decisae sunt.

Titulus XXXVII.

De haereditatibus quae ab intestato deferuntur.

Descendentes in haereditate ab intestato delata et ascendentibus et collateralibus cuiuscunque status sint praeferuntur. vel sic. In successione mortui patrisfamilias sive filiifamilias liberi eius si

1) Iul. cap. 389. 2) Iul. cap. 390.

3) Iul. cap. 391. 4) Iul. cap. 392. *) In marg. *denuntiationes.*

[illegible] Proximiore gradu [illegible] [illegible] expecta.

De[1]) haereditatibus quae ab intestato nobis deferuntur, [illegible] a veteribus conscriptae sunt, quas ab hoc tempore placet cessare, et praesentem legem in huiusmodi successionibus [illegible]. Nam ut simpliciter et sine ulla obscuritate divisionem huius causae per hanc constitutionem exponimus. Constat enim apud omnes cognationes tres ordines habere: quorum alius est ascendentium personarum, alius descendentium, alius ex latere venientium: quorum alii agnati sunt, alii cognati. Sed descendentium quidem ordinem aliis omnibus anteponimus, ut in successione ab intestato capienda potiora iura habeant aliis omnibus ascendentibus, et ex latere venientibus personis cuiuscunque fuerint sexus, qui ad successionem vocantur, cuiuscunque fuerint gradus nulla discretione habita utrum ex masculina progenie, an ex foeminina aediti sunt: et utrum filiifamilias sint, an patresfamilias. Licet enim filiusfamilias est is qui mortuus fuerit: attamen liberos eius omnibus aliis anteponimus, in his scilicet rebus, quae acquisitionem effugiunt: ut in proprietate capienda defuncto succedant, usufructu scilicet ad patrem perveniente: sic tamen ut contigerit unum ex descendentibus personis decedere, liberi ab eo relicti locum ipsius teneant: et tantum capiant: quantum pater ipsorum si vivus esset, accepturus fuisset: quam successionem veteres leges in stirpes vocant. unde si aliquem mori contigerit filio vel filia derelicta ex eo filio vel filia iam defuncto vel defuncta nepotibus vel neptibus relictis nepotes vel neptes una cum filio et filia successionem avi sui capere debent. nam in personis descendentibus gradus differentia nulla est, nec ulla discretio inducitur utrum masculi sint an foeminae: et utrum ex masculino sexu, an ex foeminino progeniti sunt: et utrum sui iuris, an alieni fuerint. Haec de personis descendentium.

Filio sine liberis defuncto succedunt pariter fratres et sorores forma hic descripta. vel sic. Defuncto sine liberis filio parentes si soli sint, succedunt salva gradus praerogativa, si pares in gradu sunt, pariter succedunt. paternis quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata. sed si cum parentibus fratres et sorores utroque latere defuncto coniuncti supersint, vocantur cum ascendentibus gradu proximis: ita ut portiones viriles fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus et patriae potestatis.

¶ De[2]) ascendentibus autem personis talis observatio teneat. Si enim decesserit aliquis intestatus nullo liberorum relicto, sed patre vel matre vel aliis ex ordine ascendentium, personis praeferantur omnibus qui ex latere veniunt, excepto fratre et sorore, quae ex utroque parente defuncto copulantur, secundum quod inferius declaratur. Sinautem multi ascendentes supersint: eos anteponimus, qui proximioris gradus fuerint, sive masculi sint, sive foeminae, sive ex masculino sexu, sive ex foeminino cognatione defuncti iungantur. Sinautem parem gradum cognationis obtineant: pariter vocabuntur: ut qui per patrem ascendunt, dimidiam portionem haereditatis accipiant quantuncunque inventi fuerint: qui autem per matrem ascendunt, alteram dimidiam accipiant quantuncunque sint: nisi forte fratres defuncti existant ex utroque parente eidem mortuo fratri suo copulati, vel sorores eodem iure coniunctae: tunc enim cum proximis parentibus ad haereditatem vocabuntur haereditate scilicet pro virili portione, id est, in capita inter omnes dividenda, quamvis pater et mater fuerint: ut tamen pater usumfructum patris ad filium vel filia pervenientis nullum habeat, sed pleno iure apud filium vel filiam maneat, nulla observanda differentia inter istas personas utrum masculini sexus an foemini sint: et utrum per masculinum sexum an foemininum defuncto cognatione iungantur. sed neque defuncto interest cui succedant, utrum sui an alieni iuris decessit.

Fratrum filii ex utroque latere coniuncti una cum defuncti fratribus et ascendentibus haereditatem in stirpes capiunt.

¶ Sancimus[3]) ex hoc tempore si quis intestatus decesserit fratribus relictis ex utroque parente sibi copulatis et filio ex fratre antea mortuo, qui et ipse ex utroque parente ei copulabatur vel aliquo ex personis ascendentibus simul omnes ad haereditatem vocari: et ascendentes personas non impedire fratris filios ad haereditatem defuncti capiendam. Et ut simpliciter dicamus, quem eis dedimus ordinem ascendentibus personis non suppositis, eundem eis praestamus, et si parentes existant eiusdem de cuius haereditate agitur.

Fratre mortuo descendentibus et ascendentibus non existentibus vocantur fratres utrinque coniuncti fratrisque praemortui filii in stirpes, qui etiam cum proximis ascendentibus succedunt si extant, quibus deficientibus vocantur fratres uno latere coniuncti.

¶ Reliquum[4]) est ut dispiciamus de tertio ordine, scilicet ex latere venientium personarum, qui in agnatos et cognatos dividitur: hac enim parte disposita plenissima constitutio erit. Si quis igitur decesserit, et neque descendentes neque ascendentes reliquerit: primum ad haereditatem vocamus fratres et sorores qui ex eodem patre et ex eadem matre progeniti vel progenitae sunt, ex quibus et mortuus aeditus est. talibus autem fratribus vel sororibus non superstitibus illos fratres vel sorores vocamus, qui ex uno parente defuncto copulantur, id est, sive per patrem sive per matrem. Quod si decesserit aliquis fratre vel sorore relicta, et ex alio fratre vel ex alia sorore iam defuncto vel defuncta liberis relectis cum avunculis suis vel patris vel liberi fratris vel sororis venient, et tantam capiant portionem, quantam pater eorum vel mater accepisset, si vivus vel viva fuisset. unde consequens est ut si ante mortuus frater tam ex patre quam ex matre copulatus fuisset ei qui modo defunctus est, alii autem fratres supersint vel sorores, qui ex matre tantum vel ex patre defuncto copulantur: praeferantur eis filius et filia eius qui utroque iure subnixi sunt. Et e contrario, si filius vel filia existat fratris vel sororis defuncti vel defunctae tantum uno iure coniuncti, alii autem fratres existant vel sorores utroque iure decorati: praeponan-

1) Iul. cap. 393. 2) Iul. cap. 394.

3) Iul. cap. 423. 4) Iul. cap. 395.

tur fratres filiis vel filiabus ante defuncti fratris vel sororis. Nulla enim differentia est utrum de haereditate masculi an foeminae quaeratur: et utrum masculi sunt qui inter se certant, an foeminae. Alia autem persona ex transverso gradu in loco defuncti parentis sui omnino non succedat, nisi fratris filiis: tunc autem cum avunculis suis vel patruis fratris vel sororis filii filiaeve vocantur, cum nullus ex ascendentibus personis defuncti supersit: tunc enim excludendos esse censemus. Quod si nullus ex ascendentibus sit: tunc fratris vel sororis filii quasi secundum gradum obtinentes, sic ad haereditatem defunctae personae vocentur. ideoque modis omnibus avunculis vel patruis defuncti praeponantur: quia illi tertium gradum cognationis obtinent.

Post fratres fratrumque filios qui gradu proximiores sunt vocantur. ut pares in gradu pariter admittantur, sublata masculorum et foeminarum differentia. Divisioque fiet in capita non in stirpes.

¶ Quod si neque fratres neque sorores neque filios vel filias fratrum vel sororum defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad successionem eius vocabitur secundum sui gradus praerogativam, ut qui proximior est, praeponatur. Quod si plures personae eundem gradum cognationis obtineant, et alii proximiores sint: in capita dividatur inter eos haereditas nulla differentia habenda utrum qui vocantur ad successionem defuncti masculi sive foemine, et utrum persona defuncta masculini an foeminini sexus fuerit. Nulla autem differentia sit agnationis et cognationis, sed solus sanguinis naturalis expectetur. nam cognatus proximior ulteriori agnato praeponitur. Haec de succes.

Mulieri quae secundas nuptias non contraxit, gaudeat usufructu donationis ante nuptias: proprietateque portionis fruatur, quam ab intestato cum filiis consequitur.

¶ Si[1]) mulier marito suo defraudata ad secundas non pervenerit nuptias, habeat quidem ante nuptias donationis usumfructum, secundum quod iam disposuimus. Lucretur autem portionem proprietatis tantum quantum numerus liberorum ei concedit, ut ipsa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de matribus diximus: hoc et de patribus intelligendum est, et de aliis personis ascendentibus: quae non ad secundas pervenerint nuptias.

Tutela legitima defertur secundum successionis gradum, ut qui prior gradu sit, tutor fiat, nulla agnationis et cognationis differentia servata foeminis exclusis praeter matrem et aviam, si nuptiis et velleiano abrenuntiant: quae tutelam gerere possunt, tutoribus legitimis et dativis sepositis.

¶ Ex[2]) his autem quae de haereditatibus ab intestato deferendis diximus, facile possumus intelligere quid de tutelis iuris sit. Nam quaecunque persona sive agnationis sive cognationis titulis decorata ad haereditatem impuberis si moriatur vocabitur: necesse est ut etiam tutelae onus suscipiat. Nam ibi tutelae gravamen imponendum est, ubi haereditas deferri speratur. Nam si multi eundem gradum proximiorem cognationis obtineant: omnes pariter ad tutelam vocantur exceptis foeminis et minoribus. XXV. annis: et his qui propter adversas rationes tutores esse non possunt: veluti milites et hi qui excusatione velati sunt. Mater autem vel avia si velit tutelam filiorum suorum gerere vel nepotum: non prohibetur, si tamen actis intervenientibus aliis nuptiis et Velleiano senatusconsulto renuntiaverit: haec enim facientes omnibus ex transverso venientibus cognatis sive agnatis praeponuntur in tutela solis cedentes testamentariis tutoribus. Ubi autem multi ex eodem gradu cognationis ad tutelam impuberis vocantur: convenire eos oportet apud competentem iudicem, ut ille unum vel plures ex iis qui ad administrationem pupilli sufficiunt, creet, quem ipsi vel quos ut pote idoneos elegerit et nominaverit, ut periculum ad omnes pertineat: et substantiae eorum tacitis hypothecae titulis pupillo obligentur. ¶ Haec[3]) autem quae de successionibus diximus, obtinere oportet in his personis, quae fidem catholicam sequuntur. Nam leges de haereticis positas nullo modo ex hac lege innovari patimur. Haec autem constitutio teneat in iis casibus qui ab initio Iulii mensis praesentis sextae indictionis contigerunt, vel postea contigerint. praecedentes enim causas quae emerserunt usque ad memoratum tempus veteribus legibus relinquimus, ut ex his dirimantur. Datum VII. Calend. Aug. VII. miliario Imp. Iustiniano.

Titulus XXXVIII.

Donatio propter nuptias insinuanda non est.

Donatio propter nuptias cuiuscunque quantitatis sit, insinuatione non eget.

Propter[4]) nuptias donatio insinuatione monumentorum non indigeat, quamvis supra quingentos solidos sit: sed valeat et in persona mulieris et in persona mariti sive ipse maritus conscripserit eandem donationem, sive alius pro eo, sive in persona mariti, sive in persona mulieris.

Titulus XXXIX.

Minor in testamento servos manumittere potest.

Minor ex quo testari valet, potest et servos manumittere.

Qui[5]) quartumdecimum annum aetatis impleverit, et testamentum facere potest: non impediatur in ultima voluntate servos (quamvis imperfectae aetatis sint) manumittere.

Titulus XL.

De appellationibus.

Tempus appellationis non currit: quando iudex in mora fuerit, quominus finis causae impositus sit.

Sancimus[6]) ut in provocationibus ultimo fatali die vel

1) Iul. cap. 425. 2) Iul. cap. 396.

3) Iul. cap. 397. 4) Iul. cap. 398. 5) Iul. cap. 399. 6) Iul. cap. 401.

utraque parte veniente, vel eo solo qui appellavit et manifestavit praesentiam illi magistratui qui de appellatione cogniturus est, vel consiliariis eius, vel eius qui lites introducunt, et iudex eum intra statutos dies recipere distulerit: nullum praeiudicium sit partibus vel uni ex his propter huius causam, sed provocationes tales legitimo calculo terminentur.

Appellare a praefecti praetorio sententia nulli licere: supplicare vero omnibus licere. quod si intra decendium supplicatio porrigatur: sententiam non nisi cum satisdatione executioni mandari posse: secus si post.

¶ Leges [1]) quidem nostrae praecipiunt ut contra sententias gloriosissimorum praefectorum praetorii cuiusque regionis provocatio non admittatur: sed certo temporis lapsu retractatio sententiae concedatur. Sed humanitatis ratione facultatem praestamus ei qui sententiam praefectorum gravatum esse putaverit libellos offerre, vel ipsi praefecto praetorio qui sententiam dixit, vel consiliariis eius, vel iis qui lites introducunt intra decem dies post sententiam prolatam: ut hoc subsequuto non aliter executioni sententia tradatur: nisi prius fideiussores idoneos dederit pars victrix de tanta quantitate reddenda, quanta sententia continet: ut si postea retractatione legitimo modo veniente calculus rescindatur: res adversariae parti cum legitimis augmentis restituantur. Quod si intra decem dies post sententiam prolatam libellus ab ea parte quae victa est, non porrigatur: et sine fideiussione quidem executio sententiae fiat: sed tamen ius retractationis integrum adversariae parti custodiatur: sibi imputatum eo quod intra decem dies libellum praestare secundum diffinitionem nostram non curaverit.

Titulus XLI.

De restitutione minoris quinque et viginti annis adversus aditionem haereditatis.

Minori petenti restitui ab haereditatis aditione quo modo providendum sit, hic habes.

Si[2]) Minor XXV. annis temere susceptam a se haereditatem habere noluerit, et in integrum restitutionem imploraverit. siquidem praesto sint omnes creditores haereditatis: vocentur iussione iudicis, et praesentibus eis restitutio petatur. Quod si vel omnes vel quidam ex ipsis absint: vocentur quidem legitimis praeconiis. sinautem intra tres menses non venerint: liceat adultis in integrum restitutionem impetrare sine periculo, ut tamen iudex qui praesidet, prospiciat ut debent res haereditariae mobiles vel immobiles servari quantitate scilicet earum per publicam discretionem actis intervenientibus manifestanda.

Titulus XLII.

De praescriptionibus.

***Possessor qui rem habuit a malae fidei possessore decennio inter praesentes, vicennio inter absentes praescribit, si verus dominus** resciverit: si autem ignoraverit, non nisi triginta annorum praescriptione tutus est.*

Si[3]) quis mala fide res alienas possidens vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit, is autem qui se dominum earum putat, sciens hoc testatione non denuntiaverit ei qui res receperit intra decennium inter praesentes, vel inter absentes intra vicennium: res firmiter apud emptorem vel qui donationem excepit, vel alio modo alienationis nactus est permaneat. quod si ignorante domino malaefidei possessor alienaverit: non aliter hoc praeiudicet domino: nisi XXX. annorum spatium transactum sit: quamvis is qui emit, vel alio modo alienationis nactus est, bonae fidei possessor fuerit.

Ei qui certo tempore praesens fuit, certo absens, in complenda praescriptione tantum temporis adiiciatur, quantum abfuit.

¶ Scimus[4]) quod inter praesentes longi temporis praescriptio decennium est: inter absentes autem vicennium. Quid ergo si in quibusdam annis praesto sit aliquis, in quibusdam autem affuerit? Dicimus tantum tempus illud decennio expleto adiiciendum esse quantum in absentia fuerit. Ea autem quae de temporali praescriptione constituimus non in praeteritis causis, sed in futuris casibus obtinere sancimus, qui post hanc legem emerserint.

Titulus XLIII.

De testamentis.

Testamentum valet si testator per se aut alium haeredum nomina scribat.

Nemo[5]) cogatur in suo testamento propria manu vel testium, nomina haeredum scribere, sed valeat testamentum ipsius sive per ipsum testatorem, sive per aliam qualemcunque personam nomen haeredis eius scribatur. si tamen aliam testamentorum observationem habeat.

Titulus XLIV.

De Falcidia.

Falcidiae locum non esse in re alienari prohibita a testatore.

Si[6]) quis testamentum fecerit, et rem immobilem familiae suae legaverit, vel aliae personae legati nomine reliquerit: et is specialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari, sed apud haeredes vel successores illius, cui res relicta est, permanere: in hoc legato iubemus Falcidiam legem omnino locum non habere: quia alienationem eius ipse prohibuit qui testatus est. haec autem obtinere iubemus in his casibus quos nec iudicialis calculus nec amicabilis compositio nec alius modus legitimus terminavit.

1) Iul. cap. 402. 2) Iul. cap. 403.

3) Iul. cap. 404. 4) Iul. cap. 405. 5) Iul. cap. 406. 6) Iul. cap. 408.

Titulus XLV.

De alienatione et emphyteusi rerum ecclesiae.

Praedium propter onus fiscale inutile solemnitate servata ecclesia potest alienare.

Nulli[1]) liceat monasterium alienare, ut in profanum statum transeat: sed liceat episcopos huiusmodi facinora emendare, et in pristinum statum locum reducere. Si quis autem ex praedictis locis excepta maiori ecclesia imperialis urbis possessionem habeat: tributis plurimis aggravatam ex qua nullus redditus sancto loco paratur, facultatem liberam damus administratoribus religiosi loci talem possessionem alienare quocunque modo putaverint commodum religioso loco facere monumentis, scilicet in tali alienatione faciendis apud illos a quibus administratores talium locorum praeponuntur vel creantur: et iurantur per divinas scripturas his qui de locis praepositi sunt, et maiore parte eorum qui ibi ministerium faciunt quod nulla proditione, nulla gratia, nulla circunscriptione alienatio fiat. oeconomis autem vel administratoribus vel chartulariis cuiusque religiosi loci et parentibus et liberis eorum et aliis qui vel cognatione vel iure nuptiarum eis copulantur, locationes vel emphyteuses vel emptiones vel hypothecas rerum immobilium apud eos religiosos locos pertinentium subire vel per se vel per interpositam personam sub iisdem poenis interdicimus, quas supra diximus. Scituris*) quod si tale aliquid perpetratum fuerit: et hoc ipsum invalidum erit, et omnem substantiam eorum qui coeperint, et oeconomorum et chartulariorum et administratorum quibus secundum praedictum modum copulatur in religiosam domum ex qua rem acceperint et post mortem eorum pervenire iubemus.

Qui rem ecclesiae conductam vel in emphyteusim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium non solverit, expelli potest: ut tamen solvat totius temporis pensionem, et id in quo rem deteriorem fecit, resarciat: non repetiturus, si quid nomine meliorationis impenderit. Et si non expellatur, quod debet, praestet. Si vero fugerit, ex rebus ipsius indemnitas ecclesiae pensetur.

¶ Si[2]) quis autem creditor*) vel emphyteuticarius rem quae ad locum religiosum pertinet deteriorem eam fecerit, vel per biennium emphyteuticum canonem sive mercedem non solverit: liceat religioso loco expellere eum de locatione vel emphyteuseos contractu, et exigere ab eo transacti temporis debitum canonem, et propter emponemata nullam ei competere actionem. Sinautem noluerint administratores religiosi loci eum expellere: id quod debet praestet, et teneat rem donec tempus statutum finiatur: et canonem secundum quod pactum est, praestet. quod si fugerit: liceat administratoribus religiosi loci indemnitatem servare ex rebus ipsius, et propter emponemata nullam timere actionem.

Res ecclesiae pro captivorum redemptione alienari possunt. Item Hierosolimorum ecclesiis res etiam immobiles iusto pretio alienare permittitur.

¶ Scimus[3]) ecclesiis dedisse et thomeos permittimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione: nisi ad hoc eis praestitae fuerint, ut nullo modo alienentur. Illud quoque concedimus ut Hierosolymitana sanctissima ecclesia licentiam habeat domus non in eadem civitate positas vendere non minori pretio quam expensionibus eorum qui per quinquaginta annos colligitur, ut ea aestimatione alius redditus melior comparetur. ¶ Si[4]) quis usus nomine rem immobilem ab ecclesia provinciali accipere velit: eodem iure et sub iisdem conditionibus accipiat, quas supra diximus in ecclesiis quae in imperiali civitate sunt, vel in territorio eius positae. Haec de rebus immobilibus.

Vasa sacra neque pignerari neque alienari possunt praeterquam in captivorum redemptionem et urgentis debiti solutionem, si superflua sint, et aliunde solvi non possint.

¶ Nam[5]) de sacris vasis cuiuscunque ecclesiae vel oratorii iam legem posuimus ut non liceat ea distrahere: nisi pretium eorum procedat in redemptionem captivorum. aliter enim vendi vel obligari non possunt. Sin autem religiosa domus habeat superflua vasa, quae nullum necessarium usum faciant: ipsa autem debitis praegravetur, et non sunt aliae mobiles res ex quibus possint debita solvi: licentiam concedimus actis intervenientibus secundum modum supra praefinitum memorata superflua vasa vel aliis religiosis locis, si hoc eis utile sit, vendere vel conflare: et similiter vendere, et eorum pretium debiti nomine dare ut res immobiles non alienentur.

Contrahentes contra formam huius constitutionis poena hic descripta subiaceant.

¶ Si[6]) contra ea quae diximus in praesenti lege contractus fiat in rebus mobilibus et immobilibus ad religiosam pertinentibus domum: iubemus reddi quidem ei religioso loco rem in quo tale aliquid secutum est cum medii temporis fructibus: maneat autem apud religiosum locum et pretium, et si quid remunerationis vel permutationis gratia vel alterius cuiuscunque canone nomine ei praestitum est. Quod si emphyteusis facta sit contra ea quae disposuimus: res quidem religioso loco reddantur: pactionem autem emphyteuticam praestet secundum tenorem instrumentorum, quae in hoc contractu composita fuerint. Quod si donata fuerit res ad religiosum locum pertinens: reddatur ei cum medii temporis fructibus, et aliud tantundem quantum eadem res digna est. Sinautem hypotheca contra praedictas distinctiones data fuerit: creditor quidem debitum amittat, et rem religioso loco reddat. Tabelliones autem qui contra praesentem legem instrumenta componere ausi fuerint perpetuo exilio condemnentur. Quicquid[7]) ante praesentem legem factum est, si quidem secundum

1) Iul. cap. 411. *) Iul. cap 409. prope fin. 2) Iul. cap. 412. *) In marg. alias conductor.

3) Iul. cap. 413. 4) Iul. cap. 415. 5) Iul. cap. 416, 6) Iul. cap. 417. 7) Iul. cap. 418.

leges veteres valeat. Sinautem adversatur eis: radicitus eruatur. De caetero autem veteribus legibus in hac parte evacuatis praesentem legem in nostra republica pollere iubemus.

Titulus XLVI.

Ut iudices non expectent sacras iussiones, sed quae videntur eis decernant.

Iudices ad principem non referant, sed ut sibi ipsis videbitur causam terminent

Iudex [1]) sententiam diffinitivam et suo arbitrio consentaneam legibus promat: et non utatur iudicatione ad nostram clementiam, nec referat: sed quod sibi visum fuerit legitimum, dicat postquam perfectissime de lite cognoverit: quae similiter obtinere iubemus, si unus sive duo sive plures iudices fuerint.

Titulus XLVII.

Donatio propter nuptias quando insinuationi subiaceat.

Donatio propter nuptias insinuatione non nisi quingentorum aureorum quantitatem exedat, eget.

Si [2]) propter nuptias donatio quingentorum solidorum quantitatem excedat: intimari eam iubemus monumentis post hac celebrandis in hac quidem regia civitate apud magistrum census. in provinciis autem apud defensores civitatum, vel apud quos haec monumenta agi possibile est. sinautem non insinuetur: siquidem ex parte mulieris propter nuptias donatio valeat, ex parte autem mariti irrita sit et ideo matrimonio soluto mulieri quidem ante nuptias donatio sive ex toto sive ex parte, secundum quod casus tulerit: sine ullo obstaculo competat. marito autem dotis retentio sive ex parte sive in totum secundum eventus qualitatem nullo modo concedatur: quia in potestate eius fuerat propter nuptias donationem ultra quingentos solidos constitutam actis insinuare. et ideo periculum non intimare propter nuptias donationis ad ipsum non ad mulierem respiciat.

Titulus XLVIII.

Matrimonium sine causa dissolvendum non esse.

Matrimonium dissolvere non nisi cum causae cognitione coniugatis licere.

In [3]) superioribus posita est constitutio, qua cavetur ne uxori maritus vel marito uxor sine causa ei constitutioni cognita matrimonium dissolvere audeat. Quod si hoc ausi fuerint facinus perpetrare: poenis quibusdam eos subiicimus. Ipsis autem poenis revelamus maritum graviori animadversione mulieribus imposita. Sed hanc legem merito corrigentes iubemus sub iisdem poenis temerarios maritos subiiciendos esse quae mulieribus nitentibus discedere sine causa legitima minime noscuntur: ut in pari delicto par poena utrisque comitetur.

Titulus XLIX.

De episcopis et clericis.

Donare ecclesiae cui praeficitur episcopo omnia sua bona licere. Vel sic. Episcopi consecrati quid suis ecclesiis praestare teneantur.

Si [4]) quis post episcopatum vel ante consecrationem voluerit proprias res vel earum partem ecclesiae offerre cuius episcopus erit, hoc laudabile est: quia non est emptio sed oblatio. Pro consuetudine autem illa sola concedimus praestari ab episcopis consecratis, qui deinceps praesenti lege continentur. Iubemus igitur beatissimum quidem patriarcham, id est, papam Romanum et Constantinopolitanum et Alexandrinum et Theopolitanum, id est, Antiochenum et Ierosolimitanum (si quidem consuetudo est episcopis vel clericis in eorum consecratione) non minus quam viginti libras auri praestari, eaque tamen dare quae consuetudo vult. quod si plus sit quam antea dabatur: nihil ad hoc tempus ultra viginti libras auri praestetur. Metropolitanus autem qui a concilio suo vel beatissimis patriarchis creatur: et omnes alios episcopos qui vel a patriarchis vel a metropolitanis consecrantur: siquidem nons minus triginta libras auri debita habet ecclesia consecrati dare pro cathedratico solidos centum. notarii autem consecrati et alii qui ministerium ei faciunt ex consuetudine, capiant solidos trecentos. Sinautem ecclesiae redditus minor sit. XXX. libris auri annalibus: non minor autem decem pro cathedratico iure dari solidos centum: aliis autem omnibus qui ex consuetudine capiunt sol. CC. Sinautem redditus minor sit decem non minus autem quinque libr. auri pro cathedratico quidem quinquaginta solid. dare autem omnibus aliis qui ex consuetudine capiunt sol. septuaginta. Sinautem minor quidem quinque non minor autem tribus libr. auri habeat ecclesia redditus pro cathedratico quidem XVIII. sol. omnibus autem qui ex consuetudine capiunt sol. XXIII. Sinautem minor tribus non minor duabus auri libr. sit quantitas ecclesiastici redditus pro cathedratico quidem praestari XII. pro omni autem alia consuetudine sol. VI. Episcopum enim ecclesiae minorem duabus auri libr. redditum habentis neque pro cathedraticis neque pro alia consuetudine aliquid dare concedimus. Ea autem quae praestari disposuimus, primus presbyter consecratus episcopus et archidiaconus eius suscipientes ex consuetudine capientibus divident. Haec itaque iubemus modis omnibus observari, ne ex talibus occasionibus ecclesiae debitis praegraventur, et sacerdotia venalia fiant. Si quis autem ultra statutam a nobis quantitatem pro cathedratico vel consuetudine quacunque usus fuerit capere: iubemus eius quod plus accepit triplum ex rebus ipsius vendicari ecclesiae eius qui dedit.

1) Iul. cap. 419. 2) Iul. cap. 424. 3) Iul. cap. 426. 4) Iul. cap. 431.

Qui in episcopum praeficitur a servitute et patria potestate liberatur, suique iuris efficitur, Vel sic. Episcopalis ordo liberat a fortuna servili vel adscriptitia, sed non a curiali sive officiali.

¶ Consecratio[1]) episcopi liberum faciat eum tam servili quam adscriptitia conditione: nisi taxeoto sit vel curialis, qui contra praedictam distinctionem ad episcopatus apicem prosiluerit: officio interim et curiae restitui sancimus ne ex tali conditione sacerdotio iniuria fiat. Illos autem qui ante nostram praesentem legem ex curiali conditione inventi fuerint episcopi creati: tali quidem conditione liberos esse. Legitimam autem portionem de rebus suis curiae ex publico praestet: sic tamen ut nullam diminutionem patiantur ecclesiastica iura in rebus quas post episcopatum acquisitas ecclesiae eorum competere disposuimus.

Presbyteris diaconis et subdiaconis tutelae munus suscipere cognationis ratione licere.

¶ Presbyter[2]), diaconus, subdiaconus iure cognationis ad tutelam vel curationem vocatus munus administrationis in hoc casu tantum suscipere concedatur. si tamen intra quatuor menses ab eo die quo vocatus est, numerandos per competentem iudicem in scriptis manifestaverit, quod hoc munus sua sponte recepit. Si quis eorum hoc fecerit: nullum ex hoc circa aliam tutelam vel curationem praeiudicium patiatur.

Clericos personalium munerum expertes esse debere.

¶ Clericus[3]) neque executor neque exactor publicorum fiat tributorum, neque conductor vectigalium vel aliarum possessionum, vel curator domus, vel procurator litis, vel fideiussor in talibus causis sive episcopus sit sive oeconomus vel alius clericus cuiuscunque gradus, vel monachus suo autem nomine vel ecclesiae vel monasterii in causa existat, nec exactio ecclesiae et sanctis locis damnum faciat, et divina mysteria impediantur. quod si ecclesiis vel monasteriis possessiones quaedam adiacentes inveniantur, et noluerint administratores eorum venerabilium locorum ad conductionem vel emphyteusim eas capere: certe esse omnibus clericis et monachis super talibus causis vel instrumento vel publicis monumentis consentientibus, et certum facientibus pro utilitate venerabilium locorum hoc fieri tales contractus procedere concedimus, ipsis quoque sanctis aliis sanctis et locis damus facultatem conductiones et emphyteuseos secum facere. et clericis similiter suarum ecclesiarum possessiones conducere, administrare et sensu tamen episcopi et oeconomi exceptis illis personis, qui speciali lege hoc facere prohibentur. Si quis autem contra praedicta aliquid fecerit: siquidem episcopus sit, omnes eius res ex quacunque causa vel persona vel ante episcopatum sive postea ad eum pervenerint ecclesiae eius vindicari sancimus. Sinautem vel oeconomi vel alii clerici sint qui hoc admiserunt, poenam eos pecuniariam quam episcopus eorum aestimaverit, exigere ecclesiae vindicandam, cum et ii qui locationem vectigalium vel cuiuscunque possessionis vel publicorum tributorum exactionem vel actionem vel curationem domus eius committentes vel fideiussores et pro memoratis causis capientes nullam contra ecclesiam vel monasterium vel res eius vel administrationis vel adversus illas personas quibus vendiderunt vel contra substantias vel fideiussores eorum habeant actionem. illi autem qui publicorum tributorum vel vectigalium exceptionem vel locationem vel exactionem memoratis personis crediderint vel fideiussores acceperint: quicquid publico damni contigerit, hoc de sua substantia restituere compellantur.

Iudices testimonii dicendi occasione episcopos in ius vocare non debere: sed ad eos auctuarium causae mittere, ut testationem excipiat.

¶ Nullus[4]) episcopus cogatur ad iudicium venire testimonii dicendi causa sed iudex apud episcopum mittat ministros suos: et propositis sanctis evangeliis quod scit episcopus, dicat secundum hoc quod sacerdotibus honestum est.

Episcopus ante iudicem secularem trahi non nisi principe iubente licere: et quae poena eos maneat, qui huic constitutioni non obsecundarint.

¶ Nullus[5]) episcopus neque pro civili neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem producatur vel exhibeatur, nisi imperialis iussio praecesserit. Magistratus enim qui hoc iure ausus fuerit: amissione cinguli et XX. librarum auri condemnatione plectetur, et istae XX. librae ecclesiae addicentur, cuius episcopus produci vel exhiberi iussus est. Litis autem executio post cinguli amissionem tormentis subiiciatur, et in exilium mittatur.

Patriarchae metropolitani et episcopi eos qui sibi ipsis subsunt, nedum semel sed et pluries convocare tenentur: ut quid agendum sit, provideant.

¶ Unusquisque[6]) episcopus vel patriarcha vel metropolitanus subiectos sibi episcopos semel aut bis per singulos annos apud se convocare debet, et omnes causas subtiliter cognoscere quas episcopi, vel clerici, vel monachi secum habent, easque componere. et si quid circa canones ex quacunque persona admissum est, emendare.

Aliquem excommunicare nisi iusta subsistente causa, neque episcopis neque presbyteris licere. item nec animadvertere.

¶ Nemo[7]) episcopus neque presbyter excommunicet aliquem ante quam causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus ea excommunicaverit aliquem: ille quidem qui excommunicatus est maioris sacerdotis authoritate ad gratiam sanctae communionis redeat: is autem qui non legitime excommunicavit, intantum episcopus abstineat a sacra communione quantum maiori sacerdoti visum fuerit, ut quod iniuste fecit, ipse patiatur. ¶ Non[8]) liceat episcopo manibus suis aliquem caedere. Hoc enim alienum est a sacerdote.

Quales esse debent, qui divino ministerio praeficiendi sunt.

1) Iul. cap. 432. 2) Iul. cap. 433. 3) Iul. cap. 434.

4) Iul. cap. 435. 5) Iul. cap. 436. 6) Iul. cap. 438. 7) Iul. cap. 441. 8) Iul. cap. 442.

¶ Nulli[1]) alium clericum concedimus creari: nisi eum qui literas scit, et rectam fidem et vitam honestam habeat: neque concubinam vel naturales liberos habeat vel habuerit, sed castitate praeditum, vel uxorem legitimam et ipsam unam et primam habentem, vel si iam habuerit et neque viduam neque disiunctam a marito neque aliis legibus vel divinis canonibus reprobatam. ¶ Nullus[2]) neque ex xenodochiis neque ptocotrophiis neque nosocomiis neque aliae religiosae domus administrator vel cuiuscunque curae ecclesiasticae gestor praestet aliquid ei a quo proponitur, vel cuicunque personae pro commissa sibi administratione. qui autem propter hoc quae disposuimus dederit vel acceperit vel mediator factus fuerit, sacerdotio vel clero vel commissa sibi administratione cuius propter hoc nudabitur, his quae data sunt vendicandis loco religioso talis persona consecrationem vel curam vel administrationem accepit. Sinautem laicus sit, qui accepit vel mediator factus est, duplum ab eo exigatur: et religioso loco in quo talis persona administrationem vel consecrationem vel curam accepit, praestetur.

Servus domino sciente et non contradicente clericus fieri potest, ignorante vero non.

¶ Si[3]) servus sciente et non contradicente domino in clero sortitus sit: ex hoc ipse liber et ingenuus fiat. Si enim ignorante domino consecratio facta fuerit: liceat domino intra annum tantum conditionem probare, et proprium servum recipere. Sinautem servus sciente vel ignorante domino secundum ea quae diximus ex ipso honore clericatus libertatem meritus postea autem ministerium ecclesiasticum reliquerit, et ad laicorum vitam transierit domino suo in servitio tradatur.

Adscriptitii praeter dominorum voluntatem ordinari possunt.

¶ Adscriptitius[4]) in ipsis tantum possessionibus in quibus censitus est clericus fiat, quamvis invito domino hoc fuerit factum: sic tamen ut etiam clericus factus impositam sibi culturam impleat.

Aedificatoribus ecclesiarum clericos in illis creare non nisi dignos, et sumptus illis ministrentur, licere. Si creati indigni appareant, expelluntur aliis in ipsorum locum per episcopum suffectis.

¶ Si[5]) quis oratorium in domo aedificaverit, et ipse vel haeredes eius clericos in ipsa domo consecrare maluerit, sumptus ministrantibus in eadem domo audiantur si dignos notaverint clericos. Sinautem illi tales sint ut divinis canonibus non comprobentur, ad episcopum pertinebit alios clericos eligere idoneos.

Clerici in ecclesiis quibus praefecti sunt et residere et ministerium praestare tenentur.

¶ Sancimus[6]) ut reverendissimi clerici suis observant ecclesiis: et ibi competens ecclesiasticum impleant ministerium: idque inquirere debet civitatis religiosissimus episcopus, et in singulis gradibus ecclesiastici primatis, et qui non custodierint canones, poenis subiiciantur.

Clerici licet sub potestate sint de peculio quasi castrensi et inter vivos et in ultima voluntate disponere possunt liberis et parentibus legitima servata.

¶ Episcopi[7]), presbyteri, diacones et subdiacones (quos omnes clericos vocamus) res quocunque modo in eorum dominio pervenientes habent in propria potestate ad similitudinem castrensis peculii, ut liceat eis donare, et secundum leges testari, quamvis in parentum suorum fuerint potestate: sic tamen ut horum liberi, aut his non superstitibus parentes eorum legitimam portionem capiant.

Poenae quibus subiiciuntur presbyteri vel alii clerici qui falsum tulerunt testimonium.

¶ Presbyteri[8]) et diacones si in causa pecuniaria falsum testimonium dixerint: non tormentis subiiciantur, sed per tres annos separentur a divino ministerio et monasteriis tradantur. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint: clericatus honore nudati legitimis poenis subiiciantur: caeteri autem in alio ordine ecclesiastico reiect coertionibus subiiciantur.

Clerici et monachi tam in causis civilibus quam criminalibus coram quibus conveniendi sunt.

¶ Si[9]) quis contra clericos vel monachos vel diaconissam vel monastriam vel ascetriam habeat aliquam actionem, adeat prius religiosissimum episcopum, cui eorum unusquisque subiectus est: et ille rem inter ipsos discernat. et siquidem utraque pars iudicatis non acquiescat: iubemus per praesidem locorum causam executioni plenissime tradi. Sinautem unus ex litigatoribus intra decem dies contradixerit iudicatis: tunc locorum praeses rem cognoscat: et si invenerit iudicium recte prolatum, et suo calculo hoc confirmet, et executioni iudicata tradat: non liceat ei quibus in tali re victus est, provocare. Sinautem calculus praesidis contrarius sit episcopali calculo: tunc locum habeat appellatio contra calculum praesidis, et ea secundum legis ordinem referatur et exerceatur. Sinautem ex imperiali vel iudiciali iussione episcopus iudicaverit inter qualescunque personas: provocatio ad Imperatorem vel iudicem qui iussit, referatur. Si autem crimen sit quod adversus memoratas personas reverendissimas referatur: si quidem apud episcopum aliquis accusetur, et ipse veritatem invenire potuerit: de honore vel gradu eum secundum ecclesiasticos canones reiiciat et tunc competens iudex comprehendat ipsum, et secundum leges legitime discernat, et finem rei imponat. Sinautem prius ad civilem praesidem accusatur: et crimen per legitimam disceptationem potuerit probare: tunc episcopo locorum monumenta intimentur: et si ex ipsis cognitum fuerit proposita crimina eum admisisse: tunc ipse episcopus locorum secundum regulas de honore vel gradu quem sustinet, eum separet:

1) Iul. cap. 444. 2) Iul. cap. 452. 3) Iul. cap. 454. 4) Iul. cap. 455. 5) Iul. cap. 456. 6) Iul. cap. 457. 7) Iul. cap. 458. 8) Iul. cap. 459. 9) Iul. cap. 460.

iudex autem ei vindictam inferat legibus competentem. Sinautem putaverit episcopus acta non iuste constitisse: liceat ei honoris expoliationem differre gradus: nisi talis persona sub legitima cautela fiat, et ita ad nos causa per episcopum et iudicem referatur, ut eam nos cognoscentes quod nobis iustum visum fuerit, hoc iubeamus. Si quis autem pro pecuniaria causa contra praedictas personas aliquam habuerit actionem, et episcopus distulerit in eos iudicare: licentiam habeat actor civilem praesidem adire: sic tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed tantum permissionem sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Sin autem in criminali causa accusatio contra memoratas personas deponatur, sub legitima cautela accusata persona fiat. ¶ Si [1]) de negotio ecclesiastico vel canonico causa emerserit: non magistratus sed religiosus episcopus secundum sacros canones componat negotio finem.

Metropolitanum de episcoporum dissidiis cognoscere debere.

¶ Si [2]) inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerserit de ecclesiastico iure vel de aliis negotiis: primus metropolitanus eorum cum aliis quibusdam concilii sui considerans rem iudicet. et si non acquiescat utraque pars iudicatis: tunc beatissimus patriarcha illius regionis inter ipsos audiat, et quod ecclesiasticis canonibus et legibus nostris consentaneum sit, hoc definiatur: et nulla pars calculo eius valeat contradicere.

Clericus si dissidii nonnihil cum episcopo habeat: metropolitano referat: si metropolitano, patriarchae.

¶ Si [3]) clericus vel quivis alius contra episcopum propter qualencunque causam potestatem adire maluerit: prius metropolitanus eorum secundum sanctas regulas et nostras leges negotium discernat: et si quis iudicatis contradixerit, ad patriarchas illius regionis res referatur: et ille secundum canones et leges finem ei praebeat. ¶ Si [4]) contra metropolitanum adire quispiam velit: regionis illius patriarcha negotium discernat.

Episcopus si in ius vocetur, ut caveat, ne quidem oportet.

¶ Quicunque [5]) episcopus apud quem iudicem accusatus fuerit omnino nullam neque fideiussionem, neque promissionem litigio facere compellatur: sic tamen ut operam daret intentionem et causas actionis dissolvere.

Oeconomus et similes rationes reddere coram episcopo tenetur: et laesus sit, ab ipso ad patriarcham appellare potest. De cuius haeredibus simile iudicium habeas.

¶ Oeconomus [6]) et xenodochus et nosocomus et aliorum sanctorum administrationem locorum habentes, et omnes clericos iubemus de administrationibus sibi commissis ad proprium episcopum cui subiecti sunt, respondere, et rationes suae administrationis reddere: negotiationem suscipere: et si quid ab his debitum fuerit comprobatum, hoc eidem loco reddatur, ex cuius administratione debitum apparuerit. Sinautem putaverint se praegravatos post exactiones metropolitanus rem discernat. Sinautem metropolitanus non sit de civitate qui exigit, et ille qui exactionem passus est putaverit se laesum fuisse administrationis illius laetissimus patriarcha rem discernat. Non enim concedimus antefatis primis in praememoratis causis ante disceptationem et exactionem debitos suos episcopos deserere, et in alium pervenire. ¶ Si [7]) quis ex his quibus administratio religiosi loci commissa antequam rationes exponat et debitam a se quantitatem exolvat, decesserit: haeredes eius substantiae rationibus et exactionibus subiiciuntur.

Episcopi ubi deliquerunt conveniri debent: nisi alio loco lis contestata sit. Vel sic. Episcopi delicti ratione forum sortiuntur.

¶ Si [8]) episcopus vel quivis clericus in civitate Constantinopolitana inveniatur ex quacunque provincia, et aliquis voluerit adversus eum actiones movere: siquidem iam de ea re litis contestatio facta est, in provinciali iudicio, ibi experiatur, id est, in ea provincia in qua contestata est. Sinautem nondum coepta est apud eminentissimos tantum praefectus praetorii peragatur, vel apud eos iudices quos nostra iussio deputaverit.

Eadem lege convenitur quis, qua ius sibi tribui postulat. Vel sic. Apochrisarii missi ad metropolitanum vel patriarcham in ius vocari non debent: nisi mandatum habuerint, aut alios convenerint, aut ibi contraxerint.

¶ Nullus [9]) Apochrisarius cuiuscunque ecclesiae sive in hac civitate degens, sive apud patriarcham vel metropolitanos episcopos missus pro suo episcopo, vel pro negotio ecclesiastico, vel pro debito publico sive privato aliquam exactionem patiatur: nisi forte mandatum est ab episcopis vel oeconomis quosdam convenire. ipsis enim solis qui conveniuntur facultatem damus, ut si quas actiones habent contra ecclesiam vel episcopum adversus apochrisarios eas movere. Si tamen obligaverint se in eo tempore apochrisarii officium peragent: et pro his causis actionem suscipiant.

Episcopi vel clerici legationis tempore conveniendi non sunt.

¶ Episcopi [10]) vel clerici pro civitate vel ecclesia sua legationem vel consecrationes ab episcopis sive in imperiali civitate, sive in quocunque loco pervenientes nullam molestiam vel repulsam a quacunque persona patiuntur. nam qui obnoxios eos habere potuerit, postquam in provincia revertantur pulsare eos potuerit, nullum praeiudicium generando in temporali praescriptione, propter tempus quod in tali profectione transactum est.

Monasterium et agere et defendere tenetur per procuratorem sportularum quantitate legitima servata. et qui ampliores sportulas quam debeat exigit: duplum a quo exegit, praestet oportet.

¶ Si [11]) quando causa emerserit, ut admonitio vel executio afferatur pro pecuniaria causa vel criminali sive publica sive privata clerico vel monacho, vel cuicunque ex

1) Iul. cap. 461. 2) Iul. cap. 462. 3) Iul. cap. 463. 4) Iul. cap. 464. 5) Iul. cap. 465. 6) Iul. cap. 466.

7) Iul. cap. 467. 8) Iul. cap. 468. 9) Iul. cap. 469. 10) Iul. cap. 470. 11) Iul. cap. 471.

monasterio, et maxime mulieribus sine iniuria et cum omni honore admonitio vel actio fiat: monachi autem vel assisterii a monasterio vel assisterio non detrahatur, sed procuratorem ab his proponi, qui negotio respondebit. monachis autem liceat sive per se sive per procuratores suos assisterii causas peragere, scientes eos qui transgressores erunt, quod poenam quinque librarum auri praestabunt, quam debet exigere ab eo vir magnificus comes privatarum rerum, executionem autem et periculum patiatur, et in exilium mittatur religiosis locorum episcopis prospicientibus ut nihil contrarium fiat: vel si quid peccatum fuerit praedicta coërtio fiat. praeside autem differente vindictam imponere, ad nostram scientiam episcopus referat. ¶ Si [1]) quis sportularum nomine quacunque persona in quocunque loco constituta: tunc diaconissa et monachis et ascetriis et monachae pro quacunque criminali causa vel pecuniaria cuiuscunque sit quantitatis sive clerico sive laico militante admonitionem susceperint, sive in Imperiali civitate, sive in provinciis quibus degunt non plures quam quatuor siliquas accipiat, sive extra iussionem, sive a praeside, sive a beatissimo patriarcha missus est executor in alias causas admonitionem obtulerit, alicui de memoratis personis non ultra solidum accipiat. et si plures pro una eademque causa conventi fuerint: non plus sportularum nomine praestet, quam si una persona conventa fuisset. ¶ Si [2]) quis adversus nostra statuta sportulas exigere fuerit ausus: in duplum quod acceperit praestet ei a quo exegit: et si quidem militat, amittit cingulum: sinautem clericus sit, e clero expellatur.

Presbyteris et clericis non uxoratis mulieres habere non licere praeter matrem filiam sororem et alias personas non suspectas.

¶ Presbyteris [3]) et diaconibus et subdiaconibus et aliis in clero constitutis non habentibus uxores secundum regulas interdicimus habere mulierem in domo sua excepta matre et filia et sorore et aliis personis, quae omnem querelam effugiunt. Si quis autem adversus istam observationem mulierem in domo sua habuerit quae potest suspitionem inferre turpitudinis: et ille a conclericis suis audierit oportere e sua domo repellere, vel accusatore emergente accusatus fuerit inhoneste versari: tunc episcopus secundum ecclesiasticos canones a clero eum repellat, et curiae civitatis cuius clericus est, eum tradat.

Episcopum mulierem habere non nisi episcopatu privari velit, licere.

¶ Nullus [4]) episcopus cum muliere habitet. Sinautem probatus fuerit hoc non observasse episcopatus honore reiiciatur: quia ipse se indignum sacerdotio ostendit.

Diaconissis cum viris ex quibus suspitio oriri potest, habitare prohibetur.

¶ Caveant [5]) diaconissae cum masculis habitare per quos inhonestae vitae suspicio possit emergere. Sinautem non observaverint hoc: sacerdotis cui subiectae sunt, admonitione abstineant masculorum conversatione. Sinautem distulerint facere: ecclesiastico ministerio et suis beneficiis et salariis careant: et monasterio tradantur, et omnem vitam suam ibi peragant. res autem earum siquidem liberos habeant inter ipsos et illos secundum numerum personarum dividantur, ut competens eidem mulieri portio monasterio addicatur ut alatur. Sinautem, non habeat liberos tota ipsius substantia inter monasterium ubi immissa est, et ecclesia ubi prius fuerat, aequa portione dividatur.

Iniuria sacerdotibus illata dum sacra peragerent, quomodo vindicanda sit.

¶ Si [6]) quis divinis ministeriis vel aliis sanctis ministeriis celebrandis in sanctam intraverit ecclesiam, et episcopo vel clericis et aliis ministris iniuriam fecerit: iubemus eum tormentis subiectum in exilium mitti. Et si ipsa sancta oratoria vel ministeria conturbaverit, vel celebrare noluerit, prohibueritve, capitali supplicio puniatur: hoc eodem observando et in letaniis in quibus episcopi vel clerici inveniuntur. et siquidem contumeliam tantum fecerit: tormentis subiectus exilio tradatur. Sinautem letanias conturbaverit: capitale periculum subsistat: eaque defendere volumus non solum civiles, sed etiam militares iudices.

Letanias laycis facere non nisi cum episcopo aut clerico licere.

¶ Non [7]) liceat laycis letanias facere sine episcopo et clericis qui sub episcopo sunt. sanctas quoque cruces quas in letanias portant, in sanctis locis reponi iubemus: et ex his proferri si letaniae tempore vocaverit: eaque observent non solum antistites locorum et clerici, sed etiam magistratus. Si quis autem in praesentis legis vim transgressus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit, praedictas poenas patiatur.

Titulus L.

De monachis et monasteriis.

Eum in abbatem monachi eligant, quem norunt fide rectum, vita castum, et qui monasterio recte provideat. quod et in abbatissa servetur oportet.

Restat [8]) ut de monachis dicamus. Igitur sancimus ut abbates sive archimandrita singulis monasteriis praeponantur: non secundum gradus monachorum, sed quem cuncti monachi vel melioris opinionis constituti elegerint propositis sanctis evangeliis dicentes quod non propter amicitiam vel gratiam, sed scientes eum fidei rectae et vitae castae et administratione dignum, et potentem monachorum disciplina, et omnem monasterii statum utiliter custodire elegerunt. et si electus fuerit modis omnibus confirmetur ab episcopo, cui monasterium subiectum est. Quae autem de monasteriis diximus monachorum: eadem teneant et in monasteriis vel asceteriis mulierum.

Ignotus qui monachus vult fieri, non nisi tribus annis elapsis ordinetur, notus vero incontinenti.

---

1) Iul. cap. 472. 2) Iul. cap. 474. 3) Iul. cap. 475. 4) Iul. cap. 476. 5) Iul. cap. 477.

6) Iul. cap. 478. 7) Iul. cap. 479. 8) Iul. cap. 480.

¶ Si[1]) quis monachus esse velit: siquidem notus sit nulla conditione subiectus esse Egumenii monasterii quomodo existimaverit habitum ei praestet. Si autem incognitus sit, per tres annos habitum ei non praestet, sed experimentum et probationem vitae ipsius accipiat: et siquidem intra triennium venerit aliquis dicens eum servum suum esse ut adscriptitium vel colonum, et ideo ad monasterium venisse, ut culturam agrorum fugeret, vel propter furta vel alia delicta in monasterium intrasse, eaque fuerint approbata: domino suo reddatur cum ea re quam in monasterium duxisse probatur, ut tamen fidem prius accipiat a domino suo quod nihil patiatur. Sinautem intra triennium nemo ex suprascriptis personis inquietaverit eum, et hic transacto triennio probatum se Egumeno ostenderit: tunc accipiat habitum, et nemo eum postea pro conditione inquietet: sic tamen ut res quas in monasterio duxit domino restituantur. Sinautem monasterium reliquerit: et laycus fiat, vel in civitatibus magis deambulet: suae conditioni reddatur.

Monachis habitatio una sufficiat. dormiant non semoti, separatim tamen in uno habitaculo.

¶ Monachi[2]) in una domo habitent, semoti vero dormiant, nisi forte quidam ex his propter prolixam in monasterio exercitationem semoti velint vivere vel senectutis vel corporalis imbecilitatis causa in cellulis quibusdam intra monasterium degerint: et hoc tamen non tuta voluntate egumenii fiant ex his omnibus et in monasteriis et in asceteriis mulierum observandis.

Viri et foeminae in eodem monasterio ne habitent sed separentur. Apocrisarius monachis foeminis ab episcopo deputetur.

¶ In[3]) nullo loco monachos et monachas permittimus unum monasterium habere: sed nec ea quae duplicia vocant. et si quid tale est: religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco statuat manere. monachos autem aliud monasterium aedificare sibi cogat. Sinautem plura sint alia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachae, et in aliis monachi. Res autem quas habent communes secundum iura eis competentia distribuantur. Quem autem monachae presbyterum vel diaconum elegerint, ut eum apocrisarium habeant vel sanctam communionem afferat religiosus episcopus, cui subiectae sunt deputet: si tamen et fidei rectae et vitae bonae sit. si autem his quem elegerunt neque presbyter neque diaconus sit probatus tamen in castitate et fide consecret eum episcopus in illa consecratione qua dignus sit: et fiat apocrisarius, et sanctae communionis minister: sic tamen ut nec ipse habeat licentiam, quamvis sit electus, in monasterium mulierum permanere.

Si rogatus de restituendo, si nuptias non contraxerit, vel liberos non habuerit, ingrediatur monasterium: fideicommissum extinguitur: nisi loco religioso vel venerabili restitui debeat.

¶ Si[4]) quis sub conditione nuptiarum vel liberorum vel dotis causa vel ante nuptias donationis donaverit vel reliquerit suis liberis, vel alii cuicunque personae haereditatem vel legatum vel ab initio pure reliquerit vel donaverit, substitutiones autem vel restitutiones eis fecerit, sub conditione quacunque ex his quae praedictae sunt: iubemus talibus conditionibus subiici sive masculi sint, sive foeminae. si monasterium intraverint, vel clerici vel diaconissae vel ascetriae fuerint tales conditiones irritas et pro non scriptis esse. hoc autem auxilio clerici vel diaconissae ecclesiarum fugantur si in eadem vita perseveraverint, et ea quae sic eis donata vel relicta fuerint in pias causas consumpserint, vel donaverint, vel reliquerint: non de his quae in monasterium vel asceterium intraverint certa forma constituta est, ut totum patrimonium eorum cum huiusmodi rebus ad monasterium vel asceterium pertineant. Si autem ad redemptionem captivorum vel alimonias substitutio vel restitutio facta est: sub antefatis conditionibus ex nullo modo praedicto reduci eam concedimus.

Ingressus monasterii ei qui liberos habet, disponendi facultatem non tollit: quibus legitima minui non potest: augeri vero potest virili portione retenta. Si non providerit, legitimam tantum portionem accipiant.

¶ Si[5]) mulier vel vir ad solitariam vitam transierit, et liberos non habeat: res eius monasterio competant, in quo intraverit. Sinautem talis persona liberos habeat: liceat ei substantiam suam liberis suis distribuere, sic tamen ut nulli eorum legitimam portionem diminuat, et sibi remaneat unius filii pars ad monasterium scilicet perventura. Quod si antequam deliberet inter liberos suos propriam substantiam, in monasterio decesserit: sola legitima portio liberis deferatur.

Sponsus sive sponsa schema suscipiens, id quod arrarum nomine datum est, recuperat.

¶ Si[6]) sponsalia legitime inter sponsum et sponsam contracta fuerint: deinde antequam nuptiae celebrentur, sponsus vel sponsa intraverit monasterium: id quod arrarum nomine datum est, in simplum reddatur, et poena utrique parti remittatur.

Religionis ingressu matrimonium dissolvitur.

¶ Si[7]) constante matrimonio solus vir vel sola uxor ad solitariam vitam transierit, et monachicum habitum acceperit: hoc ipsum[*]) matrimonium dissolvatur etiam nullo repudio misso. et siquidem solus vir monachus factus est: reddat mulieri dotem: et quicquid ab ea aliunde susceperat: et propter nuptias donationis tantam partem quantam mulier accepisset ex morte mariti secundum dotalium instrumentorum tenorem. Sinautem mulier monacha facta fuerit: maritus quidem retineat nuptialem donationem: mulier autem recipiat dotem suam, excepta illa portione, quae apud maritum ex morte mulieris secundum pacta dotalium residere debet. sed et si quid aliud mulier apud maritum habuerit, restituatur eidem mulieri. Quod si utraque persona solitariam vitam elegerit: unaquaeque persona res suas acci-

1) Iul. cap. 481. 2) Iul. cap. 482. 3) Iul. cap. 483. 4) Iul. cap. 484.

5) Iul. cap. 485. 6) Iul. cap. 486. 7) Iul. cap. 487. *) In marg. *alias ipso.*

piat: et nemo nihil lucretur nec detrimentum sentiat, sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem: mulier autem recipiat dotem suam: et quicquid aliud dedisse marito probetur. Haec autem omnia tam de sponso quam de sponsa et viro et uxore statuta sunt: nisi altera pars alteri quidpiam donare vel concedere velit.

Parentibus filios factos monachos neque exhaeredare velut ingratos: neque ipsos de monasterio extrahere licere.

¶ Non [1]) liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab haereditate sua repellere monachos factos, quamvis dum laici fuerunt, in causam ingratitudinis inciderint. Non [2]) liceat parentibus suos liberos ad solitariam vitam transeuntes de monasteriis abstrahere.

Monachus qui monasterio derelicto in aliud commeat, cui illius bona quaerantur.

¶ Si [3]) quis monasterium suum reliquerit, et ad aliud monasterium transierit: res eius priori monasterio in quo ante introierat, competant.

Episcoporum curae esse ne monachi vel monachae per urbes cursitent.

¶ Agant [4]) solicitudinem episcopi ut neque monachi neque monachae in civitatibus ambulent: sed si quas habent necessarias causas, eas agant per apocrisarios suos vel ipsi vel ipsae in monasteriis permanentes.

Monachus monasterii desertor militiae cingulo spoliatus, in aliud per episcopum monasterium detrudatur. Et si rursus egrediatur: a provinciae iudice commoneatur.

¶ Si [5]) monachus laicus factus fuerit: honore et cingulo spolietur, et res eius in monasterium addicantur. quod ab eo relictum est instante episcopo loci et praeside provinciae ipse quoque in monasterium mittatur. quod si iterum monasticam vitam reliquerit: tunc eum praeses provinciae in qua inventus sit, teneat, et taxeotis suis conveniat.

Monialium raptores et capite et bonorum amissione puniuntur. Item et qui auxilium praestiterint, bonis priventur monasterio applicandis.

¶ Si [6]) quis rapuerit, vel solicitaverit, vel corruperit asisteriam vel diaconissam, vel monastriam, vel aliam mulierem religiosam vitam bonam vel habitum habentem: bona ipsius et eorum qui huius sceleris communione contaminati sunt, religioso loco vendicentur in quo talis mulier habitabat, vel per religiosos episcopos vel oeconomos et praesides provinciarum et officiales eorum. ipsi autem capitali supplicio subiiciantur. mulier autem ubique investigetur, et cum suis rebus in monasterio cautioni *) tradatur. Si autem diaconissa fuerit liberos habens legitimos: pars legitima liberis eius praestetur. Quod si intra annum post cognitum tale scelus huius res a religiosis locis non vendicentur: per comitem rerum privatarum haec nostro fisco addicantur. Praeses autem provinciae si vindictam talis criminis imponere supersederit: et cingulo careat, et poenam quinque librarum auri dare fisci iuribus compellatur.

Monachali veste uti scaenicis viris et prostitutis mulieribus, ut monachorum status illudatur, prohibitum est. hocque corporali et exilii poena.

¶ Non [7]) liceat laico praesertim scaenicis viris et mulieribus prostitutis habitu monachi vel monachae vel ascetriae uti, vel quoquo modo mutari, nec in qualemcunque ecclesiasticum statum liceat illudere. Si quis ausus fuerit aliquid contra facere: et corporalem poenam substineat, et exilio tradatur. haec autem pertinent ad curam et solicitudinem episcoporum et clericorum, qui eis subiecti sunt, et iudicum tam civilium quam militarium, et officiorum qui eis obtemperant, et defensorum civitatum. ¶ Poenae [8]) quae praesenti lege continentur: siquidem prioribus quoque legibus cognitae sunt, exerceantur non solum in futuro, sed etiam in praeterito tempore. Si quae autem in hac lege per innovationem impositae sunt: temporibus futuris custodiantur.

Titulus LI.

De Samaritis et eorum successionibus.

Samaritae [9]) liberam inter se licentiam habeant tam donandi quam contrahendi et ab intestato cognatis suis haeredes existant: siquidem ex eodem gradu cognationis alii Samaritae alii Christianae sunt. Ii qui Christianitate praefulgent, ipsi tantum in successione vocentur. Sinautem Samaritae quidem proximiores inveniantur: Christiani ultores*) fuerint Samaritarum, ulterior praeferatur. Sinautem poenitentiam egerint christianitatis ingrati ministeriis simul esse debent. Ii qui ab initio Christiani fuerint, ut nullam patiantur diminutionem ex eo quod in superiori tempore Samaritarum errore tenebantur. Sinautem ex ascendentibus personis Samarita testamentum fecerit constitutum: liceat ei siquidem omnes Samaritas habeat, omnes ex aequis scribere portionibus haeredes vel quemadmodum voluerunt facere. Sinautem quosdam Samaritas quosdam Christianos ascendentes vel descendentes habeat usque ad duas uncias liceat eis Samaritas haeredes instituere: reliquae autem unciae ad Christianos veniant, quamvis a testatore Samaritis adscriptae sunt: nisi forte legata ex his Christianis personis relicta fuerint. Si mulier autem in successione quae ex testamento veniebat Samaritae poenitentiam egerint, nullam patiantur laesionem. Christiani autem et de inofficioso querelam habeant testamento contra Samaritarum testamenta usque ad duas uncias. Haec autem constitutio et retrorsum vires suas extendit. idem etiam ad praeteritum.

---

1) Iul. cap. 488. 2) Iul. cap. 489. 3) Iul. cap. 490. 4) Iul. cap. 491 5) Iul cap. 492 6) Iul. cap. 493. *) In marg. *alias cautiori.*

7) Iul. cap. 494. 8) Iul. cap. 495. 9) Iul. cap. 496. *) In marg. *alias ulteriores.*

Titulus LII.

De Areopagitis, seu Argyropretis et argenti distractoribus.

Liceat[1]) Areopagitis*) si habeant principalem debitorem et fideiussorem eius pactum conventum componere, ut potestatem habeant prius fideiussorem pulsare, quamvis principalis reus locupletissimus fuerit. ¶ Argenti[2]) distractores militia vel liberorum vel cognatorum eius in praesumptione a creditoribus ipsius hypothecae titulo sit obligata e contrario militiae eius qui Areopagitae*) debitorem ante liberorum sive cognatorum ipsius praesumptione argenti distractionis supponatur. ¶ Si[3]) quis argenti distractori crediderit ut res aliquas ex pecunia sibi mutuata emeret, et cum ipso pepigerit in scriptis, ut res quae fuerit ex eadem pecunia comparata titulo hypothecarum sibi obligata sit, et omnibus aliis in eadem re praeferatur. ¶ Liceat[4]) argenti distractoribus et ipsas species quas praestiterint vendicare, nisi aestimationem earum acceperint. ¶ Argenti[5]) distractores pro pecuniis quas crediderint usuras usque ad bessem centesimae capiant. et notandum est quod inde scripta sine stipulatione memorata usura exigatur. ¶ Quicunque[6]) cum Areopagita*) contrahunt, si cautiones vel ratiocinia fecerint: manu sua sibi conscriptas sive subscriptas teneantur personalibus actionibus: tunc autem hypothecariis supponantur, cum dixerint aliquid quod ad hypothecarum intellectum tendit. In praeteritis autem tantummodo usura exigatur, quae usque ad bessem centesimae producitur. ¶ Quod de singulis causis scriptum fuerit in ratiociniis vel manu eius qui cum Areopagita**) contraxerit, vel subscriptum ab eo fuerit, vel confirmatum: sive quod foeneratitiam cautionem quasi mutuatus exposuit sive quod transegit: nullae probationes exigantur de singulis causis ab Areopagita***): sed tempora in tempora exceptionis non numeratae pecuniae liceat ei iusiurandum inferre.

Titulus LIII.

De prohibitione alienationis.

Prohibitio alienationis sub conditione facta non nisi conditionis eventu valet.

Si[7]) quis prohibuerit alienationes rerum extra suam propriam familiam faciendas, ut si sine liberis decesserit, unus ex his qui filii sunt, et haeredes testatoris ad caeteros res perveniant: liberis natis cessat alienationis prohibitio: ideoque liberi procreati etiam ad extraneos eas res transferre non prohibentur. ¶ Si[8]) quis extra familiam suam alienationem fieri prohibuerit, et omnes qui res consecuti sunt, vel omnes res, vel quasdam ex his alienaverint: videntur fideicommisso invicem renuntiare.

Prohibitio alienationis perpetua ultra quartam generationem non extenditur

¶ Si[9]) quis prohibuerit extra suam propriam familiam rem alienare, et adiecerit, ut neque filii neque deinceps personae quae successerint ei qui primus acceperit rem eandem ad extraneum transferant: deinde quatuor processerunt successiones quae familiae nomine continentur, et ultimus haeres per medium impuberem successor extiterit, liberam facultatem habeat, et in extraneos homines rem cuius alienatio prohibita est, transferre, id est, si tertius haeres impubes fuerit, et primum haeredem in quatuor successiones deputat.

Titulus LIV.

De quatuor sanctis conciliis et ordine sedendi.

Quatuor[10]) sanctorum conciliorum canones pro legibus habeantur. Papa[11]) Romanus prior omnibus episcopis et patriarchis sedeat, et post illum Constantinopolitanae civitatis archiepiscopus. ¶ Archiepiscopus[12]) primae Iustinianae habeat subiectos episcopos sibi Daciae, Mediterraneae, Dardaniae et Datiae ripensis. Item privalenos et Dardaniae et Misiae superioris, et Pannoniae. sed et ille ab episcopis consecretur, et ad iura super ipsis habeat, quae papa Romanus habet super eos sibi suppositos. ¶ Maneant[13]) iura pristina de episcopo Chartaginensi et aliis Metropolitanis et omnia privilegia. Item omnia solatia et liberalitates religiosis locis datae firmiter permaneant.

Titulus LV.

De privilegiis possessionum ad loca sancta pertinentium.

Ecclesiarum possessiones a sordidis praestationibus immunes sunt. Tenentur tamen ad pontium et viarum instaurationes et aedificationes.

Possessiones[14]) ad religiosas domos pertinentes nullam descriptionem agnoscant: nisi constructiones viarum vel pontium aedificationes. tamen si habuerint possesiones intra territorium constitutas illius civitatis in qua talis desideratur descriptio, habeant immunitatem in sordidis muneribus et extraordinariis et lucrativorum descriptione.

Titulus LVI.

De praescriptione quadraginta annorum venerabilibus locis competente.

Res ecclesiae non nisi quadraginta annis praescribuntur.

Neque[15]) decennii, neque vicennii neque triginta annorum praescriptio religiosis domibus opponatur, sed sola quadraginta annorum curricula non solum in caeteris rebus, sed etiam in legatis et haereditatibus.

1) Iul. cap. 500. *) In marg. alias Argyropretis. 2) Iul. cap. 501. *) In marg. Argyropretae. 3) Iul. cap. 502. 4) Iul. cap. 503. 5) Iul. cap. 504. 6) Iul. cap. 505. *) In marg. Argyropreta. **) In marg. Argyropreta. ***) In marg. Argyropreta. 7) Iul. cap. 497. 8) Iul. cap. 498.

9) Iul. cap. 499. 10) Iul. cap. 506. 11) Iul. cap. 507. 12) Iul. cap. 508. 13) Iul. cap. 509. 14) Iul. cap. 510. 15) Iul. cap. 511.

Titulus LVII.

De aedificatione venerabilium locorum.

Oratorium aedificare volenti quae sint necessaria.

Nemo [1]) oratorium aedificare audeat antequam et episcopus venerit, et exoraverit, et venerabilem crucem in eodem loco defixerit. quod autem semel inchoavit necesse habet locum implere vel ipse vel haeres eius: et necessitatem ei debent imponere episcopi et oeconomi et civiles magistratus.

Titulus LVIII.

De poenis.

[illegible]

Si [2]) moechus condemnationem effugiens, eandem quae accusata fuerat duxerit: competentibus poenis a quolibet iudice subiiciendus est. ¶ Nulli [3]) iudici licere utrasque manus aut utrosque pedes reo abscindere neque examinare in qualicunque delicto: sed siquidem mortale est crimen, morti damnare. ¶ Fures [4]) autem dicimus, qui nocte cum gladiis ambulant: reliqui autem competentibus poenis subiiciantur. Nullus [5]) autem publicari debet, nisi qui descendentes neque ascendentes habeat. uxoribus tamen eorum donationem debere reddi et dotem. Si autem dotem non habeant: iuxta statuta quartam ex rebus damnati habeant. Ascendentes autem usque ad tertium gradum vocantur.

Titulus LVIII *).

De usuris ab agricolis creditoribus praestandis.

Agricolae terra pro debito a creditore ne teneatur. et si fructus aridi nonnulli agricolae fidei sint commissi: pro unaquaque mensura octava usurarum nomine praestetur. Si vero pecunia mutuo data est, ex asse siliquam creditor referat.

1) Iul. cap. 512. 2) M. p. 182, 14. P. cap. 582. 3) M. l. c., 15. P. cap. 583. 4) M. l. c., 16. P. cap. 584. 5) M. p. 183, 17. P. cap. 585. *) Ita Ps.

Nulli liceat mutuanti agricolae terram ipsius tenere: sed quantum usurae sunt accipiat. Rem [6]) duram atque inhumanam et avaritiae plenam hac lege saluberrima perspeximus emendare, et communiter omnibus deponere medicinam non tantum in praesenti necessaria tempore, sed et in omni aevo futuro. venit enim ad nostras aures quosdam in Misia secunda necessitate captos temporum foeneratitios fecisse contractus: et ipsi creditores propter parvum fructum quem dabant terras colonorum callide arripuisse: et paucam mensuram fructuum dantes totas terrulas eorum abstraxisse: et hac causa quosdam colonorum fugae latebras petisse, alios fame necatos, et tristissimam pestem homines invasisse in concutione barbarica non minore. Sancimus itaque omnes hos creditores quantumcunque modii vel tritici vel ordei et alterius speciei qui in fructus aridos dederint: hoc redito in praesenti cum parte modii: octava per singulos modios in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere, nemine penitus audente terrulas eorum detinere sub occasione foeneratitiae cautionis sive scriptis sive non scriptis credita sunt contracta. Sinautem pecunias dedit: nihil amplius quam unam siliquam pro singulo solvendam anno praestare. et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, et praesenti quidem tempore initium accipientem, in omni autem aevo modis omnibus observandam: ut si quando fuerit vel triticum vel ordeum foeneratum vel alii fructus aridi creditores tam quod dederunt accipientes, quam pro usuris octavam modii annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido: et secundum hunc modum inquantum foenus permanserit percipientes sive terrulas sive aliud pignus acceperint, boves forte vel pecora vel mancipia hos modis omnibus reddere. et hanc legem communem esse omnibus humanitate et pietate gaudentem, et egenis omnibus consulentem, et creditoribus mediocre solatium afferentem. Haec igitur quae a nobis statuta sunt, claritas tua in omnes provincias quae tuo moderamine gubernantur, observari festinet. Scituris omnibus creditoribus ut si forte aliquid propter hoc commiserint actione cadant: et cui pignus oblatum est, hoc habebit solatium, ut ipse quidem securus degat, avarum quidem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

6) Novella 34.

Novellarum D. Iustinia.

Finis.

VARIAE LECTIONES ET NOTAE CRITICAE.

Cap. I. a) Ita Miraeus, G. Tota inscriptio dee. in codd. primae classis. Codices secundae et tertiae classis, qui inscriptionem post Indicem Capitulorum habent, uno conspectu hic comprehendam: 5 *Incipiunt Constitutiones Novellarū Iustiniani Perpetui Aug̅ De Greco In Latino Translatas Per Iulianū Eloquentissimum Vir Antecessorē Civitatis Constantinopolitane Civitati Felicit̄ Constit. I* — 6 *Incipit constitutio prima novellarū Iustiniani p̄p̄. aug̅. De Greco in latino translatas. Per Iulianū virū eloquentissimum antecessorem civitate Constantinopolitane Cons. prima* — 8 *Incipiunt Const̄ novellar Iustiniani ppetui aug̅. de g̅co in latinū translate per Iulianū eloquentissimū uir añcessore ciu constantinopolitane felicit̄* — 12 *Incip̄ capitulū codicis novellarū dnō Iust Si heres* — 13 *In xp̄ī n̄ōīē ām̄. Incipit lib. novelle de iure ciuilli Primum quidem in Digestis* — 14 *Incipiunt dicta domini Iustiniani imperatoris Si heres etc.* — 15 *In Nomine Inc̄. constitoutio . . vella RV PR* (pro *perpetui*) *A Iustiniani imperatoris de greco in latinū translat. per Iulianum virum clarissimum antecessorem civitatis constantinopolitane* — 16 *In nomine domini incipit Novellarum liber Domini Iustiniani serenissimi imperatoris constantinopolitani* (excidit unus versus, in quo erat nomen Iuliani) — 17 *Incipit lib' p̓mus novellar domini Iustiniani impatōis de greco in latinum tn̄slatus p iulianū uirū eloq̄tissimū et censorē civitatis ɔstā. Si tinopolitane de hēdib; falcidia. Id' in āut. Si heres legata solvere noluerit* — 18 *In nomine dnī nrī I. xp̄i incipit liber constitutionum novellarum domp̄ni. Iustiniani sacratissimi imperatoris incliti victoris semper aug.* — 19 *In nomine domihi nostri Iesu Christi incipit liber constitutionum novellarum dompni Iustiniani imperatoris de Greco in Latinum translata per Iulianum virum eloquentissimum antecessorem Constantinopolitane civitatis Si heres.* — A reliquis codicibus inscriptio abest, sed 10 in fin. appendicis Nov. 143 subiect. *Expliciunt constitutiones novellae domini Iustiniani imperat de greco in latinum translatae per Iulianum virum eloquentissimum civitatis constantinopolitanae felicitur.* A. P. P[a]. In Nomine *Domini Nostri Iesu Christi. Incipit Novellarum Domini Nostri* (A. *DN.*) *Iustiniani Imperatoris Pars Prima Per Iulianum Virum eloquentissimum Antecessorem civitatis Constantinopolitanae.* b) M., quem secutus est P., traxit rubr. ad vv. *potestas talis est*, adversantibus codicibus. c) Vid. not. *b.* 16, A. om. *Et.* 9, 11, 13, S. Ps. A. et P. in Variis Lect. *Primum quidem in Digestis.* M. in m. *legibus.* d) Multi codices, A. om. *in.* 17 *et institutionibus.* e) B. S. Ps. A. et P. Var. Lect. *diximus.* Cf. *Biener*, Geschichte pag. 74, not. 108 et infra cap. 241, not. *o.* f) 2 quidem *vel* liberis. 6 om. *non* et 18 *nec non.* 16 liberis *interdum* non. g) A. P. Var. Lect. certam *quidem.* 3 certam *quadam.* 5 *patronibus* certam *namque* quandam. h) Ita 2—6, 8, 10, 13, 15, 18. 8 *delinquere* eas, sed corr. *derelinquere.* Rell. codd. et edd. *eis relinquere.* P. in Var. Lect. *omnino* pro *omni modo.* i) 4, 6, 15, 17, A. P. *ingratae.* 5 *ingratis.* B. S. Ps. Av. personae *sunt* quae neque *parentis* neque *liberorum* neque *fratris* neque *patroni loco habentur.* k) B. S. Ps. A. His itaque *personis.* M. His itaque [*personis*]. Delevi *personis*, quod dee. in 2—6, 8—13, 15—19, P. et in Graecis. l) 5 *propositum autem eius ius et pot.* 8 propositum *autem* (interlin.) eius *aut* vis. 16 *prepositum est* eius — *talis* et om. *est.* 18 est *Cons̄.* De rubro, quod sequitur in edd. S. Ps. M. P., vid. supra not. *b.* m) 11 filium *suum.* 3 om. *vel.* n) 17 *heredes.* o) 2, 3, 9, 10, 17, A. *legatum sive fid.* 16 *haeredem in plus debito* instituerit *vel* legatum v. fideicommissum *et ab eo aliquid impleri disposuerit* et legatum *sive* fideicommissum — reliquerit. 17 siquidem vol. defuncti (om. *scriptus heres*) impleverit (om. *et sine frustratione legatum exolverit*) *habeat* firm. hereditatem defuncti — existimaverit et *ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit. non agens hoc quod preceptum et legatario* m. fecerit. Idem paullo infra *heres nichilominus.* *) B. Av. *ab herede.* p) Nonnulli *heres scriptus.* q) M. exolverit: [*tunc*] habeat. 2—6. 8—13, 15—18, A. P. om. *tunc*, quod v. h. l. B. S. Ps. Av. addunt. *) B. S. Ps. Av. *evinci.* r) 18 *sin autem voluntati testatoris reluctandum esse existimaverit.* 10, 11, 18 *moram.* A. *m. i. t. f.* s) 5 *victricem substantiam.* 6, 8, 10—13, 15, 17, 19, Ivo, S. Ps. A. Br. *victricem sententiam.* 10, 17 glossa interlin. *admonitoriam.* Av. *monitricem*, ut B. Recens manus in cod. 15: alii *admonitoriam.* al. *definitivam.* al. *absolutoriam.* al. *condempnatoriam.* M. in m.: „Ita habet exemplar Ranconeti, et Russardi: quod respondere videtur contextui Graeco, *ἐκ ψήφου δικαστικῆς ὑπομνησθείς.* alia vero exemplaria *victricem* sententiam." Recte *admonitricem.* Graeca ad „iudicialem quidem calculum" referenda sunt, sed *admonitionem* exprimunt. Similiter cap. 4 ex iudiciali sententia reus *admonitus.* Ceterum plus quam semel habetur ap. Iulianum *victricem calculum*, e. c. infra cap. 176. t) Ita 4—6, 9, 11, 12, 15, 19, B. S. Ps. M. in m. A. P.; rell. *delatam.* Restitui *debitam*, antecedit *legitimam portionem.* u) 2, 3 *habuit proprios*, quod in Ranconeti codice esse notat M. in m. 5 siquidem *institutus* h. *proprios.* 8 *substitutus* h. *proprie.* P. *proprius.* B. S. Ps. A. *habuerit, prius.* 6 om. *prius ad eos veniat.* v) Multi codd. B. P. A. om. *tunc*, quod M. rest. et uncinis inclusit, S. Ps. Av. habent. In 6 excid. *ad* — *fideicommissarium.* x) M. ipsius [*veniat*]. sin. 2, 4, 5, 6, 8, 10, 11, 13, 15—18, B. S. Ps. P. A. om. *veniat*, quos brevitatis causa secutus sum; voluit enim Iulianus quam brevissimam summam Novellarum dare, quare et hic et infra expunxi omnia verba a Miraeo sine necessitate interiecta. Paullo post Av. *et coheredes quidem non habeat.* y) 2—6, 8, 13, 16, 18, P. recte om. *perveniat*, quod h. l. S. M. A. inserunt. B. Ps. *perveniant.* *) 15 om. *sint generales* et 5, 13, 19 *sint.* A. *sunt*, sed magis ei placet *sint.* z) M. in m. S. Av. *fideicommissi.* Mox 17 *superscriptis.* 18 *supra dictis personis.* a) 5 a sec. manu, 6, 8 a sec. manu, 11, A. M. in m. *subsistit.* 10, S. Ps. *subsistat.* 13 *supersit.* B. Av. *nulla ex supradictis pers. consistit.* Quae lectio verior sit, utrum *subsit* an *supersit* aut *subsistat*, in ambiguo est. utraque enim habet, quo commendetur; sententia non mutatur. Infra c. 241 et 320 *subsit* eadem significatione in simili re, sed in c. 320 M. in m. *supersit.* Scripsissem cum cod. 13 *supersit*, si rell. codd. hoc tuerentur. *Subsistere* pro vivere §. 3, l. 30 D. de Adim. leg. 34, 4 (*περιούσης*), l. 18 §. 1 C. de Iure deliberandi 6, 30. b) 16 add. *fideicommissarios speciales vel.* c) 2—6, 8, 9, 11, 13, 17, P. *veniat;* rell. *perveniat.* d) 2 om. *sint.* 5 *sunt.* e) 16, B. S. Ps. Av. *quibus testator libertatem donavit.* f) 2 om. *autem*, restit. M. et uncinis

inclusit. S. Ps. Av. *suprascriptis* g) 2—6, 8, 9, 11—13, 15—17, 19, B. Ps. A. P. om. *personis*, quod S. M. habent, sed uncinis M. inclus. Abundat *personis*. h) 4 om. *delatam*, sed add. glossa interlin. 6, 18 *debitam*. 10 *donatam*. i) 3, 6, 8, 9, 13, 17, Av. add. *et*. 5 *his et voluntate*. 10 *e voluntate*. k) 10, 11, 18 *eum praestare*. l) 2—6, 8—12, 18, P. om. *in*, quod B. S. Ps. M. et A. habent et rest. in cod. 9 supr. lin. 16 impleturus *sit* ea quae *recte* testamento. Nonn. codd. impleturus *sit* et *continetur*, alii add. *et* post *oportet*. 11 *continentur defuncti o. sc. h. servando* — *nulli* fideicommisarii generales sint. *) Av. *tam inter legatarios quam — tunc illis veniat*. m) 16 add. ex Auth. l. c. c. 1, §. 1 vv.: *si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum — et omnes si voluerint vocari aut qui ex eis voluerint*. n) 2 *mallnerit*. 3—6, 13 *maluerit*, sed 5 om. *vel* ante *potuerit*. Lege cum Augustino „vel non potuerit vel noluerit" aut cum G. „vel potuerit vel voluerit". 10—12, 17, 18 vel *non* pot. *vel non maluerit*. A. *vel non potuerit, vel noluerit*, sed Av. *vel non maluerit*, ut B. o) Nonn. codd. ut 4 *amittere*, sed 4 corr. supr. lin. *admittere*. 11 partem *dictam* admittere. 5 *accipere*. *) Plerique codd. et M. *primo*, sed nonn. codd. A. P. *quem primum* et B. S. Ps. Av. *cui primum libertatem donavit* p) 2—6, 8 *praecellet*. 16 *praecellit*. q) Ps. A. P. habent *memoratam*, quod M. uncis inclus. hic inseruit, sed om. 2—6, 8—12, 15, 18, 19, B. S., rep. autem s. m. supr. lin. in cod. 4. r) B. *Hoc*. S. Ps. *Haec sint, si*. *) B. A. *fecerit*, sed Av. *faciat*. s) 16 *nullumque* emol. scriptus. *) 5 *scriptum*. 17 scriptus *extra to* heres *consentiat*. t) 3, 4, 9, 11, 13, 17, 18, B. Ps. A. P. om. *et*, quod S. M. add. u) 2, 3, 4, 8—11, 16—19, B. Ps. P. om. *ab eo*, quod S. habet et hic quoque M. inser. et uncinis inclus. et A. retin. Paullo infra nonn. recent. codd. *observationem — vocetur* sive *vocantur* ut 2 et praebeat *quia*. 17, A. quos *supra* exposuimus. S. Ps. et Av. *supra scripsimus — observationem*. B. *observationem*. v) 3, 5, 11 om. *defuncti*. 16 quae (om. *in*) testamento *secundum legem continetur sed* si nemo. Etiam 8, 9, 12, 16—18 om. *in* et 3 *ea* post *sit*. x) 4—6, 8—10, 17, P. *comprehenditur*. Ps. *comprehendatur mentio*. y) M. uncinis inclus. addit *talis*, quae vox superflua est et dee. in codd. 2—6, 8—11, 13, 16—18 et ap. A. P.; B. S. Ps. Av. habent *talis*. *) B. Av. *qui nec testatoris*. z) 11 *praedicta causa*. B. Av. *praedicta*. P. *suprascripta* c. a) 5, 8 a sec. m. res *eius vindicetur*. 11 vind. *ut* ipse *voluntatem impleat*. B. S. Ps. M. in m. Av. *sed* pro *scilicet*. a) 16 quod si *nichil ex hereditate patris habeat filius*. 2, 3, 5, 9, 13, P. om. *si*. b) 2, 3, 5, 6, 8—11, 15, 17—19, B. S. Ps. A. om. *iuste*, quod autem recte habet, nam Nov. graeca δικαίως et Auth. *iuste*. c) 10, 17, A. *est*. 2, 3, 5, 9, 13, P. om. *sit*; legitur igitur ibi *quod filius* — (*iuste*) *exheredatus neque*. Vid. not *a*. d) 2—5, 8, 15, 18, P. om. *huius*. 9, 10, 17 *huius occasione constitutionis*. e) 8 *occasionis*, sed corr. *vocationis*. 10 om. *quidem*. f) 4, 5, 6, 8, 17, 19, P. substitutis *legatariis*, convenienter cum Auth. Etiam B. S. Ps. *ab institutis* et om. *legatarii*. Locus dubiae scripturae. Scripsissem *substitutis legatariis* cum Auth., nisi Graeca haberent: ὑποκαταστάτων τοῦ ληγαταρίου. 9, 10 om. *legatarii*. A. *ab substitutis et legatariis* et Av. *ab institutis*. g) 16 in *fiscum*. 4 add. *Dat. III. Non.* et 8 *Dat. Kal.*

Cap. II. a) Nonn. codd. *Falcidias*. 10 *De* L. F. 14 De *testamento* ad Legem Falcidiam. 12 om. rubr. In cod. 8 subsequitur lemma, quod inter glossas habent. b) 2, 6, 8 *et*. 4 om. *vel*, sed gl. interlin. add. *et*. 17 om. *relicta — fideicommissariis*. 16 *legata debita et* fideic. c) 3, 15, A. *scripta*, sed Av. *relicta*. d) S. Ps. M. in m. Av. *testatoris*, pro *defuncti*. e) 2, 3, 4 a sec. m. *exaurirent*. 5 *exauriet*. 8 *exauriret* ut i. nihil *ad hereditatem* s. *delatam*. 13, A. *exhauriant*; *ita* ut, sed Av. om. *ita*, praeterea *et* pro *ut*, ut B. *) B. S. Ps. Av. *relicta*. f) 10 *servare*. 13, P. in Var. Lect. *reservari*. 18 *servari sibi*. g) Delevi *sibi*, quod B. S. Ps. habent, M. uncinis inclusit et Av. commemorat, sed om. 2—5, 9, 11—13, 15, 17, A. P. Praeterea B. Av. *dereliquit*. *) B. S. Ps. Av. om. *scilicet*. h) 3—6, 8, 15, P. Av. *degent*. Mox nonnulli nisi *propter sexum forte* aut sexum *ubi* feminae, ut B. S. Ps. i) 2, 3 dignitatem v. propter aetatem *vel morbo* vel *vinculis* praesto et om. *vel propter aliam necessariam causam*, quae vv. M. post *vincula* uncinis inclusit. Similiter codd. 4—8, 9—12, 15, 18 (de quibus vero nonnulli *propter morbum* aut *propter morbo*), B. S. Ps. et P., sed hic *vinculis*. A. *d. v. pr. aetatem vel morbum vel vincula pr.* et om. *vel — causam*. Av. *vel morbo vel vinculo*. 17 *vincula aut quamlibet necessitatem* pr. Sintne haec vv. delenda nec ne, incertus sum, quum et in Graecis et in Auth. necessitatis fiat mentio, e contrario autem vv. illa in omnibus fere codd. et in edd. B. S. Ps. A. P. desint. P. *paersto*, err. typ. k) 3, 5, 6, 8, 12, 13, 17, Av. S. Ps. P. *impedirentur*; alii, A. *impediuntur*, B. Av. *impedientur*. l) Nonn. codd. *representari illos*, in aliis dee. *illos*. 6 *presentari* illos. m) P. *conscriptionem*, sed in Var. Lect. *conscriptione*. Nonn. codd. *inscriptione*. mm) 5, 6 *sunt*. A. *leg. vel fid.* B. S. Ps. Av. *omnes* pro *omnino*, sed Ps. in m. *omnino*. n) A. *tres testes adh.* 16 adhib. *non minus sub' am* (substantiam) *possidentes*. o) 12, 13, 16, 18, B. S. Ps. om. *et*; mox nonn. B. S. Ps. Av. probata *sit*. p) Nonn. codd. *inventarium conficitur* (5 *configitur*). q) 3, S. Ps. M. Av. *confectio*, sed 2, 4—6, 8—11, 15, 17, 18, B. M. in m., A. P. *conscriptio*, ut paullo superius. Av. *praecedat*. r) 4 (a sec. man.), 9, 11, 18, B. S. Ps. P. *enim*. A. *tab. et in*, sed Av. magis placet omitti *et*. s) 2, 6, 8, 11, 18, A. P. *herede*; rell. codd. B. S. Ps. M. *heredibus*, quod etiam Av. probatur. t) B. S. Ps. M. A. et *in* inventario. Plerique codd. P. om. *in*. *) S. Ps. Av. *inquirere*, quod ferri potest. u) Nonn. codd. et A. *fraudē*, unde *fraudem*, quod alii habent. Av. *fraudes*. v) 11, 18 et *ipsi heredes* nichilominus *cogendi sunt* iusiurandum *praestare*. 9, 11, 16, 17, S. Ps. A. iusiurandum *praestare*, sed glossa in 9, 17 et Av. *subire*. B. cogendis *sacramentum praestare* — compellendis *iusiurandum* praestare, quod utrumque Av. commemorat. x) 2, 3, 8, 12, 13, 16, 18, A. *sunt*, rell. et Av. *sint*. y) 16 praestare *et affuisse his quae gesta sunt et vidisse quae tunc quae agebantur et in nullo conscios esse malignitatis facte*. Idem *et* de nulla. z) Nonn. et Av. *sint*. Edd. *sunt*; vid. not. *x*. a) 9, 10, 12, 13, 15, 17, 18, B. A. *et* pro *haec*. S. Ps. *haec sunt*. b) 2, 3, 6, 8, P. om. *hi*, quod B. S. Ps. M. A. addunt; om. autem B. S. Ps. A. *et*. c) 2, 3, 8, 9, 17 *intervenerint*. 5 *intervenerint vel absolverint* absentibus. 11 *intersint*. d) 3 om. *eis*. 16, B. S. Ps. A. *aut* absentibus. e) 9, 12, 16, 18, B. S. Ps. A. repraesentari *oportet*, sed corr. in 9 *fuerint*. f) 11 Quod si legatarii *praesentes venire autem* et om. *ipsi*. Etiam 2, 4—6, 18, Av. P. om. *ipsi*. 8, 9, 13, 15 *ipsi venire* autem. 4—6, 18 *venire autem*, vetusti igitur codd. *quod si l. pr. q. f. venire autem vel etc.*, quod recepissem, si emendaretur editionum lectio. g) 2, 5, 6, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 15, 17, 18, A. ad *conscribendum inventarium*. B. ad *scribendum* inventarium. h) 3 pateat *hereditarium testium* adhibenti. 9, 11, 15, 16, B. S. Ps. A. M. in m. *heredib. trium test. adhibito testimonio*. 10, 13, 17 *heredibus* (ut 4) tr. test. *adhibentibus* test. i) Ita 2—6, 8—13, 15—18, A. in mendosis, P.; B. S. Ps. A. M. h. l. add. *a*, sed M. uncinis inclus. 8 *faceret*. 3, 15 *abiciendo*. 4 *obiciente*. 5, 6 *subiciendo*. B. Av. *postea opponendo*. k) 3 om. *in*. l) P. *heredes*, sed corr. in erratis. 5 om. *heredis* et 15 *sive*. B. S. Ps. A. *heredum*. m) 2—6, 8, 9, 10, 12, 13, 15, 17, 18, A. P. om. *heres*, quod S. Ps. add., M. uncis inclusit et Av. commemorat. B. om. *quidem heres*. Delevi *heres*. n) 18 om. *omnia*. o) 2, 3 *observaverint*. p) B. *obtinebit sibi beneficium*. A. *obtinebit*, Av. *retinebit sibi benef.* q) 6 *fecerint*. 18 fecerit inventarium, *vel si fecerit* nec supradictam. B. S. Ps. Av. *non fecerit*. r) 11, M. in m. A. *observationem*. Glossa marg. ad h. l. in 17, 18 *noviter constitutum*. B. S. Ps. *supra dicta observanda*. s) 10, S. Ps. legata *vel* fideicommissa. B. Av. *et* (Av. etiam *vel*) pro *omnia*. t) 4 om. *quamvis n. s. t. substantia*, sed rest. a sec. m. supra lin. u) 16 *ut etiam de suo praestare legata cogatur* sive fideicommissa. P. fideicommissa *legatariis vel fideicommissariis cogatur*. v) 2, 5, 9, 17 ampla *reliquid*. 3, B. A. P. *reliquit*, sed Av. *reliquerit*. 4 *relinqui* alioquin et erasum est *si*. 6 *relinquid*. 16 *relinquit*. x) 9 om. *quantum*, rest. a sec. m. supr. lin. y) 2—6, 8, 11, 12, 13, 15, 18, B. A. P. om. *et*, quod S. Ps. M. add., sed M. uncinis inclus. z) 17 necesse est omni modo. Paullo infra B. A. *teneri*, Av. *tenere*. a) B. *qui sibi heredes scripsit*. S. Ps. Av. *sibi scripsit*. M. add. *sibi* uncinis inclus., sed om. *sibi* 2, 4—6, 8—13, 15—17, A. P.; 18 quem *sibi heredem* scrips. b) 2 scripserit *hoc* modo. M. in m. *Ranc. hoc modo*. c) 13, 15 leg. *vel* fideic. Paullo post 10 *sine quadam deminutione*

persolvat. A. *quavis.* d) *Scilicet,* quod h. l. B. S. Ps. M. add., sed M. uncinis incl., commemorat etiam Av., om. 2—6, 8—10, 13, 17, 18, A. P., sed repon. gl. interlin. in cod. 9. 19 solam *et si specialiter* vol. 17 solam *quia* vol. e) Multi codd. interque eos 2, 3 *voluntate.* f) Ita 2, 4—6, 11, 13, 15, 18, Av. P.; B. S. Ps. A. M. *obtemperavit.* g) Nov. gr. *ἀναχωρῆσαι.* Auth. l. c. *recedere.* Iul. *repudiare.* Athanasius Tit. IX. c. 1 *ὅταν ὁ τεστάτωρ κελεύσει μὴ παρακρατηθῆναι τὸν φαλκίδιον, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ κληρονόμος ἀδιτεῦσαι, ἀλλὰ ταῖς ἔμπροσθεν εἰρημέναις διαδοχαῖς χώρα γενήσεται* (si testator Falcidiam non retineri iubebit, heres adire non cogitur, sed iis, quae supra dictae sunt successionibus locus fiat), sententia igitur congruit Athanasius cum Iuliano. Locus vexatissimus, de quo iam antiquitus in diversas partes disputatum est, et nostra aetate inter scriptores supra laudatos. *Francke* respuit Iuliani interpretationem, *Vangerow* utriusque et Iuliani et Athanasii. 5 repudiaverit (om. *hereditatem*) locus *autem* fiat. 8 locus *autem* fiat. B. S. Ps. Av. *fiet.* h) 8 om. *et post substitutos coheredibus,* sed repon. *substitutos* intra lin. In codd. 10, 13, 17, B. dee. *et.* B. A. *post fid. gen.* i) 5 *eis quibus libertate donata est* et om. *postque — sunt.* 8, 9, 18 *qui libertatem* d. s. et om. *postque — sunt,* sed rest. in cod. 9 a sec. manu. 11, 15 *libertati* d. s. *libertati.* 17 *libertatem* d. s. *et post* eos. B. S. Ps. A. *et post eos,* sed Av. *postque eos* et B. Av. *eis quibus libertas donata est — eos, quibus libertas donata est.* k) 11 *agnatis vel* cognatis. l) 5 *nunc.* m) 16 valde discrepat in extremo cap. cum reliquis codd. et eum quidem in modum: *legatariis et* (om. *post legatarios*) *eis — sunt et qui ab intestato sunt et aliis secundum p̄ a nobis inventarium in talibus mā mensuram substantie subtiliter agnoscens et post legatarios eis quibus libertas donata est ab intestato — publico mensuram substantie subtiliter agnoscens hec ab aliquibus autem retinere utile.*

Cap. III. a) Primae et sec. class. codd. 15, 17, P. De *legatariorum* exaequatione. 8 De *legata* exaequatione, sed corr. a sec. manu *legatariorum.* 9 De *Legatariorum exequationibus.* Rell. codd. S. M. *legatorum.* b) 4, 5 *nulla licentia.* c) A. legatarius *perfecta et* solida. 18 legata *solvere.* d) 16 persolvere *h'* quibusdam prestare ex parte. 17 om. *legatariis s. l. persolvere* et mox *non.* 19, A. P. *ex parte, nec quibusdam praestare,* quibusdam non, sed in Err. P. *nec, quibusdam* et in Var. Lect. om. *nec quibusdam.* S. om. *quibusdam non.* e) 19 *portionem.* f) Complures codd. *solido* et 3, 6, 8—12, 17, B. *parte.* g) 3 *conservanda.* 5 *rationem conservandam.* 16 conservanda *nam* cognoscens. B. S. Ps. *aequalitatis* ratione conservata, quod placet Av. h) 2, 4—6, 8—13, 15—18 modum *substantiae non debet deminuere legata,* sed 5, 6 *modo* et 6 *debent.* 8 *debebit.* 13 *debere.* 16 debet *ideo* si. 19 om. *vel si.* i) 2, 3, 6, 10, 15, 18, P. *persolvit.* A. persolverit; *aliis* omnibus. S. Ps. Av. *persolvat.* k) 4—6, 8 *omnes* implere. B. legata non debet *sed persolvere omnibus debet.* S. Ps. Av. M. in m. *persolvere* pro *implere.* l) 9, 10, 15, 17, 18, 19, S. A. *debet.* 16 debet *nisi* forte *nec solutum repetet* aliquid. m) Ita 4—6, 8, 9, 13, 15, 17, S. Ps. A.; 2, 3, 12 om. *mirabile.* 16 aliquid *inoppinabile* extit., ex Auth. videtur; rell. *aliquid mirabile.* n) 2—6, 9, 10, 15, 17, 18 *diminuit* s. *deminuit.* 8 *imminuit.* o) 2 *sententiam,* sed corr. a manu decimi saec. *substantiā.* 6, 8, 9 *substantia.* 16, 19 *substantiam testatoris.* B. om. *test. subst.*

Cap. IV. a) 9, 10 *De legatis ut* intra ann. pr. 16 ann. *solvantur.* b) 16 *modum.* c) 9 *autem esse anni.* 16 om. *anni.* d) 4—6 *quod,* natum ex compendio *q.* e) Delevi codd. 2—6, 8—13, 15—18, B. A. P. secutus *definitiva,* quod S. Ps. inserunt, Av. commemorat et M. uncinis incl. A. ex quo, sed Av. quo ex. f) 5 *iudicialem sententiam.* g) 5 *legatis* sol. Nonn. codd. *solutionem legati.* h) 2—6, 8—11, 15—18, B. S. Ps. A. P. om. *per culpam heredis,* quod M. h. l. inseruit ex Auth. Delevissem vv. *per culpam heredis* propter consonantiam codicum et editionum, nisi confirmarentur Novell. graeca et Authentico. Mox B. S. Ps. Av. *solvit.* i) 10 *amittat testatoris.* k) 15 et *fiat locus.* l) 2—6, 8, 18 *quorum.* Vid. cap. 1. B. Av. *quas supra numeravimus.* m) 5, 8 scilicet *et* ab. 16 mentionem *et* scilicet. S. Av. *sed* pro *scilicet.* Ps. om. *scilicet.* n) 5 *adulescentulis.* o) 5 duplici vi. *āmoniti.* 16 *muniti sunt duplici via.* 17 *publici* via. 19 om. *sunt.* p) 13 sunt et *etiam* restitui. 4, 11 om. *et,* rep. in 4 a gl. interlin. *) B. tut. *et* cur. s. A. tut. v. c. s. q) 2, 3 sive *scripto.* 5, 6 sive *scriptos.* 10 *teneantur* sive. 8 sive scriptis et rest. supra lin. *sive sine scriptis,* quod omissum erat a librario. 9 *scriptis sine sive.* 12, 18 scripto sive sine *scripto.* 13 *sive* scriptis. 15 *in scriptum.* r) 13 om. *autem,* ut A.; B. S. Av. om. *et.* s) 2, 4, 9, 15 *teneat.* 5 *personam* ten. 17 *personae* teneant *idem.* B. S. Ps. Av. om. *id est.* t) Sec. man. in cod. 4 *privatus.* u) M. A. P. religiosa *sit,* ut multi codd. 8 add. supr. lin. *sit.* 17 om. *sit,* ut B. S. Ps. Av. In Auth. dee. *sit.* v) 2 *Dat. Kāl. ari aprilis Constantinopoli consl' vilisarii,* sed del. a sec. manu *ari.* 3, 15, 16, 18, A. *Apr. Constantinopoli* pro *consulatu* (sed 16 *Constantinopolim*) et om. *Belisarii.* Etiam 4 om. *Belisarii.* 17 *Data III April. Constantinopoli* et om. *Belisarii.* Tota subscriptio dee. in codd. 6, 9—13. M. *Dat. Kal. Apr.,* om. *Constantinopoli,* improb. *Bienero* l. c. p. 509, sed notat M. in m.: „*ἐν νεαραῖς, Ianu. Bilis. V. C. Cons. Indict. XIII.*“ Nov. *Dat. Kal. Ian. Belisario* V. C. Cons. *Ind. XIII.* Auth. ed. Heimbach. *Dat. CP. Kal. Ian. Belisario V. C. Consul. Indict. XIII.* P. *Kal. April.* Et hic et infra ubique scripsi *Belisario* pro *Bilisario,* quod M. P. habent.

Cap. V. a) Rubr. om. 10. 11 Constitutio, qui — *migraverint.* 12, 15, 18, P. *migraverint.* Lr. De his — *migraverint constituta II. Kap. V. CX. ex libro Novellarum.* Cd. De his — *migraverint constitū II. Ex libro Novellae Kapitul. V.* In 8 lemmatis locum glossa huius capituli occupat. Multi codd. om. *Const. II.* 16 *cap. V.* De his, *qui* secundas nuptias *contrahunt.* Ibidem om. *Constitutio II.* 17 om. *migraverunt,* sed gl. marg. *si mulier ad secundas nuptias migravit.* Reliqui codd. interque eos primae et secundae classis, S. Ps. M. *migraverunt.* b) 4, Lr. *Nulla mulieri sit licentia.* 9, 13, S. Ps. A. P. *Nulla licentia sit mulieri,* sed Cd. M. Av. *Nulli* m. s. l. c) 2—6, 8, Lr. Cd. *que quive* ad, quare restitui *quae quive,* nam antecedit *mulieri vel marito.* Edd. *qui quaeve.* d) 18, B. A. *nuptias migraverit.* 5 *donationem — dotem — aliquid.* 8 *donationes.* 17 *donationē.* e) 2, 3, 6, 8, 9, 15, Lr. Cd. Av. usumfr. *habent,* corr. in 8 *habeant.* Mox nonn. codd. *dominum* sive *dn̄m* et *sed si.* Av. *aliquos.* f) Ita 2, 3, 8, 9—11, 18, B. A. P.; S. Ps. Av. M. *exaequatis.* 6 *sequatis.* 17 *equales.* Lr. Cd. om. *aequatis.* Rectius *aequatis;* neque enim hic agitur de portionibus inaequalibus in aequales mutandis, sed de proprietate aequalibus portionibus servanda.

Cap. VI. a) Lr. *Item unde supra.* Cd. *Item unde supra. Ex novella.* Kap. VI. 5 *Kapitulo sexto Idem.* In cod. 10 rubr. *De muliere vel marito ad secundas nuptias migrantibus.* E contrario alii codd. om. *Idem;* plerique *Item.* b) Lr. Cd. nuptias *et* res. A. nuptias migr. c) 18 quocumque *modo.* d) 13, 19, A. facta *fuerit.* 12 facta *est* et dee. *neque.* e) 4 *rapta.* Mox 18 sed *interim* maneat. f) Nonn. codd. *in suspensum.* g) 13 om. *qui.* 18 parens *antequam* alienaverit. h) 2 *refutentur.* 17 *reputetur.* i) 5 *eos superstites.* 4 *eo,* s. m. *eos.* 16 s. m. add. *tente* supra *eo.* k) 4 *repti* fuerint et om. *in.* 8 *erepti* supr. lin. 12 *liberi ipsius ab hac luce erepti fuerint.* l) 5 in *tantum portionis.* 8 in tanta *portione,* corr. a s. m. *portionis.* 10 *vel* in tantam. 13 ut in *tantam portionem.* m) 4 *quantum.* 5 quanta *superstitis parentis.* 8 *parentis.* n) 8 liberorum *causa.* 11 casus *ei* detulerit. 17 c. *ei* detulerit *idem ut.* o) 5 est ut *in tantum* portionis. 6 ut *in* tantam port. 8 ut *in tantum portione.* p) 2 quantam *pepegit* et om. *in.* 3, 10, 11, 15, P. quantam *pepigit* et om. *in,* sed in 15 s. m. rest. *in.* Etiam 5, 8, 9, Lr. Cd. B. om. *in.* 13 *pepigit in dotis vel donationis instrumento.* 17 quantum *pepigi* et om. *in.* 18 *pepigit.* S. Ps. A. add. *in,* M. pep. [*in*] instr. 5, 6, 8 *instrumentum.* q) 2, 3 *sed.* 5 om. si. 4 *se de liberis, qui* postquam, sed corr. 8 *hab. sed si libere,* add. a s. m. supr. lin. *et.* r) 13 si *libertus* et om. *qui.* 11, 18 om. *qui,* ut A. P.; B. Av. *qui postea.* Av. coniicit *si qui liberi postquam editi sunt.* s) 5 editi *sunt.* t) 5, 17 fuerint in *reliquam* autem. 8 *fuerit,* corr. *fuerint.* u) 8, 9, Av. in *reliquam* autem. 18 *reliquam* et dee. *autem.* 11, B. S. Ps. Av. in *alia* autem *portione.* v) In 2—5, 8—12, 16, Lr. Cd. om. *filii;* in cod. 6 videtur h. l. hiatus esse. A. P. *filius.* Perspicuitatis causa retinui *filii.* x) S. Ps. om. *heredem;* deesse *heredem* notat Av. y) 2, 9, 10, 17, 18, Lr. Cd. A. P. *reliquit.* 3, 5, 8, 11 *reliquid.* 4 *selinquid,* sed corr. *relinquid.* 6 *relinquid.* 15, 19 *reliquerit.*

